




John Adams Library.




IN THE CUSTODY OF THE
BOSTON PUBLIC LIBRARY.



SHLF N°
ADAMS
264.30





L
Andrew
His Book

ws



Postre

Accessum
ex Plutarche
Lycosthenes
quot centuriis a

ue
olit
posita
res editæ.

ie per
m ali-



Excudebat Iacobus Stoer.

M. D C I X.

ADAMS

264.30



TYPOGRAPHVS CANDIDO

LECTORI SÁLVTEM.



Vid nouâ hac nostrâ apophthegmatum, à Conrado Lycosthene, viro de literis & literatis optimâ merito, olim per locos ordine alphabeti digestum, editione sit præstitum, paucis indicare necessarium duximus.

Primum, quām diligentē fieri potuit errata quæ in prioribus editionibus, præcipue verò ab ipsius Lycosthenis obitu (sæpius enim iteratæ sunt) irrepererant, sunt emendata: et si non diffitemur quædam inter excudendum nobis excidisse, quæ pro tua æquitate & industria condonabis ac facile corriges.

Apophthegmata frequentius posita, ut superflua, abstulimus: extra suos locos posita ad classes conuenientes reduximus: quæ apophthegmatum nomine, aut lectione indigna erat, aut obscœna, & ethnicam impietatem vel spurcitiem nimium redolentia deleuimus: ut operis titulo materia responderet yndique, nec quicquam occurreret quo pudicioculi vel purgatæ aures offenderentur.

Deinde titulos seu locos quosdam omissos restituimus, & multis apophthegmatum (hiſce notis*. +. designatorum) cœturiis nostram editionem ornauiimus.

Postremò, sacra quædam (sed rarò) scitè dicta profanis adiunximus, ut veræ pietatis aliqua recordatione inter legendum affectus, ab Ethnicorum schola, equidem eruditâ, ad sinceram illam & cœlestem in sacro Dei verbo apertam, velut manu duceris.

Porrò in hoc opere promouendo perficiendoque suam nobis operam commodauit amicus quidam noster Anonymus, bonarum literarum amans, & eruditorum omnium discipulus: qui iampridem apophthegmatum sacrorum vberimum thesaurum tibi colligit, quem (Deo annuente) breui in lucem emitteret His Lycosthenicis interea utere fruere, faue nobis, & vale. Ex typographia nostra, viii. Idus Augusti, anno Redemptionis nostræ M. D C. IX.

DE APOPHTHEGMA
TVM
SIVE SENTENTIARVM, NEC
non etiam Similitudinum selectissimarum,
utilitate atque usu.

PTIMOCuique, & humaniorum Studiorum ac civilis
conuersationis studiose homini, quam maximè nec gla-
rios esse locos hosce communes apophthegmatum siue sen-
tentiarum, ac etiam similitudinum ex optimis & triusque
lingua scriptoribus selectarum, hinc facile constare potest,
quod quis in munere seu publico & ciuilis, seu priuato & domes-
ticō serv-
santur, si appositè & cū gratia quadā loqui versatique cessent, vita homi-
nū nō vita, sed ferinus & cacus quidam cæsus videri poscit. Philosophis
igitur oratoribus, Imperatoribus, regibus, principibus, ducibus, atq; pri-
uatis omnibus hominibus ad cōmunia obēndā huius vita munera, stu-
diisque exornanda, suppellext hic offert ut locupletissima, non solum ad be-
nē dēcendū, sed etiam quod lōgē præstantius est, ad bene agendum. Triusque
enim hinc exempla peti possunt illustria eorum, qui inter homines
eruditio[n]is & sapientia laudes excelluerunt. Priuatorum enim homi-
num & numquemque primum admonet Socrates, Et virtus desiderio
non minus quam patria semper tenetur: propterea etiam abstinentissi-
mam vitam agat, & voluptates omnes veluti Sirenes, fugiat. Beatus,
inquit Bias, est, nō qui diues est & cōcupitis potitur, sed quinihil concu-
piscit. Hoc autem priuatum quemque decere, atque etiam duces ma-
ximos, facile constat ex ad monitione Aristidis ad Themistoclem: nam
cū Themistocles summam boni ducis laudem definiret, scire ac præsci-
re hostium consilia: Et istud, inquit, o Themistocles, faciendum est,
sed imprimis oportet habere manus continentis: hac enim egregijs ducis
principia laus est, Et videlicet etiam & ipse nihil concupiscat, præci-
puque manibus linguaq; & ventri temperet, atq; pudendis. Ad Impe-
ratores vero etiam extat admonitio Democratis: nam, inquit, imperator
inuitus & fortis est, non hostium, sed voluptatum vitor. Ad priuatio[n]em
vero spectore potest admonitio Epicuri, qua docet, hac arte distescere
q[uod]s[ic]q[ue], facile non s[ic] præsentibus alia adiecerint, sed si sum atque necessi-
tatem præuisam sibi circunciderint. Hac per pauca admonitionis ex-
empla

empla hic proposita volvi, sed quanta sit operis utilitas magis innotescat: nō solum principibus et cuique priuatorū exhibit admonitiones accommodatis similes, sed et aliorum regulas constituit in omnibus, et dum sani sumus, et dum agrotamus, siue etiam cum amicis, siue cum hostib[us] agimus, vel serio vel iocose. Præterea sui officiū sapientia admonet iudices, milites, monarchas, nobiles, et priuatos quoq[ue] corporis exercitatu[m], laguentes fouet, tristes solatur, imperitos reru arguit, sciolos castigat, eruditos miris modis afficit, adolescentes docet, adultos a prauis affectibus dehortatur, viros confirmat, senes fulcit, et ad supremā illā metā festinantes gratis acclamationib[us] impellit. Pseudochristianis autē Ethnicorum tot sapienter dictacy gesta ruborem incutiunt, impios et iniustos homines ad caeleste et tremendum illud tribunal vel iniuitos pertrahunt, de tot blasphemis, obscenis, nefandis dictis et factis rationem reddituros. Studioſis bonarum literarum, seu declamationibus, seu mutuis colloquiis, seu epistolarum ad familiarescriptione ingenia sua velint (et deceat) exercere, materiam suppeditat, qua instruicti ornata et copiosè disservere queat. At hic meminerint, velim, apophthegmata, et proverbia et similitudines esse instar salis et conditorum, quorum ſus non ita frequens, sed aptus esse debeat. Quia in re prudentia et exercitatione, temporis filia, opus est. Porro, ad apophthegmatis definitionem accedendum est. Suntque apophthegmata cum adagiosis ipsis comparanda: quod apophthegmata cum adagiosis non parum conueniant, immo affinitatem maximam inter se habeant. Nam cum sit adagium, teste Varrone, quasi circumagium et celebre dictum, per ora hominum obambulans, et scita quapiam nouitate insigne, ut inquit Erasmus: nulli dubium est quod et apophthegma, si celebre dictum, scita quapiam nouitate insigne: quamvis non sit vulgo iactatum, nec paſsim per ora hominum obambulet, et adagium. Evidem optimè consultum esset hominum vita, si magis effent trita celebria dicta: nam bene et sapienter dicendo, tandem homines bene agerent et sapientiores effent. Ad rem autem redeuntes, inter alia quæ adagiosis confinta ponuntur, etiam Erasmo teste sunt apophthegmata, quæ nec alio modo differunt ab adagijs quam sententia. Inter sententiam autem et adagium siue proverbiū, quod Grace parœmia dicitur, hoc est discriminis, quod utrumque cum altero coniungi potest, et utrumque rursum ab altero sciungi, non aliter quam album ab homine. Et veluti non omne album est homo, nec etiam homo est omne quod album est: tamen nihil vetat id album esse, quod homo est: ita etiam non raro fit, ut sententia parœmia siue proverbiū compleatatur. Non omne tamen quod parœmia est, idem est et sententia, nec eōtra. Exempli gratia, sententia est hac non adagium, nec proverbiū. Pascitur in viuis liuor, post fata quiescit. Proverbiū vero est hoc,

nam tamē sentētia, Ego ī portu nauigo. Sentētia Verō simul & prouerbiū est hoc, Ne puer gladiū. similiter etiā aliquā sunt apophthegmata, qua simile etiam sunt prouerbia & apophthegmata, Et est responsū Simonidis ad quendam in conuicio tacentem. nam. inquit, siquidem stultus es, sapientem rem facis: si verò sapiens, stulā. Apophthegma Verò est, non autem prouerbium, si dicas, oportet Cæsarī uxorem, non solum criminē, verum etiam criminis suspicione vacare. Quoniam igitur quadam sunt ex adagijs, ex quibus confici possunt apophthegmata, qua transire possunt in adagia, non inutile est horum inter se affinitatem demonstrasse: nam hinc constat apophthegmata ad omnia ea utilia fere esse, ad quas sunt & adagia: Et sibi aliquid inter huiusmodi apophthegmata desideratur, id posse ab adagijs facile mutuari. pro apophthegmate enim ex adagijs & surpari potest, si quis respondeat, iniusta petenti. sed usque ad aras esse amicum. Et sic etiam multa, hac ratione formari possunt, & passim ex omnibus adagijs possunt apophthegmata commode formari: sibi breuitas simul adsit, & sententia, & quod scitē dici possit: nam scitum appellamus quod antiquitate pariter & eruditione commendatur. Nunc videamus quid sit apophthegmatum proprium, & unde id eis contingat. Ipsius enim tradita definitione, & similitudine atque differentia ab adagiis. si quid proprium est apophthegmatis in memoria ruisus revocabimus, & facile etiam inde apparebit quo pacto & ad quod utilis sit apophthegmatum cognitione. Apophthegmatum proprium est quod est sententia proprium, hoc est, & eruditissime & antiquitate commendetur, siue scita quapiam ruitate insigne & celebratum, quod etiam maxime adagio conuenit, immo ex hoc sit & ad quacunque utilia sint prouerbia, ad eadem conferant & apophthegmata. Conducit igitur apophthegmatū cognitione cùm ad alias permulta, tum potissimum ad philosophiam, ad persuadendum, ad decus, & ad gratiam orationis, atque etiam ad intelligendos optimos quosque autores. Et primum quidem conaucit ad philosophia scientiam comparandam: quoniam scitē dictis quicquid est philosophia & scientia & sapientia in homine facile comprehenditur. Non segniter ergo nec oscitantur, sed premissus & penitus inspicienda erunt & relegenda haec apophthegmata: subsunt enim in hisce scitē dictis, & sententijs & elutijs quidam igniculi ingenii sapientiae, suntque huiusmodi apophthegmata simillima sacrorum mysteriis, in quib[us] maxima quapiam res ac diutina minutulus & in speciem penes ridiculis ceremoniis significari solent. his enim brevibus dictis per inuolucrum quoddam eadem innuuntur, quaphilosophia & principes tot voluminibus tradiderunt, immo tantum honoris habitus est eis olim, & nō ab homine profecta, sed calitus delassa considerentur, nam ē calo, inquit Iuvenalis, descendit vrodi oratori, id est nosce

nosce te ipsum: et perinde etiam pro foribus templorum; Seluti digna
dū, inscribatur, p̄ simque columnis et marmoribus insculpta visibē
et tanquam immortali digna memoria sed hoc adhuc lōgē magis ma-
nifestum est si quis memoria repetat Socraticum illud, quod in apologia
Socratis responsione habetur, ubi pluribus rationibus socrates docet do-
cet, magis obediendū esse Deo quam hominibus. Hoc enim dogmate nul-
lum unquam proditum est à philosophis vel ad recte instituendam vitā
salubrīus, vel Christiana religionis nostra vicinus: et nihilominus rem
tantam breue hoc apophthegma paucis complectitur. Felicitatis enim
humana summa eō comprehensa est. immo hoc si mortalibus persuaderi
queat, illico facilius ē medio bellū, inuidia, fraus atq; ensuēsū malorū
agmen. Ex hoc igitur uno solo apophthegmate satis patet quantum phi-
losophia brevis sententia nobis aperiat. Sed videamus quo patto etiam ad
persuadendum apophthegmata conducant. Enī a autem hac ratione, se
cateras breuitati consulens omittam. hoc facile constat, quod apophtheg-
mata siue sententia, qua vulgo recepta sunt, hoc ipso, quod incertum au-
thorem habent, velut omnīum fūnt, et vim maximam ad persuadendū
habent. neque enim durassent hac in aeternū, inquit Fabius, nisi etas
omnibus viderentur. Ad intelligendos autem optimos quoque auto-
res eiusam conducere, et possimum etiam ad intelligentiam eorum que
dicuntur colloquēdo, hinc facile constat, quod mutilatim hac quandoq;
effruntur. Et cū dicimus, Principiis obsta. Ceterū non est quod hac
de re pluribus agamus. Utilitas enim in promptu legenti erit, et possi-
mum se legantur. Et mores instituantur, et sermones emendentur. nam
si corrumpunt bonos mores colloquia prava, facile instaurabuntur opti-
mi ex dictis et sententijs Sapientum.

THOMAS NAOGEORGVS
LECTORIBVS.

Dicta olim veterum mixtim collegit ERASMVS,
Vnde ingens studiis prodiit utilitas.
Olim ea CONRADVS nidis communibus aptè
Disposuit, curis auxit & illa suis.
Vnde lucrum maius facies studiosa iuuentus,
Quod certo inuenies condita quæque loco.
Scilicet ut prodest aptè digesta supellex,
Quum citius quicquid flagitat usus adest:
Sic habet in studiis, quum facta argutaque dicta
In classes retinens quæque redacta suas.
Ergo, LYCOSTHENEBI dignas persoluito grates,
Cuius ita assidua ritè iuuaris ope.

CATALOGVS AVTÓRVM,
EX QYORVM LVCVBRATIONI-
bus Apophthegmata à Conrado Ly-
costhene deprompta sunt.

G R A E C I.

Abdias.
Ælianuſ Sophista.
Antonius monachus.
Appianuſ Alexandrinuſ.
Ariston.
Aristonymuſ.
Aristoteles.
Arrianuſ Nicome.
Athenæuſ.
D. Basiliuſ.
Callistratus. Cedrenuſ.
Clemens Alexandrinuſ.
Demosthenes.
Diodorus Siculus.
Diogenes Babyloniuſ.
Diogenes Laertiuſ.
Diogenianuſ.
Dion Cassiuſ.
Dion Nicæuſ.
Dion Prusæuſ.
Dionysius Halicarniſ.
S. Ephraem Syrus.
Epiſtetuſ. Epiphaniuſ.
Euagriuſ.
Eusebiuſ.
Flauiuſ Iosephuſ.
Gr. Nazianzenuſ.
Herodianuſ.
Herodotuſ.
Isocrates.
Lucianuſ Samosateniſ.
Maximus monachuſ.
Maximus Tyriuſ.
Nicephorus Callistuſ.
Nicephorus Gregorouſ.
Nicetas Acominates.
Pausanias.

Phaorinus.
Philo Iudæuſ.
Philoſtratus. Plato.
Plutarch. Chæroneus.
Polybiuſ. Polyænus.
Procopius.
Socrates Constantinop.
Sozomenuſ. Stobæuſ.
Suidas. Theodoretuſ.
Thucydiſes.
Xenophon Athenien.
Xiphilinus abbreviator Dionis Ni-
cæi.
Zezes de Varia historia.
Zonaras.

L A T I N I.

Ælius Lampridius.
Ælius Spartianuſ.
Æmilius Probus.
D. Ambroſius.
Ammianus Marcellinus.
Antonius Florent.
Apuleius.
D. Augustinus.
Aulus Gellius.
Aurelianuſ.
Aurelius vicitor. Cæſar.
Cicero. Columella.
Corn. Celsuſ.
Curtius. Eutropius.
Fabius Quintilianuſ.
Flauiuſ Vopiscuſ.
Florus. Frontinus.
Gellius.
D. Hieronymus.
Iulius Capitolinuſ.

A V T O R V M C A T A L O G V S .

Iustinus, Tragi Pópeij abbreviator.
T.Liuus Paradoinus.
Lucius Annæus Séneca.
Macrobius Aurelius.
Paulus Diaconus.
Plinius junior.
Plinius senior.
Salustius.
Suetonius Tranquillus.
Sulpitius Seuerus. C.Tacitus.
Trebellius Pollio.
Valerius Maximus.
Sext. Victor. Vitruvius.
Vulcatius Gallican.

Vespergensis.
Erasmus Roterdamus.
Egidius Gerrozettus.
Franciscus Patricius Senensis.
Franciscus Petrarcha.
Franciscus Tarapha.
Fulgosus Genuensis.
Gaguinus Gallus.
Georgius Lilius Britannus.
Guido Bituricensis.
Julianus Tyrius.
Hadrianus Barlandus.
Hieronymus Osorius.
Horatius Tarsellinus.
Hermolaus Barbarus.
Ioan.P.Maffeius.
Josephus Acosta.
Io.Ionuilius. Iacobus Spiegelius.
Ioannes Auentinus.
Ioannes Cuspinianus.
Ioannes Francisc. Picus.
Ioannes Magnus. Ioannes Stella.
Ioannes Stunpius.
Ioannes Tripliodes. Jordanes.
Iouianus Pontanus.
Lambertus Schafnaburgensis.
Laurentius.
Laonicus Chalcon Dyles.
Laurentius. Lilius Gyraldus.
Marulus Spalatensis.
Nicolaus Sanderus.
Olaus Magnus. Otho Frisingensis.
Paulus Emilius. Paulus Iouius.
Petrus de Natalibus.
Petrus Rebadeneira.
Philippus Cominæus.
Pius Pontifex. Platina.
Polydorus Virgilius.
Pomponius Lætus.
Raphael Volaterranus.
Rauisius Textor.
Ritius Neapolitanus.
Rodolphus Agricola.
Saxo Grammaticus.
Sebastianus Munsterus.
Sigismundus de Herereit.
Surius.
Vincentius Bellonacensis.
vnfridus Anglus. Zaingerus.

R E C E N T I O R E S .

Aeneas Sylvius.
Albertus Crantius.
Alexander Neapoli.
Angelus Politianus.
Anna les & Histo- ria. { Anglorum.
Austriacorum.
Bauarorum.
Flandrenium.
Florentinorum.
Gallorum.
Genuensium.
Germanorum.
Heluetiorum.
Hispanorum.
Lubecensium.
Monasterij Hirsfeldensis.
Monast.S.Galli.in Helue- tiis.
Polonorum. Saxonum.
Seotorum. Venetorum.
Ultracestorum.
Vngarorum.
Antonius Bonfinius.
Antonius Constantinus.
Antonius Panormitanus.
Baleus de scriptoribus Anglicis.
Baptista Egnatius.
Bartholomæus Facius. Rocatus.
Beroaldus. Blondus.
Brusonijs Contursinus.
Cælius Rhodiginus. Chytræus.
Coccius Sabellicus.
Conradus à Lichtenau, seu Abbas

C A P I T U M S I V E L O C O R V M
C O M M U N I V M I N D E X.

B stinentia	1	Aqua lustralis	59
A busus rerū perniciosus	4	Arcana non temere effutienda	60
Accusatio	5	Argutē dicta	ibi.
Admonitio	ibid.	Arrogantia	67
Adulatio & Assentatio	6	Artiu atque disciplinarū utilitas	68
Adulatores non admittendi	11	Artes superuacanæ & inutiles	ibid.
Adulantum libertas	12	Artium contemptus	69
Adulterium	13	Ars, quā quisque nouit, exercēda	ibi.
Ægrotatio	15	Aspectus incautus	70
Æmulatio	16	Assentatio	ibid.
Ænigmata	ibid.	Aſfiditas	ibi.
Æqualitas	17	Aſſuetudo	71
Ærarium & fiscus	19	Aſtrologia & Astronomia	ibid.
Aſſabilitas	ibid.	Aſtutia	72
de Aſſibilitate negleſta	ibi.	Attentio	73
Aſſectatio verborum	20	Auaritia	ibi.
Aſſectus humani	21	Audacia	81
Aſſectus priuati	ibid.	Auditus & auditores	82
Aſſectus nostri, qui in aliis proban-		Auguria	83
etur	22	Aulica vita	84
Aſſectus frenandi	ibi.	Authoritas	85
Aſſlictiones	24	B Alneum	86
Agricultura	ibid.	de Barba	87
Allea	27	Barbaries	88
Ambiguē dicta	ibi.	de Beatitudine	89
Ambitio	31	Beatus nemo iudicandus ante mor-	
Ambitio ex ſordibus	35	tem	90
Amicitia, atque amicus bonus	36	Belli ſtudium	91
Amicitia regum & principum	41	Belli pernicies	93
Amicitia negleſta, aut violata	42	Belli ſumptus	95
Amicitia falſa, quæ in aduersis pate-		Beneficentia	ibi.
fit	43	Beneficium dignis collatum, & à di-	
Amicorum electio	44	gnis accipiendum	98
Amicus caſtigator	45	Beneficium indignis collatum	99
Amicorum res communes	46	Benevolentia	100
Amor impudicus	ibid.	Bonitas vel benignitas, & bonus vir	
Amoris parum honesti remedia	48	ibid.	
Amantium ira & odium	ibid.	Breviloquentia	102
Amor honestus	ibid.	C æcitas	104
Amor ſui, quem Græci φιλαυτίαν		Callidē dicta	ibi.
vocant	49	Calumnia	105
Amari à ſubditis melius quam me-		Canicies	106
tui	50	de Candidē dictis	107
Animæ immortalitas	ibid.	Caſtigatio, correſtio & reprehēſio	ib.
Animi bona ac cultus	53	Caſtigatio modeſta	108
Animosē dicta	56	Caſtigatio libera	109
		Caſtiz	

I N D E X.

Castigatio dura	ibi.	Curiositas	163
Castigatio iniquo animo lata	110	D ^{amnum} acceptum	164
Castitas	ibid.	D ^e a m bulatio	165
Celeritas atq; velocitas in ag ^{ed} o	111	Debitores soluendi	ibid.
Charitas	112	Decorū vbiq; omnib. obseruādū	166
Ciuilitas	ibid.	Defensio	168
Claudicatio	114	Dediscendi difficultas	ibid.
Clementia	115	Degeneratio	ibid.
Cognitio sui	122	Delatio	170
Collega inutilis	124	Dem ^{oc} ratia	ibid.
Coitus & Venus	ibi.	Depositum	ibid.
Comitas	ibid.	Desperatio	ibi.
Commendatio	125	Deus	171
Comœdia libertas	ibi.	Deus æternus	172
Compassio seu condolentia	126	Deus immutabilis	ibid.
Concordia	127	de Deo omnipotente & vidente om-	
Confessio	129	nia	ibi.
Coniugium	130	Deus semper colendus	173
Coniugalis amor	132	Deus, dona sua inæqualiter distri-	
Coniugij molestiæ	ibid.	buen <i>s</i>	174
Coniugium iteratum	133	Diale&ica	175
Conscientia bona	134	Diffidentia	176
Conscientia mala	135	Diligentia	ibid.
Consilium bonum	136	Diligentia nimia	177
Consilium secretum	137	Discendi cupiditas	ibid.
Consilium præcipitatum	ib.	Discipulus docilis	179
Consilium tenile	138	Discipulus indocilis	180
Consilium bonū, sed contemptū	ibi.	Discipulorum erga præceptores pie-	
Consilium in melius mutatum	139	tas	181
Consilium malum, ac consulti pef-		Discipulorum infrequentia, & nu-	
simum.	ibid.	merus exiguu <i>s</i>	ibi.
Consiliarij regum ac principum	140	Discordia	ibi.
Consolatio	141	Disputationes aut quæstiones inuti-	
Constantia	142	les	182
Constantia in re turpi	144	Dissidium	183
Consuetudo	ib.	Dissimulati	ibi.
Consuetudo loquendi	145	Diuinatio	ibid.
Contentio	ibid.	Diuitiæ ac opes	186
Contemptus & irrisio	146	Diuitiarum vsus	190
Continentia	ibid.	Diuitiarum abusus.	191
Contumacia	148	Diues indoctus	192
Cotumelia	ibid.	Diuitiarū atq; opū contemptus	ibid.
Conuictus & conuersatio	149	Docilitas	195
Conuictus malorum non semper ob-		Doctrina & eruditio	ibid.
est	150	Doctrina & eruditio in pretio habi-	
Conuicia	ibi.	ta	200
Conuicia	151	Doctrina factis dissentanea	201
Conuicia in ipsum autorē restorta	152	Dolus & fraus	203
Corre ^{ctio}	159	Dolor	ibi.
Crudelitas	160	Domini præsentia	204
Cunctatio in rebus agendis	162	Demus structura & ornatus	ibi.

D onum & munera	205	F orma & pulchritudo corporis ibid.
D os	ibid.	F ortitudo domestica 259
D ux belli	206	F ortitudo heroica & militaris 263
D ux extensus	207	F ortuna 273
D ux senex	ibid.	F ortunæ inconstantia & mutatio 274
D ucis prudentia & vigilancia	ibid.	F ortuna adū. q[uo]d afflito ferenda 277
D ucis præsentia, multum conferens ad victoriam	208	F rātres 278
D ux strenuus & solers	ibid.	F ragalitas 279
D ux, qui vita suæ nō debet esse pro- digus	210	F ucus 285
D ucis pietas erga milites	ibid.	F ugā 285
D ux bonus non facile mutandus	211	F uga excusata 287
D ux ignauus	ib.	F urtum & fures 288
E Brietas	212	G Arrulitas & loquacitas 289
E brietatis effectus varij	216	G enerosè dicta 291
E ducatio & institutio liberorum	217	G esticulatio 292
E ducatio filiorum neglecta	221	G eometria 293
E leemosyna	ibid.	G lađius, gladiatores atq; arma ibid.
E le&io	222	G loria & eius amor ibid.
E loquentia	223	G loriæ contemptus 295
E rror & lapsus	224	d e Gratitudine 296
E xactiones & tributa	225	G ratitudo in Deam 297
E xercitatio ingenij	ibid.	G rauitate dicta ibid.
E xercitatio corporis	226	G ubernatio 302
E xilium	ibid.	G ula 303
E xilium fortiter ferendum	227	H æretici fugiendi ibid.
E xperientiarerum	229	H ilaritas 304
E xprobratio	ibid.	H istoria ibid.
F Acetè & iocose dicta	230	H omo ibid.
F ama bona	242	H omines suū officiū nō facientes 306
F ama & rumor falsus	243	H ominis miseria & fragilitas 307
F ames & sitis	ibid.	H onestas 310
F amiliaritas	245	H onor virtutis præmium ibid.
F astus	ibid.	H onor artib. & eruditio exhibit⁹ 312
F atum	ibid.	H onor negatus ibid.
F auor	246	H onor ex necessitate oblatus ibib.
F auor arte & largitionib. captat⁹	ib.	H onor momentaneus 313
F eriae & dies festi	247	H onoris priuatio ibid.
F ides servanda	ib.	H onor absque utilitate ibid.
F iducia sui	249	H onoris contemptus ibid.
F iducia artis	250	H ospitalitates 316
F iducia potestatis	ibidem	H ostes & inimici 317
F iducia meritorum	251	H ostes fraude, astu, ac dolo vincendi
F iliij, siue liberi	252	ibid.
F iliorum pietas in parentes	ibid.	H ostes contempti 318
F iliorum impietas in parentes	254	H ostes non crudeliter tractandi 319
F iliorum abdicatio	ibid.	H umanitas 321
F inis ubique spectandus	255	H umilitas 322
F elicitas	ibid.	d e Hypocrisi 305
F œnus	257	I actantia ibid.
		I gnauia 323
		I gnor 323

I N D E X.

Ignobilitas & obscuritas generis	ibid.	Laudis contemptus	379
Ignoscētia	324	Laus à bonis viris profecta	380
Imitatio	325	Laus à malis hominibus profecta	381
Imperator, & eius officium, item imperium administrandum	ibid.	Laus ab inimico & hoste profecta	382
Imperij administratio difficultis	331	Laus à seipso profecta	ibi.
de Imperitia	ibid.	Laus propter utilitatem	383
Impietas	ibid.	Lauritia	384
Impudentia	332	Lectionis delectus	ibid.
Impudicitia	ibi.	Legatio & legati	389
Impunitas	ibid.	Leges	390
Incessus	333	Legum authoritas & obseruatio	391
Inconstantia & lenitas	ibid.	Legum neglectus	396
Incontinentia & libido fœda	ibid.	Legum reouatio & abrogatio	ibid.
Indocti	334	Lepidè dicta	397
Indoles excelsa	ibid.	Liberalitas	398
Industria	335	Libertas	415
Infamia	ibid.	Libertas nimia	419
Infernus	336	Libido fœda	ibid.
Infelicitas	ibidem	Librorum fiducia & multitudo	420
Ingenium	337	Licentia	ibid. (421)
Ingratitudine	ibid.	Lingua, garrulitas & loquacitas nimia	
Initiatio	339	Lis & contentio	427
Iniuria	340	Litigare, contendere, aut ludere cum potentioribus, periculosem	428
Iniustitia	ibid.	Locatio in honorū distributione	429
Innocentia	341	Lucrum	430
Inseitia	343	Luctus	431
Integritas vitæ	ibid.	Lusus	432
Intemperantia	344	Luxuria & luxus	433 (441)
Interrogatio absurdā & inepta	345	Magistratus & gubernatio Reip.	
Inuidia felicitatis & virtutis vībra	ibidem	Magistratum electio	444
346		Magistratum solicitudo	445
Iocosè dicta	350	Magistratus momentaneus	446
Ira	354	Magnanimitas	447
Iracundia cohibenda	355	Magnificentia	448
Irrisio	358	Maledicentia, ac mordacitas	ibi.
Judex bonus & corruptus	359	Malignitas maledica	453
Judex malus & corruptus	362	Malitia	456
Judex incautus	363	Malum & mali	457
Judicium nimis exactum	ibid.	Mancipia	458
Judicium iustū nō temerè mutandū	ib.	Mansuetudo	ibidem.
Judicium in re ignota nō ferendū	364	Mathesis	459
Juramentum vel iuriurandum	366	Matrimonium	ibid.
Jurisprudentia	367	Medicina	ibid.
Iustitia	368	Medicina contempta	461
Iuuenes & iuuentus	373	Mediocritas	462
Labor	ibidem	Memoria	463
Lascivia	377	Mendacium	464
Latrocinium	ibid.	Mendacium urbanè excusatum	465
Laus, virtutis stimulus	378	Mendicitas & menditantes	ibi.
Laudis cupiditas	ibi.		

I N D E X.

Mens	467	Nominis immortalitas	533
Mercedis cupiditas	ibid.	Nox	ibidem
Metus & timor, vel timiditas	469	Nontij	534
Militia & milites	470	Nuptiae	ibi.
Militum in reb. agendis ignauia	472	Nuptiae secundæ	ibid.
Militaris disciplina	473	Bedientia	535
de Minis	476	Obedi, vel pinguedo	536
Misericordia	477	Ohiurgatio	ibidem
Moderatio animi	478	Oblivio	ibidem
Modestia	482	Occasio non negligenda	537
Modestè dicta	483	Ocium honestum	538
Modus & mediocritas	484	Ocium inhon. fugiendum	ibid.
Moleftia	ibid.	Odiem	540
Mollities	485	Oeconomia	541
Monarchia	486	Officium bene collocandum	542
Morbi animi	ibid.	Omina	ibid.
Morbi corporis	487	Opinio	543
Mores	488	Oracula	ibidem
Morum diuerfitas	ibi.	Orationis vehementia	544
Mores in melius mutati	489	Oratio elaborata	ibid.
Mores mutati in peius	ib.	Oratio incomposita	545
Moriones ac stulti	490	Oratio inepta	546
Mors	ibid.	Oratio aliena	ibid.
Mors contempnenda	495	Oratio extemporanea	547
Morientium monita & doctrinæ	504	Orationis habitus, pro re & tempore variandus	ibid.
Mortis & somni cognatio	506	Oratores	548
Mors generosa	ibid.	Ordo	549
Mors generosa non deflenda	507	Ornatus	ibid.
Mors suorū æque animo ferenda	509	Osculum	ibid.
Mortui non lædendi	510	Ostentatio	ibid.
Mulierum natura & mores	ibid.	Ostenta	550
Munus exiguum non cōdemnendū	53	P A x	ibid.
Munerum corruptela	ibid.	Pallor	551
Munerum contemptus	515	Parentum amor in filios	552
Mundus	519	Parentum severitas in filios	553
Musica	520	Par pari relatum	554
Musica contempta & irrisa	ibi.	Patricidium	556
Mutationes	524	Parsimonia	ibida
Mutuum	525	Parta probè custodienda	558
N Atandi peritia	ibid.	Patientia doloris	ibid.
Natiuitas omnibus hominibus		Patientia iniuriæ	560
communis	ib	Patriæ oblituritas	562
Natura	526	Patria forti viro est ubique	ib.
Nauigationis periculum	ibid.	Patriæ amor	563
Necessitas	528	Patriæ fortiter propugnanda	565
Negotiorum multitudo, qua in diuersa distrahitur homo	ibid.	Patriæ neglectus	568
Nobilitas generis	529	Patriæ contemptus impius	ibid.
Nobilitas vera	ibid.	Patriæ impietas in suos	ibid.
Nominū varia interpretatio & mutatio	532	Patroni	569
		Pauperes	

I N D E X.

<u>Paupertas</u>	ibid.	Prudenter dicta	623	Cibid.
<u>Peculatus</u>	572	Publica negotia priuatis anteponenda		
<u>Pecunia</u>	573	Pudicitia	624	
<u>Peregrinationes</u>	574	Pudicitia coniugalis	625	
<u>Perfictio</u>	575	Pudor & verecundia	626	
<u>Perfidia</u>	ibid.	Pudor præposterus	627	
<u>Periculum vitandum</u>	576	Pudor inutilis	ib.	
<u>Perseuerantia</u>	ibid.	Pueritia insignis	628	
<u>Perseuerantia & constantia piorum in cruce</u>	ibid.	Pulchritudo	ibid.	
<u>Persuasio</u>	579	Quies	629	
<u>Pertinacia</u>	ibid.	R Apacitas	ibid.	
<u>Petitiones honestæ</u>	ibid.	R Ratio	ibi.	
<u>Philosophia & vtilitas</u>	583	Ratio reddenda	630	
<u>Philosophi</u>	589	Reconciliatio	ib.	
<u>Physiognomia</u>	590	Recreatio, vel Relaxatio	631	
<u>Pictura & pictores</u>	591	Regnum & Reges	ibid.	
<u>Pigritia, ignauia, atque desidia</u>	593	Regnandi libido	634	
<u>Podagra</u>	ibid.	Regnum virtute parandum	637	
<u>Pœna malis infligenda</u>	594	Responsum ab inexpectato	638	
<u>Pœna mitigata</u>	595	Regnum virtute stabiliendum	640	
<u>Pœnitentia</u>	596	Religio seruata	641	
<u>Poësis</u>	ibid.	Religio neglecta	642	
<u>Poëtica fictio</u>	597	Reprehensio	ibid.	
<u>Populus</u>	598	Respublica	643	
<u>Potestas & potentia</u>	ibid.	Repulsa	644	
<u>Potestas breuis</u>	559	Responsum durum & absurdum	ibid.	
<u>Præceptor bonus ac fidelis</u>	600	Reuerentia	645	
<u>Præceptores mali & indocti</u>	601	Rhetorica	ibid.	
<u>Præcones laudum</u>	ibi.	Risus	ibid.	
<u>Præda militaris</u>	602	Robur corporis	646	
<u>de Præmio virtutis</u>	ibidem.	Rubor	ibidem.	
<u>Præstaria</u>	603	Sacrificia	647	
<u>Precatio, siue oratio hominis ad Deum.</u>	ibidem.	Sacrilegium	ib.	
<u>Princeps bonus, ac eius in regni ad- ministracione officium</u>	604	Sagittandi peritia	648	
<u>Princeps malus</u>	613	Saisè dicta	ibid.	
<u>Principium rerū agendarū durū</u>	614	Saltatio	654	
<u>Probitas</u>	ibid.	Sanitas & valetudo bona	656	
<u>Probitas damnata</u>	ibid.	Sapientia	ibid.	
<u>Prodigalitas, profusio & largitio</u>	615	Sapienter dicta	658	
<u>Prodicio</u>	616	Satellitium principum	663	
<u>Promissiones</u>	618	Scortationis detestatio	664	
<u>Pronuntiatio</u>	619	Securitas	665	
<u>Prosperitas</u>	ibid.	Seditio	ibid.	
<u>Proudentia Dei</u>	620	Senectus	666	
<u>Proudentia hominum in rebus a- gendas</u>	ib.	Senectus viuida & animosa	668	
<u>Prudensia</u>	621	Senectus imbecilla	669	
		Senectus honoranda	670	
		Senectutis fiducia	ibid.	
		Sepultura	671	
		Seria negotia in violentis conuiuijs		

I N D E X.

non tractanda	673	Ventris studium	ibid.
Sermo, animi speculū ac index	674	Verbera	ibid.
Serui ac famuli	675	Verborum obscuritas	719
Seruus fidelis	676	Verecundia	ibid.
Seruorum multitudo & turba	678	Veritas	720
Seruorum ministerium	ibid.	Veritatis simplex oratio	721
Seueritas	679	Veritas odium parit	ibid.
Seuerè dicta	ibid.	Vestitus	722
Sexus	680	Vetulæ	725
Silentium	ibidem.	Vicarij	ibid.
Similitudo formæ	684	Vicini	726
Simulatio & dissimulatio	ibid.	Victoria	ibid.
Simultas Reip. pernicies	685	Victoria non astu aut infidiis, sed viri tute paranda	728
Sobrietas	687	Victoria incruenta	730
Solœcismus	688	Victoria non ex multitudine militum metienda	731
Solerter dicta	689	Victoria moderatio	732
Solertia animalium	ibid.	Victoria insolentia	735
Solitudo, & vita solitaria	690	Vigilantia	ibi.
Somnus	ibid.	Vinum & Vinolentia	736
Somniorum interpretatio	691	Virtus	ibid.
Sophistica	692	Virtus in actione confitit	740
Sors	694	Vis vel Violentia	741
Speculum	ibid.	Visus, aspectus & oculi	ibid.
Spectacula	ibid.	Vita humana	742
Spes	695	Vitæ contemptus	744
Statuæ simulacra atque imagines deorum	696	Vitæ cupiditas	ibid.
Statuarum vanitas & cōtemptus	697	Vitia	745
Stultitia & stulti	ibid.	Vituperatio	ibid.
Sumptus superuacanei	699	Vltio & vindicta	ibid.
Superbia	ibid.	Vltio & vindicta negligenda	747
Superbia ex sordibus	703	Vnguenta	754
Supersticio	ibid.	Vox atque clamor	755
Suspicio vitanda	705	Voracitas	756
T Aciturnitas	706	Vota	757
Temeritas	707	Urbanitas	ibid.
Temperantia	ibid.	Vrbium munitiones	758
Templorum ornatus	709	Vsura & feonus	ibid.
Tempus & eius iactura	ibid.	Vtilitas	759
Testimonium & testes	710	Vulgini natura, mores & iudicium	760
Tormenta & quæstiones	711	Vulnus & cicatrix	762
Tragœdia	ibid.	Vxores	ibid.
Tranquillitas animi	712	Vxor eligenda	763
Tristitia	713	Vxor ducenda	764
Triumphi	ibid.	Vxor non ducenda	ibid.
Trophæa	ibid.	Vxor morosa, imperiosa, ac molesta	768.
Tyrannis	714	Zelotypia	APOPH-
V Afrè dicta	717		
Venia delicti	718		



A P O P H T H E G M A T V M L O C I C O M M V N E S.

C O N R A D O L Y C O S T H E N E
C O L L E C T O R E.

De Abstinentia.

S O C R A T E S.

VM qui virtutem, tanquam patriam, intueri desiderabat, admonebat, ut abstinentissimam vitam ages, volupates omnes, veluti direntes, fugeret. Stob. serm. 15.

Idem.

* Quosdam hospites suos quum satis tenui cœna exceperisset, cuidam quærenti, respôdit: Si boni sunt, æqua nimis ferent: si mali, non est curandum. Laertius.

Idem.

* Sudere solitus erat illos cibos potuisse vitandos, qui ultra fidem faciemque vitardam producunt appetitiam. Xen. Macrob. Saturnal. lib. 7. cap. 4.

Idem.

+ Aiebat cœteros homines vivere, ut ederent: se vero edere ut viueret. Laert. lib. 2.

Idem.

† Dicebat eum qui suauissime comederet, misime obsonio indigere: & qui cum voluptate biberet, cum quod præsens non sit poculum, nec quærrere, nec optare: eumque maximè Diis propinquum, qui minimis egebat. Ibi.

Plato.

* Extat præclara epistola Platonis ad Dionis propinquos, in qua scriptum est, his ferè verbis: Nullo modo placuit bis in die saturum fieri. Cic. lib. vlt. Tusc. quæst.

Bias Prienensis.

Beatum quidem eum esse dicebat, qui & diues esset, & cupitis potiretur: at eum qui nihil concupisceret, longè beatiorem fore. Maximus ser. 3. de Castitate.

Aristides.

Quoniam Græcis tributa indixisset, tanto pauperior rediit, quantum absumperat in peregrinatione. At qui in talibus genere functionis solent alijs messem optimam metere. Eo magis ille cauit,

ne quid suspicionis ejusmodi confaret sibi, proinde suis impendiis rem gessit. Plutar.in Græc.apoph.

Idem.

Quū Themistocles irrisisset Aristidis consilium, hoc agentis, vt census esset in tuto, dicens eam laudem non esse viri, sed seruū tuū & seruantis aurum; deinde summam boni ducis laudem definiret, scire ac præscire hostium consilia: Et istuc, inquit, ὁ Themistocles faciendum est: sed in primis opertet habere manus abstinentes, atque hæc egregij ducis præcipua laus est. Hoc sermone notauit Themistocles rapacitatem, & ostendit, à publico bono abstinentum esse omnibus. Plut.in vita Aristidis.

Anacharsis.

Eius statuis atque imaginibus inscribebatur, γλάστρα, γασπάρ, αγδίων ξερεῖν, id est, linguae, ventri, pudendis temperandum. Quòd maximorum malorum causa sit lingua effrenis, luxuriam turpius, libido pecudem ex homine reddat. Laert.lib.1.cap.9.

Zeno Cittensis.

Ne per morbum quidē cibo magis delitoso fruendum opinatus est. Igitur medico columbinum pullum consulente, ipse consilij impatiens, non secus quam M. nem seruum, si ægrotaret, curari se iussit. Nimirum volebat, non se mollius tractandum quam ægrum aliquem seruum. Si enim absque preciosis alimentis recuperare sanitatem serui possunt, quid idem nobis futurum prohiberet: sanè indignum est, vitrum bonum vlo se seruo molliorem præstare. Musonius, in lib.de Alimentis.

Aristippus.

* Moderatur voluptati, non qui penitus abstinet, sed qui hoc modo vtitur, vt non abripiatur cum ipsa, vt nauis & equo imperat haud qui non vtitur, sed qui, quod libuerit ducit. Stobæus.

Democritus.

Dicere solebat: Fortis est, non tan-

tum hostium, sed & voluptatum viator, Stobæus ser.7.

Idem.

Quemadmodum vñctio non quæ suavis est, aut lōga, bona est, sed quæ sanat: sic cibus, non qui suavis, aut multus bonus est, sed qui valetudinem tueretur. Max.monach.ser.27.

Idem.

In capiendo cibo omnis celeritas absit: hoc enim caninum est, bestiæ amque magis quam hominem decet. Max.ser.27.

Epicurus.

* Solitus est dicere, duo esse vitia omnium teterrima ac gravissima, intollerantiam & incontinentiam, cum aut iniurias, quæ sunt ferendæ, non toleramus, neque ferimus: aut à quibus rebus voluptatibusque nos tenere debemus, non tenemus. Itaque, inquit, si quis hæc duo verba cordi habeat, eaque sibi imperando atque obseruando caret, is erit pleraque impeccabilis, vitamque viuet tranquillissimam. Verba duo hæc dicebat, αἰσχύλος καὶ ἀπέκτης, id est, Sustine & abstine. A.Gellius lib.17.cap.19.

Epicurus.

Interrogatus, qua quis arte ditesceret: Non si præsentibus adiecerit, respondit, sed vsum ac necessitatem sibi persuasam circunciderit. Stobæus ser.17. Non augendæ sunt opes, sed minuendæ cupiditates.

Idem.

† Cui pauca non sufficiunt, ei nihil satis esse dicebat: séque cum loue etiā paratum esse de felicitate certare, si aquam haberet & offam. Stob.ser. 12.

Demosthenes.

Diebat, hoc esse perpetuum sapientis institutum, vt rationem cupiditatum dominum constituat. Stob.ser.17.

Cyrus Persarum rex.

Hi qui repentinis abstinentiis voluptatibus, non id agunt, vt latentur nunquam, sed vt per hanc incontinentiam multo maiore in posterum

gem3

eempus lætitia afficiantur. Brusonius lib. i. cap. 9. ex Xenophonte.

Darius.

* Fugatus ab Alexandro, cùm aquā turbidam & cadaueribus inquinatam bibisset, negauit se vñquam bibisse iu cundius. Nunquam videlicet sitiens biberat. Cicero Tuscul. quæst. vltim. libro.

Alexander Macedo.

Ob aquarum defectum in itinere, sic laborabat: igitur cùm fortè ob lata esset galea aqua plena, vbi ga leam in manus accepit, circunspectiens quos circa se habebat equites demisso capite & fixis in potum oculis, ingustatam reddidit, aquam, probatis que viris dixit: Si solus bibero, hos miceror instigabit. Bruso. libro i. cap. 9. ex Q. Curtio.

Cato maior.

Quamvis complures vrbes cepisset, nihilo minus tamen dicebat, hisce diebus quos in castris fuisset, nihilo plus accepisse, quam quæ ex hostium agris comedisset ac bibisset. Plutare.

Idem.

Neque, inquit, mihi ædificatio, neque vas, neque vestimentum ullum in manu pretiosum, neque pretiosus seruus, neque ancilla. Si quid est quo utar, utar: si non est, ego sum, quo cuique per me vti atque frui licet. Bruso. lib. i. cap. 9.

Tiberius Cesar.

* Ab amicis interrogatus, Cur non tam facile magistratus & præfeturas suas mutaret? respondit se data opera hoc fecisse semper. Naturâ enim omnes qui administrationi præsint pecunia esse cupidos, plurimumque studij ad rem magis magisq; augendam eos collocare. Cæterum si diutius magistratu verseatur, segniores ad quæstum faciendum fieri. Muscas enim, si longius corporum ulceribus insideant, minus graues & molestas fieri, quippe sanie ulcerum ad satietatem usque refertas: & eum qui ylceribus seateat durius acceptu af-

fictumque iri, si saturis iam repulsi, famelicas alias ad vulnera admittere velit. Nicephor. eccles. histor. libr. i. cap. 17.

Iulianus Imperator.

Eunuchos, coquos, tonsores, eiecit è palatio. Rogatus quam ob causam: negauit sibi esse opus eunuchis cùm vxor decessisset: nec opus esse coquis, quod simplicissimum cibis vesceretur. De tonsoribus dixit, vnum multis sufficere. Erasm. lib. 8. apoph.

Alexander Severus.

Cursore nunquam vtebatur: nisi seruo suo, dicens: Ingenuum curre re nisi in sacro certamine non debe re. Cocos item, piscatores, fullones, & balneatores non habuit nisi seruos suos: nolens quenquam ingenuum sordidis ministris dehonesta re. Ælius Lampridius.

Theodosius minor.

+ Venatum egressus clam suis omnibus derelictis, ad monachum quendam venit. Agnouit senex Imperatore, tamen eum velut vnum è militibus excepit: & à via, estuque fatigato, panem maceratum, acetum, & oleum apposuit. Cum edisset & aquam bibisset, Nostine me, pater, inquit? Monacho respôdente, Deus te nouit. Ego, infert, sum Theodosius Imp. Beati, ac felicissimi profecto vos Monachi estis, curarum huius Mundi vacui. Verè tibi affirmo, pater, nūquam me in palatio tanta cum voluptate cibum ac potum comedisse. Cedrenus.

Boethius.

* Paucis minimisque natura cõtentâ est, cuius satietatem si superfluis velis vrgere, aut iniucundum fiet quod infuderis, aut noxiu. lib. 2. profa. g. de philosophi consol.

Rodo phu imperator.

Quum in bello, quod contra Ottacarum Bohemiæ regem gessit, potu laboraret cum toto exercitu, ferunt rustico (qui messoribus potum ferret) ablatam hydriam sicera plena, atque imperatori oblatam. Quâ

cum ille vidisset, Reddite, inquit, homini vasculum suum: nam ego exercitui, non mihi sitibam. Sicque sua abstinentia partim exercitum eo potu refocillauit, partim ad sitis patientiam inuitauit suo exemplo. Aeneas Sylvius libro 3. commentariorum in res gestas Alphonsi.

Alphonsus rex.

Quum fugato Iacobi Caudola ex exercitu, sine tentoriis ac commeatu (siquidē ex insperato aduenerat) per noctare sub dio cogeretur, & Ioannes Esterianus Alphonsi studiosus raphanum vnum, in tam magna militum inopia, & panem vnum cum dimidio caseoli Balearici, regi misifet, recusauit: Non decere, inquiens, imperatorem iejuno exercitu mandere. Panor. li. 3. de reb. gest. Alphōsi.

Pyrrhiniculus Vafco.

Is peregrinè iter faciens, cum ad meitoriam tabernam venisset, & apposita esset cena omni ex parte olitoria, eum vino dilutissimo, omniaque administrarentur quam parcissime, finita cena iussit ad se vocari medicum, ad mercedem capiendam. Igitur caupo cum respondisset: Ecquid, malum, in vinculo maximè agresti medicum requiris? Ibi ille: Num, ô bone, te ipsum ignoras? quo sit igitur merces operæ suæ par, medici premium accipe, non cauponis. Sensit autem, frugalitatem sobrietatemque optimam hominis esse medicinam.

Adrianus Barlandus.

D. Ambrosiu.

* Abstinentia ciborum sola non sufficit, nisi opera ei bona etiam adiungantur. Polyanthea.

D. Gregoriu.

* Abstinentes & arrogantes per abstinentiam quidem corpus afficiunt: sed per desiderium vanæ gloriae vivunt. Polyanthea.

Isidoru.

* Sicut omnes cupiditates carnales abstinentia resecantur: ita omnes animi virtutes edacitatis vitio destruuntur.

tur. Neque quisquam potest virtutem perfectionis attingere, nisi prius edo muerit ventris ingluviem.

Isidoru Xenodochus.

+ Cùm sèpè in mensa lachrymaretur, causam roganti, Pudet me, inquit, vesci cibo à ratione alieno, cùm sim ratione præditus, & sim futurus in paradiſo deliciarum, & ambrosiæ nutrimento satiandus, propter eam quæ nobis à Domino data est, potestatem. Palladius in eius vita.

Vide Apophhemara de Castitate, & Continentia, Frugalitate, & Temperantia.

De abusu rerum pernicioſo.

Aristippus.

Electatus aliquando insigni vnguento: Malè sit, inquit, malis ci nādis, qui rem tam bellam infamarūt: sentiens, multa per se bona, reiici culpa videntium malè. Laer. lib. 2.

Theodoru Athen.

Obiicientibus quod doctrina ipsius multi redderentur detersores, respondit, id aliorum vitio accidere, qui doctrinam ipsius sinistra exciperent, quum ipse dextra porrigeret. Plutar chus, libello de Animi tranquillit.

Diogenes.

Aliquando Platonii occurrit, cariccas edens, cique offerens dixit: Licet participem esse, quum acceptas edis set, Participe effedixi, inquit, non devorare, μεταχέειπον, & οχταφαγεῖν. Hic iocus ad rem sciam potest accomodari, videlicet in eos, qui principis, præceptoris, aut parentum permisso abutuntur ad inconcessa. Veluti si quis admonitus, non esse inutile degustare dialeticā, totam vitam ei impendat studio. Dictum ita refertur à Laertio, vt dubites ut alteri obtulerit caricas. Laert. lib. 6.

Epicetus.

Conspiciens quendam imparis moribus audacem, cōfidenti lingua, improbo tamen studio philosophiæ discipli-

A P O P H T H E G M A T A.

5

sciplinas contreditare, clamabat
deum atque hominum fidem, his ver-
bis increpans hominem: O homo, vi-
de quod mittas, num purgatum sit vas,
Nam si ad arrogantiam ista immis-
teris, interierint: si computruerint, in
vrinam aut in acetum vertentur,
aut si quid his deterius. Sensit erui-
tionem esse perniciosa, si in anima
inciderit prauis affectibus cor-
ruptum: & quod quæque disciplina san-
ctorum, hoc sit perniciosior, si contigerit
improbo. Velut bono theologo nihil
melius, malo nihil pestilentius. Eras.
lib.7.apoph. ex Gellij lib.17.cap.19.

Prometheus

Quum ignem è cœlis in terras de-
portasset, cumque primum visum Sa-
tyrus complecti velleret, & exosculari,
Heus, inquit, ni caues hirce, profecto
dolebit tibi mentum. Admonens etiam
quæ natura pulcherrima sunt
maximeque non necessaria, tamen
fixi perniciose, si recte utar. Eras-
mus 8.apoph.ex Plutarcho.

Seneca.

† Non queri de autore nostri Deo
possimus, si beneficia eius corrumpi-
mus: & vt essent contraria, efficiamus.
lib.5. Nat. Q. Q. c. 18.

Idem.

† Si beneficia naturæ vtetum prauita-
te perpendimus, nihil tam nostro ma-
llo accepimus. Cui videre expedit?
cui loqui? cui non vita tormentum in-
est? Nihil inuenies tam manifestæ
utilitatis, quod non in contrarium
transferat culpa. Ibidem.

D.Cyprianus.

* Duodecim sunt abusus seculi: sa-
piens sine operibus, senex sine reli-
gione, adolescens sine obedientia, di-
ues sine eleemosyna, mulier sine pu-
dicitia, dominus sine potestate, Chri-
stianus contentiousus, pauper super-
bus, rex iniquus, episcopus negligens,
plebs sine disciplina, populus sine le-
ge. tract. de 12. abusi.

D. Bernardus.

* Magnus abusus est, vt corpus in-

duatur, & suis vestibus anima nuda
deseratur. In apologia.

De accusatione.

Demosthenes.

Vtius ab Atheniensibus, vt quendam
accusaret, recusauit: sed facta in
eum populi acclamatione, surgens
dixit, Vos me, viri Athenienses, con-
sultorem habebitis etiam inuiti: ca-
lumniatorem vero, ne si velitis qui-
dem, Bruson. lib.1.cap.16.

Cicero.

In Cælium melius differentem ac
accusantem, quam defendantem cri-
mina, urbanissimè bonam dextram,
malam vero Cælium sinistram habe-
re dicebat. Bruson. lib.1.cap.16.

M. Crassus.

Cum leui de causa nunc accusa-
tor, nunc patronus in una eademque
causa esset, Sicinius homo mordacissi-
mus interrogatus, cur Crassum non
ob id reprehenderet? Non facio, in-
quit, quandoquidem fœnum in cor-
nu habet. Bruson. lib.1.cap.16. ex Plut.

Iulianus Imp.

† Cum aliquando quodam pœci-
latus reo, qui crimen negabat, pro tri-
bunali federet, dicente accusatore:
Quis ullius criminis pœnas dabit, si
reо inficias ire proderit? Respondit;
Ecquis insons erit, si accusatori cri-
mine non probato, fides habeatur
Zonaras Tom. 3. Annal.

De admonitione.

Thales.

Rogatus, quid esset facile? Alte-
rum, ait, admonere. Omnes e-
nim cum valemus, recta consilia ex-
grotis damus. Erasm.lib.7.apoph. ex
Laer.1.

Zeno Cittensis.

Quodam in conuiuio immodera-
tius vorante obsonia, neque quicquam
aliis reliquum faciente, piscem ingen-
tem, qui apponebatur, è patina sustin-

lit, quasi solus illum deuoraturus. Quum alteri intuēs Zenonem, significaret se mirari impudentiam, Quid, inquit, putas conuictoribus tuis accidere quotidie, si meam obsophagiam ferre non potes? Laert. lib. 7. cap. 1.

Idem.

Quidam in conuiuo accumbens Zenoni, eum qui sub ipso sedebat, pulsabat pede. Zeno autem vicissim pulsabat illius genua, & ad ipsum cōuersus: Quid (inquit) putas hunc pati, qui infra te accumbit? Ita multi offenduntur quanvis leui incommodo, quum alios ipsi maioribus afficiant, nec sentiant. Laert. lib. 7. cap. 1.

Diogenes.

Quidam in publico gestans longam trabem, per imprudentiam percusserat Diogenem, móxque ex more dixit, Cae. At Diogenes: Num, inquit, me vis iterum percutere? Alij sic narrant: Dicenti caue, baculum impegit in caput: & post ictum adiecit, Cae: par pari referens, nam ante lassionem dicendum erat, Cae. Laert. lib. 6.

Leo Byzantius.

Quum Philippus adornaret bellum aduersus Byzantios, Leo adiuū illum, percontans hunc in modum: Quid, inquit, accedit tibi Philippe, vt bellum instituas? Vt, inquit, tua patria, ciuitatum pulcherrima: huc adducatur, vt intelligat se à me diligi, eoque ad fortes amasiorum meorum venio. Ad hæc Leo: At qui redamari cupiunt, haud quaquam cum gladiis venire solent ad fortes amasiorum. Amantes enim non egerint bellicis instrumentis, sed ciuiibus. Hoc dicto in diuersum flexo regis animo, patram suam liberavit. Philostrat.

De adulacione & assestantione.

Pythagoras.

Pythagoras potius gaudendum regarduantibus, quam assentanti-

bus dicebat, quos etiam hostibus detinores iudicabantur. Stobæus serm. 12.

Socrates.

* Adulationem panopliꝝ pīctꝝ similem esse dicebat, quæ delectationem quidem præstat, sed nullum usum. Item, vt timidus miles videns hostes appropinquantes de adornanda fuga cogitat: sic (inquit) adulator videns imminentem periculum iis quorum opibus viuebat, statim retrocedit. Stob. ibidem.

Aristides.

Ita est (inquietabat) ingenium hominum, vt facile admittat eos, qui sciunt obsequi ac inferuire studiis cuiusque. Hi enim soli iam benigni, ac verè vivi aestimantur. At contrà videre est, quād rigidū putentur, qui ab omni assentandi studio alieni, modestiam inducere moluntur. Stobæus.

Aristippus.

Cum male audisset à Diogene, quod Dionysium coleret: Si Diogenes, inquit, sciret utri regibus, non vesceretur crudis in dies oleribus. Idem.

Antisthenes.

Satius esse dicebat, incidere in coruos, quam in parasitos. Hi enim viventis animalium corruptunt: illi solum mortui corpus. Laer. lib. 6. cap. 1. Brus. lib. 1. cap. 7. Hoc alijs Diogeni adscribunt.

Idem.

Vt meretrices bona omnia prætentem & prudentiam suis amatoribus imprecantur, eodem modo adulatores iis quibus cum agunt. Stobæus.

Democritus.

Dicere solebat, recte quidem facta laudare honestum esse: mala vero laudibus vehere, adulterini esse animi, & impostoris. Idem.

Crates.

Parasitos συγχετανδστφάγες appellabat (quasi quis Latinè conuepulones dixerit) quod omnium dictis facile inter epulas annuant. Stobæus.

Idem.

Ad opulentum adolescentem, quem parasit-

parasitorum comitabatur turba: Adolescens, ait, miseret me tuae solitudinis. Stobæus.

Idem.

Eos qui cum adulatoribus viuerent, aiebat esse desertos, non aliter, quam vituli sunt inter lupos. Neque enim illos adesse quos oportet, neque cum iis qui adsumunt habere societatem. quum sint insidiatores. Laert. lib. 6. cap. 5.

Clearchus Solensis.

* Adulatorem mores dicebat humiles esse atque seruiles: breui tempore artem eorum durare; nemo enim parasitum canumamat. Materia quoque fingendi tempore consenescit. Athenaeus.

Anaximenes.

* Adulatores assimilabat vermisbus, qui triticum nauci non discedunt, donec vacuum rediderint: sic illi diuitum substantiam rodunt. Athen. ex Theophrasto.

Bion.

Eos qui auscultarent adulatoribus, dicebat esse similes amphoris, quae auribus circumaguntur. Eras. 8. apoph. ex Plutarcho.

Idem.

Interrogatus, quod esset animal omnium maximè noxiū? Si de fēris, inquit, percunctaris, tyrannus: si de mitibus, adulator. Laert. lib. 1. cap. 6. Plutarch.

Diogenes.

Oratores, qui in summo pretio apud Athenienses habebātur, vocabat turba ministrorum: quod ad gratiam loqui cogerentur, ac seruiliter adulari stolidæ multitudini. Laert. lib. 6.

Idem.

Orationem blandam, non ex animo proficiscentem, sed ad gratiam compositam, vocare solebant melleū laqueum, quod blandè amplectens hominem iugulet Laert. lib. 6.

Idem.

Aiebat, in assentatione, velut se pulchro aut statua quapiam, nomen

solum amicitiae inscriptum esse. Stobæus.

Idem.

Interrogatus quānam bestia mortuum haberet omnium nocentissimum, respondit, Si de feris interrogas, est obtrectator: si de mansuetis, est adulator. Nam obtrectator quidem præfert odium, adulator autem sub amici persona multo laedit grauius. Laertius libr. 9. Stobæus & Brus. lib. 1.

Idem.

Græci, si cui precantur exitium, iubent adire ad coruos: κόλακας. At Diogenes dicere solebat, multis periculosius esse incidere in assentatores quam in coruos. Dicit iucunditas perit nobis, quæ est in Græcarum vocum affinitate. Nam illi κόλακες appellant coruos, & vñica literula mutata κόλακας adulatores. Hoc dictum tribuitur & Antistheni. Laert. Eras.

Idem.

Interrogatus, ob quæ facta canis nomen valgo sortitus esset, Quoniam dantibus blandior, inquit, non dantibus oblatro, malos etiam mordet. Laert. lib. 6.

Idem.

Aristippum philosophum & Socratis discipulum vocabat regium canem, quod Dionysio Siciliæ tyranno adularetur. Est enim canis animal ad adulacionem & assentationem promptissimum. Laertius libr. 2. ca. 8.

Epietus.

Audiens quendam adulatoribus facile suas aures præbentem, Corui, ait, mortuorum cadaveribus oculos euellunt, neque id iniuria: nullus enim vita functo luminis visus est. At adulatores viventium animos corruptentes, omnem illis visum adimunt. Stob. Antonius in Melissa part. 1. 52. Maxi. ser. 5.

Themistius.

Quum videret Iouiani Romano-

A iiiij

gum Imperatoris aulam assentatori-
bus referant esse, perfacetè atque lu-
culenter illos irridens, ex moribus
deprehendi ait, purpuram ipsos ma-
gis quam Deum colere, neque ali-
qua re ab Euripo differre, nunc huc,
nunc illuc, atque in contrarium a
deò momentum refuente. Nicopho-
rus Calistus libr. 10. cap. 42. histor.
Eccl. es.

Sotion.

[†] Dicbat, sicut qui amicos pere-
grè abeunt dum via plana est de-
ducunt, dum asperior esse incipit re-
cedunt: ita adulatores comitantur di-
vites & luxu dffluentis viros: at
sumptus cum deficit, statim referunt
pedem. Stobæus Sermon. 12. & Ma-
xim. Sermon. 11. ex Sotionis lib. de ira.

Phauorinus.

[†] Acteon ab alumnis suis canibus
interiit: parasiti eos à quibus aluntur
pessundant. Stob. ibid.

Plato.

Quum Diogenem offendisset olera
lauantem, dixit illi: Si Dionysio mo-
rem gessisses, profectò non lauares o-
lera. Djogenes vicissim Platonis. Si tu
lauares olera, Dionysio non inferuis-
ses. Laert. lib. 6.

Demosthenes.

Adulatorem in hoc differre dice-
bat à corvo, quod hic mortuos, ille
viuos deuoraret. Apud Græcos autem
levida paranomasia est inter κοράξ &
κόραξ. Simile est ei quod de Epicteto
iam retulimus. Antonius in Meliss. par. 1. ser. 52. Max. ser. 11.

I/ocrates.

Adulatores, & impostores odio es-
se habendos suadebat. Creditores e-
nim utrique in te quavis sibi credita,
fallunt. Stob. Max. ser. 11.

Idem.

[†] Discerne eos qui arte assentatur,
ab illis qui benevolentia te colunt, ne
improbi meliore cōd̄itione sint, quam
boni viri. Ad Nicoclem.

Philo.

Philo dicere solebat fraudulenzos

adulatorum sermones aduersandos
esse, qui cum animæ rationem non
habeant, veritatem in rebus perspi-
cere non sinant. Aut enim laudant
vituperanda, aut vituperat s̄pē q̄z
omnem lādem excellunt. Auton. in
Melis. 52. Max. ser. 11.

Apollonius.

Rogatus à rege Babylonio qua ra-
tione quiete imperio frui potest? re-
spondit, Si paucis creditur. Bruson.
lib. 3 c. p. 13.

Plutarchus.

[†] Adulatores pediculis comparati;
vt enim corpora extincta deserunt,
statim atque sanguis quo alebantur e-
uanuit: sic illi quorum res perit, quóz
que vigente fortuna colebant effu-
giunt. Plut. de adulat. & amic. discern.

Crispus Paſſenuus.

Dicebat, adulatio non esse clau-
dendum ostium, sed aperiend. m. ve-
rū vt solet amic: quz si impulit,
grata est: gratior, si effregit. Sensit, nō
probando eos, qui prorsus non fe-
runt villam adulacionēm; quam vt af-
fectare turpe est, ita ingerentem se
non oportet omnino repellere. Pro-
dest enim in hoc, vt homo perspiciat
qualis esse debet. Eiāsm. libro 8.
apoph.

Phocion.

Antipatro petenti vt in gratiam
suam ficeret quiddam, quod cum iu-
stitia non conueniret: Non potes, ip-
quit ὁ Antipater, Phocione simuli a-
mico & adulatore vti. amicus enim
non ad quidvis obsequitur, adulator
autem in omnibus obsecundat. Plut.
in Græcorum apoph. Anto. in Melis.
Maxim. ser. 11.

Aristonymus.

Sæpenumero dicere solebat: Li-
gna dum augent ignem, consumi ab
ipso: Opes dum alunt adulatores, ab
eis ipsis perire. Stobæus.

Demaratus.

Postquam cum ipso colloquium
Orontes habuisset asperius, cuidam
dicenti, Asperius tecum egit Oron-
digen-

tes, & Demarate: nibil, inquit, in me peccauit. Siquidem qui ad gratiam celloquuntur, hi lèdunt: non qui durius cùmque malevolentia verba faciunt. Plut.in Laconicis.

Parysatis.

Præcipere solebat, ut qui regē conueniret, eum alloquuturus, verbis byssinis vteretur: hoc est, mollibus, talis enim à regibus expetitur oratio, non austera & ad viuum resecans. Plutar.in apoph.

Clitophus.

Philippo iacenti in ipsum scomata & admodum hilari. Ergo posthac, inquit, te nō alam. Lepidè inuentis rem, nam reges in hoc atunt parasitos, ut illorum di&is exhilarentur. Quòd si ipsi reges inter se norint ludere, & in alios ridicula dicere, nihil opus sit parasitis, quum ipsi norint parasitos agere, alioq; i parasiti magis alunt reges, quām reges parasitos. Quanquam Plutarchus in Symposiacis ita refert, μετ' ἑρμηνείᾳ. id est, non ego te alo:notans regem, quòd versa re:ipm vice pro rege age-ret morionem. Tu me alis, ut ridiculis dicas te exhilarem, non ego te. Eras 6.apoph.

Anonymous.

¶ Parasitus quidam apud Diphilū comicum ait se dissentire ab ingenuo multorum, qui ab aliquo diuite ad cœnam vocati, statim ac domum ingressi laudant trilpha, te&laqueata, corinthiāque vasa, conie&is in huiuscmodi ornamenta ædium oculi: se verò his scriptis inten&e respicere fumum culinæ, qui si impetu sursum feratur, gaudio exilire sc:contrā, si obliquus ac tenuis, illico coniicere cœnam sanguinem non habituram, & se malè acceptum iri: neque enim huiuscmodi cœra mensarum illum asseclam poterat delectare. Athen. lib.6.

Eudemoneus.

Alexander habebat Eudemonicū philosophum, sed quoquis parasito a-

dulantiorem. Hic cùm aliquando tonaret vch:menter, adeò vt omnes expauescerét, dixit Alexandro, Quin tu tale quippam facis, Alexander, fili Ioui? At ille non ferens tam abie&i philosophi vocem, ridens ait: Nono enim formidabilis es, quemadmodum tu me doces, qui satraparum ac regum capita me iubes super cœnam apponere. Sic Atheneus Plutarchus in vita eius secus aliquātō: Quid mihi succenses quòd pisces apponam in conuicio, ac non potius satraparū capita? Erasm lib.6.apophthegm.

Alexander Macedo.

Quum in Hammonis templis venisset, sacerdos grandæus illum salutavit: Salve fili, & hāc salutationem à Deo habeas. Tum Alexander Lubens & pater excipiam eam salutationem, & posthac lubens tuus ero filius, si mihi totius orbis imperium concesseris. Sacerdos autem cùm se intrò receperisset, quasi deum consulturus, respondit, Iouem id promittere quod petiisset. Iterum ab eodem scire cupiebat Alexander, num eorū aliqui superessent, qui patrem Philippum interfecissent? ad quā sacerdos ait: Interfectores iamdudum dignas dederunt pœnas, qui Philippum occiderunt. sed patri tuo nemo mortaliū potest tendere insidias. Tales sunt hodie adulatores qui sub prætextu pietatis blandiloquio principes terrarū seducunt, dum eos quasi Deos extollū: & mira adulatione ad quiduis tentandum extimulant, nullam aliam ob causam, quām vt ira principibus placeant, ut tamen nihil de dignitate, potestate, autoritate illis decedat. Vide Plut.in vita Alex.&Q. Curtium.

Anaxarchus.

Quum Alexandrum se ob Clitinem discruciantem videret, Nescis, inquit, ius & fas adsidere Ioui, ut quicquid rex facit, id iustum fasque sit? Laërt.lib.9.cap.10. Plutarch.in Alexander.

Caius.

* Cliens quidam cùm Cœlio oratori omnia in sermone concederet, ille iam longa assentatione euocatus, Dic, ait, contra: vt duo vide mur. Seneca.

Cicero.

Quum Crassus dixisset Neminem Crassorum Roma vixisse diutius annis sexaginta, deinde pœnitens ei us sermonis adderet, Quid mihi ac cedit, vt hoc dicerem? M. Tullius, Sciebas, inquit, Romanos hoc libenter audituros, & ista via venisti ad Remp. gubernandam: duo significas, & Crassorum nouen inuisum esse Romanis, & illum non virtute, sed blandiendo prouectum ad honores. Erasm. 4. a pophth.

Socrates.

+ Priuatos homines multa sunt quæ erudiant; Principibus autem viris nihil contigit huiusmodi: sed quos omnium maximè institui oportebat, hinc suspecto principatu, sine ullis majoribus etatem exigunt. Perpaucis enim ad eos patet aditus: qui vero familiariter cum eis viuunt, hi ad gratiam & dicunt & faciunt omnia. Ad Nicodemum.

Seneca.

* Alexander cùm in obsidione eiusdem urbis circuisset muros, ita sagittæ percussus, cùm represso sanguine siccii vulneris dolor cresceret, & crux obstupuisse, coactus absistere: Omnes, inquit, iurant me Iouis esse filium, sed vulnus hoc hominem me esse clamat. Idem nos faciamus: dicamus, vos quidem dicitis me esse prudentem, ego autem video quod multa inutilia concupiscam, nocitura optem. Epist. 60. ad Lucil.

D Hieronymus.

* Naturali ducimur malo, & adulatoribus nostris libenter fauemus, ac quanquam respondeamus nos esse indignos, & calidus rubor ora perfundat, tamen ad laudem suam a prima intrinsecus laudatur. Epistol. ad

*Sabin.**D Ambrosius.*

Emolliri adulatione bus non folium fortitudinis non est, sed etiam ignorauit tribui debet. Item, non est vera amicitia, ubi fallax est adulatio. lib.3. de Offic.

D Gregorius.

* Adulator scorpio est, qui palpando incedit, sed cauda ferit. In Ezech. lib.1. cap.

Constantinus Imp.

Spadonum atque assentatorum in principum aulis tantus erat hostis, ut eos tineas atque sorices palatijs appellare cerebro sit solitus. Nicephori interpretes & Scolastes, lib.8. cap.5. Eccles. hist.

Sigismundus Imperator.

Assentatores se veluti pestes odisse cùm diceret, Bruennius Neronensis respondit, Tamen nullum genus hominum magis amas, quam adulatores. Tum Sigismundus: Vincis sanè, inquit. Ita enim natura comparatum est, vt cùm vitandos esse adulatores dicimus, tum maximè illis harcamus. Nam nec tu mecum tam diu fuisses, nisi meis moribus blandiri asseuerasses. Aeneas Sylvius de dictis Sigismundi & Friderici Imp.

Iadem.

Quum adulatores odio haberet, euidam supra modum eum laudanti, & Diis similem esse diceti, alapas dedid: dicentique illi, Cur me cœdis Imperator? Cur me, inquit Sigismundus, mordes, adulator? Aeneas Sylvius. lib.1. Comment. de reb. gest. Alphonsi.

Alphonsus rex.

Adulatoris lupis haud absimiles esse dicebat. Nā quemadmodum lupi titillando & scalpendo asinos vorare soliti essent: ita adulatores ad perniciem principum blanditiis simul ac mendaciis intēdere. Ant. Panormita: de rebus gestis. Alphonsi lib.3. & Aeneas Sylvius de eius dictis.

Iadem.

Ex Sicilia nauigans cùm vidissel garria:

garrias auestrarem circumvolantes, attentasque si quis bolus è tritemi decideret, certatum illum arripe-re, quæque arripuisse, celeriter illam aufugere: conuersus ad suos, dixisse fertur: Persimiles sunt hisgarrus pur-purati & curiales aliquot mei. Simul ac enim aliquid munus aut beneficium dimicantes inuicem à me accep-erint, profugiunt. Notauit autem elegantissimè assentatorum mores qui vbiique præstò sunt, dum quod accipient, habentius in promptu quo ablato, refugiunt, nunquam nisi vr-gente necessitate reddituri. Panor.lib. i.de rebus g; stis Alphonsi.

Balthasar Cossa.

Is pontificatum adeptus maximū Joannes tertius & vicesimus dictus, sè penumero supra modum lauda-tus, inquit: Quamuis fīcta de medi-cī sentiant, tamen iis quæ præclarè de me prædicantur, plurimū oble-ctor. Vnde sunt qui putant non probandos esse, qui prorsus non ferunt vllam adulacionem, quòd in hoc pro-fit ut intelligat laudatus, qualis esse debeat. Æneas Syll. i. de dict. & fact. Alphonsi.

De adulatoribus non admittendis.

Timon philosophus.

CVm vidisset Arcesilaum, inter assentatores euntem: Quid tu, inquit, venisti huc, vbi sumus nos, qui liberi sumus? Sensit vir pruden-tissimus, libertati nihil magis obsta-re, quām assentatores. Refert Laërt. lib.9.cap.12.

Antigonus.

Hermodotus Antigonum in car-mine scripserat Iouis filium. Is hoc legens, Istius, inquit, rei nequaquam mihi conscius fuit Lasanophorus il-le, perquām facetè ridens poeticam adulacionem, patique modestia sui generis humilitatem agnoscens. Lä-

sanū autem matula fictilis est. Quod si Iouiserat filius, ea res ha&tenus fe-fellerat & seruum matulam in cubi-culo ferre solitum, & Antigonum fi-lum. Plot.in apoph.

Alexander.

Aristobulus historicus librū con-scripserat de rebus ab Alexandro Ma-cedone gestis, in quo multa supra vi-ri fidē adulantissimè effinxerat, eum quā illi in navigatione recitasset, Alexander arreptum è manibus li-brum, in fluvium Hydaspen demer-sit, & ad Aristobulum conversus: Tu, inquit, dignior eras, vt eodem præci-pitareris, qui solus me sic pugnantem facis, vt vel vno iaculo interficiam e-lephantes Eras. li 8.apoph.

Idem.

Validissima quadam rupe capta, quum amici diccerent, illum egregiis gestis Herculem superasse: At ego, inquit, meas res gestas in imperio ne verbo quidem cum his quæ gessit Hercules arbitror conferendas: Adulabuntur illi, sed huius animo nulla satisfaciebat adulatio. Plutarch.in a-poph. reg.& imp.

Cicero.

Cuidam nuncianti, Cæsaris ami-cos esse tristes: Hoc dicis, inquit, il-los Cæsari malè cogitare? Irrisit adulantem nuncium, quasi Cæsariani re-bus suis diffiderent, merueréntque Pompeium. Plut.in Rom.apoph.

Idem.

* Nolo, inquit, esse laudator, ne vi-dear adulator. Et, habet adulatio principia iucunda, sed exitus amaris-simos adfert. Item, cuius aures clausæ veritati sunt, vt ab amico verum au-dire nequeat, huius salus desperanda est. Rhetic. libr. 1. & libr. de ami-citia.

Augustus.

Augustus Romanorum Imp. Tarra-conensis pro læto ostento ei nunciantibus, quòd in eius ara palma es-set enata: Apparet, inquit, quām fre-quenter accendatis. Quòd illi dii-

tribui volebant, ille tribuit illorum negligētia, qui nunquam in ara Cæsaris adolerent incensum. Erasm. 4. apoph. ex Suetonio.

Tyberius Imp.

† Dominus appellatus à quodam de nuntiauit, ne se amplius contumeliaz causa nominaret. Alium dicentem, Sacras eius occupationes: & rursus alium authore eo Senatū adiisse, verba mutare, & pro authore suasorem, pro sacris laboriosas dicere coegit. Suet. c. 27. eius vitæ.

Furnius.

Furnius Antonij partes sequutus fuerat. At posteaquām victoria cessit Augusto, metuens sibi, subornauit filium, qui à victore veniam peteret. Petiit, & impetravit. Tum Furnius his verbis gratias Cæsari egit: Hæc vna ò Cæsar abs te mihi facta est injuria, effecisti vt mihi & viuendum & moriendum sit ingrato: significans, tantam esse eius beneficij magnitudinem, vt nulla ex parte par esset referendæ gratia. Reprehensionis colore blanditus est principi. Eras. 3. apoph.

Sfortia.

Quum quidam apud Sfortiam, vt eius sibi gratiam compararet, Tartalia accusaret, quod in conuiuo quodam eius famam criminosè laceraset: Sfortia animaduertens adulatoris improbitatem, Non opus est, inquit, vt hac in re multum persuadendo me labores, quum Tartalia omnibus maledicat. Peracutè delatorē auertens, simul & sua vitia Tartaliæ obiectans. Paulus Iouius de rebus gest. Sfortia, cap. 85.

Deadulantium libertate.

Arendion.

Is odio Philippi Macedonis sponte deseruerat patriam. Euenit autem, vt Philippo Delphis agente, & ipse adesset. Eum ergo rex accersitum ro-

gauit, Quousque fugies, Arcadian? Donec, inquit, peruenero, ubi nemo norit Philippum. Quis non miretur eam libertatem in adulatore? Sed hac libertate delectatus rex, vocauit illum ad cœnam, itaque cù eo in gratiam rediit. Quanquam libertati suberat adulatio: subindicans Philippum nusquam non esse celebrem. Erasm. lib. 6. apoph.

Agu Argiuus.

Agis Argiuus adulator, videns Alexandrum ingentia munera dedisse cuidam ridiculo, exclamauit: O rem vehementer absurdam! Quum Alexander hac voce excitatus, dixisset, Quid tu ais? Fateor, inquit Agis, me pati non posse, quum videam vos è Ioue prognatos omnes pariter assessoribus delecati. Siquidem & Iupiter Vulcanum habet pro motione: & Hercules Cecropibus, & Bacchus Silenis delecati consuevit. Tales videmus & apud te magni fieri, pestilentissimum adulationis genus, sub libertatis imagine blandiri. Erasm. 6. apoph.

Anonymous.

Tiberio senatum ingredientे, surgens adulator quidam, exclamauit, esse liberè loquendum, nec reticenda quæ ad Republicam attinerent, Erexit ad hanc vocem omnibus, ipso etiam Tiberio attento: Audi, inquit, Cæsar, in quo te reprehendimus omnes, licet nullus audeat palam fati. Impendis te ipsum nobis corpustuum diurnis nocturnisque laboribus & curis pro Repub. conficiens. Huiusmodi multa quum diceret, sub libertatis prætextu turpiter adulans C. Seuerus subiecisse fertur: Ista ranta libertas hunc hominem dabit exitio. Eras. lib. 6. apoph. Bruson. lib. 3. ca. 16. ex Suetonio & Tacito.

Tiberius.

* Adulanti studium in primariis Rei pub Romanæ viris detestatus & indignè terens, quantumuis tyrannidis amicus, quoties à senatu egrediebatur,

tur, apud se exclamabat, & homines ad seruitatem paratos. Tacitus.

De adulterio.

Thales.

Thales Milesius adultero sciscienti, an abiuraturus esset adulterium? Non est, inquit, periurum adulterio peius. Significans, illum stulre dubitare de peierando, qui facinus periurio par non dubitas et committere. Eoque in atrocibus sceleribus nihil ponderis habet iusurandum. Quisquis enim audet dare venenum, audebit & cum periurio inficiari. Laer. l.1. Brus. l.1. cap. 4.

Socrates.

* Adulatores perinde facere dicebat, ac si qui nolint ex aqua supernè profluente bibere: sed ex illa quæ in fundo subsedit ac deterior est. Stob. serm. 6.

Vide apophtheg. de Libidine & Scortatione.

Diogenes.

Quum quidam Diogeni referrent, Didymonem mœchum comprehensum: Dignus est, inquit, ex ipso nomine suspendi. Porro didymi Græcis testiculi dicuntur: ab his igitur, vnde nomen habebat, & quibus pecauerat, voluit eum suspendi. Laert. lib. 6.

Idem.

* Eos irridebat, qui cellas promptuarias obserant vestibus, & ferris & signaculis: corpus autem suum multis fenestris & ianuis aperient, per os, pudenda, aures & oculos. Stob. serm. 6.

Porsæpone Pythagorica.

* Quæ lectos alienos amat, omnia domestica odit, tum liberos, tum mulkos. Huiusmodi mulier dolos finit apud maritum, & mendacia in omnes ei narrat, ut sola videatur ipsi maximè beneuola esse, & familiam tegat. Hæc ocium amat: ab hac exi-

gium rebus omnibus nascitur, quæ & ipsa & maritus communes habent. Lib. de muleris concinnit. apud Stob. serm. 83.

Demosthenes.

Demadi oratori dicenti, Sus Mi-neruam, per scomma inscitiam De-mostheni exprobrans: At ista Mi-nerua, (inquit) nuper in adulterio de-prehensa est. Bruson. libr. 1. cap. 4. ex Plutarcho.

Geradas.

Lycurgi temporibus tanta erat apud omnes vxorum pudicitia, ac tam longè aberant ab ea turpitudine quæ postea inualuit, ut prius esset incre-dibile, adulterij crimen apud Spar-tanos inueniri. ferturque dictum cuiusdam vetustissimi Spartani Geradae, qui rogatus ab hospite quodam, quid poenarum darent apud Spartanos adulteri? neque enim videret se quicquam super hac re sanctum à Lycурgo: Nullus, inquit, ô amice, apud nos adulter est. Quum ille sub-iecisset, Quid igitur, si existat? Dabit, inquit, bouem tantum, ut porrestræ ultra Taygetum montem collo, bibat ex Eurota. Cumque ille ridens di-xisset: Fieri non potest ut tantus bos inueniatur: Et quo pacto, inquit Geradas, Spartæ existat adulter, in qua diuitiæ, delitiæ, & corporis ascititæ cultus probro habentur: contrâ verecundia, modestia, ac obedientiæ magistratibus debitæ obseruatio decori laudique dantur? Prudenter intellexit Geradas, ibi non posse nasci vi-tia, vbi non admittuntur vitiorum seminaria: eaque vbiique iacere, qui-bus pro honore tribuitur ignominia. Atque hæc est clementissima ratio medendi prauis moribus, excitandiq. virtutis studium. Plut. in Laco. apoph. & in Lycurgo.

Dionysius Senior.

Quum intellexisset filium, cui principatum relieturus erat, ingenui viri coniugem adulterasse, iratus inter rogauit, an yngquam tale quicquam.

in patre competisset? Hic adolescens: Tu, inquit, non habebas patrem regem, Nec tu, subiecit Dionysius, si hū regem habiturus es, ni talia perpetrare desinas. Tyrannus in filio dignum ex hæredatione crimen iudicabat adulterium, qui hodie magnatum ludus est. Plutarch. in reg. & imp. apoph.

Alexander.

Quum puella multa nocte ad Alexandrum ducta esset, cum eo dormitura rogauit rex, vbi fuisse tam diu? illa respondentē, se expectasse donec maritus isset cubitum: ministros accitos acriter obiurgauit, ac, Reducite, inquit, hanc: parum enim absuit, quin vestra culpa fuerim factus adulter. Egregium castitatis exemplum, tum in uxore, tum in rege. Nam apud illos simplex stuprum pro nullo crimine habebatur. Apparet autem tum fuisse morem qui adhuc durat in Italia, vt uxores se cubarent à viris, nisi siquando vocarentur. Plu. in reg. & imp. apoph.

Cæsar.

+ Vxorem suam quæ in suspicionem venerat perpetrati cum Claudio adulterij repudiauit: nō quod si: etum crederet eam se non posse coniugem habere quæ semel adulterij commissi suspecta haberetur. pudicæ enim esse, non tantum vt ne quid peccet, sed ne suspicionem quidem ullam turpem de se præbeat. Dio. Cass. lib. 37.

Pontidius.

Pontidius interrogatus à quodam, qualem existimaret eum qui in adulterio deprehenderetur: Festivè, Tardum respondit. Bruson. l. 1.c. 4. Respondeamus nos, Turpissimum & impium nebulonem.

Sylla.

Syllæ libertus, cui Fausti nomen erat, cùm intellexisset sororem eodem tempore duos moechos habere Fullium Fullonem videlicet, & Pomponium cognomento Maculam: notans per ridiculum ejus adulterium: Mi-

ror, inquit, sororem meam habere maculam, cum fullonem habeat. Bruson. l. 1. cap. 4. Ita ludunt probrosi & ad obscena quæque admittenda & patranda nat. homines, sed potius monstrâ hominum.

Anonyma.

+ Lacenam quidam de stupro per internuncium appellavit, vt sibi asserretur. Cuire spousum illa reddidit. Puella cùm essem, patri didici dicto audiens esse, idque feci: postquam nupsi, viro. Si ergo æqua à me postulat, huic primum id aperiat. Plut. in Lacon. apoph.

Baldinus.

+ Comes Flandriæ, & Imperator Bizant. ab adulterio adeò fuit alienus, vt ne impudico quidem aspectu mulierem intueretur. Atqui bis in hebdomada publicè iubebat proclamari, ne quis in suo palatio pernoctaret, qui alienam mulierem attigisset Nicetas.

Othocarus.

+ Rex Boëmia Othocaru cùm de pudicitia coniugis sinistri rumores a se deferentur: Lex, inquit, naturæ est Cornua qui faciunt, ne cornua ferre recusent. En. Syll. lib. 3. Com. de rebus gestis Alphon.

S. Augustinus.

* Indignantur, inquit, mariti, si audent adulterios viros pendere simile adulteris fœminis poenas: quum tantus grauius eos puniri oportuerit, quam magis ad eos pertinet, & virtute viri cere, & exemplo regere fœminas. Lib. de adult. coniugiis.

Idem.

* Sicut satius est fame mori quæ vesci idolothitis: ita præstat mori si ne liberis, quam ex illico concubis stirpem querere. Libr. De bono coniugali.

S. Ambrosius.

* Nemo, inquit, sibi blandiatur clegibus hominū. Omne stuprum adulterium est: nec viro licet quod mulier non licet. Eadem à viro, quæ ab uxore, d

re, debetur castimonia. Quicquid in ea, quæ non sit legitima vxor cōmis-
sum fuerit adulterij criminē damna-
tur, lib. de Patriarchis.

De ægrotatione.

Socrates.

Sicut, inquit, cureri nequeunt,
Quando sinistram fortunam expe-
riuntur: nec ægrotantes sanari pos-
sunt, si voluptatibus operam dederint.
Stob. ser. 2.

Idem.

† In morbum cum incidisset, affec-
tus ætate, & cūdam quærenti quo-
modo haberet? Rēctè, inquit, nam si
conualuero, plures æmulos habeo;
si vita excessero, plurimos lauda-
tores. Älian. lib. lib. 2. cap. 36.

Antigonus.

A graui morbo postquam conua-
luerat: Nihile prius est, inquit, (siqui-
dem hic morbus submonuit nos) ne
animo effera mur, quum simus morta-
les. Quis docuerat Ethnicum regem,
philosophiam Christiano dignam a-
nimō? Deplorabant amici ceu ma-
gnū malū, quod tam grauiter æ-
grotasset: ille interpretatus est, ex
morbo plus accessisse boni quam ma-
li. Corpus extenuerat: sed animū
reddidit modestiorem: corporis ro-
bori nonnihil detraxerat, sed animū
detraxit insolentiam, morbum longè
periculosissimum. Proinde nō pes-
simē res haber, quum leuior morbus
arcet pellitve maiorem. Plutar. in
apoph. regum, & Erasm. verum hoc i-
dem dictum alii etiam Alexandro ad
scribunt.

Ion Sophista.

Dicere solebat, rem morosam esse
ægrotationem. Nam ægrotis vxor
molesta est, & medicum incusat, &
lectulum molestè ferunt. Ex amicis
etiam si quis accedit, grauis est us,
qui discedit, molestus. Philostrat de
& Bruson. l. 4. & c. 20. ex Plut. lib. de
animi tranquili.

Itamus.

Quum apud Antigonum milita-
ret, corporis aduersa valetudine la-
borans, rogatus à rege palloris cau-
sam, ægritudinem incognitam causa-
tus est. Rex verò animi magnificen-
tia dūctus, iubet remedia adhiberi ad
eum sanandum. Restitutus igitur sa-
nitati miles, postea omnia mortis pe-
ricula vitabat: Rogatus vero à rege
mutationis causam, ait: Ó rex, tu me
minus audacem fecisti, quod iis ma-
lis me vendicasti, quibus vita à me
mea contemptus habebatur. Sensit
miles, ægritudinem hominibus in eo
prodesse, ut omnia fortunæ bona, & i-
psam etiam vitæ miseram & ærumno-
sam contemnant, qua cùm sanis sumus,
in nostram pernicie abutimur. Brus.
l. 4. cap. 15. ex Plutar.

Anaxarchus.

Ridebat Alexandrum, quod se-
ipsum Deum faceret. Cùm autem ali-
quando in morbum incidisset Ale-
xander, & ei medicus sorbitonem
imperaret fieri, ridens Anaxarchus
inquit: A nostro Deo spes omnis in
sorbillatione patella posita est. Irra-
der philosophus Alexandrum regem,
qui ob fortunā propitiam, & res tam
fœliciter gestas, Deum esse puta-
bat. At ostendunt humanæ vitæ mi-
seriaz, & incommoda quæ in dies nos
circuinueniunt, nos homines esse fra-
giles: quo fit, ut admodum subinde,
ne ex hominibus nos deos esse fin-
gamus, nullis malis obnoxios. Älian.
l. 9. de Var. hist.

Seneca.

* Nihil æquè ægrum reficit atque
adiuat, quam amicorum affectus.
Epist. 76.

Arceſtiaſus.

† Invit aliquando Apellem Com-
ægrotantem, cuius perspecta inopia
eodem paulo post redit plena manu
nummorum; & decumbenti assidens
dixit: Nihil hic est præter elementa
Empedoclis, nec verò commode de-
cumbis: ac fingens puluinār accōmo-

dare, sub eo pecuniam illam clam depositum. Vetus quæ agroto ministrabat, cum leatum deinde sternet pecuniam inuenit, & obstupuit, & apellic indicavit. Qui ille subridens, Fursum, inquit, est, & ludus Arcesilai. Plut. de adulat. & amic.

Theodoricus Episcopus.

Theodoricus Colonensis ecclesiæ pontifex, prudentia & autoritate inter electores imperij facile princeps, quærenti Sigismundo Cæsari quoniam pacto felicitatem consequi posse? Inter mortales, ait, frustra requiris. Petenti rursum, ad cœlestem illam quo itinere pergeret? Recta, inquit. Instanti tertio, quid agens recta vaderet? Si vitam tuam ita institeris, dixerisque, inquit, ut facturum te promisisti, dum calculus, aut podagra, sive alia valetudo aduersa acrius te opprescit. Docuit autem morbum monere nos ad capessendam meliorem vitam. Æneas Sylvius libro 2. commentariorum de rebus gestis Alfonsi.

D. Chrysostomus.

+ Agrotans, factus sanus Dei non obliuiscatur. In Matth. hom. 25.

Iadem.

+ Agrotationum omnium mater, deliciarum vsus. Ibidem. hom. 50.

D. Ambrosius.

+ Infirmitatem, virtutum officinam appellat. in Psalm. 36.

Franciscus Borgia.

+ Iacenti huic aliquando, deplo-rato ac penè deposito, lacrymantes aderant socij, & medicus: quibus nec opinato: cur, inquit, lacrymas frusta funditis? An illæ morti me eripient, si Deo visum, in patriam ab hoc me vita exilio reuocare? sed nondum maturuit hic fructus, ut summi Regis mensis apponatur. Grandis adhuc nobis restat via, immò intra quatri-duum viius, valensque Olyssiponem pergam. Quod & factum est, vi morbi depulsa. Ribaden lib. 2. de vita eiusdem cap. 13.

Vide Apoph. de Morbis, Sanitate, & bona Valetudine.

De æmulatione.

Ethoœt Lacedamonius.

Dicebat, duos Lysandros Spar-tiam ferre non posse. Et Archestratus Atheniensis, duos Alcibiades in ciuitate Athenensi tolerari non posse. Adeò, tametsi diversi & contrarij, tamen erant intolerabiles. Älianuſ lib. II de Varia hist. Plutarch. in Lysandro & Alcibiade.

Aristoteles.

Quum Xenocratis æmulatione apernit scholam, hoc carmen usurpauit: *Αἰαχεῖστον τῶν, Ξενοκράτης δὲ ταῦτα λέγει εἴδεται, σιλε τυρπε, αἱ Ξενοκράτεις πατιοῦσι. Αἱ γὰρ οὐτοῖς, Ξενοκράτης δὲ ταῦτα λέγει εἴδεται, σιλε τυρπε, αἱ Ξενοκράτεις πατιοῦσι. Αἱ γὰρ οὐτοῖς, Ξενοκράτης δὲ ταῦτα λέγει εἴδεται, σιλε τυρπε, αἱ Ξενοκράτεις πατιοῦσι. Αἱ γὰρ οὐτοῖς, Ξενοκράτης δὲ ταῦτα λέγει εἴδεται, σιλε τυρπε, αἱ Ξενοκράτεις πατιοῦσι.* Alij pro Xenocrate, ponunt Isocratem. Laert. I. 5. c. 1.

Alexander.

Quum ei datum esset scriniolum, quo nihil inter opes Darij pretiosius pulchritu[m] repertum est, & quæretur in quem usum destinandum esset: aliis aliud suadentibus dixit, Huic optimè seruandus dabitur Homerus: sentiens, nul' um esse thesaurum illo pretiosiorem. Ita usum est iuueni, qui se otum ad exemplar Achillis componebat. Plut. in Alexand.

Plutarchus.

* Ut non est verus amor quicaret zelo ypiæ: ita nemo amat vehementer virtutem, nisi qui ardet æmulatione recte factorum ab aliis. In mortalibus.

Vide apoph. de Imitatione.

De Ænigmatibus.

Cicero.

Hortensius orator defensio-nis mercidem à Verre accep-erat phingem argenteam. Is quum M. Tullio obliquus quiddam & in-uelutius loquuto dixisset, Non di-dici solvere ænigmata: Atqui, inquit Cicero, Sph. ngem habes domi. Nota est

est fabula de monstro Sphinge, quæ præmis propositis edebat ænigma: non sol entibus autem, mors erat præmium. Plut.in Romanor.apoph.

Idem.

Idem orator ænigmate lusit in matrem Platorij, qui Fonteum accusabat, dicens eam, dum viueret, ludum, mortuam magistros habuisse: notans, quod dum viueret, infames ad eam fœminæ commeare solebant: post mortem verò bona eius venibant. Sermo videtur & absurdus & præposterus. Nam qui ludos habent, ipsi magistri sunt, & discipulos habent. Magistri autem dicuntur non solum qui docent, verum etiam qui regunt. Eras.l.4. apoph.

Amaſis & Rex Aethiopum.

† Amaſis Agyptiorum Regi, sapiens certamen fuit cum Rege Aethiopum. Itaque per literas iussit illi edere, quid antiquissimum sit, quid pulcherrimum, quid optimum, quid sapientissimum, quid communissimum: & vero insuper quid utilestimum, & nocentissimum, quid valentissimum, quid facillimum exprimere? Respondit Aethiops. Quid antiquissimum? Tempus. Maximum? mundus. Sapientissimum? veritas. Pulcherum? Lux Communissimum? mors. Utilestimum? Deus. Nocentissimum? Daemon. Valentissimum? Fortuna. Facillimum? Suaue. Quas solutiones Amaſis partim probavit, partim reiecit. Atqui Thales nullam earum reprehensione vacare, verum omnes claudicare. Itaque respōdendum contendit. Quid antiquissimum? Deus. Ingenitus est enim. Quid maximum? locus. Nam reliqua mundus, mundū locus compleſt̄ur. Quid pulcherum? Mundus ipse. Quicquid enim concinnam ordinationem continer, huius porro. Quid sapientissimum? Tēpus, siquidem alia iam inuenit, alia inueniet. Quid communissimum? Spes. Quandoquidem quibus nihil suppetit aliud, iis tamē hæc suppetit. Quid v-

tilissimum? virtus. Namque cetera utendo rectè utilia efficit. Quid nocentissimum? vitium. Fore enim noxiam adfert eius contagio. Quid fortissimum? Necessitas. Est enim una iniuria. Quid facillimum? quod naturæ conueniens est. Nam & ipsas voluptates, homines subinde aduersantur. Plutarc.in coniuvio.

Plutarchus.

* Si quis huiusmodo ænigma componat. Quid sit quod oderit simul & amet, fugiat & perseguatur, minetur & supplicet. irascatur & misereatur, desinere velit ac nolit, eadem re maximè tum gaudeat, tum tristetur? Hic sanè scirpus ægrè solui & conciliari posset. Porrò sphingis ænigma permulta quoque confusa habet. Non enim reuera triplex est senex, si baculo innatur: neque infans est quadrupes, quia gressus molles & infirmos manibus fulcit. Amantium autem affectus veri sunt: amant, oderunt, eundem absentem desiderant, præsentem metuunt, adulantur, conuicia ducunt, &c. Stobæus. serm. 62.

Vide infra, Argutias Dialecticas, & Sophismata.

De æqualitate.

Thermistocles.

Si facilitate morum multos ciuium Isibi conciliarat, atque hinc popularem potentiam est adeptus. Itaque eidam ipsum admonenti: Bene principatum geris Athenis, si cunctis æqualis & communis esse voles: respondebit, Nunquam ei sellæ infederim, unde nihilo plus à me ferrent amici quam alieni. Plutar.

Diogenes.

Pecuniis si quando egeret, eas ab amicis accipiebat. At cum à quibusdam ob id suggilliaretur, quod præter philosophi dignitatem, mendicorum more peteret: Imo, inquit, non peto, sed repeto. Repetimus autem mutuum, aut depositum. Amicus autem

eger amico dans, non donat, sed
ter et potius id quod amico debet:
nam amicorum omnia debent
ne communia. Laert.lib.6.

Epicurus.

Is mirum in modum Pythagoræ
institutum improbabat: qui cùm do-
ceret, amicorum omnia esse commu-
nia, iubebat ut disc puli, quod quis-
que habebat, deponerent in commu-
ne, dicens id esse diffidentium verus
quàm amicorum. N m si quis verus
est amicus, nihilominus habeo pro-
meis, quæ ille possidet, quàm si de-
posuerit. Qui diffidit autem, aut non
est verus amicus, aut dubitat de ani-
mo alterius. Erafm.lib.8. Apophtheg.

Plato.

Felicem & beatam esse eam civi-
tatem inquit, in qua istæ voces, Meum
& Non meum, proferri non audian-
tur, eo quòd communibus, quoad fie-
xi potest, rebus, quæ quidem alicuius
æstimationis sunt, vt ciues debeat. Sed
multò magis huiusmodi vox è
coniubio eximenda est. Plutarch. in
nuptialib. præceptis, & Stob.serm.72.

Idem.

* Serui & domini, inquit, amici nū-
quam erunt. Nec probi nec improbi,
etiam si æqualibus affiantur hono-
ribus. Inæqualibus enim æqualia in-
æqualia fiunt, nisi mensuram acci-
piant. Nam proper hæc vt æq; sedi-
tionibus replentur Republicæ. Ve-
fus enim præseus ille sermo, ab æqua-
litate amicitiam procreari, &c. lib.6.
de legib. Stob.serm.41.

Thales & Anacharsis.

† Thaleti Remp. eam optimè con-
stitutam afferenti, in qua neque ad-
modum pauperes, neque plus æquo
divites essent; imo potius, adiunxit
Anacharsis, talis iudicanda est, in qua
& facultates omnes communes sunt,
& vbi dignitatem & decus, virtus: re-
pulsam verò & infamiam vitium me-
titur. Plutarch. in conuiuo.

Leo.

Leon Euryeratidis filius interroga-

tus, in qua tandem vrbe aliquis pos-
sit tutò vitam agere: In ea, inquit, quæ
qui incolunt, neque plus possident,
neque minus: & vbi iustitia viget, in-
iustitia imbecillis est. Grauitate admo-
nuit, æqualitatem esse pacis & tran-
quillitatis alariceni, inæqualitatem
seditionis esse seminarium: nec ibi
locum esse iustitiae, vbi ut quisque po-
tentior est, ita licentius opprimat im-
becilliorem. Plut. in Lacomis apoph.

Lycurgus.

Interrogatus quomodo liceret ho-
stium insultum effugere. Si, inquit,
nec aliis alio plus requirat. Quo di-
cto docuit, tutores esse eos ab ho-
stium incursu, inter quos est æquali-
tas, & ex æqualitate concordia. Plut.
in Laco.apoph.

Idem.

Quoniam intelligebat æqualitatem
& ad frugalitatem, & ad concordiam
in primis conducere, fecerat nouam
agrorum partitionem, & in singulos
ciues æquam portionem distibue-
rat. Fertur itaque, cùm dein ex pere-
grinatione rediens iter faceret per a-
grum recens demessum, conspiceret:
que manipulorum aceruos ordine po-
sitos & æquales, dlectatus eo specta-
culo, cum risu dixisse comitibus: Vt
tota Lacedæmon videtur multorum
esse fratrum, qui n̄ per inter se divi-
serint hereditatem. Bono principi n̄
ihil iucundius est ciuium concordia,
rursum tyranno nihil formidabilius.
Plut. in Lycurgo.

Idem.

Quum statisset inuadere delicias,
luxumque, & in his quoque tollere
druitiarum admirationem, instituit
syssilia, hoc est conuiua publica. Per-
contanti verò eur ea constituisset sic,
vt in singulis conuiuiis pauci cum ar-
mis discumberent: Vt, inquit, expedi-
ti sint ad parendum imperatis: & si
quid tumultus inciderit, penes pau-
cos sit delictum, sitque inter omnes
potus ac cibi æqua portio. Doneque
non solum in esculentis & poculen-

tis, verum ne in strato quidem aut
vasis, aut alia re quacunque plus ha-
beret diues quam pauper. Plut. in La-
con.

Curius.

Dei & Sabinis, cum ex Senatus-
consulto ei ampliaretur agri modus,
quem consummati milites accipere
solent, recusavit, & gregalium por-
tione contentus fuit, dicens: esse ma-
lum ciuem, cui non esset satis, id quod
ceteris esset satis. Plinius Iunior cap.
33 de viris illust.

*Plura pete ex apoph. Amicorum
omnia communia.*

De ætrario & fisco.

Traianus Imp.

Fiscum, lienam vocare solebat,
quod eo crescente reliqui artus
omnes tabescerent. Langus in Nice-
phori annot.

Constans Imp.

Dicere solebat, opes publicas me-
lius à priuatis pluribus haberi, quam
intra unum principis claustrum re-
seruari. Eutrop.

De affabilitate.

Demonax.

C Vidam sciscitanti, quomodo de-
legatam sibi prouinciam admi-
nistrare commode posset, respondit:
Si minimum loquens, plurima au-
dieris. Hoc dicto princeps iubetur &
æqua & iniqua audire. Erasm. libr. 8.
apoph.

Hortensius.

Ob cultum mundiorem, ac gesti-
culaciones in dicendo moliores cre-
bro malè audiebat, in ipsisetiam iu-
diciis. Sed quum L. Torquatūs, homo
subagrestibus moribus, dum apud
consilium de causa Sylla quærere-
tur, non iam histronem illum dice-
ret, sed gesticulatricem, Dionysiamque,
notissimæ saltatriculæ nomine
compellaret, tum voce molli denisi-

saque Hortensius, Dionysia (inquit)
Dionysia malim equidem esse, quam
quod tu Torquate, αποστολης, αρισταρχος,
απεγνως, id est, inelegans, agrestis, a-
ditu difficilis. Periculose maledictic
alteri, cui vel idem, vel simile, vel
diuersum, sed deterius. vitium potest
obiici. Eras. hb. 6. apoph.

Titus Flavius Sutorius.

Admonitus ab amicis, quod plura
polliceretur interpellantibus quam
præstare posset: respondit, Non oportet
quenquam à Cæsar's colloquio
tristem discedere. Sueton. in eius
vita.

Adrianus Imp.

In colloquiis etiam humillimo-
rum mitè ciuilis erat: eosque dete-
stari solebat, qui hanc humanitatis
voluptatem ipsi inuidenter, hoc præ-
textu quod dicerent, principis maie-
statem ubique seruandam. Dion.

De affabilitate neglecta.

Aristippus.

Q Vnum aliquando Dionysium in-
terpellaret pro amico, nec ille
preces admitteret, prostratus cœpit
amplecti pedes regis, & impetravit.
Id factum quum quidam velut abie-
ctus, quam ut philosophum deceret,
reprehenderet. Non ego, inquit, sum
in culpa, sed Dionysius, qui aures ha-
bet in pedibus. Ingenium iuxta premi-
ptum, & ad faciēdum, & ad excusan-
dum quidlibet. Laert. hb. 2. cap. 8.

Legati Laced.

Venerunt aliquando Lacedemo-
nijs ad Lygdamin tyrannum, legatio-
ne fungentes: sed quum ille variis cau-
sationibus frequenter distulisset col-
loquendi copiam, tandem post om-
nes excusationes dictum est, illum
parum firma esse valetudine, sed lan-
guere non nihil. Legati responderunt:
Per Iouem, non venimus huc cum il-
lo luctaturi, sed colloquuturi. Plut. in
Lacon.

Graca mulier.

Anni eisdam pauperculae Philip-pum appellant, ut causam ipsius co-gnoscet, cum hac fluctuatione fre-quenter obstreperet illi, respondit, sibi non esse otium. cumque anus in-clamasset, Proinde ne rex quidem es-se velis: Philippus admiratus anicu-lex liberam vocem, non illi solum pra-e-buit aures, verum etiam alios audi-uit. Hoc idem Latini tribuunt Adria-no imperatori: sed Philippo Mace-nia regi tribuit Plutarch in apoph-theg. regum & imperator.

*De affectatione ver-borum.**Anicula.*

ANICULA THEOPHRASTO licitanti quiddam, idque admodum At-ticè: Hospes, inquit, non vendo tan-ti: Notans illum, quasi non esset. At-ticus natura, qui supra modum affec-taret atticismum Id enim solent ho-spites, dum in aliena lingua volunt videi disertii. Eras. 6.apoph.

Fanorinus.

Ad adolescentem prisacarum & iam obsoletarum vocum affectato rem: Curtius, inquit, & Fabricius di-lucidè cum suis fabulati sunt: neque Aruncorum, Sicanorum, aut Pelaigo rum, qui primi Italiam incoluisse le-guntur, sed ætatis suæ verbis locuti sunt: tu vero perinde quasi cum ma-tre Euandri nuc loquaris, verbis iam olim desitis veteris. Quid si intelligi non vis quæ loqueris, non hoc abun-dè consequeris tacens? Erasm. Rot.li. 6 apoph.

Idem.

† Cum adolescentem quædam ve-tusta & præsa verba in quotidiano colloquio affectantem, ut eruditio ne præ se ferrer, audisset, dixit, moribus antiquorum viuendum, verbis autem nostrorum esse loquendum. Aul. Gell. lib.c.10.

Melanthus.

Melanthus interrogatus quid sen-tiret de tragœdia Diogenis: Non vi-di, inquit. Notavit affectationem Dio-genis in scribendo, qua sæpenumero nō minima obscuritatis causa est. Plu-tar. in libro *ad n. 8.*

Pacatus.

Oscus Rhetor quidam clarissimus, cum adeò loquendo simul & scriben-do affectaret, ut nil absque schemate proferret, Pacatus obuiam ei veniens dixit: Poteram dicere, Ave Osce. Irriti sit hominem affectatorem, salutatio-ne affectata. Vsus est enim occupa-tione affectata, præter omnem neces-sitatem. Eras. lib.8.apoph.

Plato.

Polus sophista cum daret opera-va ut nimis affectatè loqueretur, atque hinc immodecè gloriaretur, Plato hominem sic taxauit: O Pole, ut te tuo alloquor modo. Polus autem Græcè sonat pullum equinum. Voluit autem taxare hominis affectatè loquentis ar-rogantium. Laert.lib.3.

Cato.

† Cum A. Albuinus in iugis historiæ quam Græcè scribebat, veniam de-precaretur, si quid esset erratum, eo quod esset homo Romanus, natus in Latio, & Græca oratio esset à Roma-nis alienissima, Cato cum legeret: Ne-to, inquit, Aule, nimium nugator es, cum maluisti culpam deprecari, quæm culpa vacare. Nam petere veniam so-lemus, aut cum compulsi peccauimus. Tibi, inquit, oro quis pepulit ut id committeres, quod priusquam face-re, peteres ut ignosceretur? Aul. Gel. lib.11.cap. 8.

Demonax.

Quum interrogasset quendam, at-que is verbis nequaquam vulgaribus respondisset: Ego, inquit, amice, te nunc interrogo: at tu perinde respon-des, quasi vqueret adhuc Agamem-non. Eras. lib.8.apoph.

Idem.

Quendam Rhetorem audiens ita loquens

loquentem , Hora nimium iacula-
trix adueniens regionem herbis deſe-
& am reddidit : Non desines, ait, me-
cum ut cū turba agere ? Notavit autē
his verbis , sermonem hominis plus
ſatis affectu. Plu.in Roman.apoph.

Idem.

Phauorini diſtioneſ ſtūdiorum ut nimium
compoſitam ſolebat arguere ridicu-
lē , quod cū ille agravet uiliffet , ait:
ut philoſophum vefis neglefciōr , ita
oratio decet inaffetata. Erasm. lib.8.
apoph.

Augustus Cæſar.

Mecenas cū verbis affectatis
ſcribere ſoleret, ab Auguſto hac vale-
diſtione deriſus eſt : Vale mel gen-
tium, melcule , ebur ex Hetruria , la-
ſer Aretinum , adamas Supernas , Ti-
berinum margaritum , Cilneorum
ſmaragde, Iaspis ſigulorum , Berylle
Porſeonæ, &c. Macrob.lib.2.cap.4.

Cicer.

M. Lepides cū Romæ in ſenatu
dixiſſet, Paribus conſcriptis, ne di-
cam circumſcriptis : Ego , ait Cicero,
non tanti feciſſem ὁμοιοπλατων. Af-
fectauit autem Lepidus ſchema vocum
ſimiliter deſinentium. At ſatiuſ erat
ſchema perdere , quām Senatum of-
fendere. Eras.lib.4.Apop.

De affectibus humanis.

Thales.

T Hales Milesius interrogatus. quif-
nam felix dicendus eſſet ? Qui
corpoſe, inquit, ſanus eſt: animo vero
raſtus. Senſit vir ſapienſiſſimus, af-
fectus eſſe animi morbos. Laert.

Ariſtonymus.

* Gubernatores ſe ventorum mu-
ta-
tionibus accommodant, & vi-ri ſapi-
tes animi affectibus. Stobæus.

Seneca.

† Nos homunciones ſumus : omnia
nobis negare non poſſumus. Dolebi-
mus, ſed parum : concupiſcemus, ſed
temperate: iraſcemus, ſed placabimur.
Epiftola.ibid.

Antoninus Pius.

Quum M. Antoninus fleret educa-
torem ſuū mortuum, & adoleſcens
ab aulicis ministris reuocaretur à de-
claratione pietatis erga nutricium:
Permittite , inquit Antoninus Pius,
illi ut homo ſit : neque enim vel phi-
loſophia, vel imperium tollit affectus.
Eras.lib.6.Apop.

M. Antoninus Verus.

Iamiam moriturus , cū ſuōs ad
grabbatum ſtare, dolere, atque angi-
videre. Humanum eſt, inquit, huma-
nis caſibus ingemiscere : multoq[ue]
magis , misericordiam prouocare,
quæ oculis uſurpantur. Senſit autem,
hominem non lignum aut lapidem
eſſe, qui nullis rebus afficiatur, ſed a-
nimal , quod affectibus misericordiæ
rangatur, & compatiatur etiam. He-
rodianus,lib.1.

Philo.

* Vis ignis abſumit obiectam ma-
teriam , & affectus excandescens ab-
ligurit, corrumpitque quicquid inue-
nit obuium libr. de cognit. quaren.
erudit.

De affectibus priuatis.

Hemistocles.

T Hemistocles Atheniensis , filium
ſuum , quem mater adamabat,
atque in delicis habebat, plurimum
omnium Græcorum poſſe, collige-
bat hunc in modum: Athenienses, in-
quit, dominantur Græcis , ego Athe-
niensibus , mihi mater , matri filius.
Plut.in Græc.apoph.

Pyrrho.

Quum Pyrrhoni Eliensi philoſo-
pho obiurganti ſororem Philistam,
quidam obiiceret , quod oblitus eſſet
ſuæ professionis (docebat enim , om-
nia eſſe indifferentia) ſic eluſit: Non
enim , inquit, in muliercula deкла-
bitur indifferentia. Laert. libro 9.
cap. II.

Gleon.

Cleen , quum reipub. adminiſtra-
B iii

tionem capessere destinasset , testa-
gus est , se iam omnium amicitiarum
vincula velle soluere , quod amici
plerunque obstarent , ne liceret vbi-
que rectum tenere clavum. Eras. lib.
6.apoph.ex Plutarcho.

Cicer.

† Cum Philiscus Cicerorem exulem
consolari vellet , diceretur & bona
eum valetudine frui . & omnibus ad
vitam necessariis abudare: At, inquit
ille , haec omnia nihil prosunt , vbi a-
nimo æstro fueris , isque re quapiam
molesta afficitur. Longè enim maio-
rem animi solicitudines miseriam ,
quam voluptates corporis delectatio-
nem homini afferunt. Dio. Cass. lib. 38.

De affectibus nostris qui in aliis probantur.

Anonymus.

Alexandro Macedonum regi pi-
rata quidam captus & ad ipsum
adductus , rogatusque , quare auderet
infesta reddere maria , paucis respon-
dit : Ego cū vnica nauicula pirata no-
minor , tu cum idem facias magna
classe , rex appellaris. Quo dicto Ale-
xander motus , ipsum statim dimisit.
Plut. in vita Alexandri.

Alexander.

Quum peritum quendam ex In-
dis sagittarium cepisset in fuga , qui
per annulum sagittam mittere dice-
retur , voluit vt artis suæ specimen e-
deret. Recusantem autem iratus oc-
cidi iussit. Verum cùm iam ducere-
tur ad mortem , dixit sagittarius , se
multis iam annis non exercuisse ar-
tem suam , eoque timuisse ne erra-
ret. Id vbi delatum est ad regé , quod
ignominiae metu recusasset , admirans
ingenium ambitiosum , dimisit
illum donatum : eo quod mortem ap-
petere maluisset , quam fama sua vi-
deri indignus. Apparet autem ex hac
historia nos affectus nostros etiam
amat in aliis. Alexander enim cum
semper ambitiosus & gloriæ appre-

tens fuerit , similem affectum in sa-
gittario probauit. Vide Plutar. in re-
gum & imp. apoph.

De affectibus frenandis.

Socrates.

Q uum post sudorem è palestra
collectum videret alios ad po-
tum confugere , vt sitim explerent ,
ipse bibere solus noluit. Verum in-
terrogatus , cur bibere nolle? Ne con-
fuescam , inquit , obsequi affectibus.
Laert. in eius vita.

Diogenes.

Iactanti se cuidam , ac dicenti , Vi-
ros supero in Pythiis , Ego , inquit , vi-
ros , tu verò mancipia. Lusit rursus af-
finitate vocum , quæ est inter αἰσθα-
& καὶ θάπτεσθαι. Mancipia autem appellabat , quicunque seruirent cupidita-
tibus : hos philosophia vincere pul-
chrius est , quam in Pythiis ludis vin-
cere viros. Laert. lib. 6. Erasm. libr. 3.
apoph.

Demosthenes.

Sapientis esse dicebat , nunquam
animo connuere , neque affectibus
quoquomodo licentius indulgere , ne
effrenati , rationis imperium dese-
rant. Stobæus.

Agesilaus.

Illud sibi cùm primis gloriæ du-
cere solebat , quod rex cùm esset ; ca-
terisque consilio prospiceret , nihil
seculis in laboribus obeundis nemini
cederet : quodque sibi imperaret , su-
ique (vt ita loquar) rex esset , id pul-
chrius esse iudicabat , quam quod re-
gnum obtineret in alios. Plut. in a-
poph. Laconicis.

Demonax.

Cuidam seruum suum virginis ex-
denti , Desine , inquit , te seruo tuo si-
milem ostendere. Seruus enim est
qui suis affectibus & cupiditatibus
imperare non potest. Eras. 8. apoph.

Megabates.

Quum Agesilaum adisset aliquan-
do salutandi gratia , ac iuxta Persa-
rum

rum morem osculum offerret. Agessilas auertit vultum, ac refugiens osculum, ait, Præstantius duco, ut quis sibi seruet suam libertatem, quām ut alii libertatem adimant. Intellexit nimirum vir continentissimus neminem esse liberum qui cupiditatibus seruiret: nullum imperium esse tam speciosum, quām si quis animo suo posset imperare. Plutarchus in apoththegm. Lacon. Erasm. lib. i. apoph.

I S o c r a t e s .

† Impera tibi ipsi non minus, quām & ceteris, idque maximè regium putato, si nullis libidinibus seruias, sed cupiditates magis in potestate habeas quām ciues tuos. Ad Nicoclem.

P l u t a r c h u s .

* In magno fluctu non sistitur nauis, nisi pondus anchoræ retineat alto infixæ vado: Sic in magnis rerum procellis summa ratio debet animum cohibere ne ab affectibus auferatur. In Ethicis.

S e n e c a .

* Ut nullum, inquit, animal, nec mite, nec ferum, paret tationi, quia ratione caret: sic nullus affectus. lib. 3. de ira.

I d e m .

† Non potest (aiunt) armis ex animo ira tolli, nec hoc hominis natura patitur. Atque nihil tam difficile & arduum, quod non humana mens vincat, & in familiaritatem perducat affectua meditatio: nullique sint tā feri, & sui juris affectus, ut non disciplina perdomentur. Quodcumque sibi imperauit animus obtinuit. lib. 2. de Ira. ca. 12.

I d e m .

† Intransitibus affectibus resistamus, quia facilius non excipiuntur quām exeunt. Epist. 116.

C a t o m a i o r .

Dicebat eum optimum & laude dignum esse imperatorem, qui prōris suis affectibus imperare possit.

Plutarch. in Rōm. apoph.

P r o c l u s .

† An non stupendum est, inquit, animam immaterialiter in rebus materialibus vivere, & in caducis incontaminatam se alicubi conseruare? Celius Rhodiginus lib. 3. Antiq. lest. cap. 23.

A l p h o n s u s .

Alphonsus Aragonum rex aiebat, si sibi contigisset nasci temporibus quibus Romana Republica florebat, se constructurum fuisse contra curiam templum Ioui Positorio, in quo priusquam venirent in senatum patres conscripti, odium, amorem ac priuatos affectus omnes deponerent. Allusit ad priscorum morem, qui locum multis cognominibus insigniebant, nunc Statorem, nūc Gamelion, nūc Genethlion, nūc Philium, nūc Xenion appellant. Ac si tam multa possit Iupiter, illud in primis præstans erat, ut in synodis, in iudiciis, in senatibus, in quibus de Repub. cōsultatur, nil habent momenti affectus priuati. Nam hi sunt qui frequenter & ciuitates & regna bellis committunt, ac possundant denique. Panormitan. libr. 3. de diōsis & factis Alphonsi.

I d e m .

Nil inconvenientius esse dicebat, quām si quis aliis imperaret, qui suis affectibus propriis imperare prius non posset. Sentiens, nil perniciosius esse Reipublicæ, quām si is qui praus aliorum affectus coercere debet pœna adhibita, à propriis ipse affectibus vincatur. Panor. li. 2. de reb. gest. Alphonsi.

A. Politianus.

* Dicebat, sicut Tarquinius papauerum summa capita, dum in horto ambularet, baculo decussum, sic semper in animo validioribus affectibus atque potentioribus potissimum esse resistendum. lib. de ira.

De afflictionibus.

Nazianzenns.

* Sol nubibus obteatus latius posse stea splendet, & ver post hymnis tristitiam est acceptius, iucundior tranquillitas blanda, & mare quietum post sediones ventorum & perturbationes aquarum littoribus allidens: sic post afflictiones nobis vita tranquillior. In orat. de Cypriano.

D. Augustinus.

* Boni laborant, quia flagellantur ut filii: mali exultant, quia damnantur ut alieni. In Psal. 93.

Idem.

* Dicebat, Sicut in uno igne aurum rutilat & palea fumat, sub eodemque tribula stipulae comminuantur, frumenta purgantur, nec ideo cum oleo amurca confunditur, quia eodem preli pondere exprimitur: ita una eademque vis irruens bonos probat, purificat, eliquat, malos damnat, vastat & exterminat. Vnde in eadem afflictione mali Deum detestantur atque blasphemant, boni autem presentant & laudant. Tantum interest non qualia, sed qualis quisque patitur. Nam parimodo exagitatum & exhalat horribiliter cœnum, & suauiter fragrat vnguentum. De Ciuit. Dei, lib. I. cap. 8.

Cyprianus.

* Nisi, inquit, præcesserit pugna, non potest esse victoria, quum fuerit in pugnæ congreßione, victoria tunc datur vincentibus & corona. Nam gubernator in tempestate di-gnoscitur, in acie miles probatur. Delicata iactatio est cum periculum non est: conflictatio in aduersis, probatio est veritatis. Arbor quæ altera radice fundata est, ventis incumbentibus non mouetur: & nauis quæ fortis compage solidata est, pulsatur fluctibus, nec frangitur, &c. Ser. de mortali-

De Agricultura.

Aristippi.

Aristippus, cum ei quidam obiit. Aceret: Tua culpa interiit ager, Atqui melius est, inquit, agrum propter me, quam me propter agrum perire. Stob. ser. 55.

Zeno.

Zeno Stoicus philosophus, cum videbat familiarem quandam ex agri laboribus incurvatum & circumflexum: Nisi tu agrum perdisseris, inquit, ipse te perdet. Stobæus ser. 55.

Lycurgus.

Sciens quantum utilitatis humanæ vitæ agriculturæ suppeditaret studiū, agros omnes ciuib. suis diuisit collendos: ut concordes inter se omnes similitatem ac prauos affectus depenserent, & simili labore omnes vietum quærerent. Plutarch. in regum apoph.

Lysander.

Quum ad Cyrum minorem, Persarum regem venisset, in hortum ductus, admiratus, & proceritatem arborum, & directos in quincuncem ordines, & humum subactam, Cyrus interrogauit, à quo essent arbores plantatae, & cuius solertia tam aptè dimensæ? Cui respondens Cyrus, ait: Atqui ego ipse sum ista dimensus, meis sunt ordines, mea descriptio, mea enim manu sunt satæ. Tum Lysander purpuram ornatumque Persicum multo auro intuens, dixisse fertur: Rectè Cyre te beatifuerunt homines, quoniam virtuti tuae fortuna coniuncta est. Cic. in Caton.

Artaxerxes.

Mises Artaxerxi Persarum regi malum punicum cum in vanno obtulisset, Rex magnitudinem eius admiratus, interrogauit, è quoniam horto de promptum hoc donum afferret? Illo vero respōdente, domo sua, & ex suis agris, gauisus rex supra modum, misericordia regis munieribus virum ornauit.

& Per

& Per sole, inquit (ita enim Persæ iuare solebant) iste homo tali curatio-
ne & agriculturæ diligentia, poterit
etiam ciuitatem (meo quidem iudi-
cio) ex parua ampliorē reddere. Vi-
detur autem innuere, non tantum a-
gros, sed omnes res, cura & sufficienti
opera, & indefesso labore, contra
naturam etiam meliores & præstan-
tiores effici posse, *Ælia. lib. i. de Var.
hist.*

Menander.

† Est Sanè virtutis, & vitæ magi-
ster ingenuæ, cunctis hominibus ager.
In Ploca.

Philemon.

† Iustissima hominibus possessio
est ager: ea enim quibus eger natura
profert abundè, triticum, oleum, vi-
num, caricas, mel. Argentea autem
vasa, atque purpura, ad tragœdias v-
sum habent idoneum, non ad vitam,
refert. *Stobæus serm. 56.*

Mus nius.

† Adeo autem egregia res. Deoque
accepta est ex agricultura viuere, mo-
dò cum honestatis studio coniuncta
sit, ut Apollo Mysonem sapientem,
Aglaum Psophidium felicem ap-
pellauerit, quorum vterque ruri a-
gens, suisque manibus laborans, vr-
bana habitatione abstinebat. *Ibid.*

Gelo Syracusanus.

Suos ad agriculturæ studium ad-
hortabatur, partim, ut agri ad usum
hominum meliores redderentur, par-
tim, ne otio torpescerent. *Plat. in re-
gum & imperatorum apoph.*

Myson.

Oeteus, quum Mysonem Chenæ
se sapientiorem conueniret, eum re-
perit æstate stiù am aratro aptantem:
Dicente autem eo, non esse tempus
arandi: Satis, ait Myson, tempestiuum
est, ad parandum nobis viatum. *Bru-
sonius libr. i. cap. 8.*

Faraotes.

Faraotes Indorum rex, Apollonio
de eius vita sciscitanti: Ego, ait, pal-
marum fructibus aut oleribus pascor,

aut quæ præbent mihi arbores, quas
ego his manibus colo. *Bruson. libro
i. cap. 8.*

Socrates.

* Amaltheæ cornu interpretatus
est ad huiusmodi similitudines ac-
commendo. Amaltheam quidem
significare illum qui minimè μέλ-
δων, id est, dissolutus, sed gnauus &
operarius esset, bona omnia conse-
quuntur. Per cornu verò bouis, quod
animal est laboriosissimum, virum
operatorum innui. Botros autem & si-
milia in cornu esse, quoniam omnia
quorum egemus, in agricultura in-
sunt: quamobrem gestantes ipsum bo-
num genius bonaque fortuna introdu-
cuntur. *Stob. serm. 54.*

Anonymous.

* Pulchrè ille quidem, qui agricul-
turam aliarum artium parentem at-
que nutricem appellavit: qua bene
habente cætera valeant: neglecta ve-
rò, terra, marique iacent omnia. *Xe-
nophon in œconom. Stobæus ser-
mo. 54.*

Abdolominus & Alexander.

† Abdolominus longa cognatione
stupis regis annexus, sed pauper, sub-
urbanum agellū magna parsimonia,
& labore colebat. Alexander eum ca-
pta Synode regem constituit. Multis
autem eius inopiam & fordes crimi-
nibus, Haud, inquit Macedo, viri
indoles famæ generis repugnat, ri-
dendum est quo animo inopiam tule-
ris: Tum ille: Vtinam, Alexander, sic
regnū ferre possim. Hę manus satis ad
victum fucr, nihil habenti, nihil de-
fuit. His delectatus Alexander mu-
neribus & regio titulo ornat. *Sabelli-
cus. libr. 4. En. 1.*

Atrillius Regulus.

Is aiebat, neque secundissimis lo-
cis agrum insalubrem parandum, ne-
que effectis saluberrimum. Frustra
salubris est locus, vbi peritur fame:
& frustra fertilis est, vbi non licet
viuere. *Erasmus libro 6. apophtheg.
ex Liuo.*

Scipio Nasica.

Candidatus in ædilitatis petitione cum adolescentulo competitorē de-scenderat: cuius quum manū rustico opere duratam tetigisset, interrogauit, Num manibus ambulare consueſſet? Id ut populo cognitum est, repulſam petitionis paſſus est, eo quod hominem agricolam spreuiſſe videretur. Bruso. lib. i. cap. 8.

Cato Maior.

Dicebat, fortissimos viros ac strenuissimos milites, ex agricultoribus digni, minimè cogitantes. Plut. & Eras. lib. 5. apoph.

Idem.

Dicere solebat ad rusticos, In re rusticā operā parcendum, in agro autem einendo minimè. quod enim male emptum est, semper pœnitit. Eras. lib. 5. apoph.

Idem.

Dicere solebat, pecuniam pedibus compensari: sentiens nimirum, satis sumptuosum esse, ad villam procul diffitam crebrò proficiſci, sed hoc impendij pedibus compensari, si dominus impiger inuisit fundum suum. Cicero in orat. pro Flacco.

Idem.

Interrogatus, quis esset certissimus agricultorū quaſtus, respondit: Si bene paſcat. quis proximus? Si mediocriter paſcat. quid terruum? Si bene vestiat. quid quartum? respondit, Arare, & terram bene vertere. Erasm. libr. 5. apophtheg.

Curi Dentati.

Manius Curius, qui Dentatus cognominatus est, nonnullis argenti-bus, quod ex agris bello partis par-tē exiguum vniuenique militum di-tribuisset, magnam verò Reipubl. optauit à Diis, ne quando existeret quisquam Romanorum, cui ager exiguus videretur, qui posset alere dominum. Sentiens, hominem planè ignauum esse, qui ex hac agri portio-ne non tantum laboribus se exerce-ret, ut inde viuere posset. Plin. cap.

33. de viris illuſtribus.

Cicer.

* Omnia rerum, ex quibus ali-qui ducuntur, nihil est agricultura melius, nihil uberior, nihil dulcior, nihil liber homo dignius. libro 1. de officiis.

Idem.

* Voluptatibus agricultorū ego incredibiliter delector, quæ nec villa impediuntur senectute, & mihi ad sapientis vitam proximè videntur accedere. Habent enim rationem cum terra, quæ nunquam recusat imperium, nec vñquam sine usura reddit quod accepit, licet alias minore, plenarumque maiore cum sc̄nore. libro de Senectute, vbi plura in agriculturā laudem.

Vxor Pythes.

† Pythes subditos ab agricultura abductos in effodiendo auro occupabat, vnde sécuta fames. Vxor panes & varia ciborum genera ex auro affabrefacta, ei pransuro apposuit. At ille his aliquantulum delectatus, cibū postulauit. Rursus vxor aurum intulit, indignabundo, & esurire clamāti. Atqui horum, inquit illa, nullius praeterea nobis copiam parasti. Semente, plantatione, & pascendi cura neglegta, effodimus, & querimus ea, quæ nulli sunt vñsi, enecantes nosipios & ciues. His motus Pythes, aliquid de auri cupiditate remisit, & partem populi agriculturā incumbere iussit. Plutarchus de virtutibus mulier.

Domitianus.

Domitianus imperator iussit excidi vineas: quod studio colendi vineta, negligenter arua. Sueton.

Dioctrianus.

Quum se imperio abdicasset, atque privatam vitam in villa sua instituisset, ab Herculio atque Galerio ad recipiendum imperium rogatus, tanquam pestē aliquā detestatus, respondit: Utinam Salona possetis visere olera nostris manibus instituta, profecto istuc tentandum nunquam iudicaretis.

caretis. Fuit autem Diocletiani villa haud procul à Salonis, vbi priuatus consenuit. Eutropius, & Cyprianus.

Vitrinius.

* Nullus infans sine nutricis lacte non potest ali, neque ad vitæ crescentis gradus perduci: sic ciuitas sine atrijs & eorum fructibus in mœnibus affluentibus non potest crescere: nec sine abundantia cibi frequentiam habere, populumque sine copia tueri. lib.2.de archite&t.

De alea.

Plato.

A Dolescentem, quod lusisset alea, graviter increpuit, qui quum dixisset, Sic obiurgas ob rem parvam? At parvum non est, inquit, assuevere. Laërt.lib.3.

Alexander.

Quosdam ex amicis multauit, quod in ludo aleæ sensisset eos non ludere. Siquidem multisunt, qui in hoc ludo velut in re maximè seria versantur, non enim ludunt, qui fortunas suas omnes, interdum & liberos, aleæ permittunt arbitrio. Plutar.in reg. & imp.apoph.

Berenice.

+ Ptolomæo ad tesseras sedeti & alea ludenti, adstabat quidam, eique nomina damnatorum recitabat, & eorum criminibus cognitis, quo genere mortis plectendi essent Rex sortes decerneret. At Berenice vxor eius erexit puer tabulis, non permisit, ut ad calcem legerentur, dicens non sic obiter aduertendum esse animum, cum de hominis salute queritur, sed attentius cogitandum, & abiicienda ludicar. Non enim simile esse casum tessellarum & corporum. Placuit Ptolomæo vxoris oratio, & factus est prudenterior. Alian.lib.14.ca.43.

Manius Curius.

Maniū Curium accusator alias ad concitandā inuidiam in sifario(id est

velaminis genus) pinxerat omnibus locis, aut in neruo nudū, aut ab amicis redemptum ex alea: hoc agens, ut omnibus persuaderet, quām is esset perditè deditus aleæ. Hoc crimen ridiculè inficiatus est Manius: Ego, inquietus, nunquam vici. Alter intelligi volebat, Curium assidue lusisse alea. Curius eo torfit, quasi infelicitas esset opprobrata. Non est verisimile, qui frequenter iudit tessellis, nūquām vincere. Referit Fabius.

Cicer.

Memmio cuidam vituperanti Catonem Uticensem, dicentique quod totas noctes ebrius esset: At illud, inquit Cicero, nō addis, eū totos dies alea ludere: ciuiliter excusans Catonem: qui totum diem reip. negotiis dabat operam, nocturnas aliquot horas tumebat laxando animo. Erasm. 4.apopht.

Huc refer apopht. de Ludo & Recreacione.

De ambiguae dictis.

Diogenes.

S Eruum quandam fugitiū videns ad puteum sedētem, Vide, inquit, adolescens, ne excidas: ambiguo verbo ludes. Nam excidit, qui in puteum decidit: & ἐμίσθει, id est, excidit, qui de loco pellitur. Laërt.lib.6.cap.2.

Idem.

Interrogatus, quamobrem athletæ nihil sentire? Quoniam, inquit, suilis ac bubulis carnibus educati sunt. Nam athletæ crassioribus cibis enutriuntur, qui corpori quidem robur conferunt, sed mentis acumen hebeant. Vocis autem ambiguitas dedit ioco locū. Nam ut Græcis ἀγάθαισθαι, ita Latinis sentire, tam ad animum quām ad corpus pertinet. At percontator ille queret, quid esset causæ, cur athletæ veluti sensu carentes, non offendenter plagis: Diogenes animorum stuporem notare maluit. Laërt.lib.6.

Idem.

Quum mentio fieret de puerō stu-
ptato, Diogenes, interrogatus cu-
ias esset, lusit ex ambiguo dicens,
Tegeates: nam Tegea ciuitas est Ar-
cadia, Tegos autem interdum idem
est quod lupanar. Ibidem.

Ischomachus.

Quum mendica quādam ventris
termina pateretur, ac medicus per-
contaretur, num haberet in ventre? Qui
potest, inquit, quum tridū nihil
comederit? Ethuius dicti festiuitas
iucundior est Græcis, quibus in ven-
tre habere dicitur, quæ fent uterum.
Nam id medicus percontabatur, an
esset grauida. Eras. lib. 6. apoph.

Stratonicus musicus.

Quendam, qui male cecinerat, ro-
gauit, cuius esset cantio? quum ille re-
spondisset, Carcini: multò magis, in-
quit, quām hominis. Carcinus enim
Græce cancrum sonat. Est autem ea-
dem vox cantoris cuiusdam nomen,
quem notant Græcorum proverbia.
Eras. lib. 6. apoph.

Idem.

Quum trabes delapsa quosdam è
conuiuis occidisset, dixit, αὐτὸς δοκεῖ
εἰσιν θεοί, εἰ δὲ μὴ εἰσι, δοκεῖ εἰσι. Id Latinè
reddi non potest: iocus est ex amphi-
biologia. δοκεῖ sonat trabi, si subcribas
iota: & sine hac, sonat opinor: Vt, o-
pinor, dij sunt, quod si non sunt, trabi
sunt. nisi foriē δοκεῖ legendum, acuto
accento, vt intelligas trabes sunt. E-
ras. 6. apoph.

Idem.

Quum Satyrum accepisset apud I-
lium peregrinari, festiuiter in Ilium
torsit illud proverbio iacta: um, in Illo
semper mala: ludens ex ambiguo vo-
cis. Alter enim mala dicuntur, quæ
misera tristiaque sunt, aliter homines
mali. Eras. 6. apoph.

Idem.

Polydæ glorianti, quod discipulus
ipsius Philopas canendo vicisset Ti-
motheum: Miror, inquit, si ignoras,
quod discipulus tuus condit decreta,

Timotheus autem leges: Focum ea-
ptans ex ambiguo vocis. Nomos e-
nim Græcis & legem sonat, & modu-
los cantionis Erat. ex Athenæo.

Philoxenus.

Philoxenus, cui cognomen Pter-
nocopis, patria Corinthius, orto ser-
moni quod turdi magno venderen-
tur, quum forte adesset Coridus, qui
malè audiebat, quod corpus suum ad
quæstum prostituisset: Atque ego, in-
quit, memini fuisse tempus, quo Cori-
dus obolo parabatur: ludens ex ambi-
guo, nam corydus etiam auicula no-
men est. Eras. 6. apoph.

Demonax.

Demopæx in Hermínium Peripate-
ticum, qui semper in ore habebat de-
cem Aristotelis Categorias, ita lusit:
Equidem arbitror, Hermine, te non
indignum decem Categoriis. Iocus
est ex ambiguo vocis. Categoriae Græ-
cis vel prædicamenta dicuntur, videlicet
accusationes. Eras. lib. 8. apoph.

Idem.

Quum Athenis quidam Romanus
senator filium ad Demonæctem ad-
duxisset, eleganti forma, vestitu deli-
cateo, ac deliciis effeminatum diceré-
tq; Salutat te, δέ Demonax, filius meό: Pulcher est, inquit, & te dignus, & ma-
tri non absimilis. Vtrunq; autem po-
terat dici in laudem. Nunc autem pa-
terem notauit ex filij effeminatis mori-
bus, & matri similem dixit mollem
& deliciis euiratum. ibidem.

Lau Corinthia.

Cuidam amatori, qui misse sigillo
iubebat illam venire: Non possum, inquit, lutum est Olim terræ genera
signabant, at illa lutum esse dixit,
quasi ob lutum viarum non posset ac-
cedere. Luteum sigillum nihil mora-
batur, argenteum quarebat. Erasm. 6. apophtheg.

Philippos Macedo.

In acie vulneratus circa clavicolā cū
decuberet lecto, & medicus à quo cu-
rabatur, subinde præmium efflagita-
ret: Sume, inquit rex, ipsem et, labes
enim

enim clauem in tua potestate: ludens
ancipi voce : κλεις enim Græcè &
clauem sonat, qua aperitur cista, vel
ianua domus: & commissoram quo-
que humeri cum pectori. Plutarc. in
apoph. regum & imp.

Citophus.

A Philippo donatus equo saucio,
vendidi: & ab eo post interrogatus,
vbinam esset equus? Ex vulnero, in-
quit, illo cōfēctus est. Ludens ex am-
biguo nam πέπεγκται sonat venditus
est, & cōfēctus est. Eras. 6. apoph.

Aferorator.

In quendam patronum imperiū,
sed splendido vestitu se venditatem
litigitoribus, lepidē dixit : Homo in
agendis causis bene vestitus. Lusit ab
inexpectato: nām auditor pro vesti-
tus expectabat, instructus, aut exerci-
tatus. Eras. 6. apoph.

Philippus orator.

In malevolentem, Video, inquit, me
à te circumueniri, sentiens, se malo
odore vndique oppleri. quum circu-
ueire dicatur, qui dolo fallit. Eras.
6. apoph.

Idem.

Causam agens, quum pusillus te
stis prodisset, Licetne, inquit, rogare?
Quum quæstor properans dixisset,
Licer, modè breuiter: hic Philippus,
Non accusabis, per pusillum rogo.
Primum in testem risus obortus est:
sed mox in iudicem Lucium aurifi-
cem conuersus, qui sedebat ipso teste
breuior. Erasm. 6. apoph.

Curtius.

Curtius eques Romanus delitiis
diffluens, quum apud Cæsarem cœ-
naret, macrum turdum sustulit è
patina: etiaque tenens interrogavit
Cæsarem, liceretne mittere? cūmque
is respondisset: Quidni liceat? ille
protinus auctm mīsi per fenestrām,
iocum arripiens ex ambiguitate ver-
bi. Nam cibis è convivio dono mit-
titur amicis, quod apud Romanos e-
rat solenne: & mittitur, quod abiici-
tur. Eras. lib. 4. apoph.

Cicer.

Quum Cicero in Pompeij castra
venisset, dicentibus, Serò venisti. Mi-
nimè, inquit, serò, nam nihil adhuc
parati video. Allusit ad eos, qui serò
veniunt ad conuiuū. Iocus est ex
ambiguo. Serò venit, qui tardè venit:
& serò, qui post tempus. Plutarch. in
Rom. apoph.

Idem.

Quum Faustus Syllæ filius ob æ-
ris alieni magnitudinem suppelle&i-
lem suam proscriptiſſet: Hanc, inquit,
proscriptiōnem magis approbo, quām
paternam. Lusit ambiguo verbo. Pro
scribitur res, quæ in auctione venum
exponitur, & proscribuntur homi-
nes, à quo quis iugulandi, quo crudelis-
fimo genere Sylla quāmpliarios ci-
ues proscriptiſſerat. Plutarch. in Roma-
norū apoph.

Idem.

In Isauricum ita lusit: Miror quid
sit, quod pater tuus homo constantiſ-
simus, te nobis varium reliquerit. Io-
cūs ex ambiguo vocis. Nam varius di-
citur, parum animo constans, varius
item, qui vestigiis plagarum notatis
est. Vulgatum autem erat, hunc Isau-
ricum aliquando à patre cæsum le-
ris. inde illud M. Cæli prætoris non
dictum, sed factum: cuius quām sel-
lam curulem consul Isauricus fregi-
ſet, alteram posuit loris intentam, ta-
cetè minitans illi, atque exprobrans,
quod à patre loris cæsus esset. Eras.
4. apoph.

Idem.

C. Cæſari in senatu enī ē defendēti
causam filia Nicomedis, beneficiaque
regis in se commemoranti: Remove,
inquit Cicero, isthac, oro: quoniam
notum est quid illa tibi, quid tu illi
dederis. Iocus est ex ambiguo verbi.
Nam dat, qui confert beneficium: &
dat mulier quæ sui facit copiam. Un-
de illud Martialis,

Vis dare, nec dare vis.

Malè audiebat Cæſar, quod in Bithy-
nia Nicomedi regi fuisset obsequen-

tior, quād pudicitia leges postulant.
Eras. 4.apoph.

Idem.

Quum mater M. Bruti Seruilia pretiosum ære paruo fundum abstulisset à Cæsare, qui bona ciuium subiiciebat hastæ, ita iocatus est Cicero: Et quidem, inquit, quo melius emptum sciatis, emit hunc fundum Seruilia, tertia deducta. Seruiliæ autem filia dicebatur Iunia Tertia, eadémque C. Confidij vxor, lasciuiente dictatore tam in matrem, quam in filiam. Ex ambiguo iocatus est Cicero: potuit enim intelligi tertia pars pretij detracta. Deducitur autem vxor aut scortum. Erasm. libro 4. apophthegm.

Idem.

Vatinium inimicum, & alioqui seleratum, M. Tullius audierat obiisse diem: post, quom rursus audisset illum viuere: Malè pereat, inquit, qui malè mentitus est, significans, Vatinium indignum qui diutius viueret. Omne mendacium malum: sed hoc mendacium bis erat malum, quia bonus viros in falsum gaudium coniecerat. Dictum ramen erat ambiguū, quod dici poterat & de illo quem mori nolles. Plutarch. in Rom. apophthegm.

Crassus.

Quum Brutus iunior fundos exdésque paternas luxu pròdegisset, & in his etiam thermos, & in sermone quodam diceret, se frustra sudare, Non mirum, inquit Crassus, nuper enim existi è balneis. Lusit ex ambiguo. Exit è balneo, qui lauit: & exit, qui vendidit, alterique cedit. Erasm. lib. 6.apoph.

L.Galba.

L.Galba scurra, cuidam pilam negligenter petenti: Petit, inquit, tanquam Cæsar is candidatus. Huius cōpetitores negligentius ambebant, vel quia metuebant Cæsarem impatiens, vel quia desperabant se assequuturos tali competi-

tore, vel quia sic illi blandiebantur. Locus est ex ambiguo, petitur pila, quæ repercutitur: & petitur magistratus. Erasm. 6.apoph.

M.Cinclus.

Quo die legem de donis ac muneribus tulit, C. Centoni prodeunti, ac satis contumelioè interroganti, Quid fers Cincole? Ut emas, inquit, si vti velis, notans illum, quod donatis & commendatitiis rebus vti gauderet. Allusit autem ad illud decantatu in primis, Emere malo quād rogare. Ad hæc amphibologia est in verbo, Ferre. fert enim qui promulgat fēgem: & fert, qui portat aliquid veniale. Erasm. 6.apoph.

Nero.

† De seruo furace dicebat, solum eum esse, cui domi nihil sit nec ob-signatum, nec occlūsum. quod idem de bono seruo dici solet. Cic. 2.de ora.

Plancus.

Plancus in iudicio amici, cùm molestum testem destruere vellet, interrogauit fūtorem quendam, quo se artificio tueretur? ille vrbane respondit, Gallam subigo. Habetur autem hoc futorium instrumentum, quod non infacet in adulterij exprobationem ambiguitate conuertit. Nam Plancus in Meuia Gallanupta male audiebat Macrob. lib. 2.cap. 2. Satur.

Vespa Terentius.

Titius quidam studiosè pila lude-re solebat, sed idem noctu signa sacra frangere putabatur. Hunc quoni gregales in campo desiderarent, Vespa Terentius hoc colore excusauit, vt diceret illum fregisse brachium. Nā diuorum imagines brachiis gestabant donaria. Huc allusit Vesp. Erasm. lib. 6.apoph.

Proculeius.

Quærebatur de filio, quod expectaret mortem patris: quumque filius respondisset, Ego vero non expecto: Imò, inquit, rogo vt expectes. Detorsit verbum in contrarium sensum. Expectat mortem patris, qui inhiat:

inhiat: & expectat, qui non accelerat mortem patris. Fab. I. 9.

Aug. Cæs.

Olim erat magna sepulchrorum religio, eaque pars agri quæ sepulcro erat dicata, non proscindebatur aratro. Vetus itaque quem nihil hac religione deterritus patris monumentum exarasset, Augustus facete locatus est: Hoc, inquiens, est verè patris monumentum colere. Rursus lusit ancipiti verbo. Colimus ea quæ veneramur, & colitur ager aut aliud simile. Gemina fuissest amphibologia, si pro monumento dixisset memoriam, quod ab illo dictum arbitror. Siquidem eorum memoria nobis sacrosancta dicitur, quos vita defunctos veneramur: & memorias ad Græcorum imitationem, vocamus defunctorum monumenta. Eras. libro 4. apoph. ex Suetonio Tranquillo.

Idem.

Quum plerique rei quos Seuerus Cassius accusabat, absoluissentur, & is cui Cæsar forum extruendum locarat, diu traheret illum operis expectatione: Velle, inquit Cæsar Augustus, ut Cassius & forum meum accusasset. locatus est ambiguo verbo, nam absoluitur, quod perficitur, & absoluitur, qui à causa liberatur, absolvit opus architectus, & reum index absolvit. Eras. I. 4. apophth.

Roman.

Quum ex oratione Neronis, qua in Vindicem perorabat, recitaretur in senatu, datus pœnas sceleratos, ac breui dignum exitium facturos: exclaratum est ab vniuersis, Tu facies, Auguste. Quæ vox bifariam potest accipi: Tu facies ut dent pœnas, aut tu dabis pœnas. Sueton. in Neron.

De Ambitione.

Plato.

Dicitur ter nauigasse in Siciliam, nec sine periculo, nec sine cauti-

lis obtrectantium. Molon itaque, qui gerebat hostilem in Platonem animum, negabat non esse mirum si Dionysius esset Coriathi, sed si Plato in Sicilia. Nam tyrannum expulerat necessitas, Platonem inuitabat ambitio, vt vulgus quidem interpretabatur. Et tamen Dionysium esse Corinthi adeò mirabantur omnes, vt iam abierit in proverbiū de re inexpectata & incredibili. Laërt. I. 3.

Idem.

* Ciuitas in qua ciues ad experendos magistratus minime ambitiosi sunt, optimè & procul à seditiōibus permanet: contra verò quæ aliter affectos habet ciues. Libro 7. de legibus.

Phauorinus.

Homines partim esse ridiculos, partim odiosos, partim miserabiles dixit. Ridiculos quidem, qui ambitiosè ad maiora aspirant. Odiosos, qui ea consequuntur. Miserabiles autem, qui spe falluntur. Stob. ser. 2.

Thragæ.

* Contentio honorum, seu ambitione, oriuntur ex vi irascibili: quæ cùm in excessu fuerit, gignit feritatem. Stob. serm. I.

Thucydides.

* Non solum ambitione & gloriæ studium expers est senectutis, sed magis (quod populare & ciuale est, quale formicis etiam & apibus) ad finem usque vitæ perdurat. Plutarch. Stob. serm. 43.

Aristoteles.

* Plurimæ seditiones in ciuitatibus ambitionis culpa oriuntur: de honoribus enim non quilibet, sed potentissimi quique contendunt. Stob. ser. 43.

Themistocles.

Cùm aliquando theatrum petere, interroganti cuidam cuius vocem esset libentissime auditurus? Eius, inquit, à quo artes meæ quam optimè canerentur. Ingenuè faslus est, se magno gloriæ studio generi, solebant

enim olim Musici, in publico viro-
rum illustrium laudes canere. Plut. in
eius vita.

Idem.

Themistoclem ferunt virtutum sti-
mulis agitatum, & ob id noctes in-
quietas exigentem, quærentibus, quid
ita eo tempore in publico versaretur,
respondit, *Quia me trophyæ Militia-
dis de somno excitant. Marathon ni-
mirum animum eius, & Artemisium,
& Salanis, naualis gloria fertilia no-
mina illustanda tacitis facibus inci-
tabant.* Plut. in Themistocle. Valer.
Max. lib. 8. c. 13.

Timon.

Timon, qui cognomine M. nthro-
pos dictus est, elementa malorum vo-
cabat Avaritiam & Ambitionem: eo
quod ex horum vitiorum fonte, cæ-
tera vitia omnia prouenire ac manare
viderentur. Timonis dicterium reci-
tat Stob. serm. de Init. stitia.

Socrates.

* Timidus patriam, ambitiosus ve-
rò substantiam paternā describit. Stob.
serm. 4.

Epaminondas.

Lacedæmoniis bello viatis, ac mul-
to sanguine fuso iam fugatis, cum au-
diret, illos eius bellum calamitatem ex-
tenuare, ut palam fieret omnibus quâ-
ta strages edita esset, non quibuslibet
permisit cadavera interfectorum
tollere, sed ut quæque ciuitas sua au-
ferret, & ita factum est, ut appareret,
plusquam 1000. Lacedæmonios in-
teriisse. Plut. in Apoph.

Alexander.

* Anaxarchus philosophus ex au-
toritate Democriti præceptoris in-
numeratiles mundos esse referens:
Heu, me miserum, inquit Alexander,
quod ne vno quidem adhuc potitus
sum! Angusta homini possesio glo-
riæ fuit, quæ deorum omnium do-
micio sufficit. Iuuenal. satyr. 10. Plu-
tar. de tranquillit. anim. Valer. Max.
lib. 8. cap. 13.

Hermocles Sophista.

+ Pausan. a satellite Philippi ro-
gante, Quanam via quis nomen suum
posset illustrare? Respondit: Si vi-
tum qui res maximas gesserit, interficiat.
Dum etenim illius mentio ha-
bebitur, eius etiam à quo cæsus erit
memoria vigeat necesse est. Crudele
profecto consilium: quod exequens
Pausanias, & regem fortissimum de
medio sustulit, & sibi non famam sed
infamiam peperit. Diodorus libr. 16.
& Valer. Max. lib. 8. c. 11.

Hipponicus.

Statuam ponere, sacrosanctum pa-
triæ donarium, in animo habebat.
Cum autem quidam ei consulueret, vt
a Polyceto fingendam imaginem cu-
raret: respondit, Non se eiusmodi do-
narium positurum, cuius gloria non
ad consecratorem, sed ad factorem
esset redditura. Etenim liquere, specta-
tores in ea statua magis artem & in-
dustriam Polycleti, quam suā libera-
litatem & munificentiam admiratu-
ros esse. Alia 1.14. de Varia hist.

Damis.

Cum Alexander Magnus per lite-
ras petisset, vt Lacedæmoniorum de-
creto decernerentur ipsi diuini ho-
nores, & in deorum numero referre-
tur: Age, inquit, concedamus Alexan-
dro, si velit appellari Deus. Despe-
ctam risit stultam principis ambitio-
nem, qui putaret ab iis posse creari
deos, qui ipsi nihil aliud essent quam
homines: aut si hoc non putauit, insi-
gni stultitia falsi nominis umbra glo-
riaretur.

Theopompu.

Cum Pylij decreum edidissent,
quo Theopompo tribuebantur sum-
mi honores, rescripsit: Mediocres ho-
nores ipsi. m tempus auget, immodi-
cos abolet. Hoc animo quid excellen-
tius? quod alij sibi aut vendicant ar-
roganter, aut ambiunt inepte, hoc vi-
tro delatum reiecit, simul & suam de-
clarans modestiam, & amicos admo-
nens, in omni re modum esse optimū.

Quin

Quin & illud acutè perspexit, quæ subitò crescunt in altum, nō esse diuturna, quod genus sunt betæ & eucurbitæ: cæterum quæ paulatim augescunt, ea facere ætatem, veluti quercum & buxum. Plut. in Lacon.

Iulus Cæsar.

* Narrant eum, quum Alpes iam transiisset, & præter oppidulū quoddam barbaricum paucis & miseris habitatibus hominibus iter faceret, amicis per iocum ex ipso querentibus, an & hīc de magistratibus essent contentiones, ac de principatu certamina, & potentium æmulationes, serio respondisse, Malle se hīc primum, quā Romæ secundum esse. Rursus cùm in Hispania per ocium res Alexandri gestas legeret, diu cogitabundum ad extremum illacrymasse, & amicis causā querentibus dixisse, An non dolendū vobis videtur, me cùm id ætatis sim, qua Alexander tot nationibus impetravit, nihil dum memoratu dignum gesisse? Plut. in Cæs.

Agrippa.

Agrippa familiaribus suis dicere solebat, hunc esse morem principum, vt nolint habere quenquam se potiorē. Nam ea quidem, quæ facilem & exploratam victoriam esse videntur habitura, ipsi gerere statuunt: pessima verò quæque & difficillima aliis committunt. Quod si eveniat vt opportuna negotia aliis mandare cogantur, grauiter ferunt, propter laudem & gloriam eorum qui ea gesserunt, sed sibi ipsi rerum bene gestarum gloriam libenter ascribunt. Xiphilinus in Augusto.

Agrippina.

* Nero, cùm primum natus esset, quidam astrologus prædictum regnaturum esse & matrem necaturum. Quod cùm Agrippina mater intellectisset, subitò exclamare cœpit: occidat, dum regnet. Præfigio votoque respondit euentus. Sueton.

C. Caninius.

Rutilius & Scaurus cùm compe-

titores essent in consulatu, Rutilius tandem Scauro cessit. Sed Scaurus amitus Rutilium accusabat, quoniam in tabulis Rutilianis scriptum esset, A. F. P. R. atque interpretaretur Scaurus; A. & cum fide Publij Rutilij: quasi suffragia Rutilius corruppiisset, nec potuisse fieri consul Scaurus, nisi ex renuntiatione Rutilij: Rutilius rursus interpretabatur, Ante factum postea relatum: Tum C. Caninius eques Romanus, quum Russo adestet, exclamauit, neutrum illis literis declarari. Id enim significare: Ämylius fecit, plectitur Rutilius: id est, Ämylius Scaurus corrupit populum, Rutilius passus est repulsam. Brusonius lib. I. c. 15.

C. Cotta.

Caius Cotta in ambitione artifex, dicere solebat, se operam suam, quod non contra officium rogaretur, polliceri solere omnibus, impartire autem iis apud quos optimè ponit arbitratur. Brus. I. 1. c. 15.

Horatius.

Quum rediret ad suos, trium Curiatorum fratrum quos occiderat spolia gestans, quorum vni desponsa fuerat Horatii soror virgo, illa autem agnoscens sponsi paludamentū, quod ipsa manibus suis confecerat, solueret crines, ac fletu sponsum mortuum inclamaret: Horatius se rorem gladio transfigit, dicens, Abi hinc cum tuo præpostero amore, oblitera fratrum mortuorum, viuisque, oblita patriæ. Tantum valuit amor laudis, & patriæ gloria. Liuinus, & Pli de vir. ill.

Afer.

Afer Didio Gallo qui prouinciam ambitiosissimè petierat, deinde impetrata re, tanquam coactus, querebatur, vrbanè, Age, inquit, Didi, aliquid, & reipub. causa labora. Brus. II. 1. cap. 15.

Cicer.

Coci cuiusdam filius ambitiosissimus, cum candidatus in campu-

descendisset, ac à Cicero petisset suffragium, Tullius coquum agnoscēs ait, Ego quoque tibi fauebo. Respxit autem Cicero ad officium hominis, cui ideo fauere cuperet, ne sale perderet offam. Bruson. l. i c. 15.

Idem.

* Miserrima, inquit, est omnino ambitio, honorumq; contentio Item. Fæcillimè impellitur ad res iniustas qui gloriæ cupidus est. Item. Difficile est potestatem cupienti, seruare æquitatem. lib. i. de Offic.

Cato Uticensis.

Quum M. Octavius, duas habens legiones haud procul ab Utica, à Catone postularet, vt inter ipsos de imperio statueretur, Cato legatis nihil respondit, verùm ad amicos conuersus, Quis iam miretur, inquit, rem male gestam esse, quum in ipsa morte in nostris videatis dominandi cupiditatem? Significans, ambitione ducum bellum infeliciter cessisse, Plutarch.

Seneca.

† Terra, inquit, est punctum quod inter tot gentes, ferro & igne diuiditur. lib. i. Nat. Q. Q. in præf.

Idem.

† Ambitio, & Luxuria, & impotentia Scenam desiderant. Sanabis ista, si absconderis Epist. 49.

Seneca Imp.

† Cūm Plautianum generum suum, quem multis honoribus cumularat, interfici ob quasdam suspiciones iussisset, senatum conuocauit, ac generis humani conditionē deplorauit, quod summos honores non ferat, séq; grauiter accusauit, quod illum tanta benevolentia honoréque fuisse prosequutus. Xiphil. in Seuero.

Bardas.

† Dux erat egregius, sed cūm acceſſam authoritatem à Basilio Imper. ægræferret, contracto exercitu de Imperio inuadendo cogitauit. Legatus est ad eum Stephanus Nicomediae episcopus, eloquentia virtutéque præ-

stans, qui cūm multis ei, vt ab armis discederer, suaſſisset, longo response Bardas minimè dignatus, dextrum pedem profersens & coccinum ostendens calceum, vnum ex imperij insignibus quæ iam usurpauerat: t' ieri nō potest, inquit, vt qui hunc in conspectu multitudinis semel induerit facile exuat. Significa ergo iis qui te misserunt, vel sponte me imperatorem agnoscant, vel inuitis ipsis imperium me mihi vendicare conaturum. Sed male ei cessit ambitio. Cedrenus in Basilio.

Alphonsus rex.

Dehortantibus amicis, ne ob imminentia pericula bellum p̄ o Ioanna Neapolitanorum regina, contra Martinum pontificem, qui regno eam spoliarat, suscipere: Non abhorres, inquit, periculum, cum sine labore & periculo nemo vñquam gloriam consecutus sit. Panormita. de rebus gestis Alphonsi, libro i. capite 2.

S. Augustinus.

* Non ferè quisquam est, qui creat amore dominandi, & humanā nō appetat gloriam. Item. Quoties hominibus præſt̄le desidero, toties Deo meo præte contendō. Comment. in Psalmos.

Idem.

* Diabolus ruit, quia elegit potius præſt̄le, quam subesse, lib. 14. de ciuitate Dei, cap. 11.

S. Ambrosius.

* Hoc ipso perniciſſior ambitio, quod blanda est consolatrix dignatum, & s̄pē, quos vita nulla delectat, quos nulla potuit mouere luxuria, nulla avaritia subruere, facit ambitio criminatos: habet enim forem gratiam, domesticum periculum, & (vt dominetur aliis) prius seruit, curia ur obsequio vt honore donetur, & dum vult esse sublimior, fit remissior. Commentar. in Lucam, lib. 3.

Chrys.

Chrysostomus.

* Quocunque desiderauerit primatum in terra, inueniet confusionem in celo. Nec inter seruos Christi computantur, qui de primatu tractauerit. Homil. 25. in Matth.

S. Bernardus.

* O ambitio, ambientium crux, quomodo omnes torquens omnibus places? Nil acrius cruciat, nil molestius inquietat, nil tamen apud miserros mortales celebrius negotiis eius. lib. 3. de consideratione.

Plura pete ex apoph. de Glorie & Laudis cupiditate, atque Regnandi libidine.

De ambitione ex soribus.

Socrates.

A nimaduertens Antisthenem ambitiosius ostentare vestem laceram & detritam, facetè hominem increpauit, ἐπαύσας, inquit, ἀγχελλοπέδηντι, id est, non desines te nobis comere? Significans, eiusdem esse ambitionis utilitatem amictus ostentare, & delicato cultu sese vendicare. Erasm. lib. 8. apoph.

Idem.

Alcibiades cum Socrati magnifica misisset munera, & Socrates respuere videretur, Xantippe audita dissuasit, & donum magnificum ac indignum ut non acciperetur esse dicit. Tum Socrates: Alcibiades, inquit, haec mittit ambitiosè, & nobis nostra est ambitio. Alij namque videri & laudari cupiunt, dum alios ornant muneribus: alijs verò ex eo laudem sibi parare studēt, quod propter communem consuetudinem omnia contemnunt: & sic omnibus sua innata est ambitio. Erasm. libro 8. apoph.

Idem.

Quum Antisthenes Cynicus pallium haberet pertusum, idque ob-

ueriens fissuram omnibus daret inspiciendam: Per fissuram (inquit Socrates) pallij tui, video tuam inanitatem, elegantem notans, turpiora esse ambitionem ex utilitate cultus, quam ex amictu splendido. Atque utinam inter Christianos non sint multi Antisthenes, qui sub veste fusca, vili, sordidaque, plus celent gloriae, quam alij diuites habent in holosericis ac byssinis. Erasm. libr. 3. apoph.

Diogenes.

Quum aliquando perfusus esset aqua, staréisque toto distillans corpore, circumstantes aliquot, ut sic commiserabantur hominem indigna passum. Quibus Plato (nam & is fortè tum aderat:) Si vultis, inquit, commiserari Diogenem, abite: notans in philosopho gloriae cupiditatem. Hoc igitur spectaculo quoniam delectabatur, felix erat potius quam miserandus: at si nullo teste perfusus fuisset, tum vere fuisset miserabilis. Laertius libro sexto.

Idem.

Rhodios quosdam adolescentes elegantiore cultu conspiciens, dixit, τύφος οὗτος θεῖος, id est, hic fastus est. Rursum, quum vidisset Lacedæmonios substricta tunica parcè sordideque cultos, αλλαξ, inquit, ξενος τύφος θεῖος, id est, hic alias fastus est. Significans, non minus peccare eos qui ad ostentationem sordide vestiuntur, quam qui splendido vestitu sese iactant. Vnde scitum est illud diuini Hieronymi, Pullas et quæ ut candidas deuita. Erasm. libro 8. apoph.

Plato.

Plato frugalis quidem erat, sed tamen amans mundicie: contrà Diogenes, sordidus. Itaque calcans Platonis culcitram, præsentibus aliquot Dionysij amicis, quos Plato inuitarat ad con uitium, dixit, Calce Platonis ambitionem. Mox Plat-

to : At quanta superbia tumes ipse Diogenes , dum alienam superbiam te calcare putas ? Hoc ipsum ab aliis narratur lepidius , Diogeni dicenti , Calco fastum Platonis : Calcas, inquit Plato, sed alio fastu . Nam hoc ipsum fastus erat , quod iactabat mundicie contemptum : & qui sordibus glotiantur , non minus ambitiosi sunt quam qui splendidè vestiuntur , sed aliter : Turpior est autem ambitio , ex furo virtutis laudem captans . Socion tamen hoc non ascribit Diogeni , sed Platoni Cynico . Laërt.lib.6.

Diogenes.

De seipso dicere solitus est , se implere & ferre tragicas execrations . Nam erronem se esse , domo & patria carere , mendicum agere , tenui vestitu vti , & in diem viuere . Nihilominus tamen in his non sibi minus placebat , quam Alexander in terrarum orbis imperio cum subactis Indis Babylonem reuerteretur . Elia-nus libro tertio , de Varia historia .

De amicitia , atque amico bono .

Thales.

THALES Milesius philosophus dicebat , amicorum absentium æquè ac præsentium oportere meminisse . Amicitia enim est animorum coniunctio , quos non dirimit locus . Multi non amant , nisi tantisper dum vident . Diogenes Laërt.libro 1. cap.1.

Democritus.

* Probum amicum (dicebat) gaudiis quidem vocatum adesse decet : aduersis autem casibus sua sponte . Item , Veri amici tum suaves amicitias fruitione communi , tum calamitates participatione sua reddunt leuiores . Item , Non posse opitulari amicis , inopia est : nolle autem , malitia est signum . Maxim . serm . de amicitia .

Chilo Spartanus.

Quendam prædicantem se nullos habere inimicos , interrogavit , num ullum haberet amicum ? Sentiens , amicitias , & inimicitias inuicem se cōsequi : nec fieri posse , quin qui multos haberet amicos , complures habeat & inimicos . Plutar . in apoph . Pittacus .

* Erga amicos , inquit , esto cōstans : erga inimicos munitus & cautus . Maxim . serm . de amicitia .

Critias.

* Qui cum amicis versatur , omnia ad gratiam & volūtatem illorum faciens , ex præsenti voluptate inimicitiam facit in posterum . Maxim . serm . de amicitia .

Socrates.

Dicere solitus est , nullam esse possessionem pretiosiorem vero bonoque amico : nec aliunde plus fructus aut voluptatis capi . Itaque præpostere facere multos , qui pecuniae dispensium grauius feront quam amici iatram : quique se beneficium perdidisse clamant gratis collocatum , quum eo sibi conciliarint amicum quovis lucro potiorem . Erasm . libro 3.apoph .

Idem .

Cræso interrogato , quid esset maximum & pretiosissimum ex regno consecutus ? Cum ille respondisset , ut hostes vicereretur , & amicos beneficio asficeret : Multo , inquit , melius fecisses , si illos tibi amicos asciuisses . Maximus serm . 6 .

Idem .

* Dicebat qui fratribus præteritis alios sibi amicos acquirunt , iis esse similes , qui agro suo relicto colunt alienum Ibidem .

Demetrius Phaler .^{sug.}

* Amicos dicebat secundis in rebus adesse aduocatos , in aduersis autem & calamitatibus , sua sponte , atque inuocatos . Laërt.lib.5.cap.15 .

Plutarchus .

* Vasa quidem (inquit) meliora sunt

sunt noua: sed amicitia præstat, quò
vetustior. Item, Equi bonitatem in
bello, amici verò fidem in calamita-
te iudicamus. Maxim. serm. de ami-
citia.

Isocrates.

* Amicos probabis ex calamitate
in vita, & communicatione pericu-
lorum. Aurum enim igne proba-
mus, amicos in aduersa fortuna co-
gnoscimus. Item, Vera amicitia tria
requirit maximè, virtutem tanquam
honestam, & familiaritatem ut iucu-
dam, & vsum tanquam necessarium:
nam vbi iudicaris, recipere debes, &
congressu lègari, & vt si egeas. Ma-
xim. serm. de amicitia. Plura vide apud
Isocratem ipsum admonit. ac Nico-
clem.

Dion philosophus.

* Quot amicos pararis, tot oculos
habes, quibus quæ velis videoas: tor-
zares, quibus quæ decet audias: tot
consilia, quibus de iis quæ cōducunt
consultare & prospicere possis. Non
enim aliter se habet plurium amici-
tia, quām si cui Deus vnum corpus
habenti multas daret animas, quæ o-
mnes illi prouiderent & consulerent.
Maxim. serm. de amicitia.

Pisionianus Dion.

* Quæ calamitas extra amicitiam
non intolerabilis? quæ prosperitas,
remota amicitia, non iniucunda est?
Item: Eum iustè miserrimum iudi-
co, qui in miseriis & calamitatibus
multos habet qui latentur: in rebus
autem secundis qui delectetur nemici-
aem. Maxim. eodem serm.

Zeno Cittensis.

Interrogatus, quid reuera esset ami-
cus? respondit, Alter ego. Laërtius
lib.7.cap.1.

Diogenes.

Admonitus à quodam, ab amicis
illi tendi insidias, ut caueret: Quid
facias? inquit: sic & cum amicis &
cum inimicis habebimus consuetudinem.
Ab inimicis nobis cauebimus, ami-
cis fidimus. Quòd si pariter ab

vtrisque nobis cauebimus, non est
suaue viuere. Laërt.lib.6.

Pericles.

Amico roganti, vt pro se falsum
diceret testimonium: Se quidem ami-
cum esse dixit, sed ad aras vsque.
Sensit vir prudentissimus, catenus
benefaciendum esse amicis, qua-
tenus iustitia, æquitas, & in Deum
pietas permittit. Plutarch. in apoph.
Gellius libro 1. capite 3. Brus.libro 1.
capite 3.

Xenocrates.

Quum Platoni Dionysius diceret,
Aliquis auferet tibi caput: Xenocra-
tes, qui tum præceptorí aderat,
Non prius, inquit, quām hoc: suum
ostendens caput. Laërt.libro 4.cap.2.

Aristoteles.

Rogatus quo pacto amici tractan-
di essent? Non aliter, inquit, quām
nos ab illis tractari cuperemus. Laërt.
lib.1.Brus.lib.5.cap.1.cap.3.

Sextus Philosophus.

* Amicum(dicebat)non diligas vti
litatis gratia Nam talis amicitia bre-
uis, & instabilis est. Item, Amicum ne
parato, cui non credis omnia. Ma-
xim. serm. de amicitia.

Dion Syracusanus.

Admonitus ut caueret sibi ab He-
raclite & Calippo, quorum fidei plu-
rimum credebat: respondit, se malle
vita exceedere, quām in metu violētæ
mortis amicos inimicōsque iuxta po-
nere. Brus.libro 1.cap.3.ex Plutarcho.

Phocion.

Nicocli peteti, ut sibi ante Phocio-
nem vencū haurire liceret: Tametsi
durū hoc, inquit Phocion, tamen cō-
cedendū est ei, cui nihil vñquā in vi-
ta negauit. Phocionem Nicocles inter-
amicos fidissimum vnicè adamarat,
eique molestum erat videre illū mor-
rientem. Eam molestiam ut vitarer,
petiti ut ipse prior biberet. Et hac in
re Phocion cōmodauit amico. Plut.
in Græc.apoph. & in Phocione.

Epinomias.

Dicere solebat, non prius interdu-

discedendum ē foro esse, quām si nouum aliquem amicum ad veteres adieceris, Aelianus libro 14. de Var. hist.

Leoprepes.

† Eum in palæstra sedentem duo adolescentes adierunt, rogantes quomodo mutuam amicitiam colere & conseruare possent. Quibus ille respondit: si alter alterius iræ cesserit, neque iracundia obſistere conantes, ita vos inuicem prouocate. Aelian. de Var. hist. libro 4. cap. 24,

Anytus.

Amicum Alcibiadē quum ad cœnam rogasset, ille recusauit: sed domi bene potus, cum famulis pau- lo pōst irrupit, stansque ad ostium cœnaculi, iussit famulos vasa diripe-re, & ad suas ædes deferre: qui ferè dimidium asportarunt. aliis conuiuis autem Alcibiadis violentam superbiā criminantibus, Anytus dixit, illūm humaniter egisse, cui quum totum auferre licuerit, dimidium ipsi reliquisset. Erasm. 6. apoph. ex Plut.

Ancaridas.

Interrogatus, quo pacto quis amicos sibi facere posset? respondit. Si lo-quatur illis iucundissima, præstet au- tem vtilissima. Quo dicto inquit, in parandis amicis adhibendum esse pri-mò sermonis comitatē, in officiis au- tem præstandis vtilitatem. Plu. in La-conicis apoph.

Anonymus.

Quidam ambientes amicitia fœ-dus inire cum Lacone, volebant se quoconque vellet vinculo astringe-re, quo certius esset amicitiam fore sinceram. Quibus ille: Una est, inquit, de amicitia certitudo, si etiam volen-tes lēdere non possint: nam reliquæ omnes prorsus infirmæ sunt. Conue-nit cum illo Chilonis: Sic habendum amicum, vt cogites alium posse fieri inimicum. Eras. lib. 8. Apoph. ex Plu-tarcho.

Cyrus.

* Quum quidam ad eum misisset

ornamenta multa, ea distribuit ami-cis. interrogatus autem cur sibi nihil reliquisset? Quia, inquit, corpus meum his omnibus ornari non po-test: amicos autem his ipsis ornatos intuens, maximum mihi ipsi ornatum aptatum esse putabo. Maximus, serm. de amicitia.

Dariu.

Darius rex quum aperuisset præ-grande malum punicum, & quidam ab eo sciscitaretur, cuius rei tan-tum numerum habere optaret, quantus illic inesset granorum? respondit, Zopyrorum. is erat vir bonus ac Da-riu fidus amicus. Significans, regi nihil prius aut clarius esse debere probis ac fidis amicis. Plutarch. in a-poph.

Alexander.

Dati⁹ matrem, vxorem, & sorores captiuas inuisens, vnā cum Hepha-stione, hunc, quod esset eodem orna-tu quo rex, corpore etiam maior, Sy-sigambis Darij mater pro rege ado-rauit. Eadem ex nutibus adstantium intelligens errorem, perturbata de-nuò salutauit Alexandrum. Tum A-lexander: Nihil est. o mater, quod tur-beris: nam & hic Alexander est. Sen-tiens amicum esse alterum ipsum. Plut. in Alex.

Idem.

* Interrogatus à quopiam vbi the-sauros haberet, amicos ostendens, In his, inquit. Maximus, serm. de ami-citia.

Idem.

Idem, inter amicos quos habebat præcipuos ac potentissimos, om-nium maximè videbatur honorare Craterum, sed omnium maximè di-ligere Hephaestionem. Craterus e-nim, inquit, amat regem, Hepha-stion amat Alexandrum. Id Græc iucundius dicitur, φιλοβασιλεύς & φι-λαλέξανδρος. Sentiens, Craterum in his quæ ad regiam dignitatem atti-nebant, præstare fidem amicum: He-phaestionem, priuato quodam affe-

Quod diligere Alexandrum: Pariter ita quod licet dissimiliter amantibus, diversa ratione persoluit præmium. Craterum ornavit dignitate: Hephaestionem ad intimam admisit familiariatem. Plutarch. in apophtheg. regum.

Idem.

Ilium profectus, Achillis statuam coronas, O te felicem, inquit, Achilles, cui viuo tu lis amicus contigit. loquebatur autem de Patroclo, qui si dissimus Achilli fuit amicus. Plut. in vita Alexandri.

Legati Scytharum.

* Extat sapientissima Scytharum legatorum oratio ad Alexandrum, libro 2. hist. Qu. Curtij dehortatoria à bello. Inter alia autem egregiè dicta & illud occurrit. Quibus bellum non intuleris, bonis amicis poteris vti. Nam & firmissima est inter pares amicitia: & videntur pares qui non fecerunt inter se petiu um virium. Quos viceris, amicos tibi esse caue credas. Inter Dominum & seruum nulla amicitia, &c.

Demonax.

* Pauciora (inquit) mala continent hominibus ab inimicis quam amicis. Inimicos enim quum metuant, ab eis cauent: amicis verò aperti sunt, vnde periculis exponuntur, & insidiis ipsorum facilè capiuntur. Anton. ser. de amicis improbis.

Idem.

* Arcanum in amicitia auditum inimicus postea factus ne efferas: læderes enim non tam ipsum amicum quam amicitiam. ibidem.

Philistio.

* Ne propter iram amici arcana effutias. Quin speres, inquit, ipsum de nuo amicum tibi fore. Sæpe iucundior fit amicitia quæ deposita similitate ad concordiam rediit. Fugiendæ sunt malorum amicitiaz, & honorum inimicitiaz. ibidem.

Demetrius.

In somnis Aastigonus aliquando vi-

derat Mithridatem auream metentem messem: eoque struebat illi insidias, ut tolleret è medio. Idque quum indicasset Demetrio filio, iure iurando adegit ut sileret. Is verò iuncto sibi Mithridate, deambulabat in littore maris, & infama hasta parte inscripsit arenz, Fuge, Mithridates. Is intellecta re, profugit in Potum, atque illic regnauit. Plut. in apoph.

Isocrates.

* Nullum, inquit, tibi amicum summas, priusquam inquisueris, quomodo se cum prioribus amicis gesserit. Experiabis enim tales erga te futurum, qualis fuit erga illos. ibidem.

Scpio minor.

Negabat ullam vocem inimicorem amicitiae potuisse reperiri, quam eius qui dixisset. Ita amare oportere, ut aliquando esses osurus. nec verò se adduci posse, ut hoc (quemadmodum putaretur) Biantis esse dictum crederet, qui sapiens habitus esset, vnum è septem, sed impuri cuiusdam, & ambitiosi, aut omnia ad suam potentiam reuocantis, esse sententiam. Quoniam enim modo quisquam amicus ei esse poterit, cuius se putabit inimicum esse posse? Cicero in Lælio.

Idem.

* Sapienter monebat non parandum esse amicum, cui non ausis per omnia credere. ibidem.

Idem.

Dicere solebat, nihil difficilius esse, quam amicitiam usque ad extremum diem permanere. Mutantur enim mores saepe, aliâs aduersis rebus, aliâs ingravescente ætate: aut dirimuntur contentione vel luxuriaz conditione, vel quomodo alicuius, quod idem adipisci vterque possit. ibidem.

Idem.

Frequenter dicebat, in omnibus rebus diligentiores esse homines, ut capras & oues quot quisque haberet, dicere posset: amicos quot haberet, non posset. in illis quidem

parandis curam adhibent, in amicis eligendis sunt negligentes. Ibidem.

Pompeii.

Cato cùm prædiceret, Pompeij potentiam crescentem nulli bono fore populari ciuitatis gubernationi, sed multò magis ad tyrannidem tendere, Pompeius ita respondit, Tua (inquit) Cato magis accedunt ad diuinationem, mea autem accommodata sunt amicitia. Quo dicto indicat, Catonem de rebus loqui planè incertis, se verò ea præcipue secutum esse, quæ cum temporis amicitia, quæ sibi cum Cæsare intercedebat, postulabat. De amico autem multò humanius est bene sperare, quam quasi per somnium diuinare peiora. Plut. in apoph.

P. Rutilius.

Amico iniusta petenti quam per negasset suum officium, isque indignabundus diceret: Quid ergo opus est mihi tua amicitia, si quæ ab te peto, non accipio? Imò, ait Rutilius, Quid tu mihi opus est amicitia, si quid inhonestæ rei propter te facturus sum? Val. Max. lib. 6. cap. 4. & Eras.

Cicero.

* Solem è mundo tollere videntur, qui amicitiam è vita tollunt. Cui potest esse vita vitalis, qui non in amici mutua benevolentia conquiescat? Verus amicus est alter idem. Qui ex amicitia tollit verecundiam, maximum eius tollit ornamenti. Sine virtute nec amicitia, nec vllā rem expetendā consequi possumus. Odiū est venenum amicitia. Nulla est amicitia, eū alter audire verum non vult, alter ad mentiendum paratus est. Nulla est excusatio peccati, si amici causa peccaueris. Ab amicis honesta petamus, & amicorum causa honesta faciamus. Certus amicus in re incerta certnit. libr. de amicitia, vbi plura leges.

Idem.

* Ea est iucundissima amicitia, quæ

similitudo morum coniugavit. Plurimæ delectationes sunt in amicitia. Omnia rerum quas ad beatè viuendum sapientia comparauit, nihil est maius amicitia, nihil vberius, nihil iucundius. Meipsum ames oportet, non mea, si veri amici futuri sumus. Amicitia, res sanctissima. Qui amicitia fidem lredit, is oppugnat omnium commune præsidium, & quantum in ipso est disturbat vitæ societatem. lib. de Offic. de finibus bonorum & malorum, orat. pro Roscio Amerino & alibi.

Misipsa rex.

* Non exercitus, inquietabat lugurtham alloquens, neque thesauri præsidia regni sunt, veram amici: quos neque armis cogere, neque auro parare queas: officio & fide parantur, Sallust. hist. de bel. lugurth.

Volumnius.

M. Lucullum, quod Bruti & Cassij partes sequutus esset, M. Antonius occidit. Huius mortem quum Volumnius, quivium familiariter coluerat, sine fine deploraret, ad Antoniū pertractus ait, Iube me protinus ad Luculli corpus ductum occidi. Neque enim illi extincto superesse deboeo, quoniam infelicis militiae autor extiterit, Eras. 6. apoph.

M. Antonius.

Lucilius Bruti familiaris, quum Barbaros in Brutum obnoxie ruentes cerneret, Brutū se esse assimulauit: captiisque, & ductus nimis audiē ad Antonium, quem in Antonij esset aspectu, ait: M. Brutum, o Antoni, nemo cepit, absisque ut ipsum quisquam capiat hostis. Exterritis his qui adduxerant, Credo, ait Antonius, vos commilitones hunc errorem grauiter ferre: sed scitote vos meliores prædam adeptos, dum enim hostem quæritis, amicum mihi adducitis. Viuo quidem Bruto ignoro per deos quae in re vterer: his amicis utinam magis quam hostibus potiar. Plut. in Bruto, & Brus. li. 1. c. 3.

Augustus

Augustus Cæsar.

Cum Alexandriam vi cepisset, ci-
uibus omnibus & ciuitati se parcere
dixit propter Arricum ciuem Alexan-
drinum, & olim sibi summa familiari-
tate coniunctum. Rarè protectò cle-
mentia fuit Cæsar, qui propter vnicū
amicum eam ciuitatem diripere no-
luit, quæ tam diu pertinacissimè re-
bellarat. Plut. in apoph.

Hecaton.

*Ego tibi monstrabo, ait, amatoriū
sine medicamento: sine herba, sine vl-
lius veneficæ carmine. Si vis amari
ama. Senec. epist. 9.

Atralus philos.

*Dicere solebat iucundius esse ami-
cum facere quām habere: quomodo
artificij iucundius est pingere quām
pinxit. ibidem.

Triump para Rex Cocini.

+ Quod hic foueret Lusitanos, Za-
morinus Rex Calecutanus graue in eū
bellum mouit. Lusitanis autem peten-
tibus se vt dimitteret, ne eorum causa
belli calamitates pateretur, respondit:
bono essent animo, ac diuinæ prouide-
tiæ fiderent, quæ bonas causas, cùm in
extremum discrimen venissent, tum
maximè subleuare consuesset: de pro-
fessione ad Cananoris regē, quod pe-
tebant minimè cogitarent: neque enim
se permisurum, vt quos semel in
amicitiam atque tutelam recepisset, ij
se viuo & consentiente ad alienam
opem supplices ac vagi confugerent.
Massieus Hist. Ind. lib. 2.

Alphonsus rex.

Neapolitani cùm in honorem &
æternam Alphonsi regis clarissimi
memoriam arcum triumphalem æ-
dificare vellent, & quo satis spatij ha-
beret. Nicolai Mariae Buzuti magnani-
mi & strenui equitis domum di-
ruere conarentur: rex stultum ci-
uium facinus incusauit, dicens, non
ranti se facere ædificia ventis & tem-
pestatibus exposita, vt ob id veteris
amici (cuius operam strenuam non
semel in bello expertus esset) doc-

mus destruere eupereret. Pluris au-
tem fecit rex prudentissimus amicū,
quām nominis sui perpetuum monu-
mentum. Panormitam. lib. 1. de gest.
Alphonsi.

De amicitia regum & principum.

Solon.

Tyrannorum amicos dicebat cal-
culis supputatoriis esse simillimos,
qui vt arbitrio supputantis po-
nuntur, interdum valent multa mil-
lia, interdum minimum, interdum
nihil. Laert. li. 1. c. 3.

Aratus.

Philippus Arato venenū dandum
curarat, quod non repente occide-
ret, sed lenta tabe consumeret. Id v-
bi sensit Aratus, nec inueniretur re-
medium, dissimulavit: & ingressus cu-
biculum, vni tantum ex familiaribus
dixit: O Cephale, hæc sunt præmia re-
giæ amicitiaæ. Non semper tutum re-
gibus dare optima consilia. Eraf. lib.
6. apoph.

Agesilaus.

+ Rex Persarum de contrahenda
amicitia legatos ad Agesilaum misit
qui respondit, fieri non posse, vt sua
priuatim amicitia frueretur. Sin La-
cedæmoniis communiter omnibus a-
micus fieret, se quoque in amicitia ius
venturum aiebat. Äl. libr. 10. de var.
hist. cap. 20.

Antipater.

Quum dñdicisset Parmenionem
ab Alexandro interfactum, dixit: Si
Parmenio struxit insidias Alexandro,
cui fidendum est? Si non struxit, quid
agendum? Erat Parmenio velut alter
Alexander, in rebus militaribus. Si
tantus amicus fecellit, non est tutum
cuiquam amico fide re: si Alexander
nihil commeritum sustulit, præstat à
rerum negotiis abstinere. Plutarch.
in apoph.

Omilius

Omilius senator Romanus, Traiano imperatori dicere solebat, Maioris utilitatis ratione malum principem optari posse qui permultos bonus haberet amicos, quam bonum qui malorum multorum amicitias veteratur. Si quidem facilius fore, à multis bonis unum malum ad bonitatem deduci, quam ab uno bono malos multos à malitia auerti. *Fulgol.* lib. 7. cap. 2.

De amicitia neglecta, aut violata.*Bion.*

Dicebat, amicos, quales quales essent, retinendos esse, ne videamus aut malos recepisse in familiaritatem, aut bonos reiecssisse. *Laer.* li. 4. cap. 7.

Socrates.

Cuius promptum esse dicebat, si quid rerum insignium haberet, proloqui: quum difficillimum esset nominare quos possideret amicos, quum hac possessione nulla sit charior. Hoc dicto taxabat præposterum vulgi de rebus iudicium, qui hoc negligenter habet, quod omnium plurimi faciendum erat. Dicitur sibi videtur cui pecunia nonnulli obtigit, & damnum deplorat cui perire: at qui sibi paravit bonum amicum, non videretur sibi factus beatior, nec iustam deflet qui perdidit. *Erasm.* lib. 3. apoph.

Idem.

Eos qui amicitia violarent, etiam si iniuria affectorum supplicia effugerent, Dei ultionem tamen nequam euasuros dicebat. Sensit autem vir sapientissimus, eos diuina ultione merito puniri, qui amicitiam humanae societatis vinculum, disrumperent. *Maxim.* serm. 6.

*Simonides.***Interrogatus, quamobrem, quum**

esset extrema senectutis, tamen tentus esset ad rem: Quoniam, inquit, malim moriens inimicis relinquere, quam carere amicis, taxans instabiles hominum amicitias, qui consequuti quod volunt, negligunt amicum: eidem dum sperant, obseruantur. *Erasm.* lib. 6. apoph.

Diogenes.

Rogatus, quemadmodum amicis vteretur *Dionysius?* Ut vasculis, ait: dum plena sunt, euacuat, & vacua abicit. *Brus.* li. 1. c. 3.

Anaxagoras.

Anaxagoras philosophus Periclis præceptor fuisse legitur, cui in administranda republica magno fuit usui. Verum cum Pericles negotiis intentus desisset agere curam Anaxagoræ, iam ad decrepitam proiecti senectutem, constitutus inedia finire vitam. Id simul ut renuntiarium est Pericli, anxius occurrit, & argumentis, precibus & lacrymis conatus est hominem à sponte mortis proposito reuocare: idque magis sua ipsius causa quam philosophi. Cum Anaxagoras, retecta facie iam moribundus, nihil aliud respondit quam hæc, O Pericles, & quibus lucerna est opus, infundunt oleum, exprobans illi neglectum amici, unde tantam capere poterat utilitatem. Lucerna curatur ob usum vulgarem, & talis consiliarius neglectus perire. *Laert.* lib. 2. c. 3.

Pisistratus.

Pisistratus Atheniensium tyranus, quum aliquot amici, qui ab ipso defecerant, Phylem occupassent, venit ad illos stragulas in sarcinam colligatas ipse portans. Cæterum illis quid sibi vellet percontantibus: Ut, inquit, si persuasero, reducam vos: si non persuasero, maneam vobiscum: ob hoc enim veni cum sarcinis. Egregius animus, qui nollet sine amicis nec regnare, nec vivere. *Plut.* in ap.

*Cato Major.***Audiens grauissimam de colenda amicitia**

amicitia disputationem , ait: Amicitia quæ non placent, dissuendæ magis quam discindendæ sūt. Cicero in Catone.

Cassiodorus.

+ Qui vere amicus est, omni tempore diligit. nam eum tormentū non separat, labor non laxat, thesauros nō superat, alienus amor nō occupat. in ep.

De amicitia falsa, quæ in aduersis patefit.

Chilon.

Dicere solebat, Promptius ad amicorum aduersam fortunā, quām ad res secundas accurrendum. Rebus prosperis aduolant quilibet, etiam minus amici: qui adsūt reflatae fortuna, hi verè sunt amici. Laert. lib. i. cap. 4.

Socrates.

Importunè amare, nihil aliud esse quām odio prosequi, dicebat. Is enim qui se amicū esse simulat, quid aliud agit, quām vt porrigena vna manu panem, se amicum dicat, post tergū se altera manu lapide proiiciat? Maxim. ser. 6.

Demetrius Phalereius.

Ajebat, veros amicos in rebus Iætis adesse vacatos, in aduersis inuocatos & vltro. At vulgo sit secus. Laert. lib. 5. c. 35.

Anonymus.

Lacon quidam pridie ab hospite declinatus, postridie lectis stratisque conduitis liberaliter exceptus, strata ipsa concendit ac conculcare coepit, dicens: Propter hęc heri ne in palea quidem dormiui. Plut. in Lacon.

Nomertes.

Legatione fungens, quum à quodam eius generis, ad quem erat missus, beatus prædicaretur, eo quod multos haberet amicos: interrogauit, quomodo qui multos haberet amicos, periculum faceret an amicum haberet sincerum ac probum? Id quum alter fassus se nescire, cuperet discere: Per aduersam, inquit, forunam. Plut. in Lacon.

Pammenitus.

Pammenitus Ägyptiorum rex à Cambyses regno pulsus est. Eius filiam ancillari ueste indutā, cum aliquot nobiliū virginibus, Cambyses mitti iusserat ad hauiendam aquam, vt hoc spectaculo parentum captiuorum annos discruciat. Cæteris indignè fermentibus solus Pammenitus demisit oculos. Mox iussit duci filium illius, cū aliis plurimis eiusdem ætatis, vincit cervicibus, & ore frænato. Atque hoc etiam spectaculo Pammenitus ad lacrymas commotus nō est. Idem quum vidisset familiarem quandam exutū opibus, mendicantem obambulare, hoc spectaculo adeò commotus est, vt ingenti fletu hominem amicum compellans, caput suum barbarico more cederet. Ea re cognita, quū Cambyses per nuntium causam sciscitaretur, cur in liberorum calamitate tacitus, vnius seniculi calamitatē tam impotenter ferret respondit: Fili, domestica mala grauiora sunt, quām vt lachrymas recipiant: at amicus deplorandus erat, qui è multis opibus ad summam inopiam redactus est, idque in extremo senectutis limine. Eras. 6. apoph.

Xenocrates.

Lycurgus Rhetor, cùm fortè Xenocrati obuiam factus esset: qui à Tealone obrotto collo pertrahebatur in mercatum, quo in loco carcer erat Athenis: sustem impegit in caput Tealone, ac Xenocratem liberauit. Tealone vero tanquam indigna patratem in carcerem coniecit. Id Lycurgi factum cùm ab omnibus probaretur, post aliquot dies Xenocrates obuiam factus Lycurgi filii: Cité, ait, retuli gratiam patri tuo, qui vulgo laudatur, quod mihi amico, in rem periculosa & difficulti tulerit auxilium. Eras. li. 8. apoph.

Antigonus.

* Hic Diis sacrificiis precabatur ut se à simulatis seruarent amicis: cùmque percunctaretur quispiam, quam obrem tale quid à Diis optaret: Quia

inquit, hostes cùm cognosco, caueo,
Maximus serm. de amicitia.

Dionysius Senior.

Admiratus egregiam fidem Damoni & Pythiæ, Rogo, inquit, vt me quoque in vestram amicitiam recipiat. Alteri tyrannus destinarat diem necis, quumque is pauculos dies petisset rerum domesticarum ordinandarum gratia, hac lege impetravit, vt alter vas amici fieret, ea conditio ne, vt si ille non rediisset ad diē præscriptum, hie plesteretur. Rediit autē ad diem, mori malens, quām amicum fallere. Ita seruatus est vterque, ac regis amicitia decoratus. Tantum valet egregia virtus apud tyrannos etiam. Eras. 5. apoph.

Tarquinius Superbus.

Iam exul factus, dixisse fertur: Se tum denique cognouisse quos habuissent amicos fidos, quos infidos, cūm neutris gratiam referre posset. Qui commodi gratia sunt amici, sublata ecommodi spe deserunt amicitiam: sed amicos secundæ res parant, aduersæ probant. Erasm. 6. apoph.

Alphonsus rex.

Ex Sicilia nauigans, videns aues marinas circumuolantes triremem, & expectantes cibum à nauigantibus, escam in mare proiecit. Verum cūm videret à volatilibus certatum rapi, quæ deinde cum præda aduolabant, ad suos conuersus ait: Persimiles sunt his garriis purpurati & curiales aliquot mei. Simulac enim aliquod officium aut beneficium hianzes & dimicantes inuicem à me accepterunt, aufugient, nec reuertuntur, donec necessitate premuntur, plura petentes. Antonius Panormit. de rebus gestis Alphonsi, & Æneas Syrus. de eius dictis.

D Hieronymus.

+ Amicitia quæ desinere potest, vera nunquam fuit. Epistol. ad Ruffinum. lib. 2. cap. 11.

De amicorum electione.

Anisthenes.

Ilud cumprimis damnabat in hominum moribus, quod in auctiōnibus vasa diligenter inspicerent, priusquam emerent: vitam eorum non inspicerent, quos sibi in amicitiam adiungerent. At maior utilitas est à fidis amicis, quam à vasibus: & plus damni est, nisi deligas. Laert. libro 2. cap. 8.

Solon.

Solon Salaminius summoperè suos admonere solebat, ne citè quoslibet amicos sibi pararent: quos autem semel parauissent, ne facile reiicerent. Refertur ex Apollodoro apud Laert. & Erasm. in proverbio, Ne cuius dextram inieceris.

Aristoteles.

Ilud frequenter habebat in ore, ὁ φίλος τὸς εἰς φίλον. Sentiens, multos esse amicos nomine, paucissimos aut nullos re. Laert. lib. 5. cap. 1.

Anacharsis.

Præstare dicebat, unicum habere amicum multi pretij, quām multis nullius. Græca sonant iucundius, ἐν φίλον ξει πολλὰ δέξιον, οὐ πολλὰς μηδὲν δέξια. Laer. lib. 1.

Isocrates.

* Amicos tibi compara, non omnes qui id cupiunt, sed eos qui ingenio tuo digni sunt: neque quibus cum iucundissime viuas, sed cum quibus optimè ciuitatem administres. Stob. serm. 46.

Idem.

+ Amicitiam cum nemine iungito priusquam exploraueris, quomodo prioribus amicis fuerit usus. Sperabis enim eum in te quoque fore tales, qualem erga illos se præbuerit. In Paræn. ad Demonium.

Seneca.

+ Diu cogita, an tibi in amicitiam aliquis recipiendus sit: cum placuerit fieri, toto illum pectore admittit: tam auda-

audacter cum illo loquere quam tecum. Tu quidem ita viue, ut nihil committas, nisi quod committere etiam inimico possis. Epist. 3. ad Lucill.

Euripides.

Amicos qui nihil tibi verbis indulgent comparato. Qui verò ut complacent & delectent te verba faciunt, eos tanquam malos ex foribus excludito. Stob. serm. 14.

Darius.

Zopyrus sibi nares & aures praedit: itaque dissimulans quis esset, ad Babylonios transfugit, fingens se à Dario crudelissime tractatum Babylonij persuasi, commiserunt illi praefecturam. Ille naestus occasionem, Dario ciuitatem tradidit. Postea Darius s̄apenumero dicere solebat, se malle vnum Zopyrum integrum, quam centum Babylonias capere. Errat opulentissima ciuitas Babylon, tamen vnicum amicum centum Babylonibus anteposuit. Ab hoc animo quantum absunt principes quidem qui Sannionem, aut equum, aut canem pluris faciunt quam probum, fidelem, ac doctum amicum? Plutar. in apoph.

Scipio minor.

Polybij sequens præcepta, dabat operam ne quando è foro rediret domū, priusquam sibi quocunque modo quempiam eorum in quos incidisset, familiarem, & amicum reddidisset: sentiens, nullam esse homini possessionem meliorem. Plutar. in apoph.

Alfonius rex.

Quum dubitaret, vtrum Franciscum Sforciam, an Nicolaum Picinimum in amicitiam & societatem admissurus esset: (erat autem alterum duntaxat, propter illorum inter se similitates, admissurus) Matriciesibus legatis regem adeuntibus, & interrogantibus vtrum Sforcia an Picinino gratulari deberent: Vtrosque tanquam amicos habendos esse, item ab utrisque tanquam inimicis cauere

dum esse respondit. Antonius Panormit. de rebus gestis Alphonsi, & Æneas Sylvius de eius dictis.

*De amico castigatore.**Diogenes.*

AD salutem opus esse dicebat, aet fidis amicis, aut acribus inimicis: eo quod illi monent, hi redargunt, & reprehendunt. Laert. libro 6. Plutarch. de utilitate ab inimicis capienda.

Phocion.

Antipatro petenti, vt in gratiam suam faceret quiddam pugnans cum iustitia: Non potes, inquit, ô Antipater, Phocione simul amico & adulatore vti Amicus obsecundat quoisque patitur æquum & honestum. Nec enim amicus ab amico quod iniustum est petere debet. Adulator autem ad quiduis obsequitur. Plutar. in apoph.

Philippus.

Quum multi bello capti vendentur, Philippus Macedonum rex in auctione sedens, parum decenter vestitus erat. Quidam igitur eorum, qui vendebantur exclamauit: Parce mihi, Philippe, à patre enim sum tibi amicus. Philippus interrogauit, Vnde nam hæc amicitia conflata esset? Tum ille, Volo, inquit, proprius accedens dicere. qui quum admissus esset, quasi arcani quippiatur dicturus: Dimitte, inquit, chlamydem aliquantulum: nam ad istum modum indecenter sedes. Mox Philippus, Hunc, inquit, dimitte liberum: nesciebam enim prius illum mihi verum amicum esse, donec melioribus institutus sum ab ipso. Senie vir prudentissimus, eos præcipuos amicos esse, qui probè nos instituerunt. Plutar. in apoph.

Cobares, Medus.

* Natura mortalium hoc quoque nomine praua & sinistra dici potest (inquit ad Bellum) quod in suo quic-

que negotio hebetior est quam in alieno. Turba sunt consilia eorum qui sibi suadent. Obstat aliis metus, aliis cupiditas, nonnunquam naturalis eorum quæ cogitaueris amor. Expertus es, vnumquemque quod ipse repererit, aut solum aut optimum decere. Curt. lib.7.

Cato.

Intelligens quendam animum ab amico reprehensore alienasse, Noli, inquit, indignari amico: apem enim propter aculeum non odiisti, sed foues & tueris propter fructum. Cur igitur amici obiurgationem fers adde inique, quam propter benevolentiam plurimam amare debes? Maximus serm.6.

De amicorum rebus communibus.

Epicurus.

Improbabat institutum Pythagoræ, qui quum doceret amicorum communia esse omnia, iubebat ut discipuli, quod quisque habebat, deplicerent in commune: dicens, id esse diffidentium verius quam amicorum. Etenim si quis mibi verè sit amicus, nihilominus habeo pro meis quæ ille possidet, quam si deposisset. Porrò qui diffidit, aut non est ipse verus amicus, aut de alterius animo dubitat. Erasm. libro 8. apophthegmat.

Anitus.

Anitus amicorum Alcibiadis venus, eum ad cœnam rogarat. Ille recusauit: sed domi bene potus, cum famulis comedebundus irrupit, & stans ad ostium cœnaculi, iussit famulos vasa diripere, & ad suas ædes deferre, qui ferè dimidium asportarunt. Aliis autem conuiuis Alcibiadis violentiam accusantibus, Anitus respondit, illum bene egisse, cui cum totum auferre licuerit, dimidiam tamen adhuc partem ipsi reliquisset.

Sensit vir prudentissimus, amicorum meritò omnia communia esse debere. Erasm. 1.6. apoph.

Themistocles.

† Cùm cum quidam monerentur absque ullo personarum respectu magistratu fungeretur: Nequaquam, inquit, in eo lessurus sum throno, in quo amici nō meliore fruituri sunt conditione, quam non amici. Non enim civitas homines amicis & sodalibus carentes, sed commodos & temperantes requirit. Anton. in melis. par.2.ser.1.

Plura vide supra de Equalitate.

De Amore impudico.

Diogenes.

Morem dixit otiosorum esse negotium, quod hic affectus potissimum occupet otio deditos. Ita fit, ut dum otio vacant, in rem negotissimum incidan, nec interim tamen quicquam bona rei agant. Laer. 1.6.

Plato.

Omnes qui perditè amarent, dicebat in alieno viuere corpore, in suo verò ac proprio planè mortuos esse. Fulgosus libro 7. cap.2.

Idem.

Conditiones amatoris cum ostendere vellet, Animus est, dicebat, in suo quidem corpore moriens, in alieno verò viuens. Brusonius libro 1. cap.2.

Aristoteles Cyreneus.

Ab amico quodam percontatus, an amor coitus gratia fieret? Neque eius gratia, neque sine eo respondit. Stob. ser. 61.

Panetius.

Adolescentulo querenti, an sapiens amaturus esset? De sapiente, inquit, videbimus. Mihi & tibi, qui à sapiente longè absimus, non est committendum, ut incidamus in rem commotam, impotentem, alteri emancipatam, vilem sibi. Bruso. li. c. 2.

Teophrastus.

Interrogatus, quid esset amor? respondit,

spondit, animæ otiose affectus. Stob. serm. 52.

Prodicuſ.

Aiebat, cupiditatem geminatam, amorem esse : amorem vero geminatum, insaniam fieri. Stobæus sermo. 62.

Alexander.

Quum è Macedonum numero ad mare remitteret & valetudinarios, & mutilus debilésque, productus est quidam qui se inter ægrotos adscriperat, quum non ægrotaret. Is ad Alexandri conspectum adductus & examinatus, fassusque se morbum prætexuisse ob amorem Telesippæ, quæ ad mare fuerat profecta, Alexander cui negotium retrahendæ ad exercitum Telesippæ delegatur, vt cognouit eam esse liberam: Persuadeamus, inquit, à Antigenes, Telesippæ, vt nobiscum maneat: nam vim admouere liberæ, non est nostrum. Sic indulxit amori strenui militis, quem in exercitu retinere cupiebat, vt ingenuam mulierem redire nolle nisi persuasam. Plutar.

Apollonius.

Eunuchus quidam quum deprehensus esset cum pellice regis Babyloniz, præsentem Apollonium rex interrogat, quid de eunicho faciendum iudicaret? at ille: Quid, nisi vt viuat? Admiranti autem regi subiecit, Omne supplicium, si viuet, ob amorem patietur. Brusonius libr. 1. cap. 2.

Polites, rex Thracie.

Troiani belli tempore, cùm Troiani pariter & Græci legationem ad ipsum misissent, auditis utrisque pronuntiauit, vt Alexander redderet Helenam, & à se pro vna duas formosas abduceret vxores. Sapienter Paris, si huc fecisset. Nam vna satis fruitus habuisset duas noas, & patriæ consolisset. Quis autem non miretur Græcorum humanitatem, quibus sat erat futurum, & tantum redderetur,

quæ cum adultero tam diu dormierat? Plutarchus in apophthegmat.

Cato maior.

Amantis animum dicebat in alieno corpore viuere: quod hodie quoque celebratur, Animam illic potius esse ubi amat, quam ubi animat. Plut. in eius vita.

Idem.

Affirmabat, insanos prudentibus longè utiliores esse, quam insanis sapientes. Quippe qui sapientes, cùm stultorum errata inspicerent, ob id in melius vitam mutare solebant. At amantes, quum discendi capaces non sint, ex sapientum benefactis fructum percipere nullum possunt, Fulgosus libro septimo cap. 2.

Populia.

Populia Marci filia, miranti cùdam quid esset, quapropter alia bestiæ nunquam marem desiderarent, nisi cum prægnantes vellent fieri respondit, Quia bestiæ sunt. Macrobl. 2. cap. 5. Satur.

Iulia Augusti.

Iulia Cæsaris Augusti filia, cùm concij flagitorum admirarentur, quomodo similes Agrippæ filios procrearet, quæ tam frequenter vulgo potestatem corporis sui faceret? respondit: Quia nunquam nisi naue plena vectorem tollo. Macrobl. libr. 2. cap. 5. Saturn.

Arynoma.

Mulier quædam dixerat se depetrare amore Vespasiani. ei perducebat quum pro concubitu festertia quadraginta donasset, roganti dispensatori, quo titulo vellet eam summationibus referri, dixit, Vespasiane adamato. Sueton.

D. Hieronymus.

† Amor formæ rationis obliuio est & insanæ proximus, turbat consilia, & generosos spiritus frangit. lib. 2. adu. lou.

D. Augustinus.

† Sordes animi sunt, amor quarumlibet rerum, præter animum & Deum, à quibus sordibus quantò quisque est purgator, tanto facilitus verum in-
tuetur. De utilit. credendi.

Vide apophthegmata de Coitu, Incon-
tinencia, Libidine fœda, & Coitu immo-
derato.

De amoris patrum honesti
remediis.

Crates.

A More laborantibus ostendit re-
media: Amori, inquit, medetur
fames: sin aliter, tempus. quod si nec
his vti possis, laqueus. luxus ferè alit
amorem: tempus omnia aut tollit,
aut certè mitigat. Hæc remedia si
nihil profunt, superest laqueus, vt
morbus finiatur suspendio. Laert. lib.
6. cap. 5.

D. Hieronymus.

† Ama scientiam scripturarum, &
vitia carnis non amabis. In Epist. ad
Rusticum.

De amantium ira & odio.

Agathon.

A Gathonem poetam amabat Pau-
sanias figulus. qui cùm aliquan-
do venissent ad Archelaum, qui non
minus amoris quam literarum erat
studiosus, & contentiones orientur
inter amorem & amasium: inter-
rogauit Agathonem Archelaus, quid
sibi veller, quod frequenter simulta-
tes exerceceret cum eo à quo summo-
perè amaretur? At ille, Huius rei (in-
quit) ô rex ego rationē tibi reddam.
Neque enim ei sum infestus, neque
rustica quadam morositate id facio.
Quod, siquid ego quoque de mori-
bus intelligo, cùm ex aliis, tum ex
arte poetica, iucundissimum aman-
tibus esse reperio, si ex contentione
& litibus cùm amasis in gratiam
gedeant. Et sanè mihi videtur nihil

illis deletabilius accidere. Huius e-
go voluptatis persæpe eum partici-
pem facio, frequenter litigando.
Gaudium enim capit si continuam
cum eo contentionem dissoluam, &
reconciliem. Si verò æqualiter &
consueto more cum eo semper agam,
non experiretur dissidium. Älianu-
s lib. 2. de Var. hist.

De amore honesto.

Antisthenes.

I Llud frequenter in ore habuisse di-
citur. Αξιέσος ἵκανός: id est, Di-
gnus amari quisquis bonus est. Non
enim verus & sincerus amor est, nisi
quem conciliat virtus. Laert. libr.
6. cap. 1.

Socrates.

Docuit animorum formam ma-
gis amandam: quam corporum: eám-
que voluptatem quam in nobis gi-
gnit conspecta formosa facies, ad
longè pulchriorem, sed latentem a-
nimæ speciem esse transferendam. ve-
rū ut hanc videamus, philosophi-
cis oculis opus esse. Notabat, φίλει-
δημος Græcam vocem anticipem es-
se, ad osculandum, & amandum:
quorum prius est corpus amantium,
alterum mentem. Erasm. libro tertio
apoph.

Idem.

Eos qui corpus tantum amarent,
similes esse aiebat mendicis qui sem-
per egerent, semper instarent, aliquid
flagitantes: rursus qui amici essent
potius quam amatores, similes esse
his qui proprium fundum posside-
rent, quem semper student reddere
meliorem. Amator suam querit ex-
plere voluptatem: amicus haud qua-
quam ad se spectans, hoc se putat di-
tiorem, quo meliorem reddiderit a-
micum. Erasm. l. 3. apoph.

Zeno.

Formoso dicenti, sibi non videri
futurum vt sapiens amaret: Nihil, in-
quit, esset yobis formolis infelicius.

Quis.

Quisquis enim doceat, admonet, instituitque ad virtutem adolescentes, utique amat. Atque is deum verus est amor. Nam qui vulgo dicuntur amare, suum venantur commodum cum incommodo adamati. Laer.lib. 7.cap. 1.

Th. Pontanus.

Thomas Pontanus, vir prudentia ac sapientia clarissimus, assidue dicebat, Amorem nunquam fecisse stipendum. Ea quippe est amoris vis, ut ubi in terrarum facilè locum inueniat, etiam sine pecunia. Iac. Spieg.in lib. 2. Æneæ Syluij de dictis ac factis Alphonsi cap. 43.

Idem.

Sæpen numero dixisse fertur, Amorem, inermem quidem incedere, dormire tamen loricatum. Notat autem amorem subditorum erga suos principes tanti fieri, ut princeps, cui benevolentia suorum satis perspecta est, non sibi timeat, et si solus interdui ambulet: noctu tamen semper adhiberi corporis custodes. Ibidem.

De amore sui quem Græci φιλαυγίαν vocant.

Socrates.

Dicebat, Neminem in seipso sua cernere vitia, alterius autem avertissimè. Antonius in Melissa, pars 2. serm. 75.

Idem.

Si quis, inquit, in theatro coriarios urgere iuberet, eos solum surrectuos: similiter si fabros ærarios. textores, aut alios generatim. Si vero prudentes aut iustos hic omnes exsurrexituros fore. Est enim hoc in primis in vita damnosum, quod cum hominum pars maxima stulta sit, sapere iamen sibi videatur. Stob.serm. 21.

Diogenes.

Interrogatus, quinam in tota reru natura existeret difficillimum? Noste seipsum, inquit. Multa enim pro-

pter amorem sui sibi quenque sume-pe solitum. Antonius in Melissa. pars 2. serm. 75.

Idem.

Hominum dicebat aliquos opportuna loquentes non intelligere seipatos, sicuti lyrae egregie resonantes non sentiunt, Stobæus serm. 21. Antonius serm. 75. parte 2. Melissa, & Maximus serm. 7.

Plato.

Iubebat, ut cum aliquos irriserimus, conuertamus ad nos metipos, & videamus, ne ipsi eisdem vitiis laboremus. Stob.serm. 21. Anto. in Melissa. Amor enim sui multa celat, & circumoperit in illo qui magis irridere solet alios. Stob.serm. 21. Anto. in Melissa serm. 75.

Idem.

* Omnia maximum, inquietabat, quedam malum in multorum animis est innatum, cuius quidem, quum facile sibi ignoscant, nullum remedium excogitant. Est autem hoc quod dicere solent, natura sibi quisque esse amicum. Sed re vera nimius in ipsum amor omnium peccatorum omnibus semper est causa. Occurratur quippe circa occæcatum, qui amat. Quapropter qui se amat, cum seipsum magis quam veritatem honorandum putet, quid iustum, bonum, & pulchrum sit, male iudicat. lib. 5. de Legib. Stobæus, serm. 24.

Aesopus.

Vnumquemque nostrum duas ferre aiebat peras, alteram ante nos, alteram à tergo. Et in anteriorem quidem alienos errores condere, in posteriorum verò nostros: ideoque non videri à nobis. Stob.serm. 21.

Demosthenes.

Omnium facilissimum esse dicebag: seipsum decipere. quod enim unusquisque cupit, id etiam in animum inducit, & sibi persuadet. Res autem ipse frequenter nō ita se habent. Ibid.

Apollonius.

Dicere solebat, quam plurimos es-

se, qui semetipos præter ullum decorum amantes, propria peccata defenserent, accusarent autem aliena. Ibidem.

De eo quod à subditis amari melius sit quam metui.

Chilo.

Optimum regem esse dixit, qui non operam dat ut metuantur. Stob.serm. 46.

Pictacus.

Eum laude dignum imperatorem dicebat, qui ita se erga suos gerat, ut non eum, sed ei cives timerent. Stobæus, ser. 46.

Pythagoras.

Potius elige, inquit, qui versentur tecum, te venerentur & amet, quam timeant. Amorem enim reverentia & obseruantia, timorem odium sequitur. Phaorinus apud Stob.

Polydorus Alcomenii F.

Cuidam percontanti cur Spartani in bello fortiter sese periculis obiuerent? Quoniam, inquit, duces reueneri didicerunt, potius quam timerere. Reverentia cum amore coniuncta est: metuimus autem illos maximè quos odimus. Rebus autem suo fungitur officio, qui ex animo facit, quam qui metu mali. Plut. in Lachonicis apoph.

I Socrates.

† Decet virum principem, & hominum & ciuitatis esse amantem. Nec enim fieri potest, ut vel equis, vel canibus, vel hominibus, vel vili denique rei quisquam recte præficit, nisi delectetur iis quorum ei mandata est curatio. Populus tibi curat, & omnia in eo posita esse per te, ut is imperio tuo delectetur. ad Nicoclem.

Idem.

† Exime ciuibus fortitudinem, neque terribilis sis esse velis, qui nihil delinquunt. Publicas opes restius à

priuatis haberi quam intrâ vnum claustrum reseruari. Bonus princeps qui magis à suis diligatur, quam timetur, habet quicquid ciues possident. Eutropius.

Constantius Chlorus.

Amicis admonentibus, quod in augendo fisco videretur indiligenter, respondit: Publicas opes restius à priuatis haberi, quam intrâ vnum claustrum reseruari. Bonus princeps, qui magis à suis diligitur, quam timetur, habet quicquid ciues possident. Eras. lib. 8. apoph.

Sigismundus Imperator.

Audiens à quibusdam disputarum melius esset amari, an timeri subditis? Respondit: Quemadmodum superi amari, & timeri volunt, ita & reges. Neque enim bene ames, nisi etiam timeas. Timor enim reuerentiam arguit, qua regibus maxim debetur. Ceteri qui non timet, contemnere videtur. At in regibus quoque situm est, ut & amentur, & timeantur: si ita moderentur vitam, nec inferno illis sint terrori, nec su perioribus despectui. Aeneas Sylvius lib. 4. commentariorum in res gestas Alphonsi.

Alphonsus rex.

Interrogatus quos è popularibus suis percharos haberet? illos, inquit, qui non magis eum, quam pro eis metuant. Sensit autem, illos esse eis animo amicos, qui principem magis amant, quam metuunt Panorm. lib..

Plura vnde infra de Benevolentia, Clemencia, Humanitate, aique imperio vel regno bene administrando.

De Animæ immortalitate

Phocylides.

* **A**nima immortalis est, inquit, a viuitque perpetuo, nec senscit unquam. In præceptis suis.

Epicharmus.

* Si anima bonus es, mors nocte tibi non potest, viuet spiritus tuus in ce

in cœlo beatūs, &c. Apud Clement. Alex.

Pythagoras.

* Aurigam animam optimam si corpori constitueris : vbi derelicto corpori ad liberum æthera peruenieris, eris immortalis, &c. In aureis versibus:

Socrates.

Hominem ipsum animum esse dicebat, corpus autē nihil aliud quām animi organum, vel domicilium, aut ut verius dicam sepulchrum, ac carcerem: vnde cūm emergerit, tum deum sui iuris esse, multōque quām antea felicius vivere. Erasm. in Declamat. de Morte.

Idem.

Quum hora mortis ei immineret, rogatus à Crito, quo modo vellet sepeliri: Multam, inquit, ô amici, operam frustra consumpsi. Critoni enim nostro nondum persuasi, mē hinc auolaturum, neque quicquam mei relieturum. Veruntamē, ô Crito, si me assequi poteris, aut sicubi nactus eris, vt cunque tibi videtur sepelito. Sed mihi crede, nemo me vestrum quum hic excessero, cōsequetur. Sē sit Socrates, animum esse hominem: corpus nihil aliud esse quām animi vel organum, vel domicilium. Eōque stulte facere illos, qui solliciti sunt quomodo sepeliantur, Brus. l. cap. 10.

Idem.

Iam damnatus, iudicibus dicebat: Anyrus quidem & Melitus (accusatores enim eius fuerant) interficere me possunt, sed incommodo aut detrimento minimè afficere. Pia hominis ethnici sententia, sentientis tyrannos pro suo quidem arbitrio in corpora hominum sanguire posse, ast in animam, quæ immortalis est, nullam omnino potestatē habere. Brus. lib. 4. cap. 10.

Anaxarchus.

A Nicocrone Cypri tyranno captus, & malleis ferreis in saxo exagato consusus: Tunde, inquit, tunde

probè Anaxarchi carnes & ossa, siue (vt alij) follem: Anaxarchum nequam lades. Sensit autē philosophus clarissimus, tyrannum quidem potestate habere ut pro arbitrio crudelitatem suam exerceat in corpora hominum, animam tamen immortalē semper fore, extra omne tyrannorum imperium. Philo Iudæus in libro, Quod omnis probus liber & Bruson. lib. cap. i. ex Plut.

Cercidas Megalopolit.

Quum in mōrbum periculosissimum incidisset, interrogatus num libenter mori vellet? Quidni? ait. Vndebo enim post mortem viros in omni scientiarum genere doctissimos, ex philosophis Pythagoram, ex historicis Hecataeum, ex poetis Homerum, ex Musicis Olympum, qui suis literarum monumentis nomen sibi immortale pepererunt. Älianuſ libro 13. de Varia historia.

Philistio.

* Anima sapientis (inquit) Deo coniungitur. Animam non mors, sed mala vita perdit. Anton. & Maxim. serm. de anima.

Ägyptius Monachus.

Quum nuntius venisset, qui patris mortem annuntiaret, respondisse fertur: Define blasphemare, & impie loqui: pater enim meus immortalis est. Nicephorus libro ii. cap. 45. Eccl. histo. ex Euagriq.

Cyrus.

Moriens filii suis ait, Nullo modo filij hoc vñquam mihi persuasi, vt animus vivat, donec fuerit in corpore mortali: quum vero ab hoc solutus fuerit, moriatur. Cicero in Catone Maiore ex Xenoph.

Thræcas.

Quum non tantum in alios, sed in matrem etiam, quam occidi fronde curauerat, crudelissimè sanguiret, P. Thræcas Petus, Romanorum fortissimus dicere solebat: Nero quidem me occidere potest, perdere autem nequaquam; innuens quidem, Ne-

ronem tyrannum eruentissimum protestatem habere grassandi in corpora suorum, animam autem (quæ immortalis est) nequaquam lœdi à quo quis homine posse. Xiphilinus in Nerone.

Cicero.

* Animorum, inquit, in terris nulla origo inueniri potest: nihil est enim in animis mixtum, atque concretum, aut quod ex terra natum atque factum esse videatur, aut quod humidum, aut flabile, aut igneum. His enim nulla vis inest memoriarum, intellectus, cogitationis, quæ prærita retineat, præuideat futura, præsentia comprehendat, quæ quidem omnia diuina sunt. lib. i. Tusc quæst. & in consol.

Idem.

† Quod autem ex hominum generē consecratos sicut Herculem & ceteros colī lex iubet, indicat omnium quidem animos immortales esse, sed fortium, bonotūmq. diuinos. De leg.

Idem.

* Cogita te mortalem non esse, non hoc corpus. Non enim is es quæ forma ostendit, sed mens cuiusque ipse est, non hæc moles quam digito indicare possumus. Item. Sicuti Deus caducum hunc mūdum regit & mouet, ita & spiritus immortalis, fragile corpus, in Som. Scipionis.

Seneca.

* Animus, si propriam eius originem aspiceris, nō ex terreno & gravi concretus corpore ex illo cœlesti spiritu descendit, nec est ratio aliud quām in corpore pars diuini spiritus mersa. Et quemadmodum radij solis contingunt quidem terram, sed ibi sunt vnde mittuntur, sic animus magnus ac facer, & in hoc demissus, ut proprius diuina noscamus, conuerſatur quidem nobiscum, sed hæret origini suæ. Item Hæc quæ vides ossa cœcum nobis, neruos & obductam curē, vultūmq. & ministras manus, & cetera quibus inuolui sumus,

vincula animorum tenebræque sunt. Obruitur his animus, fugatur, arceatur aduersis, omne illi cum hac carne graue certamen est. Ne abstrahatur & findatur, nititur illo vnde demissus est: ibi illum æterna requies manet. Item. Nox quam pertimescit intermitit vitam, non eripit: veniet iterum qui nos in lucem reponat dies. lib. ad Gallionem Martiam, de breuit. vitæ, ad Lucillium, & alibi, vbi multa de animæ humanæ præstantia & dignitate.

Idem.

† Sursum animum vocant initia sua. Erit autem illic etiam, antequām hac custodia exoluatur, si virtus sua deseruit, purisque ac leuis, in cogitationes diuinas emicuit. Epist. 80.

Alphonsus Rex.

Maximum argumentum immortalitatis sibi videri dicebat, quod corpora in hac vita decrescere, ac per omnia membra suos quasi fines & terminos habere viderent: animos vero, quāto ad annos accederent, tanto magis intelligentia, virtute & sapientia crescere. Panormitanus lib. 4. de Alphonsi reb. gest.

Fridericus imperat.

In Austria cùm obiisset unus ex primoribus, annos natus tres & nonaginta, qui vitam inter voluptates illecebrâsque nulla vñquā valitudine offensam duxisset, ignotaque illi omnis calamitas, omnis molestitia fuisset, idque Friderico Cæsari narraretur: Et hinc, inquit ille, immortales animas censere licet. Nanque si Deus est, qui hunc mundum gubernat (ut philosophi & Theologi docent) eumque iustum esse nemo negat: profectò alia loca sunt, ad quæ post mortem animæ migrant, ibique pro factis aut mercedem, aut poenam accipiunt. Nam hic nec bonus sua præmia, neque malis sua supplicia reddi videmus. Æneas Sylvius.

ac perpetuos amicos. Diogen. Laërt lib.1.cap.1.

Antisthenes.

Admonebat ea esse paranda viat*i-*
ea quæ simul cum naufrago enata-
rent. Sentiens, bonas artes vbique es-
se in pretio, nec posse à fortuna eripi.
Idem ascribitur Aristippo. Laërt. lib.
6.cap.1.

Idem.

Quidam adolescens curarat sese ex
axe sculpendum, & ad eam imagi-
nem sese conformabat. Huic Anti-
sthenes: Si æs posset vocem edere,
qua de re potissimum gloria etur? De
pulchritudine, inquit adolescens. Nō
igitur, inquit, erubescis, qui non de
animo gloriariſ? significans, magis
gloriandum de bonis animi, quæ
de forma, quam haberet cum statua
communem. Laërt. lib.6.cap.1.

Ariston.

* Vulgus hominum Laërti compa-
rabat, qui cū reliqua ruri diligenter
omnia curaret, seipsum negligebat:
sive &c illos studiosissimos quidem esse
circa possessiones, animum autem
feris obrutum affectibus non exce-
lere aiebat. Stob. serm.4.

Aristippus.

Nauigās cum ciuib⁹ suis, & nau-
fragio quodam eius, venit Rhodum, vbi summa cum humanitate &
reuerentia exceptus & tractatus est,
etiam ab ignotis illis hominibus. Tā
dem verò, quum hi qui cum Aristip-
po naufragium passi erant, pararent
reditum in patriam, rogarēntque il-
lum, Ecquid vellet ciuib⁹ suis re-
nuntiarē? Nil aliud, inquit, quæ ut
studeant sibi huiusmodi parae ope-
ræ quæ naufragio non pereant, sed si-
mul cum possidente enatent. Sensit
vir sapiētissimus, hominem non for-
tunæ, sed animi bonis muniēdum, vt
vbiuis terrarum victum sibi compa-
ret, & apud homines magno sit in
pretio. Vitruvius lib. 6. de Archite-
ctura. Fulgos. lib.7.cap.2.

D iii

De animi bonis ac cultu.

Plato.

† Q Vi virtuti formam corporis
anteponit, animam verè peni-
tusque dedecorat. Nempe corpus
anima venerabilius arbitratur, in
quo certè vehementer errat. Nihil
enim terrenum rebus cælestibus ve-
nerabilius est. Et qui de animo ali-
ter sentit, quām mirabilem rem ne-
gligat, prorsus ignorat. lib.5.de leg.

Pythagoras.

† Maxiū eorū quæ ab hominibus
fingi possint, dixit animam esse, siue
ad bonum induceret, siue ad malum.
Felicesque ac beatos esse homines,
quibus anima bona aduenerit. Laërt.
lib.8.cap.1.

Bion.

Dicere solebat, formam & venu-
statem bonum esse alienum. Sentiens
nimirum, animi bona revera esse
nostra, cætera verò omnia fluxa, &
paruo duratura tempore. Laërtius
libro 4.cap.7.

Bias.

Qum patriam eius Prienen ho-
stes invaserint, omnibus quos sae-
tia belli incolumes abire passa fue-
rat, pretiosarum rerum pondere o-
mnistis fugientibus interrogatus, Quid
ita nihil ex bonis suis secum ferre?
Ego verò, inquit, omnia bona mecum
porto. Pectorē enim illa gestabat,
non humeris, non oculis visenda, sed
estimanda animo: quæ domicilio
mentis inclusa, nec mortalium nec
deorum manibus labefactari queunt;
& vt manentibus praesto sunt, ita fu-
gientes non deserunt. Cicero in Pa-
radoxis. Valer. Max lib. 7.cap.2. Ve-
rū Seneca lib. cap.5. de Tranquilliti-
tate, & epist.9. Stilponi hoc ascribit.

Thales.

Dicebat, non esse fucandam faciem,
sed animum honestis studiis exornā-
dum: quod hæc forma verosciliet

Democritus.

Dicebat potius animæ quām corporis curam esse habendam. Siquidem anima perfectissima corporis virtus leuat: robur autem corporis, absque ratione, nihilo meliorem reddit animam. Stob.serm.1.

Diogenes.

Conspicatus adolescentem philosophiæ dātem operam: Euge, inquit, corporeæ formæ spectatores ad animi pulchritudinem auocas. Sentiens, illum hoc agentem, ut animū virtutibus & honestis disciplinis exorparet, hoc consequiturū, ut longè meliores amicos esset habiturus, Laert.lib.6.cap.2.

Idem.

Dicebat, homines summa cura quæ faciunt ad viuendum perquirere: sed quæ ad bene viuēdum conducāt, nihil pendere & negligere. Stobæus.

Pythagoras.

Magis animi vires quām corporis optandas esse asserebat. Animi enim bona veræ sunt possessiones, cætera omnia instabilia & incerta. Diuitiæ enim aliisque eius generis bona, forœnæ temeritati subiacent: virtus autem stabilis, perpetuaque habetur. Stob.serm.1.

Socrates.

* Nihil aliud, inquit, agēs circum eo, quām suadens iunioribus seniorib[us]q[ue]; velstrūm[us], neq[ue]; corporū, neq[ue]; pecuniarum, neque aliarū omnino rerū curam prius vehementiūsque quām animi habendam esse, ut quām optimus sit: docens, non ex pecuniis virtutem, sed ex virtute pecunias, aliisque bona omnia & priuatim & publicè hominibus prouenire. Plato in apologeto Socratis. Stob.serm.5.

Idem.

* Neque, inquit, Achillis arma Thersiti, neque animi bona homini stulto conueniunt. Stob.serm.5.

Idem.

Quum taxaret vnguentis delibitor, & Charundas, siue (ut aliis pla-

cet) Phædon, percontaretur, quis es? set ille vnguentis delibutus? Ego, inquit Aristippus, infelix & me infelicior Persarum Rex. At vide, inquit, ut quemadmodum hac parte nullo cæterorum animalium est superior, ita nec hominum vlo præstantior. Sensit, externis bonis hominem nihilo fieri meliorem: cum & equus balsamo oblitus, idem oleret quod rex, & mendicus vnguento simili delibutus, non minus bene olet quām summus pontifex, Laërt.lib.2.

Isocrates.

Videns ex discipulis quendā agri sui colendi studiosum, cæterū in exornandis morib[us] desidem: Vide, inquit, ne agrum mitiorem cultiorēmque faciens, tu incultus animo atque agrestis prorsus euadas. Stobæus.

Xenophon.

† Poëta qui virtutem celebrarunt, aut nihil aut parcissimè de corporis laudibus dixerunt: magna verò animi facinora, & sapientiæ finitima, carminibus posteritati commendarunt. Vide igitur, ô Aglaïada, & diuinam sententiam sequere, quæ præcipitur animam post Deo esse colendam, corpus autem tertie loco à superis. Est autem animæ cultus disciplina, & mons ad prudenteriam composita. Refert Sto.serm.67.

Plato.

Dicere solebat, eos qui corpora exercerent, & animū negligere, nihil aliud facere, quām imperantem relinquere, & imperatum curare. Stob.serm.2.

Idem.

* Quæ dominantur, inquit, præ illicis quæ seruiunt semper sunt honora. Quapropter meritò post dominantes deos, eōsq[ue]; qui illos sequuntur animū nostrū colēdū, secundōq[ue] loco habēdū iubeo. Nemo autē recte animū suū honorat, nisi qui vitiis fūgatis pietatem & iustitiā colit. Stob.serm.21.

Aristoteles.

Illud amicis ac discipulis inter disserendum frequenter solebat ingere; Visum accipere lumen à circumfuso aëre, animum autem à disciplinis liberalibus. Sentiens, ingenium adolescentum disciplinis acui, & ad reliqua philosophia mysteria reddi perspicax. Laërt. lib. 5. cap. 1.

Socrates.

Xenophontem in angiportu quodam habuit abvium: quūmque videbat adolescentem rara indole, portet baculovetuit ne præteriret. vbi constitisset, rogauit, vbi fierent velerenturque variaz merces, quibus vulgo vntur homines: ad id quum prompte respondisset Xenophō, percontatus est vbi homines fierent boni? cùm adolescens respondisset, sed nescire. Me igitur sequere, inquit, vt hoc discas. Ex eo Xenophon cœpit esse Socratis auditor. absurdum est, scire vbi parare queas honestam rem, aut poculū: & ignorare, unde tibi comparare possas animi culum. Eras. lib. 3. apoph.

Stispo.

Interrogatus, Quid esset statua forius? respondit, Homo stupidus, & animi cultum negligens. Stob. serm. 2.

Lamblichus.

Dicere solebat, cùm anima viuamus, eiusdem virtute quoque nos vivere dicendum esse: perinde vt oculis cùm cernamus, ipsorum quoq. virtute bene cernimus. Stob. serm. 1.

Dionysius sophista.

In Heliodorum, quem Adrianus Cæsar vnicè amabat, torsit hoc dictum: Cæsar potest honorem ac pecunias largiri, rhetorem facere non potest. Cæsar enim Heliodorum, studio verius quām iudicio, fecerat magistrum epistolarum. Dion in Hadriano.

Pausanias.

Quibusdam in spoliis barbarorum demirantibus pretiosas vestes: Præsterat, inquit, ipsos esse multi pre-

tij, quām possidere pretiosa. Corredit suorum admirationem, eosq; ad verorum bonorum admirationem reuocauit. Plut. in Lacon.

Leontychidas.

Rogatus à quodam, Quo pæsto quis bona quæ adsunt tueri valeret? Si non omnia, inquit, fortunæ crediderit. In animi bona nullum ius habet fortuna. Tum externa bona redidemus nobis stabiliora, si quædā se posuerimus, nec fortunæ volubili cōmiserimus. At sunt principes, qui proferendæ ditionis studio semet in periculum coniiciunt, ne hoc ipsum quod habent imperiū amittant: multi item diuites, augendæ rei studio, quicquid habent, totum committunt nauibus. Plutarch.

Demonax.

Vehementer eos coarguebat, qui corpora summo studio curarent, atque sese omnino negligerent. Haud dissimiles eos ratus iis quorum omnis solicitude in extruendis ædificiis versaretur: & hominum qui ædes habitarent, nullam penitus haberent rationem.

Stispo.

Demetrius Antigoni filius cùm Megaram occupasset, Stilponē philosophum accersitum rogauit, num quis militū aliquid rerū abstulisset? Nullus, inquit: neminem enim vidi, qui scientiam & eruditionem raparet. Sentiens, animi bona nō esse bellorum violentiæ obnoxia. Plutarc. in Demetrio. Seneca.

Agestalus.

Quum Græci, qui Asia incolebant, Persarum regem ex more Magnum appellarent: Qua, inquit Agestalus, re ille me minor est, nisi sit iustior, ac tēperantior: Contempsit vir egregius externa bona: quæ vulgus præcipue suspicit, ac hominis felicitate animi bonis metiebatur. Ea sententia philosophus esse consuevit in ore, sed hanc bellator expressit esse, &c. Plutarch.

Seneca.

† Nihil magnum in rebus humanis, nisi animus magna despiciens.
In proverb.

Idem.

† Contemne omnia, inquit Lucilio, quæ superuacuus labor velut ornamentum ad deos ponit. Cogita in te præter animum nihil esse mirabile, cui magno, nihil magnum est. Ep. 80.

Idem.

† Hic est magnus animus, qui se Deo tradidit. At contra ille pusillus ac degener, qui oblitus & de ordine mundi male existimat, & emendare mauult Deos, quam se. Ep. 107.

Idem.

† Rex noster est animus. Hoc incolunt, cætera manent in officio, parēt, & obtemperant. Cum ille paulum vacillavit, simul mutant. Epi. 114 Et: Animus noster modò Rex est, modò tyrannus. Rex cum honesta intuetur, salutem sibi commissi corporis curat, & nihil imperat turpe, nihil soridum. Vbi vero impotens, cupidus, delicatus est, transit in nomen detestabile, ac dirum, & fit tyrannus. Ibi.

Dionysius senior.

Quum intra regiam sacrum ex more perageretur, præcōq; sicuti assueuerat, precaretur, ut per multa tempora inconcussum duraret imperiū: Non tu, desines, inquit rex, abominanda nobis imprecari? Sentiens potius optandam benam mentem, quam ea quæ nihil conferunt ad hominis felicitatem: quandoquidem animi bona fortunæ bonis semper præferenda sint. Eras. 1.5. Apophth.

Milo Crotoniates.

Factus iam senex, quum vidisset athletas alios in curriculo sese exercentes, fuit inspexisse lacertos suos, lachrymansque dixisse, At hia moriunti sunt. Merito fleuit, qui felicitatem corporis viribus metiebatur. Animi vigor serius senescit, si tamen senescit quam. Eras. 6. apoph.

Huc pertinent apoph. de Doctrina, Eruditione & Virtutib.

De animosè dictis.

Anaxagoras.

Qum ab Atheniensibus esset dānatus exilio, cuidam dicenti, Priuatus es Atheniensibus: Imò illi (inquit) me. Sentiens, Atheniensibus magis opus esse Anaxagora, quam contrā Laërt. 1.2. c. 3.

Xenocrates.

A Dione dīcteris lacessitus, Non sum, inquit, tibi responsurus: neque enim tragœdia à comœdia taxata dignatur eam responso: Laërt. 1.4. c. 2.

Aristides.

† Cum regis libertus ad nouas diutias nuper creatus, Philosophos ad conuiuum vocasset, & irridendo eorum minutulas quæstiones, scire se velle dixisset, cur ex nigra & alba faba pulmentum unius coloris edatur: Aricides Philosophus indignè ferebatur: In nobis, inquit, absoluere, cur de aliis & nigris loris similes maculae gignantur. Macrol. lib. 7. Saturn. cap. 3.

Pericles.

Subito oborto solis defectu, cum videret alios multos, sed præcipue classis gubernatorē, vehementer perturbatos, chlamyde sua textit gubernatoribus faciem, interrogauitq; nunquid hoc horrendum ostentum existimare? illo negante, Quid interest, inquit, nisi quod chlamyde maius est id quod nunc tenebras inducit? Plut. in Græc. apoph.

Agis Archidami F.

Quum Ephori ei dicerent, Profiscere, iuuentutem tecum ducens, ad huius (proditorem quendam ostendentes) patriam? nam is ipse te perducet in arem: Et qui conuenit, inquit, tot iuvenes ei credere, qui patriam prodidit? Plutarch. in apoph.

Idem.

Idem.

Idem dixisse fertur, Lacedæmonios non oportere percontari quot sint hostes: sed ubi sint. significans, non à militum numero pendere victoriam, sed à rei gerendæ celeritate. Erat l. i. apoph. ex Plut.

Idem.

Idem apud Mantiniam, quibusdam dissidentibus, ne cum hostibus, quod numero plures essent, configeret: Cum multis, inquit, pugnet oportet, qui multis imperare velit. Plut. in apoph.

Cleomenes.

Quum ab augure admoneretur, ne exercitum educeret ad urbem Argivorum, alioqui redditum illinc fore turpem: posteaquam admouisset ciuitati copias, ac portas videret clausas, & mulieres in mœnibus: Hic, inquit, redditus tibi turpis videtur, in quo viris mortuis uxores occlusere portas? Fortis animus, si cum æquo bonoque fuisset coniunctus. Plut. in Lacon. apoph.

Callicratidas.

Quum venisset ad Cyrum regem, petitorus pecunias rei nauali necessarias, vidi regem largius bibitatem. Expectauit igitur donec bibisset. Vidi enim non dari copiam, ut regem conuenire posset. Postero verò die cum iterum audiūisset illum bibere, nec se admitti ad colloquium, dixit: Ita curam habendam esse pecuniarū, ut ne quid tamen cōmitteretur Sparta indignum, & mox inde recessit Ephesū, multa imprecans mala iis, qui primi à barbaris fuissent ludibrio habitū, eoque sua patientia docuissent illos fiducia diuinarum aliis illudere. Plut. in apoph. Lacon.

Leonidas.

Cum ad Leonidam Alexandridæ filium quidam militum dixisset, Hostes sunt propè nos: Et nos, inquit, propè illos. Significans, ob id non minus imminere discriminis hosti, quam ipsis. Plut. in apoph. Lacon.

Agisilaus.

Quum in Lydia Tissaphernem fugasset, ac multis interfectis in agros regios incursionem fecisset: Rex Persarum per legatos magnifica illi munera obtulit, ut à bello desisteret. Agisilaus autem respondit: Pacis quidem tempore Reipubl. vigere auctoritatem, ut ius habeat decernendi, quod ad tuendam ciuitatis tranquillitatem censuerit conducere: belli autem tempore non item Vos excellētis animi, qui non aliud virtutis præmium ambiret quam gloriam, nec pacem hosti venderet fraudato milite. Plutarch. in apoph. Lacon.

Idem.

Quum transmisso Hellesponto inter faceret per Thraciam, nulli barbarorum suppplex fuit ut transitus darietur: sed missis ad singulos nuntiis, rogabat, Vtrum per hostium amicorum regionem iret? Plut.

Idem.

Quum Græci qui Asiam incolebant, Persarum regem pro more Magnum appellarent. Quare, inquit, Agisilaus ille me maior est, nisi sit iustior aut temperantior? Idem.

Lacena.

Lacena quædam cum audiisset filium incolumē, sed fugisse ex clade, scripsit filio hunc in modum: Malus rumor de te sparsus est: aut hunc dilue, aut ne sis. Præstabilius putabat filium mori, quam cum infamia vivere. Plut. in apoph. Lacenarum.

Lacena.

Alia quædam cum audiret à filio, quam generosè frater in prælio occubisset. An non turpe est, inquit, re non fuisse in rem honesta & laudabili comitem? Ibidem.

Pelopidas.

Quum ex militibus quispiam qui viderat Lacedæmonios per angustias montium aduentare, dixisset Pelopidæ, incidimus in hostes: Quin potius nos in illos, inquit, quam in nos illi. Plut. in apoph.

Lacones.

Quum quidam fortè obuiam facti Laconibus dixissent: Fortunati cestis, ô! lacones, nam modò hinc abiuere latrones: Non nos, inquiunt, per Enyaliūm (sic enim Martem vocant) sed illi potius fortunati sunt, qui in nos non inciderunt. Plutarchus in Lacon.

Anonymus.

Pirata quidam ad Alexandrum Magnum deditus & rogatus, cur auderet infestare mariā, compendio respondit: Ego, inquit, quoniam id vñica nauicula facio, pirata nominor: cū tu, Alexander, idem facias magna classe, rex appellaris. Alexander hominis animum tam intrepidū admiratus, donauit illum vita. Plut. in Alexander.

Leonidas.

Xerxes cūm scripsisset ad Leonidas, Mitte arma: rescrispit Leonidas, Veni & cape, Maluit armatus mori, quam traditis armis turpiter vita cū hoste pacisci. Ibidem.

Cyrus.

Cyro iuniore conflicturo cum hoste, loco qui dicitur Cunax, Clearchus suasit, vt se post Macedones cōticeret, nec se in belli discrimen cōiiceret. Quid ais, inquit, Clearche? Iabesne, vt quum regnum appetam, regno me indignum ostendam? Plut. in apoph.

Alexander.

Darius rex Persarum, quum numerosissimum exercitum instruxisset aduersus Alexandrum, admonitus Alexander vt consideratē contra tantum hostium impetum omnia ageret, nil aliud respondit quam, Magna animi molestia me Darius liberauit, qui vires suas omnes in vnum cōtraxit, vt liceat vno die de summa rerum decernere. Plutarchus in apophth.

Cypria mulieres.

Cyprij cūm aduersus Astyagem Medorum regem infeliciter pugnat-

sent, mulieres obuiam ierunt, & nudatis ventribus, Quò, inquiunt, ignauissimi ruitis? an nescitis vos hoc iterum intrare non posse, vnde semel naturæ lege egredi fuistis? Eras. l. 6. apoph.

Demetrius Phalerenus.

Quum audiisset Athenienses destruisse statuas quas illi posuerant: At virtutem, inquit, non euertierunt, cuius gratia illas posuerunt prius. Laërt. l. 5. c. 5.

Zenobia.

Ab Aurelianō capta, & in conspectum illius ducta, quum is dixisset, Quid, ô Zenobia, ausa es nobis insultare Romanis imperatoribus? Imperatorem, inquit, te agnosco qui viceris Galienum, Auroculum, reliquosque, principes non putavi. Trebell. Pollio.

Lucullus.

Archelao, qui iterum à Mithridate defecrat, asseueranti, si in Ponto Lucullus conspiceretur, fore vt omnia subderentur imperio Romano, respondit Lucullus, Non cedo Arche lae venatoribus audacia, vt relictis feris ad vacua illorum lustra progediar. Iam enim Mithridates Pontum reliquerat. Plut.

Q. Fabius.

Quum à Romanis missus esset legatus ad Carthaginenses, vt exploraret cur Saguntus contra foedus à Poenis oppugnata esset: sinu ex toga facto, En(inquit)vobis bellum & pacem apportamus, vtrum igitur placet sumite. Cū Poeni ferocius clamarent, daret vtrum vellet: Fabius effuso sinu, Bellum (inquit) damus. Eras. l. 6. apoph.

Anonymus.

Quum nauis, qua Granius prætorius questor vehebatur, in Scipionis Metelli potestatem venisset: Scipio que cæteris direptis, questori salutem polliceretur, questor respondit: Cæsaris milites salutem dare, non accipere solent. Eras. l. 6. apoph.

Sylla.

Apud Orchomenum, quum milites longius euagarentur, ex equo desiliens, arrepto vexillo in hostem conuolat ita vociferans: Mihi quidem, & Romani milites, hic pulchru est mori. Vos interrogari, quo loco ducem vestrum amiseritis? meminensis dicere, apud Orchotenum. Plutarch. in Sylla.

Popilius.

Missus erat ad Antiochum regem ferens epistolam à senatu, qua iubebatur, ut exercitum ex Aegypto abduceret, nec Ptolemai filios orphanos regno spoliaret. Quum verò rex illum per medium exercitum, ad se accedentem procul humaniter salutasset, non resalutato rege literas redidit, quibus lexis quum Antiochus diceret, se consultaturum, daturumque responsum: Popilius Lenas, virga, quam tenebat, ducta linea, cinxit regem, dicens: Hic igitur stans consulta, & responde. Omnibus viri spiritum admirantibus, posteaquam Antiochus popondisset se facturum, quæ Romanis viderentur: ita demum salutauit illum, & amplexus est Popilius. Plut. in Rom. apoph.

Cato.

Rebus deploratis cum amici hortarentur Catonem, ut ad Cæsaris clementiam confugeret, respondit, Virorum esse, & eorum qui deliquerint, supplicare: Catonem nec vietū nec captum esse, qui se per omnem vitam inuictum præstisset. Plut. in vita Catonis.

Pompeius.

Audiens quosdam esse qui inuidarent concessum sibi triumphum, Se citius omissurum triumphum, ait, quā militibus blanditurum, simulque laureatas fasces abiecit, ut illinc inciperent direptionem. Plutarchus in apoph.

Iulus Cesar.

Post attritos Tigurinos, ad urbem

quandam Sociorum proficisciens, quum audiuisset Heluetios in itinere occurrere, in locum quendam munatum se recepit: ibique copiis congregatis, & equo, cui insidere solebat, adducto: Hoc, inquit, post victoriā utar in persequendis hostibus, & perdes aggressus est Heluetios. Eras. l. 4. apoph.

Alphonſus rex.

Virgiliana lectione cùm præcipue delectaretur, & terra fortè (quum in quarto Æneidos libro legeret de morte Didonis) moueretur, obstupeſcentibus aliis ex re tam improuisa & periculosa, Alphonſus dixiſſe fertur: An mirum vobis videatur, si in morte tam celebris reginæ (cuius mortem apud Virgilium Diuus Aurelius Augustinus nunquam sine lachrymis legiſſe fertur) terra intremescit? Panorm. lib. i. de rebus gestis Alphonſi.

Cum his confer apophih. de Fortiter dicitis, & Fortitudine militari.

*De aqua lustrali.**Diogenes.*

Quam videret quendam se reliquias causa aspergentem aquis fluvialibus (hoc enim ritu prisco solabant purificari, si quid piaculi commissum crederent) Infelix, inquit, multum erras in Grammatica, non absolveris aspersus, multò minùs aspersio te liberabit à vita crimini. bus. Laert. lib. 6.

Valentinianus.

Nondum Imperator, templum Fortunæ ingrediens cum Iuliano, hinc atque hinc stantibus ædituis, qui aquam introeuntibus aspergerent, ubi vidit in chlamyde purpurea gutram aquæ, pugno percussit ædituum. Hoc, inquit, non est purificare, sed inquinare. Nam illi tales aspersiunculas appellabant purifications. Erasmus libro 8. apophthegmatum.

De arcānis non temerē effutiendis.

Thales.

THales frequenter dicere solebat,
Vide ne te in ius vocet sermo
contra coniunctos tibi ac, socios di-
eius. Sensit vir sapientissimus, amicis
non adeò fidendum esse, vt commit-
tamus eis arcana, vt inde effutiant
magna nostra infamia & ignominia.
Laert. lib.1. cap.1.

Socrates.

* Dicebat carbonem ignitum fa-
cilius in lingua contineri posse, quām
sermonem arcānum. Stobæus, serm.

39.

Anaxandridas.

* Qui commissum sibi instar de-
positi sermonem euulgat, aut iniustus est ; aut admodum incontinentis.
Iniustus quidem, si lucri causa id fa-
ciat : sui absque lucro, incontinentis.
Ibidem.

Aristoteles.

* Interrogatus, quidnam in vita
difficillimum esset, Tacere, inquit,
quæ dicenda non sunt. Ibidem.

Aristo.

Dicere solebat, vt ij venti sunt no-
bis molestissimi qui abstrahunt pal-
lia: Ita grauiissimè lədunt amici, qui
explicantur arcana. Erasm. libro 6. a-
poph.

Isoocrates.

* Sermonum deposita, inquit, fide-
lius quām pecuniarum custodito. lib.
ad Dæmonicum.

Euripides.

Quum male audiret ab hominibus
ob oris graueolentiam: Multa, in-
quit, in illo occultia computruerunt.
Innuere voluit vir grauiissimus, se
posse retinere arcana: contra alio-
rum consuetudinem, qui omnia te-
merē effutiunt: Solent autem res in
occulto congestæ computrēscere. E-
rasm. Roter. libro 8. apophthegm. ex
Stobæo.

Antiphanes.

+ Quid ais? cūm latere velis ali-
quod negotiū, inquit, mulieri ipsum
aperies? At quid interest, siue mulieri
siue omnibus in foro præconibus nar-
rare? Refert Stobæus, Serm. 74.

Philippides comicus.

Lysimacho cum primis charus
fuit, & familiaris: cui cūm Lysima-
chus offerret liberalitatem suam, ac
frequenter diceret, Quid vis tibi im-
pertiam rerum mearum? Quodcun-
que voles, inquit, modò ne arcani
quippiam. Significans, esse periculoso-
sum nosse magnatum arcana: quoru-
siquid effutias, actum est de capite.
Brus. libr. 6. cap. 10. ex Plut.

Vide infrā plura sub tit. Tacitur-
nitatis & Silentij.

De argutē dictis.

Thales.

CVm diceret, mortem & quē salu-
tarem esse ac vitam: audiuit à
quodam, Cur igitur non moreris?
Argutē respōdit, ob hoc ipsum, quia
nihil refert. Potius enim habetur,
quod accersitur. Laert. lib.1. cap.1.

Socrates.

Admonitus ab amico, quod exce-
pturus hospes admodum tenuem
fecisset apparatus. Si boni sunt, in-
quit, satis erit: si minus, plus satis.
Laert. in eius vita.

Aristippus.

Platoni obiurganti, quod multos
pisces emisset, respondit, Se filios e-
missle obolo: quūmque Plato dixisset,
Tanti & ipse empturus eram. Vides,
inquit, igitur ob Plato me non esse ob-
soniorum audium, sed te pecunia a-
mantem. Ibidem.

Idem.

Quum aliquando perdicem quin-
quaginta drachmis iussisset emi, cui-
dam detestati luxum in philosopho:
Et tu, inquit Aristippus, si obolo ve-
nalis esset, non emeres? Quum is-
respon-

respondisset, se empturam: Et mihi, inquit, tanti sunt quinquaginta drachmæ. Quod ille luxus nomine damnabat, hic detorsit in contemptu pecunia laudem. Laer. lib. 2. cap. 8.

Idem.

Quom quidam illi probro daret, quod lautè nimisque splendidè viueret: Id, inquit, si vitium esset, in deorum celebritatibus non fieret. In his enim magnificè vestiri, & lautissimè epulari solent. Ibid.

Antisthenes.

Quum salsa menta per forum gestaret, quibusdā admirantibus, quod philosophus officio tam sordido fureretur, idque in publico, ac non potius seruo id delegasset: Quid, inquit, admiramini? hæc mihi porto, non aliis. Sentiens nullum esse soridum obsequium, quod sibi quis impenderet. Deinde non esse indecorū sum portare salsa menta, qui salsa mentis vesceretur. Laert. libro 6. cap. 1.

Diogenes.

Narrant, Alexandrum Magnum instantem Diogeni Cynico, quæfuisse ib eo, Num ipsum metueret? Tum ille, Quid es? bonum an malum? Alexander respondit, Bonum. Quis igitur, inquit Diogenes, timet bonum? Conuicit, regem non esse metuendū nisi se malū esse propteretur. Laert. lib. 6. cap. 2.

Aristippus.

Polyenus sophista ingressus in zelos Aristippi, cœpit magnificè iā patatum conuiuio reprehendere. Venit Aristippus dissimilata obiurgatione, cum paulò post hominem ad conuiuio invitaret, nec renuereretur: ut quæso, ait, meam incusas menim, cuius iam invitatus particeps est cupis? Videris mihi non lauiores nensam, sed impendium tantum reprehendere. Ibid.

Secundus sophista.

Quum tale declamationis argumentum esset propositum: Qui sedi-

tionem mouerit, moriatur: qui sedauerit, præmium ferat. Quidam & mouerat & sedauerat, petitque præmiū. Hanc quæstionem paucis abholuit Secundus sophista, Quod est prius? mouisse: quod posterius? sedasse. Itaque prius da pœnas motæ seditionis, ac deinde (si potes) accipe præmium reæ factorum. Philostratus in sophist.

Proclus.

Filium habebat intemperantem, gallis gallinaceis, coturnicibus, catellis & equis alendis indulgentē: quem pater adeō non increpabat, vt vna cū illo potius luderet. Quo nomine cū ab amicis obiurgaretur: Citius, inquit, desinet, cum senibus colludens, quam cum æqualibus. Philostrat.

Sphaerus Sophista.

Quum diceret opinionem non cadere in virum sapientem, rex Ptolomeus cupiens hoc paradoxū ipsa reconfutare, curauit mala punica, verisimillima, sed ex cera confecta, apponi in conuiuio. Ad quæ cū Sphaerus deceptus porrigeret manus, rex exclamauit, illum falsi specie fuisse assensum. Ad id dextrè Sphaerus: Nō sic, inquit, assensus sum, vt crederem esse mala punica: sed probabile putarā, esse mala punica. Laer. lib. 7. c. 2.

Philoxenus.

Interrogatus, quam ob causam in tragœdiis induceret mulieres malas, cū Sophocles eas induceret bonas? argutissime respondit, Quoniam ille (inquit) tales inducit, quales esse deberent: e governō, quales sunt. Eras, lib. 6. apoph.

Stilphon.

Habebat filiam parum secundæ famæ. Cuidam igitur dicenti, dedecorat te filia: Nihilo magis, inquit, quam ego illam decoro. Sentiens, neminem alienis factis de honestari, sed suis quenque moribus astimandum esse. Plut. lib. de Tranquillit. & Laert. lib. 2. cap. 17.

Theopompus.

Theopompus hospiti cuidam ia-

stanti, quod apud Theopompi ciues Philolacon, hoc est Laconum amans diceretur: Præstaret, inquit, si φιλοτόλητος, id est ciuium amans dicereris potius, quam Laconum. Notauit autem hominem, qui aliena ciuitatis studiosus haberet mallet, quam suæ. Porro quisquis alienam Rempubli- velenenter adamat, suam quodammodo vituperare videtur. Plu.in Lac.

Anonymus.

Huic simile est illud. Quum legatus ab Helide missus diceret sibi ob id à ciuibus legationem commissam, quod vnuſ Laconicam vitam admigaretur: quidam rogauit hominem, utrum meliorem duceret vitam alio- rum ciuium, an suam ipsius? Quum is respondisset, suam ipsius: Qui igitur potest, inquit, ista ciuitas seruari, in qua quum multi sint, vnuſ tantum bonus est? Argui è taxauit oratoris impudentiam, qui Lacedæmonios ac seſe laudarit, cum suorum ciuium vi- tuperio non vulgari. Probabat quippe Lacedæmoniorum mores, sed so- lus Elidensium: restabat igitur, vt a- pud Elidenses non esset nisi vnuſ vir bonus. Plut. in Lacon.

Leonidas Anaxandridæ F.

Ephoris dicentibus, quod ad Ter- mophylas proficisciēs, paucos secum educeret: Nimirum, ad hoc, inquit, negotium, ad quod proficisciēmur, sa- tis est. Indicans fatis multos educi ad moriendum in bello. Satius enim es- se perire paucos quam multos. Plut. in apoph. Lacon.

Cleomenes.

Diutino morbo vexatus, quum expiatoribus ac diuinis auscularet, ante non solitus idem facere quod dam id admisit: Quid miraris? in- quirit. Non enim idem sum nunc, qui tunc eram. Cum autem nūc non sim idem, non probo eadem. Plut. in Lac.

Agesilaus.

A medico pharmacum accipiens, vt simul & semel hauriret: per Ge- minos, inquit, sumam quæ proscri-

bis: si mihi prorsus est in fatis ut mo- riar, quamvis non omnia sum pfero. Plut. in apoph. Lacon.

Idem.

Quum quidam apud Agesilaum regem magnificaret regis Persarum felicitatem, quod admodum iuuenis esset: Ne Priamus quidem, inquit, quum huius esset ætatis, erat infelix. Sensit vir clarissimus, veram felicitatem non ex annis & iuuentute me- tiendam esse. Ibid.

Agesipolis Cleombroti F.

Quu è Sparta iussisset mitti catu- los, ac respondisset aliquis, non ex- portari apud Lacedæmonios catulos, Ne viros quidem, inquit, antea: atqui nunc fieri cœpit. Festiuiter autem indicare voluit, in bene instituta re- publica omnia proficere in melius. Plut. in apoph. Lacon.

Eudamidas Archidami F.

Ab Argiuo quodam audiens, Lacedæmonios peregrinationibus reddi- derores, quod interim degenera- rent à majorum suorum decretis & legibus: At vos, inquit, quum Spar- tam veniris, non deteriores, sed me- liores euaditis. Plut. in Lacon. apoph.

Idem.

Audiens Xenocratem iam senem de Academia cum amicis disputan- tem percontatus est, Quisnam esset señex ille? Vbi vero respondisset ali- quis illum esse virum sapientem, & ex eorum numero qui virtutem qua- reret. Et quando, inquit, eausurus est si adhuc querit? Plutarch. in apoph. Lacon.

Idem.

Quum quidam, commémorande laudem, ac trophya quæ Lacedæmo- niij ex rebus cum Persis præclarè ge- stis retulissent, hortarentur ad bellum cum Macedonibus suscipiendum: Ignorare mihi videris, inquit, istuc idem esse, ac si quis deuictis mille o- uibus pugnaret cum quinquaginta lupis. Significans, Persas vt delicii effeminatos, & ob id imbelles, nor-

suiss

fuisse difficile vincere: sed aliud esse eum Macedonibus bellacissimis rem habere. Ibid.

Anaxandridas Leonis F.

Percontanti cuidam, cur Lacedæmonij. Helotibus (sic autem apud illos dicebantur, quorum conditio media erat inter seruos & ingenuos) committeret colendos agros, ac non ipsi potius eos coleret? Quoniam, inquit, non ipsorum causa, sed nostra. Helotas nobis comparamus. Taxauit autem hoc di^oto eorum stultitiam, qui potius ad ostentationem, quam ad laborem & usum, mancipia habet. Plut. in apoph. Lacon.

Agis Archidami F.

Cuidā sciscitanti, quot essent Lacedæmonij? Quot satis sunt, inquit, ad propulsandos malos. Ostendens multum referre quam bonos & fortis viros habeat ciuitas, non quam multos. Ibid.

Idem.

Cuidam consulenti, ut hostibus fangiibus daret transitū: Et quomodo, inquit, pugnabimus cum his, qui ob fortitudinem manent, si non pugnamus cum fugientibus? Existimabat vir clarissimus aduersus hostē nullam prætereundam esse occasionem. Ibid.

Pausanias Cleombrosi F.

Quum Delij de insula cum Atheniensibus haberet cōtrouersiā, atque inter cætera dicerent quod ex more regionis, neque mulieres in insula parerent, neque mortui sepelirentur: Quomodo, inquit, hæc insula erit vobis patria, in qua neque fuit quisquam vestrum, nec futurus est? Notauit autem argutè ineptam Deliorum consuetudinem, qui suos in patria neque nasci sinerent viuos, nec sepeliri mortuos. Ibid.

Idem.

Cuidam percontanti cur Tyrtæum poetam Spartæ ciuent fecissent? Ne quis, inquit, externus nobis dux esse videatur. Ibid.

Lycurgus.

Quum Thebani consulerent Lycurgum de luctu & sacrificio, quem illi Leuctheæ solent facere: Si, inquit, deam esse creditis, ne lugeatis: si hominem, ne vt deæ rem diuinæ faciatis. Taxauit autem Thebanorū consuetudinem. Non enim convenit simul lugere & sacrificare, hoc est ab ea petere opem, quæ ipsa sit in calamitate, ac lugenda. Ibid.

Idem.

Cuidā postulanti ut in ciuitate pro Aristocratia, id est pro optimatū gubernatione, cōstitueret Democritiā, hoc est popularem gubernationē: Tu fac, inquit, prius domi tuæ Democratiā instituas. Docuit autē argutè, eā Reipublicæ speciem non esse utilēm ciuitati, quam nemo vellet esse in sua familia. Ciuitas autem nihil aliud est quam magna domus. Ibidem.

Theocritus Chius.

† Cum Dioclès vxore defuncta, para: quæ eius causa silcernio, & fleret & obsonijs se ingurgitarer, Plorare, inquit, desine, & miser, nihil bellico natu proficies. Athen. lib. 8. Diplos.

Anonymous.

Metapontinus quidā Laconi obiiciēti ignauiam: Atqui, inquit, non parū alienæ regionis possidemos. Ergo, inquit Lacō, nō solūm ignauī estis, verū etiā iniusti. Significans, nō posse fieri, ut quis meticulosus & imbellis multum teneat alienæ ditionis, nisi fraude partum. Ibid.

Idem.

Alius quidā, quū videret Diogenē cognomēto Canē, in vehemēti frigore statuā ærē amplectentē, rogavit, nū friges? illo negāte, Quid igitur, inquit Lacō, magni facis? Philosophus hoc ipsū ex stimabat magnificū quod sic haberet corpus ad omnes iniurias duratū: id Laconi ridiculum videbatur, cū magno eius incommodo fie-

ret, nec utilitas inde promanaret ad alios. Ibid.

Idem.

Argiuo quodā dicēte, Multa Spar-tanorū se pulchra apud nos sunt: Lacon excipiens, Atqui Argiuorum, ait, apud nos nullum est sepulchrum. In-nuens, quod Spartanī semper inuasi-sent Argiuos: illi autē Spartanos nū-quam. Et sic quām accutissimē, quod ille dixerat in gentis suę laudem, re-torsit in ignominiam. Ibid.

Lacones.

Atheniensibus, quum tradita ciuitate postularent, ut Samum tantum ipsis relinquerent, ita responderunt Lacones: Hoc tempore, quo vestri non estis, alios habere postulatis. Vnde natum est proverb. Qui semet ipsum non habet, Samum petit. Eras.

Anonymous.

Cuidam Lampem Æginetam ef-ferenti, ac felicem prædicanti, quod prædices videbatur, multorum nau-giorum dominus, Lacon. Nihil (in-quit) moror felicitatem de finibus pendente. Sensit autem, nō in ma-nu nostra esse, quæ in fortunæ sunt imperio, & ea præsertim, quæ nauibus committuntur. Plut. in Lacon.

Idem.

Mendicus quidam petiit aliquid à Lacone: at ille, Si quid, inquit, dederi tibi, magis es futurus mendicus. Ve-rum istius probrofē vitę fuit au-hor, qui tibi primus dedit, tēque fecit inertem. Ibid.

Idem.

In Iucandi genere, quod illi Chi-rapsiam vocant, quum is qui collum alterius vrgebat frustra, præterq; le-gem palætræ pulsaret vndiq; , & in terram detraheret, posteaquam cor-poris viribus destitueretur, qui in-hærenti cedere cogebatur, brachium vrgentis momordit. Cūmque alter diceret, Mördes, ô Lacon, fœmina-rum more: Non, inquit, sed more leonum. Et sic obiectam ignauiam detorsit in laudem fortitudinis. iure

autem se morsu liberauit, qui præter ius certaminis vrgebatur a viōto. Ibid.

Phanidas.

Quum essent Lacedæmones in pu-gna Leutrica Martis oleam exper-turi, cuidam dicenti, Hic dies decla-rabit virum bonum: Præclarus, in-quit, dies, qui possit declarare virum bonum incolumem. Præagiens, in eo prælio plurimos egregios viros fortiter occubitores, quos ipse pa-triæ maluisset esse incolumes. Ibid.

Anonymous.

Quidam Laconi in Olympico cer-tamine superato dixit: Aduersarius tuus ô Lacou te fuit potentior. Imò, inquit, ad deiiciendum accommo-dation, quoniam certamen magis erat artis quām virtutis. Ibidem.

Anonymous.

Quidam cùm laudibus immodicis commendasset bellatores optimos: Lacon, Bene, inquit, sed aquid Troā. significans, tales olim fuisse, sed hoc genus hominum iam desuisse inue-niri. Ibidem.

Anonymous.

Quidam Lacon feruo, qui dum puniretur dicebat, Non volens erraui: Non volens igitur, inquir, pœnas dato. Ibidem.

Anonymous.

Spartanus interrogatus, num tu-tum esset ad Spartanos iter? Refert, inquit, qualis eō decedas: nam leo-nes illuc eentes plorant, lepores au-tem in vmbraculis venantur. Signifi-cauit autem, nec ferocibus ac violen-tis esse tutum proficii Spartam, nec mollibus & effeminatis, delicatos e-nim homines in tenebris lastuiare non sinunt. Ibidem.

Ariston.

Quum Atheniensis quidam reci-taret funebrem orationem, conscri-ptam in laudem eorum qui fuerant à Lacedæmoniis in bello caſi: Qua-les, inquit Aristo, nostros esse putas, qui stos vicerunt? Ostendit, recita-torem magis illustrare virtutem La-

cedæ-

cedæmoniorum, quæm Atheniensium.

Ibidem.

Anonymus.

Quidam cùm ad Laconem dixiſer, Mentiſis: ille contrà, Nimirum (ai) liberi ſumus, alij verò, niſi vera dixerint, vapulant. Taxauit autem reprehendentem, quod Lacedæmonio peior eſſet. Ibidem.

Lampis.

Interrogatus, quomodo ſibi paraſſet diuitias? Magnas, inquit, haud diſculter, exiguas verò, cum labore ac tardè. Sentiens, initio paulatim magnâq. vigilantia corradi pecuniam: taterū parata iam ingenti forte, acilè eſſe amplis lucris ditescere. Plu. in libello, An ſeni ſit capaffen-da Repub.

Antiochus Ephorus.

Quum audiuiſſet, Philippum Mefenii agros dediſſe, percontabatur, ium viros quoque dediſſet, per quos duersus pugnantes pro agris tueri oſſent quod datum erat. Plutarch. in apoph.

Pittacus.

* In conuiuio quodam, cùm de be- tis eſſet sermo, ad Myrtilum ioco- ixit, teterimum inter feras tyran- um, inter placidas eſſe adulatorem. Plutarch. in conuiuio.

Dioclēs.

* Iſphilosophus habitus eſt ḥyo- ἄρχε. Cuidam interroganti, uter pi- tis eſſet melior, congrus, an Labrax tu lupus? Alter, inquit, elizus, alter ſlus. Eras. in adagis.

Anonymus.

* Thessalus quidam rogatus, qui heſſalorum forent placidissimi? vi bello (inquit) defundi ſunt, Ple- trich. de instit. lib.

Melanhius.

* Is erat Alexandri Pheræi tyra- natus. Rogantibus autem quem imodum necatus eſſet Alexander? er latus, inquit, in ventrem meum. lut. de dignosc. adulter.

Leo Byzantius.

* Irritus à gibboſo, qui oculorum eius imbecillitatem fuerat cauilla- tus: humanam (inquit) affectionem obiicis, quum in tergo feras ipſe Ne- mesin. Plut.

Annibal.

+ Cùm Fabius M. montium iuga ſectando cunctatione ſua, non prælio Annibalis vim frangere cona- retur: veniſſet tamen inſtructa acie ut Minutum Magistrum equitum temerè signa cum Pœnī conferentem præſenti exitio liberaret, ad caſtra re- dire coætus Annibal, dixit: Tandem ea nubes que in montium iugis ſede- bat, ſollicitata procella imbreſ ſed- dit. Liu. I. 22 ad V. C.

Cæcilius Metellus.

In loco munito dum cogitaret col- locare exercitum, ac centurio dixiſſet ipſi, Si decem tantum hominum faſuram facere velis, capies locum, interrogauit eum, num ipſe de nu- mero iſtorum vnuſ eſſe vellet? Plut. in Romanorum apoph.

Cato Maior.

Belligerans cum his qui Bætim flu- uium accolunt, quem in diſcrimē ad- ductus eſſet propreter hostium multi- tudinem, & Celtiberi offerrent ſuppē- tias, ſi darentur talenta ducenta, Ro- mani verò nō ſinerent illum merce- de pacifici cum barbaris, dixit Erra- re Romanos, eò quod si viciffent, redi- tivi eſſent nō de ſuo, ſed de bonis hostium: ſin vinciti fuiffent, iam non fore, nec à quibus peterentur nec qui peterent. Ibidem.

Cicerō.

Quum quendam audiret, dicere ſe- à Cæſare ad Pœnī transfugiffe, relictio ex festinatione equo, ait, Me- lius igitur de equo quæm de teipſo ſtatuiſti. Sentiens, longè rectius factu- rum fuiffe, ſi vnā cum equo apud Cæſarem mansiſſet. Ibid.

Messala.

Messala vir exactissimi iudicij, ac

Romanæ linguae exactissimus censor, quum audisset M. Portium latronem declamantem dixit, Sua lingua disertus est. Desiderans in eo Latini sermonis maiorem elegantiam, quū ingenium contigisset tam felix. Eras. Rot. l. 8 apoph.

Proculeius.

Querebatur de filio quod expectaret mortem patris, quūmque filius respondisset. Ego verò non expecto. Immo rogo, inquit ille, ut exspectes. De torlit verbum in sensum contrarium. Expectat quippe mortem patris, qui ex animo desiderat eius bona post mortem: & expectat, qui diu viuentem videt inuitus. Quint. l. 6.

Anonymous.

* Provincialis quidam intrauerat Romā simillimus Cæsari, & in se ora omnium cōuerterat. Augustus hominem ad se perductum, dic mihi, inquit, adolſcens, fuit aliquādo mater tua Romæ? Negavit ille, & argutè adiecit, sed pater meus sēpe. Macro. lib. 2. c. 4. *Saturnal.*

Musonius.

* Rutiliusquum aliquando Romæ adiisset Musonium philosophum, rogauit, Dic mihi, Musoni, Iupiter, servator, quem tu imitaris, dum facieratur. Notans illius inopiam, qui interdum cogeretur accipere nimis. Ad hoc arridens Musonius: At, inquit, ne scenerat quidem. Rutili turpius est ad tēnus dare quām accipere. Rutilius cūm ipse faceret quod grauius est, obiecit illi quod erat leuius. Eras. l. 6. apoph.

Pollio.

* Temporibus triumviralibus quum Fescenninos Augustus in eum scripsisset, ait: At ego taceo, non est enim facile in eum scribere, qui potest proscribere. Macrob. lib. 2. cap. 4. *Saturn.*

Hyrcanus.

* Ad cœnam à Ptolemæo Agypti rege inuitatus, & omnibus qui

accumbebant carnes edentibus, ossa verò ante Hyrcanum cumulantibus, Tryphon scurra regis, vides (inquit) Domine, ossa ante Hyrcan. m. colle. Etā? Hinc collige patrem eius Syriam omnem ita nudasse, vt hic ossa nudauit carnis. Quum rex resistet, & Hyrcanum rogaret, cur tota ossa aut eum iacerent? non immerito, inquit Domine, nam canes ossa una cum canibus deuorant, vt isti, cetero conuiuas innuens, quod nulla ant eos sita essent ossa hominis: verò canes edunt ossa abiciunt. Itaque & ego comedo ut homo. Solus responſ admiratus rex, omnes iulsi aplaudere. Suidas ex Iosepho.

Ardices.

* Quom Antigoni regis libertus annas nuptias nuper evectus, philosophs ad conuiuium congregasse & irridendo eorum minutulas quastiones, scire se velle dixisset, cur nigra & alba faba pulmentum unicoloris efficiatur? Ardices Philosophs indignè terēs, Tu nobis, inquit, absolve, cur de albis & nigris loris miles maculę gignantur. Macrob. l. *Saturn. c. 3.*

Sisinnius.

* Is Nouatianorum episcopus, etu non tenui, sed in summa contentia sumptuoso vtebatur, & candida veste nitidus, quotidie bis in publicis balneis lauari solebat: qua obrem rogatus, cur episcopus quesser, bis in die lauaret? quia, inquit temporis excludor angustiis, ne lauem. Suidas.

Anonymous.

* Libanius sophista, summus libani Apostatae fautor, cum intergasset Antiochæ ludimagiſtri quendam, virum bonum aique pluam. Quid nunc fabri filius (Christi) per contumeliam intellegens) rero ageret? respondit, Non oriatur, sophista, quem tu fabri filium appulas: parat enim Juliano loculus. Inte

Intellexit vir optimus Julianum ob insignem impietatem non diu imperitatem fore. Et quidem paulò post Julianus in Persia imperfectus est. Tripart. hist. l. 6 c. 44.

Anonymus.

* Quærenti cuidam , quid ante mundum conditum Deus faceret, pius quidam pater respondit, Curiosis parabat inferos. Profanam audaciam graui dicto compescens. Hist. Ecclesiast.

Sannazarius.

* Actius Sincerus Sannazarius rari vir ingenii, magnaque nobilitatis, cum in conspectu Federici regis esset quæstio, quid præcipue conferret oculorum perspicuitati, & medicis varia remedia proponentibus : at ego, inquit, Inuidiam oculorum perspicuitati plurimum conferre aio. Subridentibus omnibus, Annon inuidia (subiecit) maiora & pleniora omnia videre facit? Quid autem oculis magis præsentaneum, quam ut vis ipsa aspiciendi maior reddatur, atque vegetior? protulitque statim Ouidianos illos versus, Fertilior seges est alienis semper in agris, Vici- numque pecus grandius yber habet. Pont. & Ant. Panormit.

Pomponius Letus.

* Romæ incarceratus est, quasi cum Callimacho & Platina contra Paulum pontificem max. coniurasset, & in quæstione accusatus quod sibi & permultis adolescentibus literarum studiosis nomen immutasset: nam pro Petro Pomponii nomen sumpserat, antiquitatistulto amore. Quo nomine appellatus à Vianesio antistite, qui quæstioni præsidebat, Quid, inquit, tibi & Paulo pontifici, si mihi fœnliculi nomen iudicarem? Sabellius in eius vita.

De arrogantia.

Bion.

A Rrogantiam dicebat esse profectus obstaculum. Indocilis enim est, qui mauct doctus videri, quam esse. Laërt. l. 4 c. 7.

Diogenes.

* In arrogancia, quemadmodum in armis deauratis, non similia sunt interiora exterioribus. Item Arrogantia tanquam pastor quoquo libet vulgus hominum dicit. Stobæus ser. 12.

Xenophon.

* Arrrogantis nomen conuenire mihi recte videtur iis qui se simulant esse diiores, doctiores & fortiores quam sint: & easē facturos promittunt quæ præstare nequeunt: idque manifestō facere videntur, accipiendo quippiam & lucrandi gratia. Stob. ibidem.

Agesilaus.

Vt ipse singulari modestia prædictus erat, ita non tulit in aliis arrogantiā. Menecrates enim medicus quum desperatae quædam curationes ipsi feliciter cessissent, populari adulatio dictus est Iupiter. Hoc cogito mento vir arrogantis ingenii delestatius insolentius vsus est eo titulo. Tandem quum & Agesilaο scriberet, nec veritus esset hac vti salutatione, Menecrates Iupiter Agesilaο regi salutem: rex eo offensus processio, præterea nihil dignatus est legere, sed rescripsit in hunc modum, Rex Agesilaus Menecrati ὑψαίνει. bene valere. ac si dixisset, sanam mētem tibi precor. Χαῖρεν Græci dicunt, quibus bene precantur. ὑψαίνει, ambiguum verbum, ferè in malum sonat. quo significamus abesse sanitatem mentis.

Archydamus. Agesilai F.

Post conflictum apud Charoneam cùm à Philippo rege Macedonum

E ij

literas accepisset acerbius scriptas, hunc in modum rescripsit: Si metataris umbram tuam, hand quaquam repries illam factam maiorem quam erat ante vicioriam. Grauiter admonens, non esse prudentis ob fortunæ successum intumesceré, quum ipso sit nihil maior. Equeum autem est, ut homo se suis & propriis bonis metiatur potius quam externis, quia fortuna cum libet dar, cum visum est eripit. Plut. in Lacon.

Vide apophth. de Fastu & Superbia.

Demonax.

Ad Agathoclem Peripateticum arroganter iactantem, sese & solum & primum esse dialecticorum: Si solus, inquit, es, qui primus esse potes? si prius, qui solus? Eras. l. 8. apoph.

Idem.

Cynico cuidam arroganter iactanti pallium, peram & baculum, ac subinde vociferanti, se Antisthenis, Cratetis ac Diogenis sectatorem esse: Impudenter, inquit, mentiris, quum sis Hyperidæ discipulus. Allusit ad vocem *ιμπεριδέων*, quod est per arrogantiam desplicere. Est autem & rhetoris nomen Hyperides. Eras. l. 7. apoph.

Democrats.

† Iam ætate grauis, in Atheniensim arcem magnopere anhelans, cum ascenderet, idem se facere dixit, quod vniuersa ciuitas Atheniensium solearet: nempe se magnum quiddam spireare, parum autem valere. Stob. ser. 22.

F. Xauerius.

† Illud ingemiscens subinde inore habebat: O arrantia ventum Christianæ virtutis, quantum obsuisti obes, & obsutura es orbi terrarum, quam es instituto, & perfectioni religiosorum hominum contraria. Hor. Tursel. de eius vita. l. 4. c. 11.

Ac. Drusus.

Non contentus L. Philippum consulem præcipitasse in carcere, quoniam se loquentem auctor esset interpellare, quum tenatus ad eum missus et

veniret in curiam, Cor non potius, inquit, senatus ad me venit in Hostiliam rostris propinquam? Quid consecutum? Tribunus senatus auctoritate despexit, senatus tribuni verbis paruit. Eras. Rot. l. 6. apoph.

Vide apophth. de Superbia.

De artium ac disciplinarum utilitate.

Aristoteles.

* **V**Isus accipit lumen suum à circumfuso aëre, animus etiam lumen recipit ex disciplinis liberalibus, ut ad reliqua philosophia mysteria reddatur perspicax. Laërt. lib. 5. cap. 1.

Nero.

A Mathematicis audierat fore ut aliquando deiiceretur imperio, eoque Græcum Iambicum dimetrum identidem usurpabat,

Tὸ τέχνην πάσα γῆ τρέφεται: Id est: Terra quavis artem alit.

Putans, se tantum profecisse bonis literis, ut etiam si ab imperio deruderetur, quavis regione, ob insignem scientiam posset haberi in pretio. Recitat Suetonius in eius vita.

Plura pete ex apophth. de Doctrina, Editione, Philosophia, item de Animi bonis, &c.

De artibus supernacaneis & inutilibus.

Diogenes.

CVidam adolescenti, lusum quendam amatorum eleganter in balneis exhibenti, quod Græci vocant κοτλαζίζειν: Quo melius, inquit, hoc deterius, damnans improbitatem artis, qualis est alea: cuius quo quisque est artis ex melior, hoc vir est deterior. Laërt. l. 6.

Idem.

Euclidis scholam, quod arguta quidem

dem, sed ad re&e viuendum inutilia docere videretur, χόλω, id est, bilem ac molestiam appellabat, quum scho la Græcis sonet otium: & Platonis διατείλω, id est exercitationem, χρήστη τείλω, id est, contritionem voce deprauata vocabat, quod à communi vita semotus disputationibus inseneret, quum Diogenes in publico viuens, mā let philosophicē viuere, quā disputare. Laërt. I.6.c.1.

Plato.

Anniceris quidam Cyrenæus, aurgandi peritia insignis, & vt egregius artifex, ita gloriosus artis ostentator, venit in Academiam Platonis, atque illic rationes omnes procurrēdi, flectendi currum, & per easdem interdum orbitas redēundi ostentabat. Admirantibus igitur aliis, solus Plato negabat sibi videri probabile, eum virum, qui totum animū inutili studio dedisset, ad villam rem grauem ac frugiferam esse idoneum. Aelianus I.3 de Var. hist.

Anonymus.

Hospes quidam apud Lacedæmonios, quum ipsi stanti interim altero pede, crepida in alterum indueretur, dixit cuidam: Non arbitror te, Lacon, tantum temporis unipedi posse insistere, quantum ego possum. Lacedæmonius excipiēs, Fateor, inquit: attamen nullus est anserum qui istud non possit. Iure derisit hominem, qui longo vslu didicisset artem, quæ nihil utilitatis adfert reipubl. Huiusmodi sunt artes præstigiatorum, funambulorum, & similiū. Plut. in Lacon.

Huc refer disputationes inuitiles & contentiousas, item questiones infraferas, Sophismata, &c.

De artium contem- ptu.

Lacedæmonij.

Lacedæmonij quoniam seueriores erant, ac moribus incorru-

prioribus, bellique gloriā potissimum spectabant, contemnebant omnes arteis quæ ciuium animos videbatur emasculare, & à vera virtute ad otiosam ostentationē traducere. Nam & Roma cùm adhuc spiraret Germanam illam austoritatem, Græculos professores vrbe exegit. Hoc genus studiis nulla Græciæ pars corruptior erat, quam Attica, vbi Gorbias, Lysias, Isocrates, Prodicus alii. que innumerī sophistæ magno cum applausu populi, nec mediocri mercè garriebant. Plut. Erasm. lib. I. apoph.

Anonymus.

Lacedæmonius quidam percōtant, quid ipsi videretur Tyrteus poëta? Bonus, inquit, ad deprauandos iuuenātū animos. Plut. in Lacon. apoph.

Philippus.

Quum audisset filium suum quodam in loco scitè cecinisse, obiurgavit, dicens: Non te tui pudet, qui noris tam bene canere? Plutarch. in apoph.

Pyrhus.

Interrogatus, uter melior tibicen videretur, Pythonné an Charisius? Po lyperchon, inquit. Is erat egregius dux exercitus. Contempset omnes artes, quæ cum re militari nil haberent commune.

Similia dicta leges infrà apoph. de

Musice contemptu.

De Arte, quam quisque nouit exercenda.

Archidamus Zeuzidami F.

VIdens Periandrum, qui arte medica excellentissimus fuerat, infelicia carmina scribētem: Quid (ai) tibi accidit, mi Periander, vt pro insigni medico, malus poëta vocari concupiscas? Notauit hominis stultitiam, vt qui se in ea ré exercere cuperet, in quā nihil omnino valebat, nec natura, nec ingenio. Plut. in Lacon.

E iiij

Alcibiades.

Zopyrus Physiognomon cūm propteretur se hominum mores naturālēs que ex corpore, oculis, vultuque cognoscere: conspectum Socratem, stupidum tardumque esse dixit: quod cūm audisset Alcibiades, irridens hominem, ait, Scilicet rem, acuteligiſti. Brus. 1.1.c.10.

Pyrhus.

Audiens quendam promittentem, se traditurum ei acie instruendæ artificium, qui tamen in acie nunquam fuerat: dixit, non opus esse sibi imperatore, vel belli duce, cuius aures tubæ sonus nunquam circumierit. Stobæus serm. 52.

Hannibal.

Quum ad Antiochum exul Epheſum venisset, ab hospitibus inuitatus est ad audiendum Phormionem Peripateticum: qui cūm copiosius aliquot horas de imperatoris officio loquutus esset, atque de re etiam militari multa differuerat, delectari vehementer qui audierant, ab Hannibale quæsierunt, Quidnam de Phormione iudicaret: ibi respondisse fecerat, Multos se deliros senes sāpe vidisse: sed qui magis quam Phormio deliraret, se vidisse neminem, Brus. lib. 1.c. 10.

Gallus.

Gallus iurisperitus, si quis negotium ad ipsum detulisset, in quo de facto querebatur, dicere solebat: Nihil hoc ad ius, ad Ciceronem ito. sensit Gallus, aliud esse officium iurisconsulti, aliud oratoris. Nec esse necesse de his quæ ad alienam professionem pertinent, respondere. Luk. in Topicis ad Trebat.

Apollodorus.

Apollodorus insignis architectus, cūm Rom. x præclara aliquot ædificia erigeret: reprehēsus ab Hadriano nondū imperatore, quasi nescio quæ in re peccasset, respondit: Abi potius, & cucurbitas pingue, nam tu quidem

ædificandi artē planè ignoras. Dion. Nicæus, & Xiphili. in vita Hadriani,
Vide iudicium de re aliena
atque ignota.

*De aspectu incauto.**Alexander.*

Darij filias dum haberet captivas demissis oculis salutabat. idque rarò: sibi metuens ab illarum insigni forma. Apud familiares autem dicere solebat: Dolores oculorum sunt Persicæ puellæ. Plut. in eius vita.
Vide plura de Visu, infra.

*De assentatione.**Diogenes.*

* In assentatione, inquietabat, veluti in sepulchro quopiam, solum amicitia nomen inscriptum est. Stobæus serm. 14.

Socrates.

* Lupi cūm sunt canibus similes, assentatores amicis, diuersa tamen studia sequuntur. Stob. ibidem.

Theophrastus.

* Assentationem, recte quis turpe colloquium, & obsequium quoddam assentatorum utilitatis gratia institutum esse arbitretur. Stobæus ibid.

Vide apoph. de Adulatione.

*De assiduitate.**Hestius.*

+ Gloriabantur aliquando, se nunquam orientem, aut occidentem solem vidisse, quin semper disciplinæ esset intentus. Athenæus libro sexto, Dipnøs.

Menander.

* Si vel modicum modico coniunxeris, idq; frequenter feceris, statim fieri hoc quoque magnum. Omnia enim assiduitate conficiuntur negotia. Stob. ser. 9.

Demæ-

Democritus.

* Ut assiduitatem in opere perse-
quendo commendaret, dicebat par-
petuam cūtationem reddere actio-
nes imperfectas: & laborem conti-
nuum consuetudine fieri scipio le-
tiorum. Stob. ibidem.

*Vide apoph. de Diligentia, In-
dustria & Labore.*

De assu etudine.*Antisthenes.*

ROgatus, Quæ disciplina cum pri-
mis esset necessaria, respondit,
Dediscere mala: Id enim non modò
primum est, ut mala assuetudine no-
bis infixa abiiciamus penitus, verum
est longè etiam difficultimum Laér.
lib. 6. cap. 1.

Anonymus.

Puer quidam apud Platonē edu-
catus, quum ad patrem ex intervallo
redisset, eumque vidisset effusius
ridentem admiratus dixit: Se tale ni-
bil vñquam apud Platonem vidisse.
Tanta res est, inde à teneris virtuti
assuescere. Eras. lib. 6. apoph.

Polemon Soph. sta.

Quum laboraret morto articula-
ri, Pergami in templo obdormiit,
eui apparuit Aesculapius iubens ut à
frigido potu abstineret, ad quem Po-
lemon: Præclarè, inquit: quid autem
si bouem curares? subindicans, iam
diu assuetum duris, frustra vocari ad
delicias. Philostr. in Sophistis.

Plato.

Adolescentem quod lusisset alea,
grauius increpuit qui cùm dixisset,
Sic obiurgas ob rem p̄roam? At pa-
rum non est, inquit, assuescere. Lær-
tius lib. 3.

Herodes Sophista.

Quum subinde à Proteo Cynico
conuictis aspergeretur, Consenui-
mus, inquit, tu maledicēdo, ego verò
malè audiendo. Quo dicto ostendere
voluit, immiedicabile malum esse, cui

ille tam diu assueuerat. Philostrat. in
Sophistis.

Socrates.

Socrates Alcibiadi admiranti,
quod Xantippen supra modum rixos-
sam domi ferret: Ego, inquit, etiam
pridem his sic assueui, ut non magis
offendar, quām si rotæ, quæ aquam
educit, stridorē audiam. Nā his strid-
or molestissimus est insuetis: eun-
dem qui quotidie audit, adeò mole-
stè non fert, ut se audire nesciat:
Laërt. in vita Socratis.

Agesilaus.

+ Quodam adhortante ac sugge-
rente, ut genio indulgeret, & incer-
tam fortunam, non datum iri fortasse
eius postea faciendi occasionem: At
ego, inquit, sic consuetudo me, nulla
ut in vicissitudine rerum, qæram
vicissitudinem. Plut. in apoph.

Aeschylus.

+ In Iolidi Isthmiis caso in faciem
pugile, atque inseculo clamore om-
nium spectantium: Quantum valet,
inquit, consuetudo? spectatores vo-
ciferantur, iactus silet. Plut. de au-
diendis Poëtis.

**De Astrologia & Astro-
nomia.***Bion.*

Alebat, maximè ridiculos esse
Astronomos, ut quum non vi-
deant pisces iuxta se nates in litto-
re, illos qui in cælo sunt se videre di-
cant. Stob. serm. 78.

Diogenes.

Astrologus quidam in foro stellas
in tabella quadam depistas cùm de-
mōstraret atque dicebat, En tibi hsc
stellas errantes. audiens hoc Dioge-
nes, Ne mentiaris, inquit, bone vir;
stellæ enim nō errant; sed illi ostendit
qui assidebant. Stob. eus serm. 78.

Anonyma.

Thaletem, dum cœlum contem-
platur, in fossam illapsus in ancilla e-
ius iure id eum pati dixit, qui cùm

iuxta pedes posita ignoraret, cœlestia intueretur. Stob. ibidem.

Arius.

Dicebat, eorum quæ philosophi scrutantur, alia ad nos pertinere, alia nihil quædam supra nos esse. Sensit autem, disciplinam morum spectare ad nos, Sophisticam nihil ad nos pertinere: eo quod ad vitæ emendationem non tantum non prospicet, sed risus etiam & contentiones progeneret. Astronomiam autem. Astrologiam, &c. supra nos esse omnino. Stobæus ser. 78.

Pindarus.

Naturæ speculationibus vacantes imperfectum sapientiæ fructum capere dicebat. Stob. ibid.

Anaxagoras.

Quum cœlum intueretur, astroglumque mirabilem cursum admiraretur, cuidam sciscitanti, cur ita libenter ferret subdialia perugilia? respondit, ut cœli aspectu fruar, cursus & recursus syderum in orbem redeuntes subindicans. Philo Iud. in libro, Quod mundus sit incorruptibilis.

Phaenorinus.

* Seito dilemmate astrologos iudicarios perstringere solitus est. Aut aduersa, inquit, euentura dicunt, aut prospera. Si dicunt prospera, & fallunt, miser fies frustra expectando. Si aduersa dicunt, & mentiuntur: miser fies, frustra timendo. Si vera respondent, eaque sunt non prospera: iam inde ex animo miser fies, ante quam è fato fias. Si felicia promittunt, eaque euentura sunt, tum planè duo erunt incommoda: & expectatio te spei suspensum fatigabit, & futurū gaudij fructum spes tibi iam defloruerit. Nullo igitur pacto vtēdum est istiusmodi hominibus res futuras præsagientibus. A. Gellius, lib. 14. cap. 1.

Accius poeta.

* Nihil, inquit, credo auguribus,

qui aures verbis divitant alienas, suas ut auro locupletent domos. A. Gellius, ibidem.

Anonym.

Ister nonnullos quæsitum est, quum in omne hominum genus Alphonsus librale ac munificum se se ostendisset, cur solos astrologos præteriret? neque enim huius scientiæ præceptores, sicut aliarum disciplinarum magistri, in eius curia visi sunt. Vnus, qui magis scire videbatur. Sidera, inquit, stultos regunt, impelluntque, sapientes astris imperat. Stultos ergo principes honorare astrologos consequens est, non sapientes: inter quos nomen suum Alphonsus obtinet. Æneas Sylvius libr. 4. commentariorum de rebus gestis Alphensi.

De astutia.

Lysander.

Q Vum probro ei daretur, quod pleraque astutia, dolo simul ac fraude gereret, non palam virtute conficeret, hac parte Hercule generis authore indignus, ridens dixit. Vbi quod vellet non assequeretur leonis exuum, ibi vulpinum applicandum esse, sentiens, quod honestis rationibus non possit effici, id fraude dolisque perficiendum. Plut. in Lac. Brus. li. 2. c. 9.

Cleomenes Anaxandr. F.

Septem dierum inducias cum hoste pactus, captata opportunitate, ter tia nocte dormientes inuadit, multos interficit, alios in seruitutem redigit. Obiurgatus verò, quod fœderis fidē non seruasset: Ad iusserandum ait, noctes non additas fuisse. Sed his tandem furiosus factus, ac talis se usque ad virilia membra lanjavit, ridensque & latabundus animam exhalauit. Brus. l. 3. c. 20.

Vide apophth. de ambiguitate & arguī dictis.

De attentione.

Cleantes.

Differens, adolescenti cuidam, quem videbat parum attentum, rogauit, Sentiréne? Illo affirmante, se sentire: Cur igitur ego, inquit, non sentio te sentires? Solent enim qui intelligunt, oculis ac gestu, interdum & verbis significare, se quæ dicuntur intelligere. Laert. lib. 7. c. 2.

Zeno Cynicus.

Iis quæ rectè dicerentur, negabat esse relinquendū locū, velut præclaris artificibus, ad spectandū. Contrā, auditores dicebat adeò debere esse attētos ad ea quæ differuntur, ut non vacet dare signū approbationis. Dū applauditur & acclamatur, perit aliquis audiendi fructus. Laer. 1. 7. c. 1.

Pericles.

† Quoties chlamydē sumebat, scipie sic admonebat, Aduerte, inquiens, Pericle animuin: liberis imperas, Græcis imperas, ciuibus Atheniensibus imperas. Plut. in præceptis Polit.

Aristoteles.

Quendam vana loquacitate præter modum garrirem quum ali quandiu audiuisset, demum aliud cogitans, eodem mansit loco. Verū finita oratione, cūm is qui peroraret, eum interrogasset, num hæc plauissēt quæ dixisset? Hercule, inquit, tibi animum non intendi. Bruson. lib. 1. cap. 25.

M. Antonij.

Alexander sophista legatione fungens pro Seleucia apud M. Antoniū, vidēnsq. illum minus attentum, clariore voce dixit: Ausculta me Cæsar, Antonius autē acerbitate confidentiāque vocis exasperatus: Ausculto, inquit. intelligōque te. Tu enim es ille qui coelis comam, qui dentes candidas, qui polis vngues, qui semper oles vnguentum. Philostr.

Cicerο.

Quum orante M. Tullio, quidam

credens Afer genere, diceret, Nō audio: hoc sermone negans se probare quod dicebatur. Atqui, inquit Cicero, aurem habes perforatam. Solebat enim ea gens habere perforatas aures, ut inde suspenderet annulos ac gemmas, quæ nunc collo digitisque gestamus. Plut. in Rom. apoph.

Romani.

† Dum magistratus rem diuinam facerēt, vel auspicia captarēt, inclinabat præco, Hoc age. Qua voce admonebat eos, vt erexit & attentis animis in eam curam & cogitationem incumberent, nec perfunctorie vel oscitantē rebus illis operam darent. Plut. in Numa & Coriolano.

De auaritia.

Bien.

A Varitiam dicebat omnis improbitatis esse metropolim. Stob. serm. 10.

Idem.

Dioites sordidos dicebat ita facultati suarū curā habere, quasi essent propria: tursus, ex eisdem nihil capere utilitatis, quasi essent alienæ. Laer. lib. 4. c. 7.

Idem.

In diuitiem quendam sordidum ita loquutus est: Hic facultates suas non possidet, sed ipsum possident facultates. Laer. lib. 1. c. 7.

Idem.

Eos deridendo putabat, qui eius generis diuitiis præter modum student, quas fortuna largitur, illiberalitas seruat, benignitas aufert. Max. serm. 12.

Chilon.

Dicere solebat, hominum bonitatem ita auro probari, quemadmodū aurum Libyo lapide. Ostendens permultos, qui aliis vitiis dia restiterint, opam auiditate persæpe à virtute deduci. Et qui aduersus opes constans fuerit, cum de ceteris vitiis

facilius victoriam reportaturum. Ful-
gosius li. 7. c. 2.

Ariſſides.

Avarus quidam & prædices quum
paupertatem ei exprobareret: Mihi,
inquit, paupertas nihil malum videndū
præbebit, tibi autem diuitiae per fas
nefasque parata turbas non paucas.
Maxim.ser.12.

Anacharsis.

Quum rogasset quendam, quanta
esset spissitudo nauium? respondit,
Quatuor digitorum. Tantillum, ait
Anacharsis, à morte sunt, qui auaritia
& lucri cupiditate irritati, perna-
viant maria, incerti de reditu. Laer.
l. 1. cap. 9.

Ariſſippus.

A Dionysio pecunia donatus, Pla-
to libris: atq. ob id à quodā reprehensus,
quasi ad rem attentior esset quām
Plato: Quid refert, inquit, mihi pecu-
niis erat opus, Platonii libris; tenties,
neutrū accusandum. Laert.lib. 2.

Idem.

Platoni obiurganti, quod multos
pisces emisset, respōdit, se illos emis-
se obolo. quāmque Plato dixisset,
Tanti & ipse empturus eram. Vides,
inquit, igitur, ò Plato, me nō esse ob-
soniorum audum, sed te pecunia a-
mantem. Laert.l.2. cap. 8.

Simonides.

Simonides interrogatus, cur in
extrema senectute avarus esset? Quo
nā, respondit, malim defunctus opes
inimici: relinquere, quām viuus ami-
cis egere. Stob.ser.10.

Democritus.

Dicebat, diuitū multos esse prosecu-
ratores, nō autē pecuniarū dominos.
Avarus enim non suas possidet diui-
tias, sed polsidetur à diuitiis: q[uod] arum
non tantū seruos, sed mancipium
meritū dici potest. Maxim.ser. 12.

Idem.

Vna (dicebat) cupiditas mortaliū
extimulat animos, vt opes assequan-
tur. Atqui ydemus, iisdem congestis,
discruciasi nihilominus cogitatio-

nes. Tum illis amissis, relinquunt tristi-
tiam, luctūmque perpetuum. Stobæus.
Idem.

Cupiditas plurium, inquit, amittit
præsentia, sicut Æsopicus ille canis.
Stobæus ser.10.

Idem.

Peconiarum cupiditatē, nisi termi-
netur aliqua satiēate, multò miseria
rem iudicabat extrema paupertate.
Maiores enim cupiditates indigētias
quoque maiores faciūt. Stob.ser.10.

Diogenes.

Avaros obiurgabat, quod pecunia
verbis vituperarent, quū eam animo
plurimi ficerent. Est autem hoc aua-
ris peculiare, quod nulli magis dete-
stātur avaritiā, quām ipsi. Laert.lib.8.

Idem.

Interrogatus quid esset in vita o-
ptimum? Libertas, inquit. At verè li-
ber non est qui seruit vitiis: nec liber
esse potest qui multis eget: plurimis
autem eget avarus, ambitiosus, ac de-
licis deditus. Laert.lib.6.

Idem.

Dicere solebat, cupiditatē esse ma-
lorū omniū arcē ac μετέπολιν: quod
dictū est etiam à Bione & aliis. Ibid.

Idem.

Interrogatus, quānam essent fer-
essimae? Respondit, in mōtibus vrsi
& leones, in ciuitatibus autem publi-
cani & sycophantæ. Antonius in Me-
lissa.par 1.ser.34. Max. serm.23.

Idem.

Poscebat aliquid ab homine aua-
ro: quem vbi videret cunctantem, ac
negaturo similem, ò homo, inquit,
ad cibum te postulo, non ad cyp-
pum: vt, quālicet, Græcarum vocum
affinitatem reddam. Cræcis enim
& τρεφοῖ cibus est, & ταφῆ sepultura.
Laert.lib.6.

Idem.

Anaxemonis seruos conspicatus
multa vasa ferentes, cuius ea essent,
interrogauit. Quum autem illi Ana-
ximenis esse respondissent: An non
pudet eum, inquit, tam multa habe-
re,

se, seipsum non habes? Voluit autem indicare, hominem auarum esse extra seipsum. Maxim. ser. 12.

Idem.

* Quemadmodum arbores & vi-
tes in locis inuiis & præruptis na-
centes non hominibus sed corvis &
aliis aibus fructus adferunt: Sic (in-
quit) diuitiae, si ab auaro possidentur,
in usum aliorum hominum nequaquam
cedunt, sed adulatoribus & asten-
toribus subseruiunt. Stob. serm. 90.

Idem.

Quoniam insatiabilem nonnullorum
quaritiam, in multorum civium perni-
ciem excrementem vidisset: Auari,
inquit, vita sua, tanquam gladio uti-
tur, omnia facientes secundum an-
sam. Stob. ser. 10.

Idem.

Magna & multa simul accipiētes,
μεγάλων τάξεων, i. Insignimendicos ap-
pellabat. Stob. eod. ser.

Idem.

Intuens quandam opulentas anus
amare simularem: Hac ratione, in-
quit, non oculum, sed dentes amisit,
Stob. eod. ser.

Idem.

Auaros hydropticis comparabat.
Ilos enim argento plenos, hos au-
tem refertos aqua, amplius desidera-
re, idque vtrosque in magnâ sui per-
niciem dicebat. Affectus enim ipso-
rum eo magis intenduntur, quod lar-
gius desiderata consequuntur. Stob.
ser. 10. Eadem si pilit. vtitur Polyb.
hist. libr. 13.

Ariston.

Aristonem philosophum maximè
admiratum ferūt, quod homines po-
tius superuacuis fortunę bonis quam
necessariis commodisque beati es-
sent. Bruson. l. 1. c. 1.

Idem.

* Hominis auari vita silicernio, hoc
est, funebri cœuiuio similis est. Cūm
enim cetera omnia habeat, exhilara-
tum non habet. Stob. ser. 10.

Archelau rex.

Timotheus musicus, quum ab Ar-
chelao minus quam sperarat accepis-
set, cōnens subtaxabat Archelai au-
ritiam, tu argentum terra genium
landas. Succinuit illi Archelaus, Tu
vero, inquit, postulas. Bruson. lib. 1. ca.
1. ex Plutarch.

Socrates.

Interrogatus, quinam essent au-
ari? Respondit, qui turpia lucra venan-
tur, & nec sacerdos aut amicos negli-
gunt. Stob. ser. 10. Max. ser. 18.

Idem.

* Auarorū diuitiae, vt sol post occa-
sum, neminem mortalium oblectat.
Anton. in Melissa, part. 1. ser. 34.

Idem.

Auaros aibus similes esse dice-
bat, quarum alia deglutit quicquid
inuenierit, & quandoque suffocatur:
alia vero sequuntur, vt quod habent,
ei extorqueant: & ipsæ quoque alia
post alias suffocantur. Antonius in
Melissa, part. 1. ser. 35.

Idem.

Nec à mortuo, inquit, petendum
colloquium, nec ab auaro beneficiū.
Nam vt mortui aut non respondent,
aut lādunt: ita auarus, aut non dat
quod rogatur, aut infeliciter cedit
accipienti, quod datur animo inimi-
co. Eras. l. 8. apoph.

Plato.

Ad quempiam accumulandæ pe-
cunia semper incūbentem, & im-
probe, dixit, ne possessioni augendæ
studeas, sed minuendæ cupiditati,
Stob. ser. 10.

Idem.

Dicere solebat, eos qui corpus cu-
rarent, non rē quidem suam, sed se-
ipso curare: qui autem pecunias: ne-
que seipso, neque sua, sed quam lon-
gissimè à sqis abesse. Max. ser. 12.

Aristoteles.

Dicebat quosdam homines adeo
tenaces esse, quasi nunquam essent mo-
rituri: & alios etiam esse, qui ita sua

profunderent bona, ac si eras mori-
turi essent. Laert. lib. 5. cap. 1.

Timon.

Demosthenes cū animaduertis-
se, auarum quēdam ad sepulchrum
efferri: Iste, inquit, cū vitā nō vi-
talem vixerit, , aliis vitam reliquit.
Bios auem Græcis & vitam & vi-
tam significat. Maximus sermo. 12.
Stobœus.

Idem.

Quibusdam arbitrantibus Dema-
dem iam delisse malū esse: at enim,
inquit Demosthenes, saturum vide-
tis, veluti leones. Erat pecuniarum
avidus Demades, leones autem mi-
tiores sunt. Erasm. lib. 4. apoph.

Timon.

Timon ille cognomento Misanthropos, id est, hominū exensor, ele-
menta malorum esse dixit Auaritiā
& Ambitionem, quemadmodum e-
nim ex primis illis & secundis prin-
cipiis generantur naturaliter omnia,
sic ex avaritia & ambitione omnia
vitia progenerantur alia. Stob. ser. 8.
& Erasm. lib. 6. apoph.

Hadrianus Sophista.

Hadriano sophistæ miserat quidā
pisces in disco argenteo: at ille dele-
ctatus vasculo, non remisit, tantum
ei qui miserat respondit, BENE FACIS,
quod etiam pisces: quasi discus esset
dono missus, pisces tantum nouita-
ris gratia additi. Quidā autem dicūt
inq sa&tum, ut castigaret discipuli
vitium, qui lordidior esse dicebatur:
nam eo admonito discum reddidit.
Quum esset apud Coloniam Agrip-
pinam, senatus honoris gratia misit
vinum in cantharis testaceis, nec eos
reperi mos est. Id admiratus, roga-
uit causam. Responsum est, olim vi-
num solere mitti cātharis argenteis:
hoc honoris quo esset, habitum cui-
dā ex eorum numero, qui magnā no-
bilitatis partem ex istimant rapto vi-
uere, postridie manē profectus est cū
argenteis cantharis. Re cōperta, mi-
sit ad illum senatus, qui cātharos re-

posceret. At ille: Vlro, inquit, don-
dedistis, & ego gratias egi. Hoc casi
admoniti mutarunt consuetudinem
Verba sunt. Eras. in apoph.

Cleomenes Anaxandar. F.

Dicente quodam illi, delicatus es
At melius est, inquit, quām iniestur
esse. Tu verò pecuniam fortitus mul-
tam nondum contentus es: sed sub
inde cogitas, qua ratione cumulo ad
iicias. Brus. lib. 1. cap. 1.

Lycurgi.

Quicquid era r rerum supetuaca-
nearum, è ciuitate eiiciendum cura-
vit: adeò vt nec negotiator, nec so-
phista, nec vates, nec circulator, nec
lautitiarum artifex Spartam ingre-
deretur. Neque enim passus est illi
esse pecuniā talibus vtilēm, tantum
ferream monetam cudit, quæ pon-
dere Aegineticam æquabat minam,
valore æreos quatuor. His remedii
expugnauit avaritiam. Plut. in Laco-

Demonax.

Quosdam esse dicebat, qui non in
hac præsēti vita viuerēt, sed magno
studio se præpararent, quasi alteram
vitam sint acturi, non hanc præsen-
tem. Notauit autē insatiabilem eo-
rum hominum avaritiam, quibus ni-
hil sufficit: quasi post mortem etiam
vslī sint nobis per fraudem compa-
ratæ diuitiæ. Maxim. serm. 12.

Lacedæmonij.

Quum pecuniæ essent in Lacedæ-
moniorum regionem cōnue&tæ, qui
eas importarāt, morte damnati sunt;
Siquidem Aleameni ac Theopompo
regibus hoc oraculū erat redditum;
Pecuniarum amor Spartam perdet.
Nithilo seciū tamen Lylander, deui-
tis Atheniensibus, magnam auri ar-
gentique vim inuexit: nec solum pe-
cunias receperunt: verum etiam ipsi
viro honos est habitus. Proinde Spar-
ta, donec Lycurgi legibus vteretur,
nec à iureiurādo recederet, sex centis
annis in Græcia primas tenuit & le-
gū æquitate, & gloria. Cæterū quū
ab his paulatim desfluerent, inundâ-
rētque

etq; obiter diuitiarū amor, & auari
iae malum, nō solūn ob hęc decre-
it illorū potētia, verum etiam qui-
us antea sociis & amicis in bello
uerant v̄si, eos inimicos habere
ceperunt. Porrò quā ita se gererēt,
amen post Philippi Macedonis in
theronea victoria, quāquam Græci
ceteri omnes illum iimperatōrē ter-
pariter ac mari declarassēt, ac post
unc ALEXANDRUM sibi eversis The-
anis, soli Lacedæmonij, tametsi ci-
vitatem haberēt nullis cinctam mu-
is, essēntq; nō modò perpauci pro-
ter assidua bella, sed multò quām
cetera iimbecilliores capti faciles es-
sēti, quoniam adiuv seruabant
immodum exigvas quasdam Lycur-
icarum legum scintillas: non sē p̄e-
serunt bellī socios, neque ceteris
cœcis, neque p̄ost Macedonicis re-
bus, neque in cōmōne cū illis con-
lium venerunt, neque tributū pen-
tere coadi sunt: donec per omnia
contemptis Lycurgi legibus, à pro-
cissi ciuib⁹ tyrannidē oppressi
int, ita vt nihil iam reliquum esset
atriæ institutionis: sed reliquorum
miles effetti, & gloria, & libertate,
vñ prius obtinuerāt, exuti sunt, &
i seruitutem traducti, ac nūc, quē-
dmodum ceteri, sub Romanorum
iuunt imperio. Graue documen-
tum vniuersis, imperia virtute para-
auaritia, luxu, delicitis que vel pe-
re, vel verti in tyrannidem. Plut. in
acon.

Vxor Pythi.

Pythius, natione Lydus, in vrbe
hrygīæ Calenis (nam ibi regnabat,
omo prædiues, sed auri studio p̄e-
r modum deditus) totam ferē ciui-
tem in fodiendis metallis occupa-
m tenebat, vt iam vix quicquā z-
ud ibi ageretur. Huius morbo vxor
lerti remedio medicata est. Absen-
t enim marito curat & mensam &
mensem mense suppelleat, item adfa-
re ex auro confici, denique & cibariorum
effigies, quibus nouerat ma-

ritum p̄cipuē delectari. Reuerso,
cūm conuiuij tempus esset, apponi-
tur mensa aurea, cum reliquo vase-
rum apparatu. Atque hoc sanè spe-
& aculo dues aliquandiu pauit ocu-
los, tandem quum interpellaret sto-
machus. iubet apponi cibos. Appo-
nuntur illi aurea ciborū simulachra
spectanda, non edenda. Hic cum in-
candesceret ita Pythius, flagitās ap-
poni quod edi posset iamdudum spe-
ctaculorum esse satis: Tum vxor, p̄an
non sentis (inquit) Pythi, dum nihil
aliud queris quām aurum, agricultu-
rationem deserit, & ciues tuos ad famē
vocari, breui perituros si quā cœpisti
pergas: Hoc ciuili cōmento cordata
mulier maritū ab immodico auri su-
dio reuocauit. Eraf. libro 8. apoph. ex
Plut.

Hieron.

Vituperatus, quod cūm muitos
rhetoricari docuisset, ipse egeret: At-
qui, inquit, non docui eos ditescere,
neque studere pecuniaæ. Maximus
serm. 12.

Aspasia.

Aspasia Xenophontis vxor, cūta
esset (vt muliebre ingenium est) re-
rum alienarum appetens, atque inui-
da, interrogata, Si vicina tua melius
quām tu aurum habeat, vtrūtane il-
lius an tuum malis? Illius, inquit.
Quid si vestes, cæterūmque ornatum
muliebrem pretij maioris habeat,
quām tu, tuūmne an illius malis? Re-
spōdit illius. A gesis, si maiorē quāna
tu habeat virum, vtrūmne tuum ma-
lis, an illius? Erubuit mulier. Bruson.
lib. 1. cap. 1.

Semiramis.

Monumento quod sibi pararat in-
scripsit, Quisquis rex pecuniis ege-
rit, aperto monumento quantum voluerit, capiat. Darius potitus ea
ciuitate, titulo credens, saxum in-
gens quo claudebatur monumentum
vix amolitus, nihil quidem in-
uenit pecuniarum, sed ex altero saxi
latere hoc inscriptum reperit: Ni vir

malus esles, & pecunia inexplebilis, haud quaquam mortuorum locules mōueres. Plutarch. in apoph. Stob. serm. 8.

Antigonus.

In extorquendis pecuniis, acer erat ac rigidus. Cuidam itaque dicenti, At non talis fuit Alexander: Merito, inquit, nam ille metebat Asiam, ego culmos lego. Sentiens, opulentissimam Asiam prius ab illo spoliatam, sibi à spoliatis corradendum quod posset. Plut. in apoph.

C. Fabricius.

P. Cornelium, hominem (vt putabatur) avarum & furacem, sed egrediē fortē ac bonum imperatorem, suo suffragio fecerat consulem. Huic quum Cornelius ex more gratias ageret, quod immenor similitatis, ipsum fecisset consulem, bello p̄fertim magno & gravi: Nihil est, inquit, quod mihi gratias agas, si maiori compilari quam venire. Compilamus furto, veneunt bello capti. Proinde inimico fauit, cuius dexteritate sperabat fore, ne Romani venirent in manus hostium. Erasm. lib. 6. apoph.

Scœnula.

Septimelio Anagnino (quem Plutarchus & Pinius Septimuleum vocant) cui pro C. Gracchi capite erat aurum repensum, roganti, vt se in Asiam p̄ficeret: Quid tibi vis, inquit, insane? tanta malorum est multitudo ciuium, vt tibi hoc confirmem, si Romæ manseris, te paucis annis ad inaximas pecunias esse venturum. Cicero libro 2. de Oratione.

Seneca.

† Desunt inopiz multa, avaritia omnia: In nullum avarus bonus est, in se pessimus. Citat hoc distichum ex veteri Poëta, Epist. 168. ad Lucil.

Idem.

† Nulla avaritia sine pena est, quamvis satis sit ipsa pena rerum. Et maiore tormento possidetur quam

queritur, Epist. 115.

Idem.

† Dicit avaros diuites nihil à mendicis differre, immo miseriiores esse. Illi enim exiguō, hi multo eagent lib. I. sap. non cadere inuriam. cap. 13.

Deiotarus.

M. Crassus ad Parthicū bellum proficisciens, quum in itinere Deiotarum Galatarum regem, extremo ianuenio confectum, nouam urbem aedificantem offendisset: O rex, inquit quidnam negotij hoc est? Quid. qui iam duodecimā diei hora ubi adsit nouam urbem condere incipi? A hæc subridens Deiotarus, Crassis quā avaritiam subcarbens. Tu vero, inquit, imperator quum sis, haud quam (vt videre video) matutini (erat enim sexagenarius) in Parthicū exercitu festinas, p̄dām amplissimam rapturus. Bruson. l. 1. cap. 1. ex Plutar.

Cicero.

Quum apud Damasippum cœnaret, & ille mediocri vino apposit diceret, Libe Falernum hoc anno quadraginta: subtaxans Cicero hæminis avaritiam, Beata etatem ferme Damasippe, ait: Veniamque dede vino, vnde gloriam Damasippus acribat. Brus. lib. 1.

Idem.

Crasso dicente, Stoicorum est dogma, vitum bonum esse diuiter. Vide, inquit C. cero, ne magis hoc sentiant, sapientis esse omnia: rectè nō tans Crassi avaritiam, cui nihil esset satis. Eras... apophtheg.

Idem.

* Ut quidam morbo aliquo & sensu stupore suavitatem cibi non sentiunt: sic auari & facinorosi verè laidis gustum (inquit) minimè sentiunt Philip. 2.

Iugurtha.

Iugurtha cum pecunia Romani exagitasset, iussusque tandem esset senatu paucis diebus in Italia dececeri: postquam Roma egressus est, ferti

Sæpe tacitus respexisse, & postremò dixisse, O orbem venalem, & mox peritum, si emptorem inuenierit. Quod paulo post euenit. Romani quippe, antea cum iniusti essent, sola avaritia vici sunt, & antiquum nominis decus planè amiserunt. Bruson. l. i. c. 1. ex Salustio.

Nero.

* Nunquam cuiquam munus publicum delegauit, quin hæc aducet: scis quibus mihi est opus: & hoc agamus, ne quis quid habeat. Vox prædone quā principe dignior. Suet. & Dion.

Seneca.

* Nulla avaritia, inquit, sine poena est, quamuis satis sit ipsa pecuniarum. O quantum lacrymarum, ò quātum laborum exigit! quām misera desideratis, quām misera partis est? Adii te quotidianas solicitudines, quæ pro modo habendi quemque discruciant. Maiore tormento pecunia possidetur, quām queritur. Epist. 115. ad Lucillium.

Idem.

* Multò concitatior est avaritia in magnarum opum congesta collocata: vt flammæ infinitò acrior vis est, quo ex maiore incendio emicuit, lib. 2. de benef. c. 27.

Idem.

* Irrupit in res optimè positas avaritia: & dum seducere aliquid cupit, atque in suam vertere, omnia fecit aliena, & in angustum ex immenso redacta paupertatem intulit, vt multa concupiscendo omnia amiserit. Epist. 90. ad Lucil.

Idem.

* Aurum & argentum, & properista nunquam pacem agens ferrum, quasi male nobis committeretur natura abscondit. Nos in lucem, propter quæ pugnaremus, extulimus. Nos & causas periculorum nostrorum, & instrumenta, disiecto terratum pondere erimus. Nos fortunæ mala nostra tradidimus: nec erubet;

scimus summa apud nos haberis, quæ fuerant imaterrarum. Vis scire quām falsus oculus tuos decipit fulgor: Nihil est istis, quandiu mersa & inuolata cœno suo iacent, foedius, nihil obscurius: quidni; quando per longissimorum cuniculorum tenebras extrahūtur. Nihil est illis dum fiunt, & à fece sua si parantur, informius. Denique ipsos opifices intuere, per quorum manus sterile terræ genaus & in forme perpurgatur: vidēbis quāta fuligine obliniantur. Atqui ista magis inquinant animos quām corpora: & in possessore eorum quām in artifice plus est sordidum. Epist. 94. ad Lucil.

Idem.

* Desunt in opere multa, avaritia omnia. In nullum avarus bonus est, in se pessimus. Epist. 108. ad Lucil.

Idem.

* Quæ tanta necessitas hominem ad sidera erectum incurvauit, & defodit, & in fundum telloris intimæ mersit, vt erueret aurum, non minore periculo possidendum q. àm querendum? Natural. quæstion. libro 5. cap. 15.

Vespasianus.

Instituerat vestigal è lotio. Super hoc à filio monitus dissimulauit, donec prima pensio esset soluta. Eam pecuniam admouit ad filij nares, s. iicitans, num odore offenderetur? Negante illo, Atqui hæc, inquit, è lotio est. Sueton. & Bruson. libro cap. 1.

Idem.

Legatis nunciantibus, decretam illi publicæ non mediocris summæ statuam, iussit vt eam continuè ponerent, & cauam ostendens manum, Ecce (inquit) parata basis. Significans, vt eam pecuniam, quam in statuam decreuissent impendere mortuo, viuо darent in manum. Sueton. in Vespasia.

Idem.

Initinere quodam mulio defiliūt,

quasi calceaturus mulas: sed revera, ut adeundi litigatori spacium moramque præberet. At Cæsar dolum suspicatus, interrogauit mulierem, quanti calceatissima pactusque est lucri partem. Hoc si fecit ut suos corrigeret, crudelitas fuit: sicut ut eo emolumento fieret diutor, sordidum erat. Sueton. in Vespas.

Ideas.

Quidam è charis ipsius ministris apud ipsum pro quodam, quem fraterem suum esse simulabat, intercedebat, ut illi procuratio committeretur. Id sentiens Cæsar candidatum solum ad se vocauit, exigitque pecuniam quam ille suffragatori suo pepigerat: ea accepta, mox ordinauit. Huius rei ignarus minister, rursus interpellauit pro fratre, cui Vespasianus: Alium, inquit, tibi fratrem querere. hic quem tuum putas, incus est. Sueton. in Vesp.

Anonymus.

Rusticus quidam, quoniam, gratuitam libertatem suppliciter petens à Cæsare Vespasiano, repulsus est, non est veritus clarè dicere: Vulpes pilos mutat, non mores, exprobans illi naturæ rapacitatem: quasi mercede data concessus fuisset, quod gratuitò negabat. Sutton. & Bruson. lib. i. cap. i.

Caligula.

In auctione Apronius quidam, vir prætorius dormitans capitis motu nutabat. Id animaduertens Caligula, præconem admonuit, ne illum sibi nutantem præteriret: nec hoc monete defit, donec ignorantibus tredecim gladiatores festertium nonages addicerentur. Erasm. lib. 6. apopht.

I. Bassus.

Quærente Domitia Passiani, quod taxans eius sordes, calceos eam veteres diceret vendere consueuisse: Non, mebercules, inquit, hoc unquam dixi, sed dixi emere te solere. Bruson. lib. i. cap. i.

Alexander Senerus.

Vteronium Thuringum, familiarem, quod his, qui petebant aliquid à Cæsare, vendidisset suum patrocinium, mentiens interim multa, conuincendum curauit, & conuictum damnatumque ad stipitem alligari iussit, supposito igne ex humida materia, præcone clamante: fumo punitur, qui fumos vendidit. Ælius Lampridius.

D. Hieronymus.

Et dicere & scribere solebat, auctor tam illa quæ habet, quam quæ non habet deesse. Ostendens, hominem auarum semper esse egenum, etiamsi amplissimas diuitias possideat Folgo. lib. 7 cap. 2.

Val. Max.

† I penates, ea ciuitas, id regnum eterno in gradu facile stetit, ubi minimum virium, Veneris, pecuniaeque cupido sibi vendicauerit. lib. 3.

Plin. Iun.

† Ea inuasit homines habendi cupiditas, ut possideri magis, quam possidere videantur. lib. 9.

Alphonsus Rex.

Dicere solebat, ab aliis olim, Ioue, Neptuno, Plutone, omnia trifariam partita fuisse, & sua quemque sorte partequem contentum agere. At hominibus hodie, neque quod satis, neque quod minus esset, satis esse. Notat, auaritiae & habendi desideriem omnibus innatum, quam pauci enim sunt, qui sua sorte contenti vinere cupiant. Pan. lib. 4. de Alph. reb. gest.

Idem.

Quum audiret, Harpyias rapacissimas aves (quas Vergilius in Aeneide eleganter describit) nescio quæs inhabitare insulas: ad suos conuersus, ait, Ex his insulis curiam Romanam commigrasse Harpyias compertum est, ibique iam domicilium constituisse. Notauit autem tacite Romanæ ciuitæ ingluuiem, auaritiam & detestandam rapacitatem. Panor-

Panorm.li.1.de rebus gestis Alphon-
si, cap. 8.

De audacia.

Chilo.

Dicere solebat, Non esse tentan-
da quæ fieri non possunt. Quæ-
dam honesta sunt ac magnifica: sed
magni reipubl. malo tentantur: si
nequeas perficere. Atque hæc est
principia pars boni consultoris; di-
spicere non solum quid per se optimum sit, sed quid pro temporum ra-
tione possit obtineri.

*I*socrates.

Inter amicos dicere solitus est, se
quidem docere decem minis: cæte-
rū qui ipsum docuissest audaciam,
mercedis loco daturum decem mi-
lia. Nam animi timiditas reddebat
Isocratem ad dicendum inutilem. E-
rasmus Roter.lib.8.apoph.

*E*paminondas.

Imminente aduersus Lacedæmo-
nios pugna, cum sella in qua sedebat
succubuissest, videretque milites hoc
prodigo exturbatos: Imò, inquit,
sedere prohibemur, militumque ani-
mos restituit. Plutarch.

*L*eonidas.

Obiurgatus à quodam, quod pau-
cis militibus stipatus, cum multis
pugnare tentaret: audacter respon-
dit, si ex multis constat victoria, non
tota sufficeret Græcia: si in audacia
horum, numerus sufficit. Plutarch.
in Lacon.

*A*rchidamus.

Conspiciens filium suum cum A-
theniensibus iuueniliter ac temerè
congredientem: Aut viribus, inquit,
adde, aut animis adime: docens, pe-
riculosam esse audaciam, si vires non
suppetat spiritibus. Plutarhc.in La-
conicis. Stob. serm.51. Bruson.lib.2.
cap. 43.

*A*gù Archidami F.

Audiens quodam abhorregit ab

hostium multitudine, ait, non pera-
contrandum esse quot sint hostes, sed
vbi sint; ut audacter aggrediantur.
Plut.in Lacon.

*I*dem.

Quum apud Mantineam pugnare
cum hostibus numero longè supe-
rioribus prohiberetur: Fortiter pu-
gnandum est, inquit: cum multis e-
nim pugnare necesse est, qui multo-
rum dominus esse cupit. Bruson.lib.
7.cap. 3.

*I*dem.

Interrogatus quot haberet milites:
Quot sufficiunt, inquit, ad fugandos
hostes. Plut.in Lacon.

*A*gesilaus.

Ad Macedonum regem nuntios
misit Agesilaus rex, rogans, utrum
per hostium solum irent, an amico-
rum? Cùm ille respondisset, se con-
sultaturum: Fiat, inquit, igitur con-
sultatio: nos tamen interim iter fa-
ciemus. Rex admiratus hominis au-
daciam, sibi que metuens, satius esse
censuit, illum ut amicum suscipere.
Plut.in Lacon.apoph.

*I*dem.

Admonitus à suis, ne cum Theba-
nis, qui numero præstabant, manus
consereret: respödit, Qui multis vul-
sibus imperare, non debet multorum ti-
mere congressum. Plut.

*P*edaretus.

Quum à quopiam audiret, magnū
hostium esse exercitum, audacissi-
mè respondit: Eo maior erit & glo-
riosior nostra victoria. Plutarch.in
Lacon.

*C*leomenes.

Pirata quidam populabundus di-
scurrebat per agros Lacedæmonio-
rum. Is vt captus est, rogatus cur id
ausus esset? Quoniam, inquit, deerat
mihi commeatus, quem militibus
præberem, ad eos veni, qui & habe-
bant, nec sponte dabant, vi erreptu-
rus. Ad id Cleomenes: Compendio-
sa, inquit, malitia. Detestatus prædo-
nis nefarium scelus, probavit tamea-

orationis expeditā breuitatem. Plut.
in Lacon.apoph.

Epaminondas.

Alexander Pheræus, hostis Thebanorum, Atheniensibus à quibus in amicitiam societatemque alcitus fuerat, polliceri se quum dixisset eis carnes, quæ mina prius vendebantur, semiobolo præbiturum, audiente Epaminonda: At nos, inquit, Thebanis liberaliores erimus, quippe qui ligna ad has carnes coquendas gratis exhibebimus, eorum enim agrum excindemus. Bruson.libr.1.cap.6.ex Plutarcho.

Demades.

† Dicebat Athenienses nunquam de pace nisi attractos cōsultare. Quibus innuebat eos bellandi plus satis cupidos & audaces, nec nisi clade accepta paci consulere. Plut.

Xenocrates.

Lycurgus Rhetor fortè fortuna obuiam factus Xenocrati, qui à Telone obtorto collo in carcerem ducebatur, occurrens fustem impegit in caput Telonæ, Xenocratemque liberavit, & Telonem in carcerem coniecit. Quod Lycurgi factum cùm ab omnibus probaretur, Xenocrates post aliquot dies obuiam factus Lycurgi filio: Retulit, inquit, gratiam patrituo, qui ob tam audax facinus meritò ab omnibus laudatur. Erasm.

Arau.

Laudante quoipiam virum desperatum & audacem, ac idecirco in belbis eximum: Differre dixit magni facere virtutem, & vitam nihil facere. Stob.serm.51.

Alexander.

Audiens Darium, iniuditissimum Persarum regem, multas parare militum myriades: respondit, Vnus lupus non multas timet oves. Antonius in Melissa ser. 37.part.1. & Maximus serm.71.

Diphilus Tragicus.

Quum in Iudis Apollinaribus ad

eum versiculum venisset, Miseria nostra magnus est, directis in Pompeium Magnum manibus, pronuntiavit. Actio in tantum placuit populo, vt aliquoties fuerit reuocatus: nec histrio veritus est iterare simili gestu. Dubites, vtrum potius mirari conueniat actoris audaciam, an populi. Simili audacia vsus est in eadem fabula, quum ventum esset ad eum versiculum: Virtutem istam veniet tempus quo grauiter gemas. Tametsi mihi videtur Carmen esse mutilum. Suspicio addendum, Serua virtutem istam, aut aliud simile verbum, vt sit versus Trochaicus. Eras. Rot.lib.8.apoph.

Iulius Cesar.

Facinora, quæ & periculo obnoxia sunt, & magna, gerenda esse dicebat: de his non consultandum, quod ad hæc perficienda plurimum habeat momenti celeritas: expensio verò periculi reuocat hominum audaciam. Plat.

Huc refer ea que sunt infra sub titulo Temeritatu. Videretur enim temeritas non minimam cum audacia habere affinitatem & cognitionem.

De auditu, & auditoribus.

Thales.

AB amico quodam rogatus, quæatum veritas distaret à mendacio? Quantum, inquit, oculi distant ab auribus. Sensit vir sapientissimus non ea certa esse illico, quæ auribus percipimus ab aliis, qui mendaciter de rebus nugantur: sed ea demum, quæ coram oculis cernimus. Maximus serm. 35.

Xenocrates.

Dicebat, pueris potius aures esse muniendas follibus quam athletis: quod plus sit periculi, ne puerorum aures occupentur prauis sermonibus, quam ne athletarum aures paudent ad iecus. Maxima, inquit Satyricus,

ticus, debetur pueru reuerentia.
Laert. libro 4. cap. 2. Plutarc.

Stratocles.

Quum audiisset partam esse ab hostibus vicitoriā, rem protinus populo patefecit, & ut publica supplicatio in laudem deorum institueretur persuasit. Verū quum paucis post ex alio nuntio intellexisset, suos non vītores, sed fugatoſ fuisse: vana spe lusus, Ecquis (inquit) vestrū quicquam damni accepit, quod totū hoc triduum mea operahilares legitim. fuitis? Erasm. lib. 6. apoph. ex Plut.

Pindarus.

Apud Thebanos, in contentione imperitis auditoribus usus, superatus est à Cotinna quinques. Redarguens verò ruditatem ipsorum Pindarus, vocavit Catinnam. Elianus lib. 13. de Varia historia.

Carolus IV. Imp.

† Cūm in Academia Pragensi magna cum voluptate magistros de rebus philosophicis quatuor horas audiisset, admoneretūq; ab aulicis cœnæ tēpus iam duduſ esse: respōdit, vos cœnā quæritote, iste meus cibus autē de literis, superat omne ciboru desideriū. Crāzius I. 10. Vād. hist. c. I.

Cleomenes.

† Sophista quodam de fortitudine differente, effusus est in cachinnos. Quem intuitus Sophista: Quid, inquit, cachinnaris Cleomene, dum de fortitudine dicentē audis, maximē cum Rex sis? Quia, inquit, hospes, de ea si etiam hirundo diceret, idē facerem: fin autem aquila, planè quiescerem. Plut. in apoph.

Straton.

Cūm Stratoni physico quidam obiecisset, quod Menedemus plures haberet auditores: Quid mirum, inquit, si plures reperiuntur qui lauari cupiunt, quam vngi? Nihil autem aliud his verbis indicare voluit, quam Menedemi philosophiam esse dilatam: & quam plurimos inueniri, qui audiant quidē de rebus disputantes,

sed per paucos qui virtutem exercerent. Erasm. Rot. lib. 7. apoph.

Vide apoph. de Attentione.

De auguriis.

Misionianus.

Q uum expectantem & stantem equitum turmam inspiceret, in qua ipse cū Romanis militabat erat, & mōrē causam intelligeret esse, quod augur prius inspicere vellea quid augurij capiendum esset ab auct. quam fortē in via offenderat. Missionianus aliud à se agi fingens, arcum tetendit, primāq; sagitta confosam auem in terram deiecit. atq; ridens ad comites conuersus dixit, Parum consilij atque opis ab irrationalibus animaliſ posse quenquam sperare, posteaquam pateat, ea nescire, quæ ad seipſa pertineant. Et re & verbo auguria vana esse, stulteque eis credi ostendens. Fulgos. lib. 7. cap. 2.

P. Claudiuſ.

† Primo bello Punico, cū nauale præliū cōmissurus, auspicia petiſſer, & pullarius nō exire cauea pullos nūtiasset, abiici eos in mare iussit, dicens: Quia esse nolunt, bibant. Cic. I. de diuin. & Val. Max. lib. 1. cap. 4.

Q. Fab. Max.

† Aiebat optimis auspicijs ea geri quæ pro Reipub. salute fierent contra Rempub. geri. Cic. de Senect.

Augustus Cæsar.

Quum sublimis ex Actiaca victoria reuerteretur, occurrit inter gratulantes quidam coruum tenens, dōcūm hæc verba sonare, Ave Cæsar vītor. Hac salutatione delectatus Augustus, auem sex millibus numismata emit. Socius opificis, ad quē nihil ex ea liberalitate peruererat, indicauit Cæsari eūdem & alium habere coruum, quem vt auferre cogretur, rogauit: allatus, verba quæ didicerat expreſſit. Ave vītor Imperator Antoni. Augustus nihil exasperatus, tantū iussit, vt manus cum delatore

E ij

partiretur. Bruson.lib.2.cap.3. Macr.
lib.2.cap.4. Saturn.

Idem.

Salutatus similiter à psittaco, & hūc emi iussit. Idem miratus in pica, & hāc mercatus est. Hoc exemplum tenuem quandam sutorēm solicitauit, vt coruum institueret ad huiusmodi salutationem. Qui quum impendio exhauriaretur, subinde ad aūem non respondentem dicere solebat, Opera & impensa perit. Tādem peruicit assiduitate, vt coruus sonaret dictatam salutationēm. Eā quum Augustum prætereuntem salutasset, Cæsar: Satis, inquit, istiusmodi salutatorum habeo domi. Tum coruus, memor & illorum verborum quætoies audierat, subtexuit, Opera & impensa perit. Ad hoc arridens Augustus, iussit emi, quāti nullam adhuc emerat. Macro.lib.2.cap.4. Saturn.

De aulica vita.

Diogenes.

Callisthenem quām quispiam audente Diogene Cynico beatam dixisset, quod Alexandri aulicus esset: At, inquit Diogenes, infelix est, qui tum prandet ac cœnat, cum Alessandro videtur. Brusonius libro 1. capite 5.

Dionysius.

Quum Polyxenus dialecticus Dionysio diceret. Ego te cōuinco: Nimirum verbis, inquit: at ego te reipsa conuinco, qui tuis relictis, me meā que colas. Significans, illum schola ad aulam, à philosohis ad tyrannum transisse: non facturum, nisi hanc vitam illa iudicasset beatorem. Plut in apoph.

Omnium.

Iudicabat ad regni administrationem potius admittendum eum qui per se malus, bonos haberet aulicos amicos, quām bonum principem malos aulicos habentem. Putans fa-

cilius vnum malum à multis bonis, quām malos innumerous ab vnico bono, à malitia ac erroribus perniciosi auerti posse. Fulgenſius lib.7.cap.2.

Agrippa.

Agrippa rerum gestarum gloria sub Octavianō Augusto in primis clariſ, sāpe cohortabatur eos qui salu & incolumes esse vellent, darent operam vt principes liberarentur omnium rerum difficultate & molestia sed tamen eis rerum gestarum gloriam reseruarent, nequaquam sibi Xiphilinus, Dionis abbreviator, ir Augusto.

Constantinus Imperator.

Constantinus Romanorum imperator. cū priu-pum aulas ubique spadonum atque aulicorum improbitate referas videret, eorum notantūm vehemens domitor fuit, sed tineas etiam atque forices Palati appellare solitus est Nicēphori interpres & scholiastes. libr.8. cap.14 Ecclēs. histor.

Alexander Seuerus.

Alexander Seuerus negabat se pas- surum, vt ipsius dispositiones ab aulicis suis venderentur: id quod fieri solet ab aliorum principum liberti & eunuchis. Eoque nunquam illum fecerit quod, proposuerat. Aeliu Lampridius in Alex Seuero.

Idem.

Idem, & vrber, & prouincias, & aulam suam purgauit hominibus non necessariis, dicēs: Malum pupillum esse imperatorem, qui ex visceribus prouincialium homines non necessarios, nec Reipublicæ utiles aleret. Ibidem.

Anonymus.

Aulicus quidam iniuriarum Palatinarum patientissimus, cū à quodam rogaretur, quomodo rarissimam in aula consequutus esset? Injuries, inquit, accipiendo, & gratias agendo. Bruson.lib.1.cap.5.

Sigismonduſ Imp.

Reges ac principes in terris beatoe esse

esse aiebat, si exclusis superbis mansuetudinis humanitatisque cultores in curiam asciscerent. *Aeneas Sylvius lib. 2. commentariorum de rebus gestis Alphonsi.*

Sylvestris episcop.

Aulicos qui otii gratia curiam frequenter, semper in negotio futuros aiebat, nisi se tandem vel cum periculo capitidis inde amoueret. Innuit autem, quā difficulter ab aula diuelli possint qui nihil aliud quā otium & luxū sedantur. *Aeneas Sylvius lib. eod.*

Alphonsus rex.

Quum ex Sicilia nauigaret, vidit garrias aues triremen circumvolantes, & bolos à nauigatis projectos statim abripientes ac auolantes. Has cū amicis secum nauigantibus dixit ostendisset: Persimiles sunt his garriis, inquit, aulici aliquot mei, qui simul ac concertates beneficium à me accipiunt, statim aufugiunt. Notauit autem aulicorum ferè omniū mores, qui fidos se seruos principibus præstāt, dū prædā, luxū, munera, &c. hiantes expectant: & voti compores facti à principiū cōspēctu ad priuatos, fugiunt. *Panor. lib. 1. de reb. ab Alphonso gestis.*

Aeneas Sylvius.

Eos sibi aulicos plurimum sapere videri dicere solebat, qui accepto aliquo beneficio, vel mediocri, curiava ledicerent. Ostendunt enim animum suum expletū esse & periculo se subtrahuit, in quod curiales frequenter incident: qui veluti sues, vbi saginati sunt. in coenā domini mactantur. Ceterū qui opes adepti magnas, apud reges perseverant, non quidem id agunt ut gratias referant, sed ut multo ditiones principum liberalitate ac munificētia reddātur. *Aeneas Sylvius lib. 1. cōmen. de reb. gestis Alphonsi.*

De anthonitate.

Pythagorei.

Feruntur si quando quid in disputando affirmarent, quem ex

iis quereretur, quare ita esset, responderem solitos: Ipse dixit: αὐτὸς φαί. Ipse autem erat Pythagoras. Tantum opinio præjudicata poterat, ut etiam sine ratione valerer autoritas. Cic. de Nat. Deorum, & Laërt.

Pericles.

A populo frequenter vocatus, ἀσωτακτός εἴη, inquit, sentiens, se non esse cogendum in ordinem, nec pro qualibet è media plebe habendum. Plutarch in Græc. apoph.

Idem.

* Quom in comitiis accusaretur ob res male gestas, grauiter respondit, scilicet, mihi quidē vos irascimini, ei viro qui nemini vestrum cedo vel peritia rerum, vel elocutione intellectarum, vel amore patriæ, vel pecunie despiciens. Non crimē modò arrogatiæ, vanitatis ambitionis effugit tunc, magnificè de se loquendo: sed & altitudinem animi, & virtutis declarauit magnitudinē, eo ipso inuidiam opprimentis, quod deiici se & frangi non est passa. Plut. lib. Qua ratione quis citra inuidiam seipsum laudare possit.

Themistocles.

+ Cum anime duerisset torquem aureum Persicum hemi iacente, puer dixit, Quin tollis, ô puer (οὐτενο τορκε) inuentum huiusmodi? Non enim tu es Themistocles. Aelian. lib. 13. cap. 40.

Epaminondas.

* Pelopidā à principibus Reipublice accusatum, quod exacto Bœotarchia temporē nō statim demū rediisset, sed bellū feliciter concinuasset, submittentē se & deprecantē Ihebani ægrè absoluuerūt. At contra Epaminondā, qui eius tū fuerat collega, multa de rebus suis gestis magnificè prædicantem ac dicentē Paratus sum mori, si fateri velitis, ô ciues, me vobis inuitis Laconiā vastasse. Messenē instaurasse, & Areades in vnu corpus cōduxisse: nō sustinuerunt iidē ire in suffragia, sed admiratione viri gaudio simul

pissimum oborto discesserunt. Plutar.
eodem lib.

Scipio Afric.

* Romani ægrè tulerunt Ciceronē
crebro res suas contra Catilinam ge-
stas prædicantē: iudicem tamen Scipio-
nem dicentē. Non debetis vos sente-
tiā de Scipione ferre, qui vobis po-
testatē decernendi de omnibus homi-
nibus parauit, coronati in Capitolium
deduxerunt, sacrificiōque eius inter-
fuerunt. Plutarch.

Lycurgus Atheniensis.

* Qum ei publicē exprobraretur,
quod argento dato calumniatorem
placasset, & qualistādem, inquit, vo-
bis videor ciuius, qui apud vos tanto
tempore rem gerens publicam, dare
potius quam accipere iniustē depre-
hensus sim? Plutarch.

M. Scaurus.

Pro rostris accusatus, quod à rege
Mithridate ad prodendā Républicę
pecunię accepisset, ita causam suam
egit: Iniquū est, Quirites, qum inter
alios vixerim, apud alios me rationē
vitæ reddere. Sed tamē audebo vos
interrogare: Varius Sucronēsait, M.
Æmilius Scaurus mercede corruptū, po-
pulu prodiisse: A. Æmilius Scaurus
huic culpę se affīnē esse negat: vtrī
creditis? Nominato tantum auctore
& reo, populus accusationem repu-
lit. Erasm.li.6.apoph.ex Plin.cap.72.
de viris illustribus.

Cato Uticensis.

In forum veniens cum Thermo, ac
conspicatus Cæstoris templum arma-
tis occupatum, omnēsque fori aditus
à gladiatoriis obsideri, ipsūque
Metellum vñā cum Cæsare: O timi-
dū, inquit, hominem, qui aduersus v-
num tantam armavit multitudinem,
Plutarchus in eius vita.

Augustus.

Augustus indignē ferebat, aliquid
de se componi nisi seriō, & à præstan-
tissimis, admonebātque prætores, ne
paterentur nomen suū cōmissionibus
timorum aut histriōnū obsolefieri:

hac quidē in parte Alexandrū Ma-
gnum referens. Decet enim vbiq[ue]
principis autoritatem sartam teq[ue]
præstare. Eras.l.4.apoph.ex Suet.

Idem.

Quum iuvenes nobiles ac dignitate
claros inter se tumultuantes vellet
compescere, nec auscultarent illi, sed
tumultuari pergerent: Audite, inquit,
iuvenes senē, quē iuuenē senes audie-
runt. Augustus enim adolescens ad
Remp. admotus est, summāque fuit
authoritate: hac sola voce illos coer-
cuit, nec aliud suppliciū ob cōcitatū
tumultum exegit. Plut.Rom.apoph.

Cicer.

Metello obiicienti, plures ipso testi-
moniū contra eos dicente damnatos,
quam defendantē absolutos esse: Quis
verò, inquit, nō hoc dicit, plus in me
fidei esse quam eloquentia? Plutar.

Seuer. imp.

Quum milites Bassianum Seueri si-
lium (qui post Antoninus Caracalla
dius est) Augustū consularissent, eō
quod pater pedibus eger bellū mora-
retur: iussit se deferri ad tribunal, si-
mūlq[ue] adesse omnes tribunos, ceterio-
nes, duces & cohortes, quibus autori-
bus hoc acciderat, sisti deinde & filiū,
qui Augusti nomen non recusarat.
Hic quū in omnes eius facti autores
iussisset animaduerti, excepto filio,
omnesq[ue] ante tribunal prostrati ro-
garent veniam: Seuerus manu caput
contingēs, Tandē (inquit) sentitis ca-
put imperare, nō pedes. Ælian. Spart.



B.

DE BALNEO.

DIogenes.

DGRESSVS aliquando
sordidum balneum, di-
cebat, Qui hic lauant,
vbi lauantur? Significa-
bat, illic homines puros
sordidari, & ibi lotis opus esse alio
balneo;

balneo, quo mundarentur. Laert. lib. 4.

Stratonicus.

Quum videret facillum, malo, sor-
didōque balneovicinum, anathema-
tibus pulchrē exornatum, post aquā
ē balneo exit malē lotus, Non mi-
ror, inquit, multas pendere tabulas.
Quisquis enim hīc lauit, illuc suspen-
dit tabulam, veluti seruatus, indicās,
magnum esse, si quis ē tali balneo e-
xiles in columnis. Athenaeus.

Idem.

Quum in Arcadia malam terram
ac salam aquā balneator exhiberet,
iocatus est se terra marique obside-
ri. Apparet in balneis terræ fuisse v-
sum, qui nunc est fullonibus. Erasm.
lib. 6. apoph.

De barba.

Aristippus

Dionysij quæstor, nomine Simus,
natione Phryx ostēdit Aristippo
suas ædes vndiquaque splendidas, e-
tiam pauimēto pretiosis tessellis cō-
strato. Itaque omnibus circumspetis Aristippus sputum oris reiecit in
barbam Simi, & ob id indignati, hoc
colore se excusauit, quod in tota do-
mo nihil videret ad excipiendum o-
ris recrementum opportunius. In-
nuens in tota domo nihil esse fœ-
dius, aut immundius, barbari facie,
cūm eam hominis partem oportue-
rit esse mundissimam. Quanquam
hoc dictum magis quadrat in Cyni-
cum aliquem, quam in Aristippum,
vtcunque illi ascribatur. Laert. li. 2.
cap. 8.

Theophrastus.

† Solitus erat appellare constri-
nas, conuiuia sicca, & vino carentia,
quod in illis considentes homines vt
in conuiuio loquerentur. Plut. in con-
ui. li. 7.

Anonymus.

Lacon quidam senex interroga-
tus, cur barbam gestaret syluolam

ac promissam: Vt, inquit, intuens ca-
nos pilos, nihil committam illis in-
dignum. Vir bonus vnde cunque ve-
natur stimulos ad virtutem. Plut. in
Lacon.

Lycurgus.

Spartanis studio est alere comam:
& super ea quoque re narrat Lycur-
gum edidisse rationem: Quoniam,
inquit, coma formosis addit decorē,
deformes verò reddit hostibus ter-
ribiliores. Vt enim decet coma spe-
ciosos, ita minus felici specie præ-
ditis horrorem ac ferinum quiddam
conciliat. Capillisium naturalis est
ornatus, minimoque constans, hoc
genus non damnavit Lycurgus: vt
quod nec operosis artibus constaret,
nec pro frugalitate luxum induce-
ret. Adseititum cultum, magnisque
paranda lenocinia, non probauit.
Quo magis detestanda est quorun-
dam præpostera cura, qui corporis
eas partes vellunt raduntque, quibus
natura pilos dedit non tantum ad
decorē aut verecundiam, verum
etiam ad tuendam valetudinem: cō-
tra illuc eliciunt syluam artificio, vbi
natura voluit esse glabriem. Plut.
in Lacon.

Nicander Spartanus.

Percontanti, quare Lacedæmonij
barbā alerent? Quoniā, ait, hic orna-
tus cūm sit homini omniū pulcherri-
mus ac proprius, nullo omnino con-
stat impendio. Plut. in apoph. Lacon.

Demonax.

Cuidam percontanti, quam phi-
losophiæ sectam potissimum ample-
& eretur? Quis, inquit, tibi indicauit
me esse philosophum? Moxque ve-
hementer secum ridens, abiit. Interro-
gatus quid rideret? An non magnopere
ridiculum, inquit: si tu me ex
barba iudicas philosophum, ipse
barbam non habens? Erasm. libr. 8.
apoph.

Dionysius.

Epidauri, Aesculapio auream de-
traxit barbam: quod negaret deco-

rum, patrem Apollinem imberbem, ipsum verò tam horrida barba vestitum conspici. Aesculapius fngitur Apollinis filius: Apollinem autem semper imberbem fixit Theologia poëtica, per Aesculapium barbatum, significans, multarum rerum vsuma & experienciā in medico considerari. Meminit Valer. Maxim. l. i. cap. i.

Philippus.

† Iudicis officium rogante Antipatro euidam dederat, sed cum dein de audisset illum capillos & barbam pingere, amouendum iussit, dicens, vix fieri posse, ut qui falsos fucatos que capillos haberet, se fidelem & sincerum in re graui præstaret. Plut. in Reg. apoph.

Alexander.

Quodam tempore cum omnibus ad prælium paratis interrogatur, Nunquid aliud præter hæc fieri vellet? Nihil, inquit, nisi ut Macedonum barba radantur. Hoc dixū quid sibi vellet, admirante Parmenone: An nescis, inquit, in prælio nullā ensam meliorem esse, quam barba? significabat, minus esse pugnandum: in quo genere certaminis barba officiunt: quod his milites facillimè possunt apprehendi: Plut.

Archelaus.

† Cum eius tonsor admodum loquax quereret, quomodo vellet barbam tondere, tacendo respondit. Plut. in reg. apoph

Hieronymus Rhetus.

Is, Gymnasij Basiliensis ante paucos annos professor, interrogatus cur tam promissam aleret barbam? respondit, ut intuens hos capillos me non mulierem, sed virum esse intelligam Barba enim ornat virum & admonet, ut virilia quoque facinora fortius aggrediamur. Lycosth.

De Barbarie.

Anacharsis.

C Vidam obiicienti, quod esset barbarus: Certe, inquit, apud A-

thenienses, sed vicissim Athenienses barbari sūt apud Scythas. Græci, sed imprimis Attici (quoniā apud ipsos florebant disciplinæ liberales, ac leges politicae) reliquas nationes contumeliae causa nominabāt barbaras: cùm barbarum dicatur, quicquid est peregrinum, atque inusitatum, Laer. lib. i. cap. 9.

Demetrius Poliorcetes.

† Debellantem Atheniensium urbē cùm cepisset, quæ iam fame premebatur, pro concione largitus est frumentum. De quo cùm verba faciet essetque locutus barbare, quidam succiamauit, quomodo esset pronuntiandum. Tum ille ergo huius quoque emēdatione gratia altera nobis quina millia medimnum dono. Plut. in apoph. Suidas verò in voce θερίσιος habet. Cùm sub Alexandri successoribus Athenientes egerent pecunia, & quidam peregrinus se mutuam illis daturum dixerat barbaræ promisisset, tumultuati benignitatē eius repudiaron. Sed cùm errore correcto dixerat, tum demū eius usi liberalitate hominem laudarunt. Tanti apud illos erat studium elegantiæ, tam odiosa barbarities.

Stratonicus.

Interrogatus, viri essent barbariores, Bæoti, an Thessali? nominauit Eleos, significans, hos utrisque barbariores, cùm illi haberentur barbarissimi. Hoc erat lepidius, si ab Eleo fuisset propositū, ut fortè fuit. Eras. 6. apoph.

Seneca.

* Cùm barbarorum animos species iniuriæ perculit, aguntur statim: & qua dolor traxit, ruinæ modo, regionibus incident incompositi, interriti, incauti, pericula appetentes sua: gaudent feriri, & instare ferro, & rela corpore utgere, & per suum vulnus exire. Libr. 3. de ira, cap. 3.

De

apoph. ex Laërt. lib. 6. cap. 1.

Piatro.

De Beatitudine.

Chilon.

Interrogatus, qua re docti præcelerent indocto? Bona, inquit, spe. Doctos autem appellabat, honestis legibus ac moribus institutos, & iuxta rectam institutionem vitam agentes. Hic enim rebus pares, hoc uno superant improbos, quod post hanc vitam sperant recte factorum præmia. Nam Lacones existimabant egregios viros, post obitum in beatam vitam translatos, fieri diuos. Diogenes Laertius.

Socrates.

Interrogatus de Archelao Perdicæ filio, qui tum fortissimus habebatur, num eum beatum iudicaret? Nescio, inquit: nunquam enim cum eo colloquutus sum. Subiicienti, Eadem opera de rege Persarum dubitare potes an sit beatus? Quidni, inquit, cum nesciam quam sit doctus, aut quam vir bonus? Socrates hominis beatitudinem veris animi bonis metiebatur. Cicer. lib. Tuscul. quæst. 5. ex Gorgia Platonis.

Diogenes.

Athenienses hortabantur Diogenem, ut mysteriis initiaretur: addentes, quod initiati apud inferos principatum tenerent. Ad quæ Diogenes: Perquam ridiculum est, inquit, si Agesilaus & Epaminondas in cœno degunt: & Patetion fur ac vilissimi quique homines, quod initiati sunt, in Beatorum insulis erunt. Grauiter taxavit sacrificiorum errores, qui quæstus gratia blandiebantur hominum imperitorum superstitioni, persuadentes, initiationem conferre felicitatem post hanc vitam. Erasm. lib. 3. apoph. ex Diogenis Laërtij lib. 6.

Antisthenes.

Quum Orphieis mysteriis initiaretur, ac sacerdos diceret, illū bonis plurimis fruatur apud inferos, post hanc vitam. Cur, inquit, ergo tu non abrumpis vitam? Erasm. Roter. lib. 7.

Eum demum beatum in vita pronunciari dicit, cui in senectute contigit, ut sapientiam verasque opiniones ait, qui possit. Cicer. lib. de Finibus.

Aristoteles.

* Existimandum est, inquit, beatitudinem nostram in diuinarum possessione esse sitam, sed in bono statu animæ. Etenim neque corpus ornatum veste splendida beatum aliquid dixerit, sed quod sanitatem fruatur, & bene se habet, licet nihil ex predictis ei adsit. Eodem modo si anima sit benè instituta, ipsam & hominem huiusmodi felicem appellare conueniet: nō illum verò, cui ornatus foris magnificus nitet, cum ipse nullus sit pretij. Quoniam ne equum quidem, licet phaleris aureis, & reliquo apparatu precioso ornatur, magnificimus, si natura malus sit. At illum qui natura sit generosus, impensis laudamus. Quemadmodum enim ille ridiculus fuerit qui seruis suis deterior est: ita nō minus habendi sunt miseri, quorum divitiae maioris sunt pretij, quam ingenium proprium. Stob. serm. 3.

Alphonse.

+ Cum ei à quodam allata essent aureorum decem millia, dixissetque; unus ex iis qui aderat, ea dunataxat summa se diuitiæ ac beatum fore: Accipe, inquit Rex, quæticumque; ea est, & beatus es. Panor. l. 4. de gest. Alphon.

Maximus.

+ Cui ascensus in cœlum patet, quavis maxima, tamē debito minora sunt, quæ in terris tribuuntur, lib. 8.

Epicurus.

+ Cui pauca nō sufficiunt, aiebat, nihil ei sat is est. Idem dicebat se cum Ioue etiā paratū esse de felicitate certare, si aqua haberet & offa. Aelian. l. 4.

Anaxagoras.

* Interrogati cuidam, quisnam esset beatus? Nemo, inquit, ex iis quos tu fœlices existimas: sed eū in eo nume-

ro reperies, qui à te ex miseriis constare creditur. Nō erit ille diuitiis & honoribus abundans, sed aut exiguis, aut non ambitiosæ doctrinæ fidelis ac pertinax cultor, in secessu quām fronte beatior. Val. Max. lib. 2. c. 2. Bruson. lib. 2. cap. 36.

Seneca.

* Beata vita causa & firmamentū est, sibi fidere. Hoc autem contingere non potest, nisi cōtemptus est labor & in corpore numero habitus, quæ neque bona sunt, neque mala. Epist. 31. ad Lucill.

Idem.

* Bearus is non est, quem vulgus appellat, ad quē pecunia magna cōfluxit, sed ille, cui bonum omne in animo est, erexitus, excelsus, & mirabilia calcas: qui neminem videt cum quo se commutatum velit: qui hominem ea sola parte estimat, qua homo est: qui natura magistra vtitur, ad illius leges componitur, sic vivit ut illa præscripsit: cui bona sua nulla vis excutit: qui mala in bonum vertit, certus iudicij, inconcussum, intrepidus: quem aliqua vis mouet, nulla perturbat; quem fortuna, cùm in eum quod habuit telum nocentissimum, vi maxima intorsit, pungit, nō vulnerat, & hoc raro. Epistol. 45. ad Lucil.

Idem.

* Quid est beata vita? Securitas & perpetua tranquillitas: hanc dabit animi magnitudo, dabit constantia bene iudicati tenax. Ad hoc quomodo peruenitur? Si veritas tota perspecta est, si seruatus est in rebus agendis ordo, modus, decor, & innovia voluntas, aut benigna intenta rationi, nec unquam ab illa recedens, amabilis simul mirabilisque. Epist. 92. ad Lucil.

Idem.

* Tunc beatum esse te iudica, cùm tibi ex te gaudium omne nasceretur. Quum in his quæ homines eripiunt, custodiunt, nihil inuenieris, non dico

quod malis, sed quòd velis: brevē tibi formulam dabo qua te metiaris, qua perfectum esse iam sentias. Bonum tunc habebis tuum, cùm intelleges infelicissimos esse felices. Epist. 124. ad eundem.

Idem.

* Beata est vita, quæ conuenit naturæ suæ, hæc non aliter contingere potest, quām si primū fana mens est, & in perpetua possessione sanitatis suæ. Deinde si fortis ac vehemens, tum pulcherrima & patiens, apta temporibus, corporis sui pertinentiūmque ad id, nō anxiè tamen rerum quæ vitam instruunt curiosa: diligens sine admiratione cuiusquam: vsura fortunæ muneribus, non seruitura. Lib. de vita beata, cap. 3.

Vide apoph. de Felicitate, & Prosperritate.

Ante mortem nemo beatus iudicandus.

Solon.

Solon à Crœso interrogatus, an quem vidisset ipso beatorem? Talem nominauit Athenensem, priuatum hominem: sed qui relictis liberis ac nepotibus, bene institutis, feliciter obiisset diem. Interrogatus dein, cui post illum tribueret felicitatis elogium. Cleobipi & Bitum Argiuos fratres nominauit, qui cum summa pietatis laude defuncti fuerant. Indignatus rex, Nullo igitur loco me ponis? Ego, inquit Solon, facile cōfiteor te regem opibus & imperio florentem beatum non appellatum, priusquam feliciter hanc vitam absolveris. Herodo. in 1. & Laërt. lib. 1. capite 1. & Erasm. lib. 7. apoph. Valer. 7. cap. 2.

Agesilaus.

Cum quidam apud Agesilaū admiraretur regis Persarum felicitatem, quòd admodum iuvenis esset:

No

Ne Priamus quidem, inquit, cùm huius esset ætatis erat infelix, indicans, neminem appellandum beatum, nisi ad supremum viræ diem peruenisset, quod nec Priamo, nec Cræso cœgit. Plut.

Epaminondas.

Percontatus, quisnam inter omnes duces omnium esset fortissimus: ipsé an Chabrias, an Iphicrates? Respondit, hoc iudicare satis arduum est, dum viuimus. Indicare autem voluit, Solonis sententiam esse verissimam, qui neminem ante morte beatum iudicabat. Quandiu enim viuit homo, variis fortunæ casibus ita involuitur, ut nunc eleuetur, nunc deprimatur. Sola igitur mors ostendet, qualis fuerit unusquisque dum vixerit. Plut. in Græc. apoph.

Dionysius tyrannus.

* Nullus unquam iudicet hominem mortalem esse beatum, antequam piè defunctum viderit. Mortuum laudare tutum est. Stobæus sermon. 94.

Sophocles.

Nunquam oportet felicem existimare sortem fortunati viri, priusquam ei vita omnino transacta & finita fuerit. Etenim exiguo tempore, ubi se fortuna mutat, & diis ita videtur, diuinitæ omnes euanescunt. Stob. ibid.

*De belli studio.**Themistocles.*

IN Eretriaenses ita cauillari solebat, ut diceret eos similes piscium, qui gladioli vocantur: quippe qui gladiū quidem haberent, cor autem non haberent. Notans illorum ignauiam, quod armatis non esset animus. Plutarchus.

Idem.

* Educebat Atheniensium exercitum in hostes, vidit gallos gallinaceos acriter pugnantes: At hi, inquit,

neque pro patria, neque pro aris & focis, neq; pro monumentis auorum, neq; pro gloria, neq; pro liberis, neq; pro libertate periculum subeunt, sed tantum, ne alter ab altero supereretur, eique cedere cogatur. Quibus verbis ciuium animos egregie confirmavit. Elian. 1.2. c. 28.

Epaminondas.

Quum ei quidam dixisset, Athenienses habere nouum instructum exercitum: Quid, inquit? num igitur genit Antigenidas. si Tellia nouas habet tibias? Tellia autem erat tibiæ cen pessimus, Antigenidas autem optimus. Significabat, Athenienses frustra esse nouis armis instructos, quum his nescirent vti. Plutarch. in apoph.

Idem.

* Magno & instructo exercitu conspicet, sed sine duce: Quanta bellua! dixit, sed absque capite. Stob.

Xenophon.

* Victoria in bello nec multitudo, neq; fortitudine paratur: sed qm̄ divino auxilio freti fortioribus animis hostes inuaserint, ut plurimum ab aduersariis non sustinentur. Stob. ser. 49.

Brasidas.

* Existimat tria esse bellum recte gerendi capita, velle, dedecus timerre, ac obedire ducibus. Thucyd. lib. 5. Stob. ser. 52.

Antigonus.

* Olim hostibus ingruentibus cedens, dixit se non fugere, sed utilitatem retro sitam persequi. Stobæus ser. 52.

Lamachus.

* Præfectum quandam manipuli peccantem reprehendebat: & cum ille diceret, posthac se nunquam similiter peccaturum, Non licet, inquit, in bello bis delinquere. Plut. & Stob.

Antigonus.

* Interrogatus, quomodo hostes aggrediendi essent, respondit, aut do-

Io, aut vi, ut aperte aut per insidias.
Stob.

Ephori.

Quum Lacedæmoniorum rex polliceretur se funditus euersurū quādam ciuitatem, quæ sè penumero Lacedæmoniis exhibuerat negotium: non permisérunt Ephori, dicentes, Nequaquam abolebis, neque subuerteres iuuenum cōtem. Vrbem infestam appellabant cōtem iuuentutis, quod per eam iuuentus acueretur ad bellandi peritiam Plut. in Lacon. Bruso. lib.3 c.15.

Eudamidas.

Cūm quidam commemorando laudem ac trophæa quæ Lacedæmonij ex rebus cum Persis præclarè gestis retulisset, hortatur ad bellum cum Macedonibus suscipiendum: Ignorare mihi videris, inquit Eudamidas, istuc idem esse ac si quis deuictis mille oīibus, pugnaret cum quinquaginta lupis: significans Persas, ut deliciis estrematos, & ob id imbellis, non fuisse difficile vincere: sed aliud esse cum Macedonibus, bellacissima gentē, rem habere. Prinde qui ob viatorias à Persis reportatas censeret cum Macedonibus bellum item suscipiendum, nihil probabilius diceret, quā si quis ei qui viciisset milles ouēs, diceret, Aude cum quinquaginta lupis congregari, qui tot oues deuiceris, Plut. in Lacon. apoph.

Idem.

Cuidam percontanti, cur ciuibus bellum aduersus Maccdones suscipere volentibus, ipse autor esset qui descendit? Quoniam, inquit, nolo illos mendacii arguere. Tecte significans, Spartanos gloriösè magis quā serio bellum poscerø. Eos prodidisset Eudamidas, si ipse quoque bellum approbasset. Tum enim fore putabat, ut ciues bellum detrectarent. Nunc effecit, ut per ipsum stetisse videtur, quo minus bellum susceptum esset, ac ciuibus fortitudinis gloriam re liquit integrum, quasi promptos

haberent ad bellandum animos, Plut. in Lacon.

Idem.

Percontanti cuidam, quamobrem omnium deorum statua apud Lacedæmonios ponerentur armatae? Ne, inquit, probra quæ ob ignauiam iacentur in homines, ad deos referamus, néve iluenes, nisi armati, deos comprecentur. Eo commento ciuiū animis hanc opinionem infigere studebat, diis gratam esse fortitudinem, iniuisam ignauiam: tamqne iuuentutem armis ferendis debere assuescere, quo simul & minus indulgerent delitiis, & utiliores bello euaderent, si ne religionis quidem causa fas esset arma ponere, cuius obtentu ferè solet otium & luxus in ciuitates irrepercere. Plut. in Lacon.

Archidamus Zeuxidami F.

Cūm in bello vidisset iaculum, caputla mittendum eo tempore primum ex Sicilia aduenit, exclamasse dicitur, Hercules, periit viri virtus. Quo dicto innuere voluit, fortem virum vix ab ignauo in strage posse dignosci, si tormentis bellicis non manu res geritur. Plut. in Lacon. apoph. Stob. ser. 49.

Lacones.

Venerem quam vocant μορφα, armata colunt. quin omnes etiam deos deasque hac figura fingunt ut lanceas teneant. hac imagine significantes, omnes esse bellica virtute præditos. Quoniam nihil ducebant turpius ignavia, nihil bellica virtute pulchrius: tali specie proponebant deos svos, quales ut piebant esse ciues. At cæterorum Græcorum theologia faciebat deos otiosos & quietos, eosque fingebant gestu recumbentium. Porro quum archetypus omnis honesti petendus sit à numine, periculosum est Reipubl. tales facere deos, quales si quis imitetur, inutilis aut perniciosus sit Reipubl. futurus. Plot. in Lacon.

Darius.

* Ferro bella geruntur, non auro :
viris, non urbium rectis: omnia se-
quuntur armatos. Q. Curt. l. 5.

Teres.

Teres Sitalci pater dieere consue-
uit: Quoties esset in otio, nec militia
exerceretur, se nihil meliorem esse
equisonibus. Plut. in apoph.

Demosthenes.

* Bellum honestum turpi pace præ-
ferendum est. Stob. ser. 49.

Thucydides.

* Quām temerarij & repentina sunt
belli casus, priusquam ingredi amini
considerate. Solet enim eius mora
diuturnior in diuersam plerunque
fortunam abire. lib. 1. histor. & Stob.
serm. 49.

Plutarchus.

† Bellorum omnium ac seditionū
fons & origo est corpus & eius cupi-
ditates: quibus ut satis possit fieri,
quaruntur quo iure, quāque iniuria
commoda. In Consol. ad Apollon.

Idem.

† Nullum omnino bellum, cuius
vitium aliquod non sit causa. Huius
quidem voluntas, illius avaritia, al-
terius ambitionis & dominandi libido.
De repugn. Stoic.

T. Livius.

† Bellum est iustum, quod neces-
sarium est: & arma sunt pia, quibus
nulla nisi maximis relinquitur spes.
Decad. 1. l. 9.

Augustus.

† Non est bellum suscipiendum
nisi cām maius emolumentum spei,
quām damni metus ostenditur. Suet.
Tranquill.

Antonius à Prato Cancel.

† Francisco I. Gallis imperante
expgnatum Mediolanum, multis
funditus euentum suadentibus,
Minimè verò recte illud, inquit: quin
potius ut vitiosi humorēs ē corpore
pharmaco pelluntur, ita bello Me-
diolanensi Gallia ab improborū fæ-

ce purgabitur. Egid. Cerrozet de di-
bis & fabis memorab.

Idem.

* Bellum minimè certum aut præ-
scriptum al quid habet: sed ipsum
per se multa machinatur pro re na-
ta, qui id leniter & facile fert tutior
est, iracundus autem nihil minus
peccat. Ibid.

Iul. Cæsar.

* Expectare dum hostium copiæ
augentur, summa dementia est. Com-
ment. lib. 4.

Idem.

* Errant qui in bello omnes secun-
dos rerum euentus expectant. Com-
ment. lib. 7.

Alphonsus rex.

Aliquot ei ciuitates quum ab Eu-
genio pontifice oblatæ essent dono,
eo quod Picenum armis suis sedi
Romanæ recuperatum esset, Alphon-
sus cum has repudiasset, respondit,
se nequaquam quæstus aut prædæ,
sed ecclesiæ gratia hanc expeditionē
suscepisse. Innuit autem, non aliam
ob causam quām pro aris & fociis,
hoc est, pro salute patriæ & religio-
ne conseruanda, bellandum esse. Pa-
norm. l. 3 de rebus gestis Alphonsi.

Vide Apoph. de Militia.

De belli pernicie.

Antisthenes.

Q Vum quidam dixisset, paupe-
res interire in bello; Imò plu-
res tum fiunt, respondit. Stobæus
serm. 48.

Diogenes.

Philippo cum Græcis pugnaturo,
Diogenes in eius castra peruenit: per-
ductus igitur ad Philippum, ac ro-
gatus num speculator esset? Stultiq[ue],
inquit Diogenes, vanitatisque tuæ
sum verus speculator, qui cogente
nullo, de vita & de regno velut ad
casum aleæ periclitaturus venis. V.

tinam hodie audirent Diogenem ita loquentem, terrarum principes: qui s̄ p̄ numero nulla vrgente necessitate propriis stimulati affectibus, bella cruentissima & plusquam civilia suscipiunt, in magnam suorum perniciem. Bruson. libro tertio, cap. 15.

Sandanis Lydus.

† Crœso in Capadoces expeditiō nem paranti: Bellum, inquit, Rex iis inferre vis, quibus nihil sit quod eripias, si viceris: sin victus fueris, animaduerte quot bona amissurus es. Vbi regionis nostræ sua uitatem degustauerint, circumstinent nos, nec inde abigi poterunt. Herod. l. 1.

Stilpon.

† Demetrius capra & vastata eius vrbe Megara, ex eo quæsiuit, num quidpiam rerum tuarum amisisset? respondit, nihil omnino, nec enim potest bello virtutem deprædari. Plut. de educ. puer.

Plato.

† Cūm oriuntur bella, & publicè & priuatim magnæ vrbem calamitates inuadunt. l. 2. de Leg.

Antigonus.

Sophistæ cuidam librum de iustitia conscriptum porridenti: Despis, inquit, qui cūm me videas alienas vrbes armis vexantem, tamen apud me de iustitia disseris. Sensit, eos qui distinctionis ampliandæ, gloriæve causa bellum inferunt alienis ciuitatibus, non posse tueri iustitiae leges. Eras. l. 4. apoph. ex Plut.

C. Marius.

Mille Camerinos qui se in bello aduersus Cimbros, strenuos viros præstisissent, honore Romanis æquauit, idque præter omne ius. Ad eos verò qui factum hoc reprehendebat, respondit, se ob armorum strepitum, legum vocem non potuisse exaudire. Nihil aliud nimirum innuit, quam leges semper silere inter arma. Plut. in Rom. apoph.

C. Cesar.

Metello obſistenti, ne pecunias ab ærario tolleret, ac leges id fieri vetates proferent: Non idem, inquit, armorum & legum tempus est. Quod si hæc pati non potes, nunc quidem hinc abscede: ao posteaquam peractis fœderibus arma deposuerimus, tunc si videbitur, & plebis patrōnum age. Plutarchus in Rom. apoph. thegm.

Plutarchus.

† Bellum torrentis instar, omnia sternit & vastat, scientiam tamen nequit eripere De educ. puer.

Seneca.

† Bellorum ciuilium insania omne sanctum & sacrum profanari dicebat. l. 1. de Benef. c. 10.

Marcianus Imp.

† Dicere solebat Imperatori arma non esse capienda, dum pacem habere liceret. Zonaras tom. 3. Ann.

C. Tacitus.

* Vbi bellum ingruit innocentes & noxi iuxta cadunt. l. 1. hist.

S. Augustinus.

* Quid culpatur in bello? An quia moriuntur quandoque morituri, vt dominantur in pace victuri? hoc reprehendis. Sed timidorum est, non religiosorum. Nocendi cupiditas, vlciscendi crudelitas, impacatus, atq; implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, &c. hæc sunt quæ in bellis iure culpantur. Aduers. Manichæos.

Idem.

* Militare non est delictum, sed propter prædam militare peccatum est: nec Rempublicam administrare criminosum est, sed ideò agere rempublicam vt diuitias augeas, videtur esse damnable. Propterea enī quādam prouidentia militantibus sunt stipendia cōstituta, ne dum sumptus quæritur, prædo grassetur. De verbis Dom. tract. 19.

Vide apoph. de Militia.

De

De bellicis sumptibus.

Archidamus.

Nbello Peloponnesiaco sociis ro-
gantibus, quanta pecunia futura es-
set satis: ac postulantibus, vt tribu-
torum certum modum præscriberet:
Bellum, inquit, non quærit definita:
significans, eos qui bellum suscep-
runt, oportere per omnia servire bel-
li necessitatibus, quarum nullus est
certus modus, quod variæ sint bello-
rum præter expectationem occasio-
nes, Plutarch. in apoph.

Pausanias.

Post victoriam à Medis apud Pla-
teas reportatam, præcepit suis vt appo-
nerent cœnam Persicam, quam si
bi barbari prius apparauerant. Ea cū
esset opipara ac sumptuosa: Lurco,
inquit, eras ò Persa, qui quum tantas
haberes delicias, ad nostram vene-
ris mazam. id erat panis genus con-
temptum ac vulgare. Admonuit,
stultissimum esse locupletes pugnare
cum his, quibus non multum est
quod eripiatur. Etenim si feliciter ca-
dat Martis alea, exile lucrum est: sin
fecus, ingens est damnum. Erasm. I.4.
apoph.

Q. Flaminius.

In Philopœmenem Achæorū ducē
qui multos haberet equites & pedi-
tes armatos, sed pecuniarū indignus,
Q. Flaminius ita ludebat: Philopœ-
men, inquiens, manus habet & cruta,
ventrem non habet. Ac tali qui-
dem specie corporis erat Philopœ-
men. Quintius autem, equites ac pe-
dites armatos, manus & cruta ducis
appellabat: sed quoniam non habe-
bat quo aleret militem, negabat il-
lum habere ventrem. Plutarchus in
Rom. apoph.

Anonymus.

† Cūm Baiazethes I I. Turcarum
Imp. longa oratione milites suos con-
tra Tamberlanem Tartarum cohors

tatus esset, vt donatiuum militibus,
licet intercedentibus Bassis, dare
noller: Vnus èducibus: Deaurandi
sunt tibi, inquit, non orandi milites,
Imperator. Sed vt appareat, pecunia
tua Tamberlanis effigie insignita
est. Ominosum certè dictum fuisse
exitus comprobauit. Viuus enim ia-
potestatem Tamberlanis cum exercitu,
& thesauris venit Baiazethes. Chal-
cond. I.3.

De beneficentia.

Chilon.

Dicere solebat: Dati beneficij de-
cereobliuisci, accepti autem me
minisse. Quo vituperavit eorum ho-
minum insaniam, qui beneficia in a-
amicos collata non solùm exprobrant
priuatim, sed publicè etiam coram o-
mnibus. Laërt. I.1.c.5.

Democritus.

Homo (inquietabat) ad largiendu-
quam promittendum promptior es-
se debet. Donum enim, licet exiguum,
prodest egenti, verba autem, ac ma-
gnifica promissa, nulli sunt utilia.
Stob.

Idem.

Si benè, inquit, mereri de aliquo
voles, citissimè aliquid in illum be-
neficij conferas. Mora enim ingrata
redditur, & parum amabile, quic-
quid dederis. Stob.

Pythagoras.

Interrogatus, qua ratione homi-
nes Diis similes haberi possent? Re-
spondit, Si veritatem amplecten-
tur, & cunctis benefacerent. Älius I.
12. de Varia hist.

Alexander.

*Vrbem dono dedit cuidam, qui se
ipsum mensus, tanti muneris inuidiæ
refugiens, dicebat illud non conuenire
fortunæ suæ. Non quæro, inquit,
quid te accipere deceat, sed quid me
dare. Seneca, libro secundo de benef.
cap.16.

Socrates.

* Archelao regi roganti ut ad se veniret, respondit. Nolle se ad eum venire, à quo acciperet beneficia, cum reddere illi paria non posset. Timuit fortasse ne cogeretur accipere quæ nollet. Negotium enim illi erat cum rege omnia sua magno estimari volente. Sen. l.5 de benef. c.6.

Aristoteles Cyreneus.

Dicebat, non oportere beneficium oblatum à quoquam recipere. Aut enim ut rependere possit, molestias habitu omnia: aut si non referat, ingratitudinis reprehensionem incurritur. Ælianu libro decimo de Varia histor.

Theophrastus.

Interrogatus, quidnam vitam conservaret humanam? respondit, Beneficentia. .tob. ser. 41.

Heraclitus Physicus.

* Opportuna beneficentia, inquit, quasi cibus fami conueniens, animi indigentiam sanat. Ant. & Max. ser. de benef.

Anacreon.

* Quum auri talentum à Polycrate tyranno accepisset, aliis id distribuit, inquiens, Odi munus quod vigilare cogit. Ibid.

Lacedæmonij.

Quum Smyrnæis egentibus commeatum misissent, atque illi beneficium verbis attollerent: Lacedæmonij sermonem interrumpentes, Nil magni est, inquiunt. Hæc enim collegimus, vnius diei prandio nobis & iumentis detracto. Gratius est beneficium, quod extenuatur ab eo qui confert. Nam qui quod largiuntur exaggerant (qui plerisque mos est) bonam gratiæ partem amittunt. Plu. in Lacon.

Epaminondas.

Cuidam egeno mandavit, ut à quodam ex amicis ipsius talentum petret, petuit, & accepit. Amico percontantur id iussisset? Quoniam, in-

quit, ille cum vir sit probus, inopia premitur: tu vero diues es, multa de publico depeculatus. Epaminondas ipse pauper, hac ratione subuenit egenti. Bonorum enim probrum est, virum probum egere necessariis. Erat. l.5 apoph. 1.

Agæsilaus.

Iis qui clanculum aduersarentur, palam quidem non exhibebat negotium, sed efficiebat ut ipsum in militiam sequerentur, atque ex his nonnullos duces exercitus ac magistratus factos euebat: qui cum se in magistratu improbe & auare gesissent, eoque in ius vocati periclitarentur: rursus Agæsilaus illis patrocinabatur, & ab ipsis stabat, atq; hac arte reddebat eos ex clanculariis hostibus amicos, & ad se reuocabat. Quibus rebus factum est, ut tandem neminem haberet aduersariū. Quid hac prudentia ciuilius, qua mederi malevolis maluit, quam vlcisci? Plu. in Lacon.

Fabius Verrucosus.

† Beneficium ab homine duro asperè datum, panem lapidosum vocabat, quem esuriensi accipere necessarium sit esse acerbum. Senec. l.2. de Benef. c.7.

Anaxilau.

Interrogatus, quid esset in regno beatissimum? respondit, nunquam vinci beneficis. Phauorinus.

Ariæxerxes.

Quum sibi malum punicum insignis magnitudinis à paupere datum esset: Per soleim, inquit, ciuitatem ex parua magnam quam celerrimè facere posse, si eius fidei credatur. Laudauit autem hominis beneficium, qui pro fortunæ conditione obtulit regi quod habebat, & gratum putabat. Bruson. libro tertio, capite decimotertio.

Philippus.

Quum Thebis obses esset, Philonis Thebani hospitio vsus est, multisque insuper ab eo beneficiis affectus,

fectus. Is quum viciissim à Philippo nihil muneris velle: accipere, Ne me, inquit Philippus, beneficentia superatum hac laude spolies, quod hactenus à nemine beneficiis vietus fuerim. Oanimum imperio dignum. Pulchrius existimauit, benefacendo, quam potentia vincere. Plutarchus in apoph.

Alexander.

Taxiles, unus è numero regum Indiæ, occurrens Alexandro, sic illum affatus est, Prouoco te, inquit, non ad pugnam, neque ad bellum, sed ad aliud certaminis genus. Si inferior es, à nobis accipe beneficium: si superior, nobis benefacito. Cui Alexander: Atqui, inquit, ob hoc ipsum inter nos certandum est, uter bene faciendo superet alterum. Et humannissime complexus illum, non solum non spoliauit ditione, sed auxit etiam. Plut. in apoph.

Idem.

† Gloriari solebat à nullo se beneficiis vietū. Seneca lib. 5. de Benef. c. 6.

Diogenes.

* A quodam rogatus, quam ob causam homines mendicis darent, philosophis verò nihil largirentur: Quia, inquit, se cludos & cæcos fore sperare possunt, philosophos autem minimè. Anton. & Max. serm. de beneficentia.

Idem.

* Quum discum ossibus refertum Alexander ei dono misisset, Est quidem, inquit, cibus cynicus, sed donū minimè regium. Ibidem.

Idem.

* Dicebat in eodem ponendum vi-
tio dare indignis, & dignis non dare.
Eodem serm.

Seneca.

† Qui dat beneficia Deos imita-
tur: qui repetit, fœnatores. lib. 3. de
benef. cap. 15.

Idem.

† Non est beneficium, nisi quod à
bona voluntate proficiat. libro

6. de benef. cap. 9.

Idem.

† Qui grata beneficium accepit,
primam eius pensionem soluit. lib. 6.
de benef. cap. 22.

Fabricius.

Quū bellaret contra Pyrrhum re-
gem, medicus Pyrrhi scripsit ad Fa-
bricum, se regem veneno necaturū,
id autem ne fieret, admonuit Pyrrhū
ut sibi caueret. Pyrrhus, ne frustra
hoc beneficium accepisse videretur,
Fabricij captiuos gratis remisit, Fa-
bricus gratis recipere noluit, sed
parem captiuorū numerū etiā dedit,
ne mercedem proditi veneni accipe-
re diceretur. Plut. in Rom. apoph.

Chrysippus Pasienus.

Dicere solebat, se quorundam ho-
minum iudicium malle quam benefi-
ciū: quorundam libentius admit-
tere beneficium quam iudicium: quo
dicto Seneca asseruit, nihil se subtilius
atque insignius, in distiguendis
maxime & curandis vitiis cognouisse.
Quis enim bonorum virorum iudicio
& consilio stare malit, quam
malorum cadere beneficiis? E regione
quis malorum hominum bono iu-
dicio fidere malit, quam bonorum
beneficiis, ex quibus periculum tibi
imminere possit? Seneca, de benefi-
ciis, lib. 1. cap. 15.

F. Vespasianus.

Admonitus ab amicis, ut caueret
à Metio Pomposiano, quod de hoc
rumor increbruerat, fore ut aliquā-
do regnaret: non solum sibi non
metuit ab illo, sed & consulem fecit.
Id admirantibus amicis: Erat, inquit,
olim memor tanti beneficij. Erasm;
lib. 8. apoph.

T. Vespasianus.

Dicebat, non licere quenquam à
vultu imperatoris tristem discedere.
Brus. lib. 3. cap. 13.

Idem.

Inter cœnandum aliquo die recor-
datus, quod quicquam præstitisset:
memorandam illam vocem edidit,

Amici, diem perdidisti. Laudanda sanè principis beneficentia tam peculia-
ris, qui omne tempus se perdidisse
putabat, quo amici benemeritis suū
non præstisset officium. Suet.

Causa Præf.

† Probus Imp. Romanus in volunta-
ptates vīnum dedit, quod Aurelia-
nus ante facere constituerat, sed à
Caro p̄fecto p̄latorio suo prohibi-
tus, qui dixisse fertur: Si vīnum po-
pulo Rom. damus, superest vt & pul-
los, & anseres, demus. Cuspin.

Alexander Seuerus.

Descriptum habebat quid cui præ-
stisset quin nihil aut minimū petiſſ-
sent, eos appellabat, dicens: Quid est
cur nihil petis? an me tibi vis fieri
debitorem? pete, ne priuatus de me
queraris. Agnoscebat, principem de-
bere rectè suo fungentibus officio:
nec equum iudicabat, vt probè s̄no
defunctus officio, priuatus egeret:
Ælius Lampridius.

Idem.

Rogatus quis esset rex optimus?
Qui, inquit, amicos, munieribus reti-
net, & inimicos beneficiis ambit &
sibi conciliat. Max. serm. 9. de Magi-
stratu.

Alphonsus rex.

Audiens ab amicis, frustra in Alua-
rum, hominem parum gratum, tam
infinita beneficia collata esse, dixisse
fertur, Ingenti beneficio non nisi inge-
nti ingratitudine satisfieri, & pro-
pterea plures quidem esse qui darēt:
sed qui dare scirent, esse perpaucos.
At non ob id pigrius dandum aut
bene faciendum esse. Panor. lib. 2. de
rebus gestis Alphonsi.

Idem.

Quum intellexisset quosdam esse
qui acceptis beneficiis planè ingrati
essent, inquit: ingratos nequaquam
esse &uros, quo minus ipse & huma-
nus & beneficus perstaret. Innuit au-
tem, nequaquam prudentis esse, ita
moueri malorum ingratitudine, vt
in bonos nil beneficiorum porro

conferat. Panorm. lib. 1. de Alphon-
s. rebus gestis.

Idem.

Suppliciter à Ioannæ Neapolita-
norum regi &, omni ope destitu-
tae, oratoribus, vt contra Martinum
V. pontificem (qui eam indignam,
quæ regnum ecclesiæ Romanæ feu-
darium teneret, iudicarat & Lu-
douicum Andegavensem &c il & re-
gem declarauerat) auxilium ferret,
rogatus, dissidentibus consiliariis,
vt qui durum & perquām anceps fo-
re bellum dic̄tarent: respondit, Hec-
culem ei iam non rogatum laborati-
bus subuenire consueisse dignū igi-
tur esse, vt ipse quoq. fœminæ affli-
& & tantopere roganti, opē ferret,
Panor. lib. 1. de rebus gestis Alphonsi.

*Vide apophr. de Liberalitate &
Magnificencia.*

De beneficio dignis col-
lato, & à dignis acci-
piendo.

Socrates.

Q Vodam tempore fōrō reuersus
inter amicos dixit: Emissum
pallium, si nummos habuistem. Ni-
hil postulauit, tātum verecundè ad-
monuit egestatis. Mox inter amicos
ambitus erat, à quo Socrates accipe-
ret. Et tamen post eam vocem quis-
quis properauit, vt ait Seneca (lib. 7.
de benef. cap. 24.) serō dedit.

Idem.

* Ei cùm multa multi offerrent,
Æschines pauper auditor, Nihil, in-
quit, te dignum quod dare tibi pos-
sim inuenio, & hoc modo pauperem
me esse sentio. Itaq. dono tibi quod v-
num habeo, Me ipsum. Hoc munus
rogo, qualemq. est, boni consulas,
cogitēq. alios cùm multum tibi da-
rent, plus sibi reliquiss. Cui Socrates,
Quid ni tu, inquit, mihi magnum
munus deberis, nisi fortè paruo te æ-
stimas. Habebo itaque curę, vt te me-
liorem

liorem tibi reddam quam accepi. Sen.
lib.1.de benef.cap.8.

Idem.

Dicebat eum qui diuiti largitur
nihil ab illo differre, qui aquam in
mare profundit. Anton. & Max.ser.
de beneficent.

Aristoteles Cyrenensis.

† Beneficium à quopiam oblatum
recipi debere negabat. Aut enim ut
rependere possis molestias habitudi-
num te: aut si non referas, ingratum
vulnus iri. Älian.lib.10.cap.8.

Diogenes.

Quibusdam prædicantibus eius be-
nignitatem, qui Diogeni quiddam
donarat: Quin & me, inquit Dioge-
nes, laudatis, qui accipere merui?
Plus enim est meruisse beneficium,
quam dedisse, iuxta illud Publij Mi-
mi: Beneficium dando accepit, qui
digno dedit Laert.lib.6.

Archelaus.

Ab Archelao in conviuio familia-
ris quidam, sed parum humanus, pe-
tit sibi dari poculum. Archelaus au-
tem ilico mandauit pueru, ut hoc po-
culum daret Euripidi. Id factum ad-
miranti postulatori: Tu quidem, in-
quit, dignus eras, qui peteres, nec ac-
ciperes: at hic dignus erat qui acci-
peret, vel non petens. Significans, al-
teri hoc tribuisse regiam familiari-
tatem, ut auderet quidvis petere: at
Euripidis boni viri pudorem hoc
mereri, ut vltro ei daretur aliiquid.
Plut.in apoph.

Antigonus.

Thrasillo Cynico dragmam pe-
tent: Non est, inquit, munus re-
gium. Cynico subiiciente, Talentum
igitur da: At non est, inquit idem
Antigonus, Cynicum, si tale munus
accipias. Quo dicto, vtroq. cornu po-
stulatoris improbitate repulit: & do-
cuit interim, dignis tantu[m] bene-
ficium esse prestandum. Plut.in apoph.

Cato maior.

Præclaras actiones aiebat præcla-
ris verbis occupandas, ne à gloria

defluant. Argutus est quod vertit
Philephus, aliud, ut opinor, exem-
plar sequutus: Honestas actiones ho-
nestis actionibus occupandas, hoc
est benefacta benefactis addenda, ne
si desinamus benefacere, obsolecat
priorum benefactorum memoria.
Plut. in apoph.

Ludouicus X I. Rex Franc.

† Gallus quidam nobilis animadver-
tens Regem Lud. pro rapo sibi à ru-
stico donato, mille eum donasse au-
reos, beneficium fœneraturus, gen-
erosum equum Regi dono dedit: Hil-
lari eum animo Rex suscepit & lau-
dauit: mox rapum pre: ioso pano in-
uolutum ex ærario depromi, eq. da-
ri iussit. Explicato mutare, indigna-
bundo homini, séque delusum que-
renti: Quæ verò hæc ludificatio, in-
quit Rex, mille emptum aureos rapū
equo centum aureorū pretium vix
æquanti opposuisse? Ägid. Corroz.
de dict. & fact. memorab.

Græcinus Iulius.

* Is cùm ab amicis conferentibus
ad impensam ludorū pecunias accip-
ret, magnā pecuniam à Fabio Persi-
co misitam non accepit. Et obiurgan-
tibus his, qui nō æstimabant mitten-
rem, sed missa quod repudiasset: Ego,
inquit, ab eo beneficium accipiat à
quo propinationem accepturus non
sim? Cùmq. illi Rebilus Consularis,
homo eiusdem infamia, maiorē sum-
mam misisset, instaré q. vt acciperet:
Rogo, inquit, ignoscas: & à Persico
nō accepi. Seneca l.2.de benef.ca.21.

Crates.

* Non ab omnibus quæ dantur ac-
cipienda sunt. Non decet enim virtu-
tem ab improbitate nutrir. Ant. &
Maxim.serm.de beneficentia.

De beneficio indignis collato.

Democritus.

Q Vom animaduertisset, quædam
quibuslibet promptè largientē.

G ij

& temerè suppeditantē. Malē, inquit, pereas, qui gratias virgines meretricēs effecisti. Maximus, serm. 8.

Alexander.

Regium esse affirmabat, à quibus malē audias, in eos & sēpē & multū conferre. Quo innuere voluit, liberalitatem aliquando etiam erga indigos exercendam esse. Pontan. cap. 30. de Liberalitate, ex Plutarcho.

Fridericu Caesar.

Sēpē numero dicere solebat, se ex iis quos extulisset, quām paucissimos gratos vidisse: idque ex maneribus suis datum esse, ut ex fidelibus infideles fierent. Æneas Sylvius lib. 2. commen. de rebus gestis Alphonsi.

Phouu.

* Qui largiuntur indignis ea quæ dignis conferri debebant, tria committunt absurdā, nam & ipsi iacturā faciunt, & in bonos cōtumeliosi sunt, & malos roborant, materia veterum suppedita. Anton. ex Maxim. serm. de beneficentia.

Alphonsus rex.

Oblatrantibus canibus & rebellantibus, offulam obiciendam dicitabant. Intelligens, male uolos homines beneficiis vincendos esse, Pontan. c. 30. de liberalitate.

De benevolentia.

Antigonus.

A Micis suadentibus, ut si Athenas caperet, validis illam præsidiis communiret, ne quādō deficeret: respōdit, se semper in ea fuisse opinione, ut crederet nullum esse regni præsidium firmius, quām ciuium benevolentiam. Eras. apoph.

Alexander.

Quum benevolentiam ciuium sibi conciliare cuperet, largitionibus eos corruptit. Verūm cūm hoc audiret pater Philippus: Quæ te, nquit, ratio in istam spem induxit, fili, ut eos putas tibi fore fideles, quos tibi coemis pecunia? Plut. in apoph.

Plutarchus.

* Mansuetudine potius & beneficentia quām timore elicienda est benevolentia. Epist. de amicitia apud Stob. serm. 46.

Socrates.

* Vestis (inquit) corporis inconcinnitatem, benevolentia verò peccatum obtegit. Stob.

Alphonsus rex.

Quum argueretur, quod pro more nullis stipatus armis, solus obambularet, regē & maiestatis immemor: respondit, non opus esse ut is sibi timeat, qui ciuium suorum benevolentiam satis perspectam habeat. Par. or. lib. 2. de Alphonsi rebus gestis.

Vide apoph. de Clementia, Humanitate, & regno benevolentia stabiliendo.

De bonitate vel benignitate, & bono viro.

Pittacus.

Per difficile (inquit) est bonū esse. Dicente autē Phocatio, quārēndum esse studiosum ac frugi virum. Etiam, inquit, si valde quāsieris, non inuenies. Brusonius lib. 1. cap. 18.

Solon.

* Probitatem morum habere debes, quæ plus fidei mereatur quām iusserandū. Stob. serm. 35.

Socrates.

Dicebat, ad gloriam compendaria via peruenire posse, eos qui tales essent, quales videri vellent. Brusonius lib. 1. cap. 18.

Antisthenes.

Dicebat satius esse cū paucis bonis pugnare aduersus omnes malos, quā cum multis malis aduersus paucos bonos. Præstat enim de numero bonorum esse, quorum vbique raritas est, quām de grege malorū, quorum vbique plena sunt omnia. Laer. li. 6. c. 1.

idem.

Dicere solebat, Bonum virum molestam esse sarcinam. Nam sicut insipientia

pientia bene fertur, & leuiter: sic prudens grauiter incubens, premit vehementer suopte pondere, nec facilè potest excuti. Philo Iudæus libro, Quod omnis probus liber.

Diogenes.

Bouos viros dicebat esse deorum simulachra Deorum, quum sint optimi, natura proprium est benefacere omnibus, nocere nemini. Haec imago melius relucet in sapientibus ac bonis viris, quam in statuis, cum dij sint incorporei. Laert. lib. 6.

Idem.

Cuidam percontanti in qua parte Græcia vidisset bonos viros? Viros, ait, nusquam, sed Lacedæmone vidi pueros. Notans totius Græcia corruptissimos mores, adeò ut apud Lacedæmonios gētem incorruptissimam tātūm in pueris resideret præsea integritas. Simul illud innuit, in reliqua Græcia ne pueros quidē esse bonos, tum & illud, viros esse pueris dexteriores, quū ab his op̄orteat pueros ad probitatem institui. Diogenes Laertius libro 6. Brusonius libro 1 capite 18.

Idem.

Peregrinum quendā conspiciens, sese studiosè ad festum diem componentem: Quid facis, inquit? An non quilibet dies viro bono festus est? Se sit vir prudentissimus, hunc mundū esse phanum Deo dignum, in quo vir bonus constitutus, semper benè, honeste & piè, quasi in conspectu nominis, vivit. Laertius lib. 6. Plut.

Ariſippus.

Interrogatus, quid esset admirandum in vita? Vir probus (respondit) & moderatus: quoniā ersi inter multos improbos agat, nō tamen perueritur. Stob. serm 35.

Pyrrho Helensis.

+ Cūm secum loqui aliquando deprehensus esset, rogatus cur id faceret? meditor, inquit, bonus ut sim, Laertius lib. 9.

Themistocles.

Prædiū veridens, p̄zconem dij

ulgare iussit, quod vicinum quoque bonum haberet. Nō parum enim refert quām bonum virum tibivicinū habeas, Stob. ser. 35.

Phocion.

Centum talenta Alexander quum ei dono misisset, adferente interrogavit, Quam ob rem ex tanto Atheniensium numero sibi soli ea mittere? Illi responderunt: Quoniā solum ipsum rex existimat bonum esse vi rum. Quin igitur, dixit, me posthac quoque bonum esse permittat: & pecuniam remisit. Sentit autē non boni viri esse subire famę periculum ob accepta munera. Stob. serm. 35.

Ityurgus.

Dicebat, dignitatem quidem istā, qua mouemur ad facilius mutuō dandum aliquid, in operibus hominum si am esse. Illam verō, quæ nos ad facilius fidem habēdam inducit, in moribus. Vir enim bonus ubique nouit quid deceat, quidque expediatur, quid utile, quid sit honestum. Stob. sermo ne 35.

Aristoteles.

* Rogatus à quodam imprōbo, aliquid pecunia eī dedit, propter quod reprehensus à quodam, ut qui homini nequam dedisset: non homini, dixit, sed humanitati. Stob. ibid.

Anonymus.

Scurra quidam cūm vidisset principum indigna & nefanda facinora, dixit: In uno anulo bonos principes omnes sculpi posse. Sentiens esse quidem magnū imperatorum numerū, sed in his perpaucos esse bonos. Recitat Vopiscus in Aurelio.

Seneca.

+ Bonitas non est, pessimis esse meliorem. Epist. 79.

Idem.

+ Pars magna bonitatis est velle fieri bonum. Epist. 34.

Padaretus.

Padaretus Lacon, vir bonus, cūm in numerum trecentorum non esset electus abiit fronte Serena, Diis agit.

gratias hunc in modum: Gratias habeo vobis dñj, quod tot homines meliores me huic ciuitati dedistis. Brus. lib.1.cap.18.ex. Plutarcho.

Posidippus.

* Quorū mores, inquit, sunt bene compositi, eorum vita quoque simul moderata est. Anton. & Max. serm de bonitate.

Demosthenes.

* Non tam verba quam boni mores persuadere possunt. Ibidem.

Lamblichus.

Eum demum hominem bonum existimandum putabat, qui perfectissimam actionem iuxta mentem separabilē conseruat, & participationem intelligibilis pulchritudinis suscipit, ac essentia potentiaque Dei particeps est. Stob. serm.35.

Apollonius Tyaneus.

Quum in iudicium ad Domitianum adduceretur, apud quem accusatus fuerat, nec esset facilis à viro crudeli elapsus, tātum vir bonus virtuti confidebat, ut cūm ductori dixisset, Quò duceret? Ac dicente illo, Ad iudicium? Contra quem (subiecit) dicturus sum? Brus. lib.1.cap.18.

De breuiloquentia.

Pythagoras.

* NEm multis, inquit, verbis paucā comprehendendas, sed paucis multa. Stob. serm.33.

Zeno Citieus.

Ad quendā dicēte, breves esse philosophorum sententias: Vera prædictas, inquit: oportet enim & syllabas illorū si fieri possit esse breues. Veritas multis verbis non eget: & firmius tenemus quæ paucis verbis comprehensa sunt. Laert. lib. cap.1.

Epicetus.

Philosophia summam Epicetus duobus verbis comprehendere solitus est, αἰχνής γε ἀπέκτης, idest, sustine & abstine, quorum prius admonet, ut mala quæ incurruunt, & quo animo to-

leremus: posterius, ut à voluptratibus temperemus. Ita enim fiet, ut nec aduersis deinceiamur, nec prosperis corrupamur. Refert Gellius lib.17 ca.19.

Idem.

In omni negotio, inquit, nihil adeo prospicere debes, quam ut tutum securumque sit quod agis. Est autem tutius tacere quam loqui, &c. In Enchiridio.

Plato.

Antisthenem, qui differendo fuerat prolixior, sic admonuit, ignoras quod orationis modus sit, non penes dicentes, sed penes audientem. Laert. lib.3.

Xenocrates.

† Cūm malefico sermoni quorundam, summo silentio interesset, uno ex his querēte, cur solus lingua suam teneret? Quia dixisse me, inquit, aliquando pœnituit, tacuisse nunquam. Valer. max. li.7.ca.2. Quod alij Simoni tribuunt.

Isaus.

Pythonis proditoris accusationem Isaus sophista tribus dictis absoluit; Coarguam Pythonem, inquit, proditoris: oraculo à Deo reddito, populo quivinxit, Philippo qui dimisit. Neque enim Deus pronunciasset oraculo nisi talis esset: nec populus vinxisset, nisi talis fuisset: neque rex abiisset, nisi eum cuius gratia venerat non reperire, aut rex è castris illum non demississet. Philostrat. in sophistis.

Phocion.

In concione sedens seorsim, accessit quidā qui diceret, Videris cogitabundus à Phocion: Reste quidē conjectas, respondit: Cogito enim, si quid queam derrahere his quæ dislurus sum apud Athenienses. Alij soliti sunt, ut quam plurima dicant: quod videatur eloquentes esse, atque diserti. Illi diuersa erat cura, nimis ut quæ ad rem faciebant, verbis quam paucissimis complecteretur. Plut. in apoph.

Demosthenes.

De Phocione, quoties in concione dictu-

dicitur assurgeret ad amicos proximos, dicere solebat Demosthenes, rationum ipsius securum surgere. Nā Phocion erat in dicendo breuis, sed acutus. Solebat autem ferē à Demosthene dissentire. Plut. in Domesth.

Apollodorus.

Dicebat optimos homines in dicens breuissimos esse linguaces autem, si tantum molestæ caperent, quanta reliquias afficiunt, haud sanè longos sermones habituros esse. Stobæus ser. 34.

Epaminondas.

In Spartanos, qui multa magnāq. crimina Thebanis obinciebant. Hi nimirū fecerunt, inquit, vt breuiloquētia vti destiteritis. Solebant Lacedæmonij de breuiloquētia gloriari, sed à Thebanis multis aff. sti calamitatibus, multa dicere coacti sunt, de illis conquerentes. Plut. in apoph.

Archidamus.

Cum irrupisset Archidamus in Arcadiā, auditio quodd hostibus Elei ferment auxiliū, scripsit illis in huac modum Archidamus: leis, Quies bona. Non potuit breuius & suadere, quod erat illis commodum: & minari malum, si quid perperam aggredenteretur. Decet hæc breuiloquenua & ducent, & Laconem. Plut.

Cleomenes.

Pirata quidā cūm prædam per Lacedæmoniorum regionem fecisset, captus, & interrogatus cur id fecisset? Quoniam ait, deerat mihi vnde viurem, & aliis quoque dare, ad eos venire coactus sum, qui haberent: quæ nec sponte dabant, vi ereprurus. Cui Cleomenes ait: Compendiosa tibi inest malitia. Eoque dicto detestabatur hominis improbitatem, & laudabat expeditam orationis breuitatem. Plut. in Lacon.

Leo Eurycratidis F.

Cuidā de rebus haudquaquam inutilibus intempestiū loquenti, O hōpes, inquit, re opportuna nō. opponē vteris. Nihil oratione melius, si

parcē promas linguae thesaorū. Plut. in Lacon.

Lycurgus.

Interroganti, quamobrem Lacedæmonij breuiloquium usurpat? Quoniam silentio est finitimum, inquit, Stob. ser. 33. Ant. in Melissa, part. 1. ter. 73. Max. serm. 20.

Lacedæmonij.

* Factis magis quam eloquentia polluerūt. Ideo breuiloquētia, λακωνικούς id est, Lacedæmoniorum seu Spartanorum sermo, dicta est: quod Lacones seu Lacedæmonij in apophthegmatis præcipue valerent. Horum autem lepos in eo præcipue consistit, vt paucissimis verbis plurimum sententia complectantur. Cuiusmodi sunt illa τιμη, i. Si, responsum prolixæ orationi legati: & ἡταν οὐδὲ ποτε, i. aut hunc, aut super hunc. Erasm. in adag. Plut. in apoph. vbi innumera exta breuiloquentiæ Laconicæ exempla, ad suos locos hoc apoph. opera relata.

Laborus Lacon.

† Cuidam multa verba fundenti, Quid mihi, inquit, in minutis gradiu præfaris? Quanta enim res fuerit, tanta sit & oratio qua vteris. Plut. in apoph.

Agis.

† Legatus qui Perintho Spartam venerat, prolem habuit orationem. Ut perorauit, & quæsiuit, Quid relaturus esset Perinthiis? Quid aliud, inquit Agis, quam vix tandem te abrupsisse sermonem, ac me semper tacuisse? Plut. ibidem.

I. Cæsar.

Quum in bello ciuili Pharnacem primo congressu viciisset, Laconica breuitate ad suos scripsit: Veni, vidi, vici. Plut. in apoph.

Aug. Cæsar.

In Silicia pro Theodoro Ariū præfectum instituit, sed cūm Cæsari quidam libellū porrexisset, in quo scriptum erat: Caluus Theodorus Tar-

sensis fur est, quid tibi videtur electo eo, nihil aliud subscripsit quam videatur. Plut. in apoph.



DE CÆCITATE.

TIMON NICAEV.

SN quandam omnia minantem, ita lusit: Quin & illud miraris, quod cum tres sumus, quartus habemus oculos? Timon enim luscus erat, unde & Cyclops dictus est: & discipulum habebat luscum, Dioscoridem. Mennit huius & Socrates alicubi a pud Platonem Laer. lib. 9. cap. 12.

Asclepiades.

Cuidam interroganti, Quid incommodi cæcitas ipsi attulisset? Ut vno, inquit, puer ambulem comitator. Significans sibi minimè molestam cæcitatem corporis, cum animo cerneret. Eras. lib. 8. apoph.

Aristoteles.

Percontanti, qui fieret, ut cum formosissimis diutius ac lubentius confabularemur? respondit, eam percotacionem esse cæci. Cæcus enim non sentit formæ illecebram, nihilo magis quam colorum gratiam. Laert. lib. 5. cap. 5.

Belisarius.

+ Deletis Vandalis, acto de Persis triūpho, Italia à Barbaris sāpe liberata, proter prosperos successus lustriano Imp. suspectus & formidabilis effectus est, & propterea oculis ab eodem priuatus. Quo facto tugurium in via celebri sibi erexit, ubi viam à prætereuntibus mendicabat, his verbis: Viator da obolum Belisario, quæ virtus extulit, cæcauit inuidia. Procopius, & Crinit. lib. 9. c. 6.

Antipater Cyrenaicus.

Mulierculis quibusdam cæcitatem ipsius deplorantibus, Quid agitis? inquit, an yobis nulla videtur voluptas

nocturna? nocte omnes eti sumus, nec tamen lamentamur. Habet animus quo se delebet, etiam occlusis sensibus. Responsum Antipatri conueniebat fœminis, omnia volupitate metientibus. Eras. lib. 8. apoph.

Inarius.

Is erat Chalcedonensis episcopus, qui senio iam confectus, & iam visu planè carceret, Constantinopoli habens, impie à Juliano imperatore & apostata derisus est: qui subinde monebat, ut Galilæum suum (ita enim vir impius Christum salvatorem nominare solitus erat) oraret, ut visum sibi restitueret. Cui episcopus respondit: Gratias ago Deo, qui visum mihi ademit, ne te hominem tam impium videre cogerer. Fulg. lib. 6. cap. 2. ex hist. Eccl.

Anineus Eremita.

Audiens Didymum grauiter ferre oculorum cætitatem: Nil, inquit, te offendat, mi Didyme, quod carnibus tibi oculis videris orbatus. Desunt enim tibi oculi, quos mures & muscae & lacertæ habent. Sed letare, quia habes oculos quos angeli habent, quibus Deus videtur, pro quo tibi magnum scientiæ lumen acceditur.

De callidè dictis.

Simonides.

Simonides interrogatus, quam obrem, cum esset iam homo senex, & morti proximus: tamen adeò esset attentus ad rem? Quoniam, inquit, malim moriens inimicis relinquere, quam viuus carere amicis. Callidè autem taxauit hominum mores, qui dum sperat bona se olim consequentur, obseruant: non securi, negligunt. Eras. Rot. lib. 6.

Phryne.

Praxitelem à quo deambabatur, rogavit, ut ex operibus quod haberet pulcherrimum, sibi donaret. Promisit quidem amans: sed illa intellexit artifi-

artificem dissimulare, quod esset domini suæ optimum. Clam igitur subornauit seruus, qui Praxiteli in foro sua vendēti diceret, domū suām maximo flagrare incendio, & pluraque iam incendio consumpta esse. Praxiteles igitur statim interrogat, an Satyrus & C. pido superesset? Quid cū meretrīx audiuerit. ait, salua esse omnia, & Cupidinem sibi dari iussit.

Demosthenes.

Ancilla quædam depositi nomine pecuniam acceperat à duobus hospitiis, ea tamen cōditione, vt eam vtrisque simul redderet. Horum alter post tēpus aliquod lugubri ueste & squalidus, socij mortem simulās, de cepta muliere petuniā abstulit. Post menses aliquot venit demū alter, depositum efflagitans. Verū cū ferre iā desperaret delusa muliercula, Demosthenes ei patronus adsoit, qui cūm in aduocationē venisset, sic negotium absoluīt: Parata est mulier, vt fidem depositi soluat: non tamen fieri id poterit, nisi socius quoque ad ductus fuerit, quoniā ab ipso modò audiūimus, hāc legē diſtam esse: Ne deposita pecunia alteri sine altero numeretur. Et hac calliditate seruavit mulierculā, & elusit nebulonū de positum improbè efflagitantū cōspirationem. Plut. in Demosth.

Vide suprà apoph. de Astūd. diſtu.

*Decalumnia.**Hippias.*

Grauissimam rē calumniam esse dicebat, eo quod nulla pœna lege sancta sit calumniatoribus, vt furibus, quamvis amicitiam (quæ optima est possēsio) furentur. Quam obrem contumelia licet malefica sit, iustior tamē est quām calūnia, quæ, quia latet, nocentior est. Stob. serm. 40. ex Plut.

Democritus.

* Gladius quidem secat, calumnia

autem separat amicos. Anto. & Max. ser. de vituperatione.

Idem.

* Dicebat calumnias esse vitādas: multi enim (inquit) veritatem ignorantes, existimationis & opinionis rationem tantum habent Anton. ser. de obloquitoribus.

Cleanthes.

Nihil ferē tam malignum esse dicēbat, quām calumniam. Hæc enī vbi clām aliquem à se persuasum decipit, odium excitat aduersus eum qui nihil est commeritus. Stobæus serm. 40.

Socrates.

Calumniatorem nequaquam admittendum esse suadebat. non enim ex benevolentia tecum, sed malevolentia loquitur. Et quemadmodum aliorum arcana tibi detexit, similiiter etiam quæ tu dixeris exponet a liis. Antonius in Melissa, par. 1. ser. 53. Max. serm. 10.

Diogenes.

* Audiens aliquando hominē moribus peruersis, calumniis incessere Platōnem, Ohe, desine, inquit: neque enim tu malē de illo dicendo fidem meret ere, neq; in te laudando. Stob.

Aristoteles.

Quom iudiciorum metu Athenis protugisset, interroganti cuiā, qualis esset civitas Atheniensium? respōdit, Pulcherrima: sed in ea pyrus super pyrom, & ficus super ficum consernescit. Quo dictorio notauit Atheniensium lycophatas & calumniatores, pernicioſissimos bonis viris. Älian. lib. 3. de Var. hist.

Idem.

In his vocatus, quod Hermiā mulierem, quam amabat, hymno quasi deam celebrasset, calumniæ molestiam Homericō versu testatus est, in ipso statim defensionis initio:

οχυέπ' οχυγεόντες, σύνει δ' ομήσικα. Laert. lib. 5. cap. 1.

Thearidas.

Quum gladium cōte acueret, ro-

gatus à quopiam, num esset acutus? magis acutus, inquit, quām est ea únia: grauior innuens, rem omnium rerum nocentissimam esse calumniam. Plut. in Lacon.

Rheginus.

* Dicebat multos plus mali per calumnias quām per hostes accepisse: multisque maiora illata esse damna propter aurum infirmitatem quām per inimicorum insidias. Stobæus serm. 40.

Demosthenes.

Calumniam aliquanti per quidem audientium opinionem confirmare, progressu verò temporis nihil ipsa imbecillius esse dicebat. Stobæus serm. 40.

Idem.

Quidā eum calumnianti respondit, non descēdo in certamen, in quo vietus viatore superior est. Anton. & Maxim. serm. de calumnia.

Simonides.

* Dicēti cuidam, Multi te apud me deserunt, respondit, Ecquādo tu tādem desines me auribus calumnias? Stob. serm. de malitia.

Pelopidas.

* Quū fortis quidam miles per calumniam apud ipsum deferretur, vt qui ei conuiciatus esset: equidē dixit, facta eius respicio, verba autem non audiui. Stob. serm. 40.

Medius.

Is ex Alexandri parasitis vnuſ solebat alios adhortari, ne metuerent quoduis crimen in quemuis intende-re. Adiecit scelerato præcepto cauſam appositi: Ut maximè, inquit, sanet vulnus qui delatus est, manet tam-cicatrix Nō arbitror (inquit Erasm.) quēquam esse diabolum tam impium, qui rem magis nefariā posſit luggerere. Et quo fœdius est cri-men, hoc tenacius hæret apud multos criminis suspicio, vel innocentis simum. Audiui ducē quendā his verbis adhortantem suos milites nauticos, ad quiduis prædandi temeritatē:

Rapite quicquid potestis, siue merces sint amicorum, siue hostiū. nam vt qui spoliati sunt, sic agant apud principem, vt compellatur restituere: semper tamen aliqua prædæ portio remanet apud nos Erasm. lib. 8. apoph.

S.Besilius.

* Tribus (inquit) d̄ mnosus est calumniator: illi quē traducit, audiētibus eum, & ipse sibi. Anton. & Max. de vitā.

Photius.

Dicere solebat, eos qui facilè alienas calumnias admitterent, ne iplos quidē similibus factis abstinere. Ipsa enim calumniantium admissio, innoce- em quoque qui admittit in societatem trahere solet. Anton. in Melisfa, par. 1. serm. 53.

Vide apoph. de contumelia, conuiciis, detractione, maledicentia & vituperatione.

De canicie.

Anonymus.

Lacon quidam senex, percontatus, cur barbam gestaret tam prolixam: Vt, inquit, virum me esse sciām, canos intuēs capilos, nihilque committam illis indignum. Plat. in Lacon.

Augustus Cæsar.

Iulia eius filia maturè canos habere cœperat. Subitus autem Cæsar interuentus oppressit compristes, filiæ canos sublegentes, deprehensis super vestes earum pilis, quos euulserant. Id dissimulauit Augustus, & aliis sermonibus extracto tempore, tandem induxit etatis mentionem. Hac occasione rogauit filiam utrum post aliquos annos cana esse mallet, an calua? Quūmque illa respondisset, Ego pater cana esse mallem. Cur ergo, inquit, istæ te caluam ante tempus student facere? Erasm. lib. 4. apoph. ex Macrob. lib. 12. cap. 5. Saturn.

De Candidè dictis.

Paderetus.

TCum iam trecentorum numerum non esset adscriptus, qui homines apud Spartanos precipuus habebatur, repulsam & quissimum ferrebat animo, & magnam præ se ferens hilaritatem discedebat. Reuocantibus autem Ephoris, & causam letitiae quærentibus, Grarulus, inquit, huic Reipubl. quæ trecentos habeat ciues meliores me. Plut. in apophth. Lacon.

De castigatione, correptione, & reprehensione.

Diogenes.

Dicere solebat, non tantum fidis amicis, sed acribus etiam inimicis opus esse: eò quod illi nos admonent, hi verò nostros errores, vitæque nostræ flagitia reprehendant atque castigant. Laërt. l. 6.

Idem.

TCum esset conspicatus puerum voraciter edentem, paedagogo plagam incassit, dicens, tu quid ita imbuvis? Cæl. libro vigesimo sexto, cap. 27. Laërt.

Zeno Citticus.

Celebratissimam Hesiodi sententiam inuertere solebat. Ille quippe cum primas tribuat ei qui per se fappiat, secundis qui recte admonenti obtemperer: Zeno è contrario pronuntiabat: Optimus ille quidem qui paret recta monenti. Laërtius lib. 7. cap. 1.

Idem.

Quendam dicentem sibi in multis disperdere Antisthenē, abusus Sophoclis dicto Zeno Citticus, rogauit, nū aliqua haberet Antisthenes quæ placcerent? ille respondit se nescire. Hic Zeno: Et non te pudet, inquit, si quid

ab Antisthenē perperam dictum est, excerpere ac meminisse: siquid recte dictum, id ne animaduertere quidem nec tenere? Idem morbus nunc habet purimos, qui in libris aliorū tantum evanescunt, quæ carpant, benedictorum nulla neque gratia neque memoria. Laërt. l. 7. c. 1.

Hieron.

Xenophani Colophonio de pauperitate sua querenti, quod aegre duos aleret famulos: At Homerus, inquit, quem tu carpis, etiam mortuus alit plusquam decem hominem millia. Et tu qui vis illo videri doctior, unus non alis duos? Erant illis quoque temporibus, qui carpens illustrum viorum operibus gloriam aucuparentur. Plut. in Regum apoph.

Lacedæmonij.

Apud Lacedæmonios si puer à preceptore vel alio castigatus ob commissum delictum, querelā ad patrem detulisset: turpe erat patri si hoc auditio non iterum filium emendasset. Siquidem ex institutione maiorum habebant hanc de se mutuò fiduciā, ut crederent, neminem esse, qui cuiusquam liberis, quos quisquam pro suis habebat, quicquam imperaret in honestum, Plut. in apoph. Lacon.

Demonax.

Frequenter dicere solitus est, non temerè irascendum esse hominibus, si delinquerent: sed corrigenda esse vitia medicorum exemplo, qui non indignantur ægrotis, sed inceduntur morbo. Eras. l. 8. apoph.

Cicero.

TQuotusquisque reperitur qui impunitate proposita, abstinere posse iniurijs. Impunitas enim est maxima peccandi illecebra. Idem 3. offic.

Idem.

TOnnis castigatio & animaduersio contumelia vacare debet. 1. officiorum.

Archidamus.

TCum rex Charillus celebraretur,

Quinam hic, inquit, bonus sit, qui nec improbis est acerbus? Plut. de discern. adulat.

Anonymus.

Quum multi bello capti venderentur, Philippus Macedo in auctio- ne sedebat, veste sublata parum de- core. Quidam igitur eorum qui ven- debantur exclamauit: Parce mihi Philippe: à patre enim tibi sum amicus. Philippo vero interrogante, Quo pacto, & vnde, ô homo, conflata hæc est amicitia? Tum ille, Volo, in- quid, proprius accedens dicere. Ad- missus, quasi arcani quippiam di- aurus: Demitte, inquit, chlamydem aliquantulum: nam ad istum modum indecenter sedes. Mox Philippus, Hunc, inquit, sinite abire liberum: nesciebam enim illum mihi verè be- neuolum & amicum esse. Non offen- sus est rex tantus, nec simulatione, nec admonitione ignoti hominis: sed simul & simulatione mutua simula- tionem texit, & tantillum officium magno libertatis præmio pensauit. Plutarch.

Pauson.

Recepérat à quodam equum pin- gendum specie voluntatis suæ, & pinxit currentem. Indignante eo qui conduxerat, Pauson ridens: Inuerie, inquit, tabulam: eo facto, iam non currere, sed volutari videbatur. Ita quædam errata, quæ videntur maxi- ma minimo negotio corriguntur, si quis commode interpretetur. Re- ferti Plutarchus in libello, Cur Py- thia vates desissit carmine reddere oracula.

De castigatione mo- desta.

Zeno Cirtius.

R^Egem Antigonum, cui familia- riissimus erat, nimiè ebrietati de- ditum videns, hoc amici vitium ami- ea admonitione castigare conatus

est. Antigonus igitur vino iam re- pletus, cum Zenonem oscularetur is oravit ut dictis suis iam obediret. Cui cùm Antigonus respondisset, liben- ter se hoc facturum, iuramento sen- tientiam confirmans: Abi, inquit, Zeno, & vinum immodicè sumptum euome. Graui & sapienti reprehen- sione simul temulentiam eius taxas, simûlque cauens, ne nimia potatio ei nocumentum adferret. Elian. lib. 9. de Var. hist.

Socrates.

In conuiicio videns adolescentem audius vescentem obsonio, ac subinde panem in ius immergentem, ô cō- uiuæ, inquit, quis vestrum pane vtitur pro obsonio, obsonio pro pane? Hinc orta inter conuiias disputatio- ne: sensit iuuenis, & erubuit, coepit- quæ moderatius obsonio vesci. Eras. l. 3 apoph.

Idem & Plato.

+ Cum in conuiicio familiarem quendam reprehenderet paulò acrius Socrates, num satius erat, in- quid Pla. o, de his illum priuatim ad- monere? Cui Socrates, nōnne & tu- rectius fecisses, hoc etiam mihi seorsim dicere? Plu. de discern. adulat.

Geminus.

Antonius triumuir cùm in Asia de- geret, atque vnà esset Cleopatra Ägypti regina, cuius nutu Antonius, eius amoribus nimium victus, regebatur, per id tempus graves inter i- psum atque Octavianum controuersiae exarserant. Amici igitur ab vrbe Ro- ma ad Antonium in Asiam Geminū miserunt, vt omnia tentarentur, per quæ cum Octavio redintegrari com- munis amicitia posset, atque in mu- tuam concordiam rediretur. Cùm au- tem Geminum Antonius conuiicio excepisset, præsente Cleopatra mo- nuit vt mandata quæ habebat expo- neret. Ad quem Geminus: Quæ tibi dicere missus sum Antoni, cum so- bri & alio loco quam vbi nunc su- mis,

mus, tractanda sunt. Sed utconque, rem tuam vel ebrios dicere mihi posse videor, scilicet, res tuas bene successuras, si Cleopatram in Aegyptum dimiseris. Et sic quam paucissimis verbis Antonii ebrietatem, & eius in Cleopatram immodicum amorem sapienter carpsit. Plutarch. in vita Anton.

De castigatione libera.

Diogenes.

N In Stoicorum Gymnasio retrorsum incedens ridentibus nonnullis, Nō vos, inquit, pudet viuendi iter facere retrudendum, mihi verò deambulando tantum id facienti vitio dare? Stob.ser.2.

Idem.

† Ad Philippum post victoriam Cheronensem adductus est, à quo quisnam esset, interrogatus, mira libertate respondens, Explorator, inquit, insatiabilis auditatis tuae. Ex quo admirationi est habitus, liberisque dimissus. Laertius libro sexto.

Demades.

Quum vidisset Philippum regem largius potum cum amicis solitus per medium captiuorum turbam, eisque petulanter exprobrare suam calamitatem, liberè dixit: Quum, ô rex, fortuna tibi Agamemnonis personam imposuerit, non pudet te facies agere Thersiten? Ea vox totum regem in diuersum vitæ genus immutauit. Erasmus libro sexto apophthegm.

Philippus.

Dissidium habens eum Olympiae vxore, cùmque Alexandro filio, Demaratum Corinthium ad se venientem percontatus est, quomodo inter Græcos inuicem conuenire? Hic Demaratus, scilicet, inquit, ma-

gnopere tibi curæ est Græcorum cordia, eum qui tibi sunt coniunctissimi huiusmodi in te sint animo. Quid hinc expectas, nisi ut rex offensus Demarati liberrate, iubeat illum ab oculis suis abduci? Imò quoniam Demarati sermo ab ira ad saniora consilia vocabat, rex fese ad eius obturgationem composuit, positiaque ira rediit cum suis in gratiam. Plut. in apoph.

Subrius Flavius.

Quum de coniuratis agerentur quæstiones, Subrius Flavius tribunus interrogatus à Nerone, quibus causis adductus ad obliuionem sacramentis processisset? Oderam te, inquit, nec quisquam ubi fidelior militum fuit dum amari meruisti: odisse cœpi, postquam parricida matris & vxoris, auriga & histrio incendiarius exitisti. Negans in ea coniuratione quicquam accidisse Nerdoni grauius, qui ut ad parranda facinora promptus erat, ita audiendi quæ patraret insolens. Suetonius in vita Neronis.

Huc referri possunt apoph. de Correctione, &c. Liberrate.

De castigatione dura.

Socrates.

Quendam acrius castigantem servum, quamobrem ita saeviret roganti, quoniam, inquit, quum sic obsessorum voracissimus, tamen ignauissimus est: quumque sit audifissimus, tamendesidiosissimus est. Tū Socrates, Nunquāmne, inquit, considerasti, uter vestrum pluribus egeat verberibus, tūne an famulus? Utinā sibi quisque dicat quod illi Socrates, quoties hoc in aliis reprehendit, punīturque idem quod sibi ignoscit: aut si non idem, crebrò deterius. Erasm. l.3.apoph.

Lacedæmonij.

Apud Lacedæmonios si quis in peccato deprehensus fuisset, cogebatur aram quandam, quæ erat in urbe, circumire, aut vituperationem interim in ipsum compositam canere: quod nihil aliud erat, quam seipsum sua voce obiurgare. Ingenui pudore & laudis amore melius ducuntur ad honestum: virgis aut flagris cædi seruire est. Plut. in Lacon.

Tidiorum Cynicus.

Neronem Imper. transeuntem in publico clara voce corripuit, quod Nauplij mala bene cantaret, sua bona male disponeret. Nauplius erat Palamedis pater, qui filij præter mortuum damnati necem magni Græcorum exitio est virus. Solebat autem Nero tragœdias cantare. Suet.

De castigatione iniquo animo accepta.

Dиogenes.

Impubrum quendam cum castigatis, interrogatus a quodam, quid faceret? Aethiopem, inquit, abstergo, ut diffiulter candidum reddam. Ant. in Meliss. par. 2. fer. 32.

Theodorus Atheneus.

Dicere solitus est, se doctrinam auditoribus dextra porrigit, sed illos sinistra accipere. Sentiens, illos bene dicta in malam accommodare partem. Erasm. 6 apophtheg. ex Plutarcho.

Cambyses.

Praxaspes Cambysen regem admonuit, ut parcus vino indulgeret. Turpem enim esse in rege ebrietatem, in quem unum omnium essent coniecti oculi: cui rex? Ut scias, inquit, quam mihi nunquam excidam, approbabo, etiam post vinum, & oculos & manus in officio esse. Bibit deinde solito largius: iamque vino-lentus iubet obiurgatoris filium produci, allequaque supra caput fini-

stra manu stare: tunct in cor adolescentis figit sagittam, nam id dixerat se petiturum: recisoque pectori, ictulum cordi infixum ostendit patri, rogans num satis certam haberet manum? At ille negavit Apollinem potuisse certius mittere. Herod.

De castitate.

Isoocrates.

Onspiciens Sophoclem tragœdiarum scriptorem sequi puerum quendam, forma illius captum: Oportet, inquit, o Sophocles hominem non minus tantum apud se continere, vetu & oculos, Eras. 8. apoph. ex Cicerone.

Alexander.

Quum Philoxenus classis praefectus Alexandro scripsisset, Tarentinum quendam Theodorum esse apud se, pueros habentem insigni formam venales, si veller emere: indignatus apud æquales subinde clamitans, Quid in me Philoxenus tam obscenum animaduertit, ut mihi tantum probri conciliaret? Plutarchus in Alexander.

Cyrus.

Cyrus abstinebat à conspectu Pantheæ, & Araspo dicenti, mulierem esse insigni forma, dignam regis oculis. Ob istuc ipsum, inquit, magis est illa abstinendum. Etenim si nunc tuo obtemperans consilio illam adiero, quum vacat, fortassis illa mihi persuasura est ut ad ipsam frequenter eam, etiam quum non vacabit, eique assideam, neglectis seriis negotiis. Scitè retorit argumentum, regiae functionis memor. Eras. lib. 5. apoph.

Alexander.

Cum puella, excubia iam nocte, venisset cum eo dormitura, regauit rex, cur tam serò venisset? Illa respondente, se expectasse, donec maritus cubitum issit, Alexander minij-

ministros accitos acriter obiurgauit quod aditum dedissent. Reducite, inquiens, hanc ne adulterij ansam mihi: prabeat. Egregium sanè castitatis exemplum, tum in iuuene, tū in rege. Plut. in apoph.

Antigenus.

Quum filius eius adolescentis institis set, ut hospitium nanciseretur apud viduam treis habentem formam decente filias, hospitis designandis praefecto: Non expelles, inquit, filium meum ex loci angustia? non prodidit adolescentis affectum, quem sciebat captare quod amaret: sed excusauit ædium angostiam, in quibus vidua cum tribus filiabus ageret. Plut. in apoph.

Aniochus tertius.

Quum Diana sacerdotem vidisset supra modum eleganti forma, continuò soluit Epheso: veritus, ne vis amoris aliquid ipsum facere compelleret, quod fas non esset. immagine quantum absunt ab huius ethnici principis religione Christiani milites, qui Deo dicatas virgines constitutae pro Iudo ducunt. Plutarch. in apoph.

Iseus Sophista.

+ Cuidam mulierem ostendenti, & ex eo querenti: Num formosa videremus? πέπεια μηρού, inquit. ἡ θεληματική id est, desij laborare ab oculis. Non aspicerat ne oculis castitatem violaret. Philostr. in Sophist.

Liua.

Liua Augusti Cæsar is vxor, cum nudos homines, qui sibi facti erant obuiam, qui eam ob turpitudinem damnabantur, vidisset, dixit, eo, matronis quidem honestis & continentibus, nihil à statuis differre. Cor enim hominis pudicum, rerum impudicarum aspectus nequaquam malis cogitationibus tangitur. Dion in Tiberio.

Hiero Syracus.

+ Cum ei quidā in iurgo, oris gra-

ueolentiam exprobasset, vxorem ubi domum redit vehementer obiurgauit, quod se nunquam de ea conmonuissest. Cui illa: Arbitrabar sanè, inquit, omnes viros ita olere. Modesta, profectò, & non vulgaris castitatis index oratio. Plut.

Scipio.

Scipio posteaquam Carthaginem nouam, quæ erat Hispanorum, armis ceperat. milites quidam virginem eleganti formam captam adduxerunt, eique tradiderunt. Hic ille, libenter acciperem, inquit, si priuatus essem, non imperator. Iuuenis insigni puerilæ forma corrumpi non potuit, quo minus meminisset, quid decet imperatorem. At multi sunt hodie qui ob hoc ipsum sibi credunt tum licere, tum decora esse omnia, quod sunt imperatores. Plutarch. in Rom. apoph. theg.

Anonymous.

* Castitas amittitur, & rebus quatuor (dicebat quidam vir pius olim) scortatio excitatur: cibi & potionis expletione, somni satietate, otio & lusu inaniisque garrulitate, & vestitus exornatione. Anton. & Max. serm. de Castitate & temperantia.

Huc spectant apoph. de Continencia, Pudicitia & Visu.

De celeritate atque velocitate in agendo.

Socrates.

Q Vi fructus præcocius magno emerent, eos aiebat desperare, qd id tempus maturitatis essent peruenturi. Alioqui stultum est, & pluris & deterius emere, quam paulò post licet & minoris, & meliores. Ita nusquam non reuocabat hominum cupiditates rationis expertes, ad sobrium iudicium. Eras. libro 3. apoph.

Apelles.

Pictori imperito de celeritate glorianti, & ostensa tabula dicenti, Hanc modò pinxit, etiam si tacuisse, inquit Apelles, res ipsa loquitur, quod eam ex tempore subito pinxeris. Eras. 1.6.apoph.

Alexander.

+ Interrogatus, quomodo potitus esset Græcia? Respondit, μηδὲν αὐτοῦ παλλόμενος, hoc est, Nihil procrastinans. Homeri Scholiastes, l.iad. 8.

Agatharchus.

Isse se iactabat de pingendi celeritate, quum Zeuxis diutius immoraretur operi. At Zeuxis respondit, ea quæ citò fiunt, citò perire: contra, quæ paulatim exacta cura abioluerentur, ætatem ferre. Iuxta Valerii ita respondit: Diu pingo, quia pingo æternitati. Citò nata, citò percunt: diu elaborata, ferunt ætatem. Beta citò nascitur, buxus paulatim. Eras. 1.6.apoph.

Augustus.

Augustus Cæsar dicere solebat, nihil minus imperfectum ducem conuenire, quā festinationem ac temeritatem, crebrōque illud iactabat, τούτῳ λεγείως, αὐτοῖς γένεται τοιούτοις οὐδεποτε σχετικάτεν. Suetonius. Vide præterea proverbiū apud Eras. Festina lenē.

Iulus Cæsar.

Ea facinora quæ periculo obnoxia sunt, & magna, gerenda esse dicebat: at de his non consultandum, eo quod ad hæc perficienda plurimum habeat momentū celeritas. Plutarch. in apoph.

Idem.

Quum Pharnacem primo congregatu vicisset, amicis scripsit. Veni, vidi, vici, summam rei bene gestæ celeritatem indicans. Plut. in apoph.

*De charitate.**Firmiu.*

* IN ceteris rebus laudatus modus,

in charitate verò qui maiorem partem habet, gravior est Deo. Ant. ser. de charit.

Basilius Magnus.

* Deus non omnium Deus est, sed illorum quos ei charitas conciliauerit. Ibid.

Chrysostomus.

* Opifex omnium virutum est charitas, cuius natura satietatem nescit, sed dum semper fruitur dilectis, magis magisque inflammatur. Ibid.

Photius.

* Diligere eos qui nos oderunt virtutis opus est & diuinum: diligentes diligere humanum & vulgare: ceterum odisse etiam diligentes, ne belluis quidem conuenient. Ibid.

Gr. Nyssen.

* Omnis malorum turba charitatis affectione exterminatur. Ibidem.

Clemens Alexand.

* Multis modis charitas intelligitor, clementia, suavitate, patientia, inuidentia & emulationis vacuitate, & iniuriarum obliuione. Ibidem.

*De ciuitate.**Pericles.*

A Riphroni volenti publico præaconio queri Alcibiadē, qui adolescens clām domo egressus ad amicum Democratē se conulerat, obstītit, dicens: Si fortè nobis insciis periit, præconio nil aliud agetur, quā ut uno tantum die citius manifestum fiat, illum interisse: Sin saluus, ne per omnem quidem viram saluus esse poterit. Ciuiliter exclusit Pericles adolescentis infamiam, quā nunquam potuisset eluere. Plut. in Græc. apoph.

Aeschines.

Cum Rhodi recitasset orationem suam contra Demostenem, Rhodij demis-

demirati sunt, quod tali oratione defendi non potuisset. At desineretis admirari, inquit Aeschines, si audissetis quae ad haec respondit Demosthenes. Mira ciuitate se exemit a crimine: & iudices excusauit, damnationis iniusta causam reiciens in orationem Demosthenicam. Erasm. Rot.lib.8.apoph.

Aristoteles.

Cum iam natus annos 62. adeo laboraret, ut nulla planè spes vita superesset, conuenerunt ad eum discipuli, rogantes ut ex ipsis successorem eligeretur. Erant autem duo inter auditores principui, Theophrastus Lefbius, & Menedemus Rhodius. Iussit igitur Aristot. vinum exoticum sibi, Rhodium scilicet & Lesbium adferri, ut extremum biberet. Vale, & gustato vino primùm Rhodio, dixit, Firmum hercule vinum, & iucundum. Mox gustato Lebio, Vtrunque, inquit, egregie bonum, sed Lesbium suauius est. Id ubi dixit, nulli dubium fuit, quin ciuiliter Theophrastum Lesbium successorem sibi fecerit. Laert.li.5.cap.1.

Crescibus.

† Interrogatus quid illi ex Philosophia superesset? Respondit ἀσυμ-
Cίλως Στενέη, id est, sine symbolo cœnare, nam cum v. banitate, iocisque abundares, saepius vocabatur. Cæl. Rhodig.li.2.cap.24.

Alexander.

In hyeme quū duceret exercitum, assidens igni, recognoscere prætereuntes copias cœpit. Cumque videbat militem quendam horrentem frigore, & ad ignem stantem, considerare loco suo iussit, dicens: Si in Perside natus essem, in regia sella sedere tibi capitale foret, in Macedonia natu conceditur. Q.Curtius.

Archelaus.

Euripides quum in conuiuio Agathonem deoscularetur, Archelaus amicis dixit, Ne miremini: nam pulchrorum etiam autumnus pulcher

est. Ciuiliter excusauit amicum apud amicos. Eras.Rot.li.5.apoph.

Eudamidas.

Die quodam cum Xenocrates argumentum quod tractabat, differendo absoluisset, iamque finem dicendi fecisset, superuenit Eudamidas, cui cum comitum quispiam dixisset, Posteaquam nos adsumus, tum ille desit dicere. Reste, inquit, siquidem ea dixit quæ voluit. rursus altero dicente, Bonum erat audire, putans fore ut sua causa iuberet Xenocratem | eadem deintegro differere: Quid, inquit Eudamidas, si venissimus ad te iam cœnatum, num postularemus ut cœnares iterum? Ciuitatis erat, quod philosophum ad iterandam disputationem perpellere noluit, quod ea res non caruissest tædio dicetis. Laconicæ virtutis erat, quod magis admirabatur preclara facinora designantes, quam virtute dicerentes. Plut.in Lacon.

Cicero.

† Post pugnam Pharsalicam, cum fugisset Pompeius dieudo Nonio Ciceroni, septem ipsis adhuc superesse aquilas, hortantique ut bono esset animo, restè moneres, insit, si cum graculis bellum esset gerendum. Plut.in Cic.

Alexander Maced.

Cum è Macedonum numero ad mare remitteret valetudinarios, multos & debiles, productus est quidam qui se agrotare fixerat. Is cum ad regem duceretur, ut ostenderet, cuius rei gratia morbum simulasset: fassus est, hoc factum esse ob amorem Telesippæ, quæ ad mare fuerat profecta. Verum cum sciret eam virginem esse liberam, ait: Persuadeamus Telesippæ, ut ad nos veniat sua sponte, nam manus liberae virginis admovere nequaquam decet. Et sic ciuiliter indulxit amori strenui militis, quem in exercitu retinere cupiebat: & ingenuam tam virginem non vi adegit ut adesset sposo future. Plut.in apoph.

Cato.

Multis Publij Scipionis ingratitudinem incusantibus, quod Cato de se optimè merito opposuisset compitetorem: Cato sic excusauit, dicens minimè mirandum, si quod quis maximum bonum duceret, id alteri nolle concedere. Plut. in Cato.

Clodouenus Franc. Rex.

† Non minus Arianis quam Ethniciis infensus, cum graui prælio vriteretur, D. Martino eum cui insidet equum vout, si viator euaderet. Voti compes factus, ei Diuo equum obtulit, cumque ut redimeret pretio centum aureorum constituto, cum e quus loco cedere non posset, ducentos impedit: & tum equus quasi solitus regem expectantē sequutus est. Tum Rex, Bonus, inquit, Martinus adiutor est, sed stipendio pretiosus: Cranius lib. 3. Sueciæ cap. 16.

Rudolphus Imp.

† Tabe propè confessus Erfordiam veniens festinabundus cum suo Confessore, quem semper secum ducebat, Spiram maturauit: tanquam ad sepulchrum, iocatus, sibi esse properandum ut reges conueniret sepultos. Cuspin.

Augustus Caf.

Cum nulli ferè ad coniuium invitanti suum denegaret officium, exceptus à quodam cœna perparca, ac penè quotidiana, cum à coniuratore dimitteretur, hoc illi tantum insurrauit: Non putabam me tibi tam familiarem esse. Alius tam ictiunum apparatum cōtumeliam fuisse interpretatus, ille ciuiliter etiam pudori consuluit: in uitatoris familiarij tribuens, idque in aurem, ne cæteri putarent exprobratam parfumiam. Plutar. apoph.

De claudicatione.

Demonax.

IN Ruffinum quendam claudum, multo tempore familiarem Peri-

pateticis, dixit, nihil esse turpius Pe ripatetico clando. Allusit huc, quod Peripatetici dicuntur ab inambulatione, quæ nō conuenit clando. Eras. Roter. lib. 8. apoph.

Androclidas.

Is claudicans, eum se in ordinem bellantium conieisset, malè audiuit à quibusdam, quod pede Iæsus in a ciem proruisset, pugnaturus contra sanos ac agiles, quibus respondit: Non fugientem, sed manentem cum hostibus, pugnare oportet. Quod vi tio dabatur, ad animi fortitudinem retorsit. Plut. in Lacon.

Anonymus.

Alius quidam Lacon claudus ad bellum proficiscens, cum ab aliis militibus derideretur. Non opus est, inquit, fugientibus, sed qui subsistant, & ictus hostium fortiter propellant. Plut. in Lacon.

Lacena.

Lacena quædam filium claudum in aciem proficisci tem: Fili, inquit, fac ut singulo quoque gradu virtutis memineris. Aliis claudicationis vitium solet formidinem incutere. Ac hæc monuit, ut ex ipso vitio sumeret animos ad rem fortiter gerendam, ita cogitans, nihil esse in fuga præfidij clando, aut vincendum, aut moriendum est. Plut. in apoph. Lacenarum.

Dorion tibicen.

† Cum esset claudus, & claudican sis pedis calceum en Symposium per didisset, Nihil, inquit, peius in eum qui abstulit imprecabor, quam ut eius pedi conueniant. Athenæus lib. 8. cap. 5.

Antianira.

Antianira Amazonum regina, de miratis, quod nupsisset viro clando, satis Cynicè respondit, εις αχωλὸς οἴφει: id est, Claudus optimè virum agit. Sensit maritum adhibendū non ob oculorum oblectamenta, sed ad usum coniugij. Feruntur autem claudi salaciores esse cæteris, & ob

id ad gignendam prolem magis ac-
commodi Erasm. Rot.lib. 8.apoph.
Alexander.

Philippus à Triballis in prælio
vulneratus est , femore lancea traie-
cto, iamque opera chirurgi liberatus
periculo mortis, dolebat claudicatio-
nis deformitatem contra etiam ma-
nere. Cui Alexander : Ne verearis,
inquit, in publicum prodire: sed gradum
mouens, virtutis tuae potius me-
mineris. Plut.in vita Alex.

Anonymous.

De Caluino Glacia claudicante
dixit quidam, Non claudicat, sed clo-
dicat. Veteres Clodium dixerunt pro
Claudio. Hinc locus in eum qui Clo-
dio fœbat. Eraf.lib.6.apoph.

Caruilius mater.

Spurio Caruilio grauiter claudicanti,
ex vulnere ob rem public. ac-
cepto, & ob claudicationis vitium in
publicum prodire verecundantia,
mater dixit : Quin prodis mi Spuri,
& quotiescumque gradum facis, to-
ties tibi tuarum virtutum venit in
mentem? Erasm.Rot.lib.6.apoph.

Seuerus Imp.

Cum ob claudicationem poda-
gra laborans , ad imperium iniutilis
iudicaretur , contemptores suos in
iusti vocauit, atque capite damnauit,
qui cum veniam delicti à Cæsare pe-
titiissent: Non feci vobis iniuriam,
inquit, lata sententia. Nunc enim sen-
tietis, non pedes , sed caput impe-
rare in homines sceleratos. Dion
Nicaeus , & Xiphilinus , in vita Se-
ueri.

De clementia.

Pittaci Mytilen.

Tyrrenum Pittaci filium, Cu-
mis in tonstrina sedentem , fa-
ber quidam ærarius impaeta securi
occidit. Cumani homicidam vin-
stum miserunt ad Pittacum, ut de eo
supplicium sumeret. At ille cognita
causa, dimisit hominem dicens, Igno-

scentiam esse pötiorem pœnitentia.
Sentiens , utilius esse condonare
quam meminisse iniuriaz , & vlcisci.
Sunt qui referant , homicidam ab
Alcæo fuisse dimissum cum hoc elo-
gio. Melius est ignoscere, quam pu-
nire. Laett. lib.1.

Socrates.

Cuidam percontanti cur Xantip-
pem morosissimam vxorem domi a-
leret, dicebat, sic cum eius notæ vxo-
ribus habenda consuetudinem,
quemadmodum qui se ad stadium
equestre exercent, parant equos in-
genij ferocioris : quos si subege-
rint , cæteris vtuntur commodius.
Laer.in eius vita.

Diogenes.

Quum Plato laudasset querendam
qui erga omnes lenissimus & man-
suetissimus esset, Diogenes respon-
dit , nil. quicquam huic homini tri-
buendum esse, qui homines dolore,
si res postularet, non afficeret. Sensit
vir prudentissimus , lenitatem &
mansuetudinem nimiam plurimam
in repub. obesse. Laer.lib.6.

Quirinus Sophista.

Ab Afianis castigatus, quod in ac-
cusando mitior ac lenior esset, quam
ipsi docerent: Multò ait, melius est,
ut vos meā sentiatis lenitatem, quam
ego vestram crudelitatem. Philo-
stratus in Sophistis.

Dion Syracus.

Dion Syracusanus extimulatus af-
fidiis à militibus vociferationibus,
ut Heraclidem factionū authorem,
& in Syracusanos conspirantē è me-
dio tolleret: respondit, Si ob inuidiā
Heraclides perfidus nefariusque est,
haud propterea opus est ut Dion ne-
glecta virtute , iræ obtemperet , vi-
tamque corrumpat. Brus.lib.3.cap.4.
ex Plutarcho.

Demaratus.

Persa quidam à rege defecerat , is
suas Demarati mutatus , quum re-
uertisset ad suos, tentaretq. eum rex
interficere : Turpe , inquit, fuerit, d

rex , si cùm hostis fuerit, non potius ab eo defectionis pœnas sumere, nūc amicum factum velis occidere. Hoc prudētissimo dicto & regis indignationem tēperauit, & eius, cui reditū persuaserat, incolumentati consuluit. Vtique consultor vtilis, alteri ne quid indignum regia mansuetudine committeret, alteri ne pœniteret ab errore reuocanti paruisse. Plut.in Lacon.apoph.

Agesipolis Cleombroti F.

Quidam quum apud ipsum ceu rem magnificam prædicaret, quòd Philippus Macedonum rex intra paucos dies subuertisset Olynthum: Atqui per Deos, inquit, talem ciuitatem longè maiore temporis spatio non extructorus est. Significans, multo melius esse singulari clementia seruare ciuitates, quam conditas excindere, Plut.in L.con.

Cleomenes.

Quum ex quodam audisset bonum magistratum omnino erga omnes mitem & placidum esse oportere, respondit: Bene quidem, ita tamen ne sit contemptui. Significans, clementiam nimiam perniciosa esse ciuitati. Plutarch.in Lacon.apoph.Brus.lib.1.cap.13.

Demonax.

Dicebat, nequaquam hominibus irascendum esse si delinquerent, sed corrigenda vitia: nimirum exemplo medicorum, qui non indignantur ægrotis, sed morbo medentur. Nam hominis est peccare: Dei verò, aut hominis Deo proximi, emendare peccata Eraf.lib.8.apophth.g.

Pisistratus.

Comeſſatores quidam in Pisistrati vxoreni inciderant, multaque laſciuè in illam tum fecerant, tum diuerterant. Postero verò die, iam decocta temulentia, Pisistratum adierunt cum lachrymis, orantes veniam. Tum Pisistratus: vos quidem in posterum date operam ut sitis sobrij: vxor verò mea heri nequaquam

viq̄e prodiit ex ædibus. Humanitatis erat, quòd ignouit adolescentibus, pietatis, quòd vxoris honori consuluit, negans tale quicquam in illam factum esse. Plutar.in Græc.apoph.

Darius Xerxis pater.

Quum tributum indixisset subditis, accersitos prouinciarum præfectos percontatus est, cùm alius de rebus, tum etiam an grauia essent populo tributa. Quum illi respondissent, est: mediocria: iussit, vt singuli dimidium tantum partem exigerent, qua benevolentia & clementia admodum conciliavit sibi subditorum animos, vt meritè ab omnibus dileretur. Plutarch.in apoph.

Agesilaus.

Feliciter pugnatum erat ab Agesilao rege apud Corinthum: in eo prælio quanquam accepisset, Spartanorum admodum paucos desideratos, cæterum è Corinthiis & Atheniensibus aliisque sociis ingentem numerum interisse, adeò non gauisus est, nec elatus ex victoria ut grauiter ingemiscēs deploraret Græciā vicem: Heu, inquiens, Graciā, quæ tot viros inter in bello perdidit, quod vniuersis barbaris debellādis satis esse poterat. Viro magnanimo vitoria erat optabilis, sed charior erat sociorum incolumentas. Quo animo tulisset ille, si plurimorum ciuium interitu fuisset empta vitoria? Non parum laudis promeretur hic affectus in duce Lacedæmonio, tum natura bellaci, tum Ethnico: at Christiano principi nulla non debet esse lugubris vitoria, quæ plurimorum etiam hostium exitio contigit. Plut.in Lacon.apoph.

Antigonus.

Antigonus rex Macedonum amicis suadentibus, vt si Athenas caperet, validis illam præsidii communiret, ne quando deficerent: respondit, se semper in ea fuisse sentientia, vt crederet, clementiam plus posse,

posse, quām violentiam. Plutarch.in apoph.

Idem.

Quum ab inicio regni durior eset, senex iam factus, clementer & placidè regnum administrauit. Hanc morum mutationem quum miraretur subditi, respondit: Prius opus erat regno, nunc gloria & benevolentia, qua regnum recuperatum seruatur. Plut.in apoph.

Anonymous.

Ptolemæus Lagi filius, quum Grammaticum notasset inscītię, quārērens ab eo quis esset Pelei pater? vi- cissimque audisset, Dic tu prius quis sit Lagi pater? amicis inuitantibus ad tantę improbitatis vindictam? Si regium est, inquit, non pati ut à quo- quām dicto attingatur: nec illud re- gium est, quenquam dicto laceſſere. Iniquè peccat vindicta, qui prior laceſ ſuit, cuiuscunque dignitatis fuerit. Nec ſuę dignitatis meminisse debet qui refertur, quum eius prærogati- uam laceſſendo deposuerit. Erasmus Rot. libro 5. apophthegmat.ex Plu- tarcho.

Philippus.

Athenienses legationē ad Philippum miserant. Ea benignè audita, vt humaniter dimitteret, iuſſit illos dicere, qua in re gratum facere posset Atheniensibus. hic Demochares ex- cipiens, Si te ipsum, inquit, ſuspendas. is Demochares, unus fuit è legato rum numero, ob lingue procaciam diobus Parresiaites. Ob tā inhumanū ſuę ſententiam, regis amici, Philippus compescuit eos, iuſſit que vt Thersitem illum incolumē di- mitterent. Tum ad ceteros legatos conuersus, Renuntiate, inquit, Atheniensibus multò superbiores esse qui iſta dicunt, quām qui impunē dicta au- diunt. Tales demum animi regno di- gni ſunt. Plut.in apoph.

Idem.

Indignantibus Philippi amicis, quād Peloponnesij in Olympiacis i-

psum ſibilis derideret, p̄fertim be- neficiis à rege affecti, hoc ſermone Philippum extimulantibus ad vindictam: Quid igitur inquit, futurum est si quid illis faciamus malis? Urba- niſſimè amicorum argumentum verit in diuersum: Si tā prauo ingenio ſunt, vt eos irrideat, qui de ipsis bene meriti ſunt, grauius nocebunt, ſi quā illos malefactis prouocet. Hoc nō ſolū moderationis & clementiæ, ve- rūmetiā eximia cuiusdam magnani- mitatis documentum fuit, ingrato- rum ſibilos regem negligere. Plut.in apoph.

Idem.

Quibusdam Philippo Maced.conſulentibus vt cum Atheniensibus aperiūs ageret: respondit illos abſurdē facere, qui homini cuncta ad glo- riām tū agēti, tum patienti ſuaderet, vt gloriæ ſuę theatrum abiiceret. ſig- nificans, ſeſe hoc agere, nō vt Athe- nias euerteret, ſed vt ciuitati celeber- rimæ doctissimorum virorum copia florenti ſuas virtutes probaret. Plu.in apoph.

Alexander.

Alexander cū Poro Indorū regi viēto obtulisse, ſe daturum quicquid peteret, & Porus vt regaliter tracta- retur petiſſet, ſubridēs Alexāder, Fa- ciā hoc, ait, nō tua, ſed mea cauſa. Nō ignoraui autem rex bellicosissimus, nil adeò decere ac ornare principē, quām ſi clemētia vratur erga eos etiā quos nouit hostes fuiffe atrocif- simos. Bruf.lib.3.cap.13.

Darius.

Idē Alexander tantę fuit clemen- tiæ, vt Darius precaretur à diis, vt aut ſuperare posset clemētia Alexandri, aut ſi is regno ſpoliareetur, ſolus Ale- xander in Perſarū regno imperaret. Bruf. lib.3.cap. 13. ex Plut. Q. Curtio & aliis.

Porſena.

Demiratus egregium animum Mu- tij Sc̄uolæ, qui iratus dextræ ſuę, quād in stringendo ferro errasset, fe-

culo impositam eam exuri passus est, dixit illi: Reuertere ad tuos Moti, eisque refer, te cum vitam meam pertieris, à me vita donatum. Liuius.

M. Liuius.

Fuso Hasdrubale, non nullis suadentibus ut hostes ad internectionem insequeretur: Aliqui, inquit, & supersint, qui de victoria nostra nuntium hostibus perferant. Eras. 6. apoph. ex Plutarch.

Scipio maior.

Dicere solebat, hosti non solum dandam viam fugiendi, verum etiam munieram. Docens nequaquam sequendum esse in eos, qui ferre arma destitissent. Eras. Rot. lib. 5. apoph. ex Plutarch.

M. Bibulus.

Quum in Syria duos egregie indolis filios amississet, à Gabiniensis milibus occisos, & horum interfectores Cleopatra ad illum vincitos misisset, vt in filiorum interfectores pro arbitra- tu suo animaduerteret, ille protinus intactos remisit ad Cleopatram. Era, lib. 6. apoph.

M. Brutus.

Quum inter coniuratos delibera- yetur, an vna cum Cæsare occiden- dus esset Antonius, dissuasit dicens, Hoc negotium quod pro legibus ac iure suscipietur, oportere omni ca- gere iniuria. Noluit vir optimus cœ- dem in plureis preferri. Plutarchus in Brut.

Cato maior.

Admonebat eos qui potentes es- sent, ut parcer vteretur sua potestate, quod semper vti possent. sentiens, po- tentiam clementia & comitate fieri diuturnam, ferocia breuem. Plutarc. in apoph.

Cicero.

Cum Cesar rerum potitus Pompej statuas deiectas honorifice reposuif- fer: Cæsar, inquit Cicero, dum Pompej statuas reponit, suas stabilit, sen- tiens, illum hoc non in Pompej gra- tiam facere, sed ut sibi clementia si- mulatione fauorem apud ciues con-

ciliaret, atq; hoc pacto suum regnum constabiliret. Plut. in apoph.

Iul. Cæsar.

Tanta clementia erga hostes & re- belles vñus est, vt Marius non semel dixerit: Cæsar, qui apud te audet dice re, magnitudinem tuam ignorant: qui non audent, humanitatem & clemen- tiam. Brus. lib. 3 cap. 13.

Augustus Cæsar.

Timagenes historiarum scriptor, multa petulanter in Cæarem, multa in uxorem, multa in totam illius domum dixerat. Cæsar illum admonuit, vt moderatius lingua vteretur. Cum perseveraret male loqui, nihil aliud quam domo sua illi interdixit. Timagenes autem libros quos scriperat acta Cæsaris continent, recitauit, & combusssit in odium Cæsaris, quasi rerum ab illo gestarum memoriam abolerere cupiens. Hunc tamē palam & pertinaciter inimicitias exercebant cum Cæsare, nemo civium Romanorum ab ædibus suis exclusit: nam in domo Pollio's Asinij consenuit: Nunquam tamen Augustus cum ho- spite inimici expostulavit, nisi quod quodam tempore illi dixit, dñe. Cæs. i. aliis bestiam sive viperā Mox Pollionē parantē excusare se interpellauit, dicēs, Fruere mi Pollio, frue re: At cum Pollio nōdum securus diceret, Si iubes Cæsar, protinus illi interdicā domo mea. An istud, inquit Augustus, me facturum putas, quivoꝝ redegerim in gratiam? Fuerat antea Timageni iratus Pollio, nec aliā ha- bebat desinēdi causam, nisi quod illi Cæsar irasci cœperat. Vtriusque ma- levolentiam boni consuluit principis clementia. Erasm. lib. 4. apoph. ex Sueton.

Idem.

Lex erat, vt qui patrem occidisset, culō insueretur: nec hæc pœna sumebatur, nisi de confessio. Ab huius pœna atrocitate Cæsar vt liberaret manifesti parricidiū reum, sic interro- gauit, Certè patrem tuum non oc- cidisti?

sidisti: ansam porrigens inficiandi. Tanta erat principis in iudicando lenitas. Eras. 4 apoph. ex Suetonio.

Cicer.

+ Nihil est laudabilius, nihil magno viro, & preclaro dignius placibilitate, & clementia, quæ ita probanda est, ut adhibeatur Reipub. causa seueritas, sine qua administrari vetere ciuitas non potest. Idem 2. off.

Iul. Cæsar.

Quidam è turba statuæ Cæsaris coronam lauream impo fuerat, candida fascia præligatam: at quum tribuni detracta fascia hominem in vincula duci iussissent, Cæsar grauiter increpatos eos potestate priuauit: idque, ne regnum affectare videretur, causatus est, per illos sibi recusandi gloriam fuisse ademptam. Erasm. lib. 4. apoph.

Augustus Cæsar.

Quum populus Atheniensium videretur deliquerisse quiddam, scripsit ex vrbe Ægina: Non arbitror vos latere, quod vobis irascor, neque enim Æginæ sum hybernatus. Nec aliud illis neque dixit, neque fecit: satis habens, illis comminatum esse nisi desisterent. Plut. in apoph.

Idem.

Quum quispiam ex Euclidis accusatoribus affarim & ad satietatem usque dicendi libertate vtens, eò tandem profectus esset, ut tale quiddam diceret, Hæc si tibi nō videntur magna, iube ut mihi reddat septimum Thucydidis librum. His offensus Cæsar iussit illum duci cæterum ut audiuit illum ex Brasidæ posteris, reliquum esse ad se venire iussit, ac moderatè correptum dimisit. Eod. lib.

Idem.

Alexandriam vrbum munitissimam quum vicepisset, suggestum ascendit, & adiuncto sibi Ario Alexan drino, ad ciues desperantes dixit, se ciuitati parcere, primùm propter ipsius magnitudinem, deinde propter Alexandrum magnum conditorem

eius urbis, deinde propter Arium amicum optimum cuius hæc patria esset. Raræ profectæ clementiz fuit, non diripere ciuitatem, quæ tam pertinaciter rebellarat. Erasmus in apoph.

Idem.

In villa quadam inquietas noctes agebat, interrumpente somnos ipsius noctu cantu. Miles aucupij peritus curauit apprehendendam noctuam: spéque ingentis præmij ad Augustū pertulit, laudato Imperator miles nummum dari iussit, ille autē ausus est dicere, Malo viuat: auémque dimisit. Quis non miretur hanc contumaciam impunè cessisse militi? Eras. 1.4. apoph. ex Suetonio.

Idem.

Augustus quum iam quadragesimum excessisset annum ageretque in Gallia, delatum est ad illum L. Cinna adolescentem nobilem, ac Pompeij nepotem, insidias illi struere: dictum est vbi, quando, & quomodo aggredi vellet. Decreuerat enim sacrificantem interficere: Dictabatur proscriptionis sententia, sed Augusto interim varias edente voces, ingressa Liuia vxor: Fac, inquit, quod medici solent, qui vbi visitata remedia nō procedunt, tentant contraria, sc̄ ueritate nihil adhuc profecisti, ignore. Cinna deprehensus vitæ tuæ nocere non potest, famæ tuæ prodesse potest. Protinus iussit accersiri solū ad colloquium: venienti alteram cathedram ponì iussit. Hoc, inquit, Cinna primū abs te peto, ne me loquenterem interpelles: dabitur tibi loquendi tempus. His commemoratis pluribus in Cinnam beneficiis, quod seruasset repertum in castris hostium, quod patrimonium omne concessisset, quod insuper ornasset sacerdotio: rogauit, quare putasset ipsum occidendum? perturbato Cinna, sic suavit obiurgationem: Vitam tibi Cinna iterum dō, prius hosti, nunc insidiatori ac parricidz. Ex hodierno

die inter nos incipiat amicitia: contendamus, utrum ego meliori fide vitâ tibi dederim, an tu mihi debeas. Et consulatum obtulit. Vis exitum? Cinna habuit perpetuô amicissimum, solus ille fuit hæres, nullis amplius insidiis ab illo peritus est. Sueton. in eius vita.

Idem.

Æmylius Ælianuſ cùm acusatus esset quod male loqueretur de Cæſare, Augustus respōdit nil aliud quā, Si male loquitur, sciat me quoque lingua habere, plura enim loquar de eo vicissim. Mira Cæſaris clementia, qui maledicem pro suo iure immaniter tractare potuisset. Erasm. lib. 4. apoph. ex Suet.

Idem.

Tiberius cùm ad eum scripſiſſet, quām male à quibusdam hominibus lingua infectaretur, respondit: Satis est, si hoc habemus, modò ne maleſiant nobis. Erasm. ibid. ex Suet.

Seneca.

† Quid interest inter tyrannum & Regem? species enim ipsa fortuna, ac licentia par est, nisi quod Tyranni ex voluptate sanguinent, Reges non nisi ex causa & necessitate. Et paulo post, Clementia efficit, ut magnum inter Regem tyrannumque disserimen sit: vterque licet non minus armis valletur, sed alter habet arma quibus in munimentum pacis vtitur, ut magno timore magna odio compescat. lib. 1. de Element.

Nero.

Quum ex amore cuiusdam capite damnati causæ subscripturus esset Sextus Nero: Vtinam, inquit, literas nescirem. Vox parsimoniam humani sanguinis promittens, si ex animo prodisset. Senec. lib. 2. de clem.

Trajanus.

Quum sua clementia & humanitate antecessores suos omnes superaret, amicis aliquando culpantibus, quod nimis clemens erga suos esset, respondit: Talem se imperatorem

esse priuatis, quales esse sibi imperator priuatos optaret. Bruson. lib. 3. cap. 4.

T. Vespasianus.

Fatrem Domicianum insidias molientem, non est vltus, sed his verbis admonuit: Quid opus te parricidio petere, quod me volente obuentur est, imè quod iam habens, imperij particeps? In Christiano vix reperias tantum mansuetudinis. Erasm. libro 8. apoph.

Antoninus Pius.

Cassium senatorium virum occidi passus est, non iussit occidi, post extitum doluit, dicens, Voluisse sine senatorio sanguine imperium transigere. Mira clementia in affectatorem imperij. Iulius Capito.

Hadrianus.

Adeò contempſit inimicos, ut vni quem habuerat capitalem, forte obui dixerit, Euasisti. Principibus in priuatis offensis debet esse satis, potuisse vlcisci Dion.

Theodosius iunior.

Rogatus, cur neminem eorum à quibus ladebatur, supplicio capitis afficeret? respondit, Vtinam mihi licet & mortuos ad vitam reuocare. Spicg. in lib. 2. cap. 47. Panor. de reb. gest. Alphonſi. Erasm. lib. 8. apoph.

Idem.

Quum in Amphitheatro Costantinopoleos federet spectator, & populus damnatus efflagitans clamaret, Crudeli bestiæ artifex obiectus pugnet: compescuit immite turbæ vocē, dicens: Nescitis, inquit, quod nos consueuimus clementer spectare, innuens, vbiunque adest princeps, illic oportere omnia mitius geris. Erasm. lib. 8. apoph.

N. Antonius Philos.

† Senatum monuit, ne quis eorum qui cum Cassio in se coniurauerant, morte afficeretur. Absit, inquiens, vt me tenente principatum, vestrum quisquam, meo, vestro de decreto capite dñeatur. Quod si id à vobis non impe-

imperabo, ad mortem ibo celeriter. Usque adeo à cædibus alienus, mitis & bonus, & pius erat. Xiphilin. in eius vita.

Aurelian.

Quum Tyanam venisset, eāmque occlusam reperiisset, iratus dixit, Canem in hoc oppido non relinquam. Hac voce milites sunt erecti in spem prædæ. Urbe autem capta, militib[us]q[ue] ex Cæsar[is] promisso direptione op[er]i flagitantibus respondit, Agite, canem me negauit relieturum, canes omnes occidire. Et sic promissis satil fecit, & clementer hostes suos traetavit. Flavius Vopiscus.

Galienus.

Quidam vxori Galieni iunioris geminas vitreas pro veris viderat: re comperta mulier flagitauit vindictam. Cæsat iussit hominem corripi, quasi leoni obiciturus. Dein in caueam, dum impostor & populus expectat terribilem leonem, profiliit caput. Cunctis rē tam ridiculam miratibus per curionem dici iussit: Imposturam fecit & passus est. Eadem opera fefellit impostorem, & irrisit vxorem. Trebel. Pollio.

Alexander Seuerus.

Amici eius improbantes humanitatem & clementiam, Mammea mater, vxörque Memmia sape diceret, Molliorem tibi potestatem & contemptibiliore imperij fecisti: respondit, Sed securiorem & diuturniorem. Brus. lib. 3. cap. 13.

Idem.

Ouinius Camillus antiquæ familiæ senator, cum rebellione moliretur, & tyrannidē affectaret, hominis fraude intellecta, ad se vocari iussit, & egit gratias, quod Reip. curam sua sponte suscipere tentaret. Mox ad se natum processit, ac tanti sceleris conscientia trepidum, consortem imperij appellauit, in palatiū recepit, ornamenti imperialibus & melioribus quam vtebatur ipse, decorauit, profectionisq[ue] comitē adhibuit. Quum-

que imperator ipse pedibus iter faceret, inuitauit Ouinium, & equo sedere iussit: denique mori paratū dimisit. Aelius Lampridius.

Rodolphus Imperator.

Quum post morum mutationem clemētior suis fuisset, quā ab initio imperij, obligatur ob id. Seuerum, inquit, & immitem fuisse me aliquādo pœnituit. lenē & placabilem nūquam, Æneas Sylu. li. 2. commentario rum de rebus gestis Alphonsi.

Sigismundus Cæs.

Eos reges demùm in terris beatos esse dicere solebat, qui electis ex aula sua hominibus superbis, viros māsuetudinis & misericordia cultores in curia assessores haberent. Æneas Sylvius de dictis Sigismundi imperat.

Alphonsus rex.

Cum argueretur aliquando, quod nimis mitis ac lenis esset erga suos, ut qui nonnunquā etiam iis qui vel grauter in ipsum deliquerint, ignorent: Malo, inquit, multos mea clementia & mansuetudine seruare, quā paucos mea seueritate perdere. Panor. lib. 2. de rebus gestis Alphonsi reb. gestis.

Idem.

Cuidam dicensi, cave ne tua hæc clementia ac lenitudo in perniciem cedat: Imò verò, respōdit, multa mihi perse, ēda sūt, ne in inuidiā cadā. Pan. l. 2. de rebus gestis Alphonsi regis.

Idem.

Dicere solebat, qui nimis lenem & mansuetum principem quererentur, expectandum iis esse, ut vrsi, ac leones quandoque regnarent. Hominis sanè clementiam esse: beluarum autem, feritatem. Panor. l. 2. de rebus gestis Alphonsi.

Idem.

Ab amico admonitus, ne malis & facinoris hominibus adeo mitis eset: Malos benevolentia & clementia interdum citius quā seueritate in viam virtutis reuocari posse respondit. Cogitandū tamen, ad pri-

uatas iniurias principē facilem ad agnoscendum, in iis autem quæ lœdūt Rempub. seuerum esse oportere: ita tamen, ut non hominem, sed crimen ipsum insectari ac punire videatur. Panormitanus de rebus gestis Alphonsi.

Idem.

Interrogatus verò, cur erga omnes etiam mālè meritos rā humanus ac mansuetus esset: respondit, se quidem iustitia bonis gratū esse, malis autē clementia. Panor.lib.2. de reb. gest. Alphonsi.

Idem.

Frequēter etiam dicebat, nihil magis aduersariorum animos flectere, quam placabilitatis & māsuetudinis nomen. Panorm. lib.; de reb. gestis Alphonsi.

Infrā de hostib⁹ non crudeliter trānsandis.

Idem.

Quum in obsidione Caietæ suscep̄tis impuberibus, senibus, omnique sexu bellis haudquam vtili, quos Caietani ob annonæ penuriam ciuitate expulerant: quidam Alphonso regi dixisset, si tu hos nō admisisses, Caietani paucis post diebus sese dedissent. At ego, respondit rex, pluris facio eorū vitas, quam Caietas cētum Facinus profectō regium & memorabile: ac Deo in primis gratum accepiūmq̄e. Quum enim vrbem per id tēpus quadraginta fermē milium conatu capere nequisset, postea soluta ac diu desita iā obsidione, sine vi, sine armis, ea gratitudine in directionem redigit. Panor.lib.1.de rebus gestis Aphonsi.

Idem.

Quum verò contra Venetos ac Florentinos, potētissimos Italiae populos, haud equidem iniuria bellum suscep̄sset, & iam Neapoli aduersus eos magna animi fiducia contendisset: Florentini primū, mox Veneti oratores in agro Pelignensium obuiū facti sunt, pacem ab armato per-

humiliter postulantes, cuius condītiones cūm audire cuperent, Alphonsus dixisse fertur: Se nullū aliud pacis dat⁹ pretium existimasse, quam hostes genibus aduolutos ad se, pacē dedisse. O clemētiam omnibus principib⁹ imitandam, & nostro hoc seculo inter potentes rarissimam. Pan. lib.1.de reb. gest. Alphonsi.

Hic cognata pete ex apoph. de Humanitate, Mansuetudine, atque Patientia iniurie.

Decognitione sui.

Thales.

C Vidam percontanti quid esset difficile: Seipsum, inquit, nosse. Atqui hoc vulgus putat esse facillimum. Aliena rectius perspicimus quam nostra, & sibi quisque adulat̄or est. Laërt.lib.1.

Idem.

* Difficile est se nosse, inquit: sed beatū. Et hæc est secundū naturā vita. Anton. & Max.ser. de cognit.sui.

Chilon..

Dicere solitus est, Cae tibi ipsi, siue à te ipso, siue obserua te ipsum. Nā Græcē est φυλάκιον ēavtōr: vt admoneat, sibi quēque debere suspectū es- sc. Omnes sibi cœuent ab aliis: at frequenter, nemo magis hostis est homini, quam homo sibi, dū libidinem, dum iram, dū ambitionem aliásque cupiditates adhibet in consilium. Laërt.libro 1.e.4. Stob.ser.19. Max. ser.56.

Idem.

Volebat, Nosse seipsum quemque debere: atque id circō Apollini aureis literis sacratū eius dictum fuit. Nam qui se recte nosset, animā atque corpus vt æquum est diligenter: neque quod vni est impariendum, alteri prēberet. Quod cūm plerique perpetram faciant, id nullius alterius culpe est adscribendū, nisi quod nos ipsos, id est, humanam compactionem agnoscere nolimus. Fulg.lib.4.cap.2.

Bis

Bins.

Vt homines ad sui cognitionē duceret, iubebat vt in speculo vnuusquis que suas actiones contemplaretur, vt honestas magis ornaret, turpes verò emendareret. Stob.ser.21.

Heraclitus.

Iuuenis adhuc omnium sapientissimus esse inde iudicabatur, quod rogatus quid sciret, respondisset, Sat scio quod nihil scio. Ex Aristonymi scriptis recitat Stob.ser.21. Anton. in Melissa, par.1.ser.59. Max.ser.56.

Diogenes.

Interrogatus quonam modo quis suimet præceptor fieri posset? respondit, si seipsum eis, quibus alios increpat, increpuerit. Stob.ser.1.

Simonides.

Conuiuo quodam exceptus, in quo Pausanias etiam erat. Iussus aliquid è sapientia præceptis deprime-re, statim dixisse ad Pausaniam fer-tur: Memento te hominem esse. Id autem Pausanias tunc temporis non magnoperè curauit, captus iam superbia, eò quod ad Medorum partes sese applicuisse, & elatus ob hospitij ius, quod ei cum rege intercedebat, forsitan etiam vino depulsus à sede recte rationis. Cùm verò iam esset Chalcoco, & cum fame luctaretur, iamque calamitosissimam omnium mortem ob oculos cerneret: tunc in mentem ei venit Simonides, & magna voce exclamauit: Q Cee hospes, magnum quiddam in tuo sermone ine-rat. Ego verò inani persuasione sum adductus, vt eum nullius momenti putarem. Älian.l.9.de Var.hist.

Theocritus.

Cuidā quærenti quare libros non scriberet, respondit: Quoniam, vt li-bet, non possum: vt verò possum, non libert. Stob.ser.21.ex Aristonymo.

Socrates.

Dicebat, sese nihil scire præter hoc vnicum, quod nihil sciret: reliquos verò ne hoc quidem scire. Antonius in Meliss.par.1.ser.59.

Idem.

Reganti cur nihil scriptū ederet, respondit: Quia video chartam multo pretiosiorem, quam ea quæ scribenda forent. Stob.

Plato.

* Qui nihil, inquit, propemodum scimus arbitramur nos omnia seire, non permittentes autem alios, quæ ipsi nescimus, agere, peccare cogi-mur ipsi cùm agimus. Anton. & Max. ser.de cognit.fujiipsius.

Philemon.

Philemon dicere solebat, homo cùm sis id fac semper intelligas, & semper eris homo. Ant. & Max. ser. de cognit.fui.

Demonax.

* Interrogatus, quando cœpisset philosophari, tum dixit cùm cognoscere me ipsum incœpi. Stob.ser.21.

Philippus Maced.

Cùm ad Chæroneam Athenienses vicisset, animum elatum ratione cō-pescuit: & ne quid post hac per contumeliam & fastum committeret, hoc instituit, vt quotidie mane excitaretur è somno, his verbis: Surge rex, & hominem te esse cogita. Stob.ser.21.ex Äliano.

Alexander.

Alexander posteaquam ex diuturno morbo conualuit, nihilo se deterritus affectum dixit. Admonuit enim nos(inquit) ægritudo, ne altum saperemus, ut pote mortales. Stobæus ser.21.

Seneca.

† Inuenta sunt specula, vt homo ipse se nosceret. Multa ex hoc consecuta, primò sui notitia, deinde & ad quædam, consilium. Formosus, vt vitaret infamiam: deformis, vt sciret redimendū esse virtutibus, quicquid corpori deesset: iuuenis, vt flore æ-tatis admoneretur, illud tempus esse discendi & fortia audendi: senex, vt indecora canis deponeret, & de morte aliquid cogitaret. lib.1. Na t. qu. cap. 17.

Placilla.

Placilla Theodosij imperatoris vxor pientissima, subinde maritum admonere solebat, iam in Cæsare enectum, vt se olim priuatum hominem fuisse cogitaret. Quem putabat præ cæteris ad Romanæ reipub. gubernacula assumptum, non ferocius superbiret, atque iam Deum se factū existimaret, vt alij: sed vt hominem se esse cogitans, variis cum subditis fragilitatibus obnoxium, ritè gubernaret imperium, tanquam Dei seruos: Nicephorus Callistus libro 12. cap. 42.

Basilius.

* Memor, inquit, naturæ, numquam superbies. Memor autem eris ipsius, si te ipsum obserues. Ant. & Max. ser. de cognit. sui.

Idem.

* Accurata cognitione tui ipsius sufficieret te veluti manu deducet ad notionem & contemplationem Dei, ibidem.

Didymus.

* Nosse, inquit, ignorantum se esse, sapientia est: & scire se iniustitiam esse, iustitia. Ibid.

Chrysostomus.

* Is maxime se nouit, qui se nihil esse putat. Ibid.

De collega inutili.

Scipio Amylianuſ.

Creatus censor, addito collega Mummio, viro magnæ quidem nobilitatis, sed vita dissolutoris, prostris dixit, se ex maiestate Reipublicæ omnia gesturum, siue ciues sibi dedissent collegam, siue non dedissent: innuens, satius fuisse non habere collegam censuræ, quam tales collegam: Valer. Maxim. libro sexto, capite quarto. Plin. de Viris illustrib. 58. & Bruson. libro quarto, capite 5.

De coitu & venere.

Pythagoras.

Rogatus à quodam quando esset congregendum cum feminis: Cùm voles, inquit, te ipso fieri debilius. Multa Venus eneruat hominem. Laer. 1. 8. c. 1.

Idem.

Idem dicere solebat, Ne sape homo ab homine. Hoc ænigmate, frequente venereorum vsu interdicens. Stob. ser. 15.

Aristoteles Cyrenaus.

Interrogatus, an amor coitus gratia fieret? Neq; eius gratia, dixit, neq; sine eo. Stob. ser. 61.

Icurgus.

Quodam admirante quamobrem vetuisset sponsum cum sponsa simul dormire, sed statuisset, vt vterque cù suis æqualibus maximam diei partem versaretur, cùmque his totas noctes quiesceret, cum sponsa verò furtim ac verecundè congregareretur. Primum, inquit, quod vt corporibus essent validi, si non vterentur congressu ad satietatem: dein, vt illis amor mutuus semper maneret recens ac vigens: denique, vt fecerent robustiores. Plut. in Laco.

Alexander.

Duabus potissimum rebus, cùm Deus à multis prædicaretur, se quod mortalis esset, deprehendere dicebat, somno & coitu: quod hæc præcipue proderent humani corporis imbecillitatem. Somnus enim mortis imago est, & coitus species est morbi comitialis. Plutarchus in Alexander.

His cognata sunt, quæ in apoph. de Amore, Incontinencia, Libidine, &c. reperies.

De comitate.

Diogenes.

Solitus est dicere, manus non esse porri-

porrigendas amicis, complicatis dignis. Innuit, non satis esse, si comes nos præbeamus amicis, sed comitati comitem adiungendam benevolentiam, & benignitatem. Laërt. l.6.& Eras.l.3.apoph.

Socrates.

Æschines cùm cuperet esse ex numero discipulorum Socratis, suámque apud præceptorem excusaret paupertatem, molestè ferens, quum alij Socratis amici multa subinde largirentur, se solum nihil posse: Annon intelligis, inquit Socrates, quām magnum munus mihi dederis, nisi forte te ipsum patui astimas? Comiter suscepit discipulum egenum, & nihil mercedis postulavit ab eo, quem pauperem esse nouerat. Laërt.

Antalcidas.

Rogatus à quodam, quo pacto quis maximè placere possit hominibus? Si inquit, loquatur illis iucundissima, præstet autem utilissima. Plut. in apoph. Lacon.

Telecrus.

Fratri suo querenti, quòd ciues erga se non perinde afficerentur, atque erga illum: sed inhumanius tractarent, quòd nondum ab illis esset creatus Ephorus: Tu (inquit) extra omnem comitatem positus iniuriam ferre nescis, ego autem scio. Sensit, comitatem plurimum posse ad conciliandum ciuium fauorem. Plut. in Lacon.

Anonymous.

Quidam causam detulit ad oratorem: is negavit, ac detulit ad alterū qui recepit. At is qui detulerat, dicere solebat, sibi gratiorem fuisse orationem eius qui negarat, quām eius qui recepit: Quòd ille comiter recusasset, hic grauiter & in amoenō vulnu receperisset. Eras.l 8.apoph.

C. Cotta.

Dicebat se operam suam, in eo quod non contra officium peteretur, solere polliceri omnibus: sed imperare illis tantum, apud quos optimè

poni arbitraretur. Cic. ad Quint. fratrem, de petitione consulari.

Traianus Imp.

Amicis incusantibus, quòd parum memor imperatorix maiestatis, nimium esset omnibus expositus, respondit: Talem præstabò me imperatorem priuatis, qualem optarem ipse priuatus. Eras.Rot.lib.8.apoph. Brus.l.3.c.4.

De commendatione.

Agesilans.

Quidam perit ab Agesilao, ut se scriptis ad hospites & amicos suos Asiaticos literis commendaret, quo apud illos ius suum consequeretur, respondit: Nihil esse opus literis commendatiis. Nam mei, inquit, hospites sua sponte quæ iusta sunt faciunt, etiam si illis non scripsero. Apud bonos & in bona causa supervacua est commendatio, quum ipsa res impetrat quod precibus exoratur. Plut. in Lacon.apoph.

Augustus Caesar.

Augustus filios suos nunquam populo commendauit, nisi cum hac exceptione: Si merebuntur. Honorem non auctoritati, sed meritis tribui voens. Erasmus libro quarto apoph. Suet.

Antoninus Pius.

Rogatus cui filium commendaret, vobis, inquit, si promeretur, & diis immortalibus. Fauorem noluit suæ auctoritati tribui, sed filij meritis, Iulius Capitoninus.

De comediat liberitate.

Crates.

Crates Thebanus cùm filium Pasiclem in meretricis domum perduxisset, dixit: Hoc tibi est patrium coniugium. Nam mœchi Tragici præmia referunt exilia ac cædes: Comici autem scortatores ex luxu &

remulenta lucrificant insaniam. Sensus homo ethnicus, quasi tragicam esse rem adulterium: propterea quod plerunque crudelis sit eius exitus. Scortari autem esse comicum, scrutatio enim non mortis damnatur suppicio: nihilominus tam, qui depereunt in meretricem, in comedii inducuntur (ut sunt vera) insanis similes. Laertius lib 6. cap.5.

Socrates.

Quum in Aristophanis comedìa, cui titulus Nebulae, multis & acerbis conuiciis proscinderetur, & adstantium quidam diceret, Non haec iniquo fersanimo Socrates? Non per Iouem, inquit, a grè fero, si in theatro, perinde ut in magno conuiuio, salibus mordeor. Mos hic etiamnum durat apud quosdam Germanos, ut in celebribus conuiuis adhibeatur dicax aliquis, qui in coniuas iaciat scommata: quibus commoueri, vehementer incivile habetur. Eras. lib. 3.apoph.

Xenocraes.

A Bione dictis lacestitus, Non sum, inquit, tibi responsurus, neque enim tragœdia, quum à comedìa taxatur, dignatur eam responde. Nota est veteris comedìæ licentia, in qua multa scommata iaciuntur, & in ipsis poëtas, & fabularum personas: at tragœdia non dignatur vicissim humiles personas attingere. l.aërt.li. 4.cap.2.

Lacones.

Comedias & tragœdias non audiabant, ut nec serio nec ioco quicquam audirent repugnans legibus. Leges enim prohibent stupra, incestum & adulteria: prohibent dolos, iniuriam, furtum, ceteraque flagitia: at in fabulis talia poëtae diis affingunt. Nec placuit illis quorundam excusatio, fabulas ad voluptatem fingi, non ad fidem veri. Voluptas ea corrumpt imbecillium animos. Hanc ob causam Archilocum poëtam

cum venisset Lacedæmonem, eadem hora expulerunt, quod intellexerant ab illo scriptum, fatius esse abiicere arma quam mori. Plut. in apoph.

De compunctione seu con-dolentia.

Socrates.

* Dicebat medicos a gratis, amicos infortunatis consulere debere. Stobæus:

Agestlaw.

† Cum se imperante decem millia hostium cecidissent, eoque prælio Corinthiorum opes vehementer debilitate viderentur, tantum absuit ab insolentia gloriae, ut commiseratus sit fortunam Græciæ, quod tam multi à se visti, virtus aduersariorum concidissent. Namque illa multitudine Persas frangi vincique potuisset, si vites & animos Græciæ conuinxisset. Idem cum hostes intra mœnia compulisset, & ut Corinthum expugnaret, multi suaderent, negavit id suæ virtuti convenire. Se enim eum esse dixit, qui ad officium peccantes redire cogeret, non qui nobilissimas Græciæ vrbes extingueret. Probus in Agesilaō & Plut.

Antonius Verus.

Dicere solebat inhumanum planè esse humanis casibus & calamitatibus non ingemiscere. Innuens eos ab hominum natura alienissimos esse, qui aliorum miseriis non afficiuntur, ac instar lapidum in aduersis amici rebus stant immoti. Capitoli-n.

Anonymus.

Quidam deciderat in puteum profundum, eum quum vidisset quilpiā, commiserans hominem, dixit: Misser quomodo in puteum decidisti? Tum ille, Quid refert, quomodo inciderim? hoc potius age, ut hinc possim educi. Refertur à diuino Au-gustino.

De

De concordia.

Antisthenes.

Fratrum inter se concordiam dicitur Antisthenes quo quis muro firmius munimentum. Id dictum & ad ciuium concordiam accommodari potest. Laert. l. 6. c. 1.

Musonius.

* Dicebat, nullas nuptias sine concordia esse honestas: nec ullam societatem utilem. Improbos vero inter se concordiam alere non posse. Sicut lignum rectum cum curvo, aut duo ligna curua inter se conuenire nequeunt. Stob. ser. 78.

Melanthus.

Quum Gorgias sophista recitaret in Olympiacis ludis apud Graecos orationem de concordia, Melanthus quidam, Hic, inquit, de concordia totius Graeciae differit, qui sibi, vxori, & ancillae tribus duntaxat, ut concorditer viuant nondum persuasit. Eras. 6. apoph.

Leo Byzantius.

Leo Byzantius sophista venit Athenas, populo dissidiis tumultuanti concordiam suasurus. ubi prodiisset in suggestum, corpore admodum pusilla omnium risus obortus est. Ille fortuitam occasionem vertens in proœmium: Quid, inquit, o virti Athenienses, si conficeretis uxorem meam? quæ tam pusilla est ut vix pertingat ad genua mea. Ad hanc vocem quum maior etiam populi risus sublatus esset, subiecit: At nos tam pusillos si quando dissidemus, vix ciuitas Byzantium capere potest. Ita ferme Plutarchus in præceptis politicis. Sed eandem fabulam multò aliter narrat Philostratus in Sophistis. Nempe quum prodiisset ad populum, dicturus de concordia ipsa statim species risum mouit populo, quod obesus esset, ac ventre prægrandi. At ille nihil turbatus risu multitudinis, Quid, inquit, ridetis viri Athenien-

fest Vxor mihi est me multe obcesior, & tamen concordes unus capit lectulus, discordes ne tota quidem domus. Quod refert Philostratus, & probabilius est & festiuus,

Iesus sophista.

Lacedæmonij cum periclitatur, ac de ciuitate mœnibus cingenda consultarent, Homericum carmen recitauit Iesus Sophista:

Scutum habet scuto, galea galea, atque
viro vir.

Et adiecit, Sic mihi state Lacedæmonij, & muris cincti sumus. Philostrat. in Sophistis.

Arehidamus.

A duobus inter se dissidentibus delectus arbiter, ambos duxit in lucum Mineruæ, cognomento Chalcioœæ. sacrum ibi exegit ab illis iuriandum, ut starent arbitrii iudicio. id ubi iurassent: Pronuntio, inquit, ne prius hunc locum exeat, quam quod inter vos est dissidij ponatur, & inuicem reconciliemini. Reperit vir ingeniosus, quo pasto fieret, ut nec ambos offenderet recusato arbatrio, nec alterum è duobus alienaret, si pro altero contra alterum tulisset sententiam. Apud Lacedæmonios autem nefas erat fallere, quicquid Mineruæ templo promissum esset. Plus. in Lacon.

Agestilus.

A quodam percontatus quam obcasum Sparta mœnibus non cingeretur ostendit ciues armatos & vnamines: Hi, inquiens, sunt Spartæ ciuitatis mœnia. significans, Resp. nullo munimento tutiores esse quam virtute ciuium consentientium. Plutarchus in apoph. Lacon. Eras. lib. 1. apoph.

Idem.

Similiter cum aliis quidam interrogasset hoc ipsum: Ciuitatem non faxis lignisve, sed pro vallis ac mœnibus, incolentium virtute muniri oportere, ait, quos si iungit concor-

dia , nullus potest esse murus inex-
pugnabilior. Plutarchus in Lacon.
apoph.

Callicratidas.

Quum ad Cyrus regem mittere-
tur , vt pecunias bellū exigeret , & ter-
à rege bibulo non admitteretur , dis-
cessit , iurauitque , apud comites , vt
primum Spartam rediisset , nihil non
facturum , vt Græcos inter se conci-
liaret , quo barbaris fierent magis for-
midabiles , desinerentque illius regis
viribus inter se pugnantes egerent . Sin-
gularis profectò fuit prudentia vir ,
quod perspexit Græcos non alia ma-
gis ratione posse reddi barbaris for-
midabiles , quam si d. positis intesti-
nis simultatibus , mutuam inter se
concordiam sancirent . Plut. in La-
con. apoph.

Agestipolis Pausania F.

Quum Athenienses querimonia-
rum , quas cum ipso mutuas habe-
beant , arbitram delegissent Megare-
nium ciuitatem , quæ controuer-
siam inter eos componeret : Turpe ,
inquit , si Megarenſes melius norunt
quid iustum sit , quam hi qui se Græ-
corum duces ac rectores præstis-
sent . Megarenſes apud Græcos male
audiebant , de quibus iactatum est ,
quod neque primi essent , neque se-
cundi neque tertij , neque quarti , ne-
que vlo in numero : cum Athenien-
ses pleraque Græcia imperarent . Ab
ipsis igitur quibus cum litem habe-
bat , rex nolebat finiri dissidium : si-
mul declarans , & quam suæ fideret
causæ , & quam aduersariis non diffi-
deret : malens clarissimæ ciuitatis
iudicio vinci , quam Megarenium
arbitrio vincere . Plut. in Lacon. a-
poph.

Lycurgus.

Quum agros inter ciues diuisis-
set , & post longum tempus ex pere-
grinatione veniens , in agris Lace-
dæmoniorum forte manipulorum a-
ceruos in messe conspexisset ordine
positos : ridens ad eos qui aderant ,

dixisse fertur : vt tota Lacedæmon
videtur multorum esse fratrum , qui
nuper inter se diuiserunt hereditatem .
Bono principi nil iucundius erat ,
quam suorum ciuium concordia . Plu.
in Lacon. apoph.

Idem.

Ad ciues suos qui scripserant , quo
paſto hostium impetum repellere
possent : Si pauperes , ait , manseritis
& contentiones mutuas deposueritis .
Complexus est autem unico quasi
verbo vir sapientissimus , quid ciuit-
atibus exitium potissimum pariat:
immodicæ videlicet diuinitæ , ac omni-
nis concordia neglectus . Brus. lib. 2.
cap. 4.

Demetrius.

Cum aliquando à venatione redi-
ret ad patriam legationem iam au-
dientem succinctus ut erat telis , ac-
cessit , eumque osculatus consedit:
Hæc , inquiens , concordia regni no-
stri turissimum erit praefidium . Dis-
cedentibus itaque legatis , Renun-
tiate , inquit Antigonus , ô viri , talem
amorem , animique pietatem , qualem
vidistis . Brus. lib. 2. c. 4. ex Plutar-
cho .

Scilurus.

Scilurus octoginta liberos mascu-
los habens , cum esset moriturus , fa-
sciculum iaculorum singulis porre-
xit , iussitque rumpere . Id cum sin-
guli recusassent , eò quod videretur
impossibile , ipse singula iacula ex-
emit , atque ita facilè confregit omnia , filios admonens his verbis : Si
concordes eritis , validi iniustique
manebitis : contrà , si dissidiis & sedi-
tione distrahemini , imbecilles eritis ,
& expugnatū faciles . Non potuit Scy-
tha magis Scythicè rem ob oculos
ponere . Plutarchus in apoph. Stob.
ser. 82.

Themistocles.

Cum Xerxes expugnatī Thermopylis crudeliter tractasset Astum ,
& hac fama perterriti classiarij cogitarent de repetenda domo , idque ple-
nique

rique suaderent: solus Themistocles obstitit, dicens eos vniuersos hostibus fore pares, dispersos verò perituros. Amylius Probus.

Anonymus.

Chij aliquando cum grauissimo seditionis morbo laborantes, tumultum inter se excitarent: quidam inter illos homo natura ciuilis & pacis amans, ad eos qui omnes amicorum suorum aduersarios ex vrbe volabant ellicere: Nequaquam, inquit, sed cùm victoriam obtinuerimus, relinquamus aliques, ne procedente tempore non habentes aduersarios, nobis ipsis bellum inferamus. Atque hoc dicto persuasit, vnitatem & concordiam in Republ. retinendam esse. Aelianus lib. 14. de Varia historia. Plut.

Tyresius.

Scipio Africanus quem Numantinos sàpe vñtores iam fregisset, obfessosq; tandem expugnasset: Tyresium principem Celticum rogauit, qua de causa Numantia aut prius invicta aut post euersa fuisset: respondit Tyresius, Concordia victoriam, discordia exitium præbuit. Brus. lib. 2. cap. 4.

Mycipsa.

Mycipsa rex iamiam moriturus, filios suos paterno moner affectu, vt concordes sint, aureis semp̄ literis scribendam sententiam addens: Concordia paruæ res crescunt, discordia autem maximæ dilabuntur. Sallust. de bello Iugurthino.

Seuerus Imp.

In grauissimum morbum incidens posteaquam vitæ suæ finem instare animaduertit, ad se vocauit Marcum Antonium & Getam filios. à quibus quid vellet percunctatus: Facite, inquit, vt conueniat inter vos, locuplete milites, cæteros omnes contente. Sciebat enim filios regni cupidissimos post mortem de successione disceptaturos: & nisi militum animos pecunia auctoriter, penitus interitu-

ros esse. Dion Nicæus, & Xiphilinus in vita Seueri.

Iouianus Imp.

Cùm solicitaretur vt responsum daret Macedonianis supplicantibus, Odi, respondit, omne contentioñis genus: concordiam autem vnicè amplector & amo. Nicephorus Callistus lib. 10. cap. 40. Eccles. hist.

D. Ludouicus.

† Non modò Francos Principes, verum etiam externos dissidentes ad concordiæ reuocare satagebat. Quidcum improbarent nonnulli, eos grauiter argubat, dicens, fore vt externi si se spectante & dissimulante, armis dissideant, existiment Regem Francorum per summam maliitiam tolerare, atque infensis animis in me regnumque meum aliquam perniciē machinentur. Præterea periculum esset, ne Deum in me prouocarem, quisummo fauore prosequitur eum, qui dissidentes conciliare nittitur. Ionu. in eius vita cap. 89.

De confessione.

Pythagoras.

Diebat peccata non esse verbis tegenda, sed tentandū vt reprehensionibus curarētur. Ant. & Max. serm. de iniust. peccato, & confess.

Aristoteles.

* Non multum ab impeccabilis dīscendere dicebat, qui peccatum vt debet fateretur. Ibidem.

Lysander.

In Samothracia oraculum petens, iussus est à sacerdote dicere, quid deterrimum in vita egisset. Ipse quoque sacerdotem rogauit, vtrum iussu suo, an deorum, id facere oportere ē. At illo dicente, deorum: Tu igitur, inquit, mihi concede, vt illis, si percontentur, dicam. Bruson. lib. 1. cap. 13. ex Plut. in Laonicis.

Antalcidas.

Interrogatus à sacerdoti ministro, quibus rebus per omnem ætatem o-

peram dedisset? Non opus est, inquit, ut tibi hoc dicam: sed si quid male egi, Dijs ne quaquam incognitum est. Plut.in Lacon.

Anonymus.

Sacerdos quidam Laconem initiaturus, rogabat in quibus ab ineunte ætate potissimum peccasset? At ille: Hoc, inquit, Deos ne quaquam latet. Verum cum magis vrgereret responsum, Lacon rogauit etiam Num hoc sacerdoti vel diis ipsis dicendum esset? Quum respondisset, Dns: Tu igitur secede parum, inquit, ne audias, Diis dicturus eram. Plutarch.in Lacon.

Seneca.

* Quare vitia sua nemo confiteatur? quia etiam nunc in illis est. Somnium narrare, vigilans est: & virtus sua confiteri, sanitatis est indicium. Experciscamur ergo, ut errores nostros coarguere possimus. Epist. 54. ad Lucill.

Idem.

+ Confessio, inquit, conscientia vox est. lib.8. contr.1.

Idem.

+ Initium salutis notitia peccati. Nam qui peccare se nescit, corrigi non vult. Deprehendas te oportet, antequam emendes. Quidam vitiis gloriatitur. Tu existim: si aliquid de remedio cogitare, qui mala sua virtutum loco numerant? Ideo quantum potes te ipsum coargue: inquire in te: accusatoris primum partibus fungere, deinde iudicis, nouissime deprecatoris, aliquando te offende. Epist. 28.

De coniugio.

Crates.

Hipparchia Metroclis soror adauit Craterem apud parentes minitans se sibi consicutaram necem, nisi philosopho nuberet. Ab hoc affectu quam nec parentum verbis, nec Crateris adamati suaso revocari posset: Cratres surgens, detracto pallio

nudauit tergum gibbo, deformatum: Ne quis circunueniarur, inquit, hic est sponsus: & projecto baculo & pera. Haec, inquit, dos est. Super his delibera, neque enim mihi coniunx esse poterit, nisi cui placeat idem institutum. Quum accepisset conditionem puella, mox substrato pallio cum illa congressus est, parentibus adstantibus. Itaque consummatum est Cynicum matrimonium. Laert.lib.6. cap.7.

Pittacus.

* Interrogabat quendam, quam obrem vxorem ducere nolle? qui cum respondissent, Quoniam si formosam duxero, habatur sum communem, si deformem, pœnam: haud quaquam, dixit Pittacus. Sed si pulchram duxeris, non erit tibi pœna: si deformem, non habebis communem. Stob.ser.65.

Amisthenes.

Quidam censebat sapienti non esse ducendam vxorem, sed Antisthenes contraria censebat ducendam esse: at non voluptatis, sed liberum gratia. Debetur hoc naturæ. & patriz. Sed cum optima indole præditus cogredietur, ut ex bonis nascantur boni. Quin & amat maritus vxorem, non vulgari more, sed iudicio, is enim verè & constanter amat, qui iudicio amat. At sapiens opimè iudicabit, quæ sint amore dignæ: aduersus eos qui vxores se iactant habere pro matulis, recitat Eras. Rot.lib.7. apoph. ex Laert.lib.6.cap.1.

Thales.

+ Roganti matri, ut vxorem diceret, nondum esse tempus, dixit: deinde maior cum natu esset, eidem instanti non amplius esse tempus respondit: Laert.lib.1.

Euripides.

+ Felix cuique coniugium prospere successit, vxoris bonæ: felix & ille, qui nullam duxit. Stob.ser.69.

Hippomax.

+ Binos cum uxore iucundissimos dies

dies agitari dicebat, alterum quo ducitur, alterum quo mortua effetur. Stob.serm.68.

Charilaus.

Charilaus percontanti quamobrem Lacedæmonij virgines nudas producerent in publicum, vxores verò testas: Quoniam, inquit, virginibus mariti sunt inueniendi, vxores verò seruandæ iis qui eas nacti sunt. Huc spestat ea consuetudo, vt nec puellis deescent mariti, nec contaminarentur matrimonia præter aliarum gentium consuetudinem, vbi virgines videri nefas est, vxores oculis hominum exponuntur. Plutarch.

Anonymus.

Ciues qui à nuptiis abhorrerent, cœlibesque viuere mallent, à spæculis quibus nudi pueri incedebant, arcebat Lycurgus, aliásque addebat ignominias, hac arte prouidens diligenter, vt ciues creandis liberis operam darent. Quum enim mos esset apud Lacedæmonios, vt iuniores senioribus multum honorem cultumque præstarent, hoc honoris ademit iis, qui coniugibus ductis nolleat augere ciuium numerum. Unde nec illud in Dercillidam dictum reprehendit quisquam, quum tamen belli dux esset probatissimus. Cùm enim aduenienti iuuenis quidam non assurgeret, atque ille diceret, Non mihi assurgens cessisti? Nec tu, inquit, mihi cesserum genuisti. Tam proçax iuuenis dictum in seniorem, eumque bell' calaude celebrem, nunquam tulisset populus Spartanus, nisi pro pessimi sciuibus habuisset eos, qui sponte steriles esse statuissent, nec agnoscerent quid patriæ deberent. Nam rem proprius intuentibus, non ita magnum discrimen est inter eum qui ciuem occidit, & qui ciuem Reipublicæ dare quum possit recusat. Plut.in Lacon.

Lycugus.

Quum certum tempus præscri-

psisset quo puellæ nubere, iuuenes ducere deberent: interrogatus cum id statuendum putasset? Vt, inquit, soboles ex adultis perfectæque ætatis parentibus nata, valida sit & vegeta. Et contu præpropero non solùm lœduntur corpora gignentium, verum etiam proles naicitur imbecilla. Tum qui ante tempus dant operam liberis, carent apud illos auctoritate quam ætas conciliat: rursus qui vergete iam ètate, nec fruuntur liberis suis, nec eos possunt ad perfectam institutionem perducere, morte sensioque præuenti. Plutar. in Laconicis.

Leonidas.

Leonidas Anaxandridæ filius, & Cleomenis frater, cùm ad bellū contra Persas proficeretur, Gorgoni vxori suæ interroganti, quidnā mandare vellet: Nihil aliud quām vt nubas, inquit: & bonos liberos parias. Quo dicto primū ostendit, in eo prælio se peritum: deinde suadet vxori ne vidua maneat, sed nubat, filios edueet Reip. Plut.in Lac.apoph.

Olympias.

+ Cùm aulicus adolescens vxorem duxisset, formosam quidem, sed famosam: Hic consilio destitutus est, inquit, alioquin oculis non dux esset. Si quidem auribus, & non oculis aut digitis, hoc est famæ, non formæ, aut dotis habita ratione, vxor est ducenda. Plut.in precept.connungial.

Demosthenes.

* Dicebat homines sui seculi meretrices habere, ad voluptatem exemplandam, concubinas ad quotidiam corporis curam: vxores verò (sobriebat) ducendæ sunt, vt liberos legitimos gignamus, & familias fidam custodem præficiamus, Stobæus serm. 65.

Antanira.

Antianira Amazonum regina, demirantibus quod nupfisset claudo: fatis Cynicè respondit, αψια χωρὸς οἴστι, id est, claudus optimè virū agit.

Sensit, maritum adhibendum non ad oculorum oblectamenta, sed ad usum coniugij Feruntur autem claudi salaciores esse ceteris, & ob id ad gignendam prolem magis accomodi. Erasm. lib. 9. apoph.

Huc refer apoph. de vxore ducenda,
& non ducenda, &c.

De coniugali amore.

Thesea.

EA fuit Dionysij soror, nupta Polyclyxeno, quæ postquam maritum me tu tyranni profugisset, & rex sororem accusaret, quod conscientia fugæ mariti non indicasset: Adeone, inquit, Dionysis, me vitem abiectiq. animi fœminam iudicas, vt si sensissim illum moliri fugam, non me illi navigationis & omnium fortunarum comitem additura fuerim? Eras. 5. apoph. ex Plut.

Portia.

Bruti vxer Portia Catonis filia, potest aquam sensit conspiratum de Cesare interficiendo, ex nocte quæ præcessit diem in quo Cæsar occisus est, egresso cubiculū Bruto cultellū tonsorium velut vnguium resecādorum gratia poposcit, & quæ quasi fortè de manibus clapso, seipsa grauiter vulneravit. Mox Brutus clamore ancilla rū in cubiculū reuocatus, obiurgare eam cepit, quod tonsoris præripulset officium. Hic illa clam maritò: Nō hoc, inquit, temerè feci: nam experiri volui, si quod constitutum est, parum cesserit ex sententia, quam & quo animo me ferro sim peremptua. Plut. in Bruto.

In iurius Cæsar.

Pompeiam vxorem, quod sinistra fama laboraret, quasi cum Clodio re habuisset, repudiauit quidem. Cætrum cum Clodius hoc nomine reus perageretur, Cæsar citatus testis nihil malis de vxore dixit. At cù accusator diceret: Cur igitur cum illa fecisti diuortium? Quoniam oportet, inquit, Cæsaris vxorem etiam à ca-

lumnia puram esse. Præter argutiam responsi, laudari potest & ciuilitas, quod repudiatæ coniugis famæ percitat. Plut. in Ro. apoph.

De coniugali pudicitia, consule titulum de Pudicitia.

De coniugij molestiis.

Pittacus.

EXpertus dicebat, Aequalē duci-
to: quum ipse domi haberet opulentiorem, ac perinde morosam & imperiolam, id latius explicat in Chiladiis Erasm.

Socrates.

† Interrogatus, quinam homines pœnitentiam incurserent: Respondit, qui vxores duxerunt. Stobæus serm. 68.

Antisthenes.

Antisthenes adolescenti consulēti, cuiusmodi vxorē ducere expedire? si formosam duxeris, inquit, habebis communem: si deformem, habebis pœnam. Suasit, ducēdam esse vxorē, quæ nec fastidium viro moueret, ob deformitatem: nec ob insignem formam peteretur ab adulteris. Tribuit autem Gellius hoc dictum Bianti, sed Laert. lib. 6. cap. 1. Antistheni.

Demonax.

Epidæto Cynico suadēti, vt vxore ducta daret operam liber siveque enim id indignum esse philosopho: Da mihi, inquit, igitur unam è filiabus tuis. Notans illum inepte suadere alteri, quod ipse non faceret. Eras. lib. 8. apoph.

Lycorus.

† Consulenti cuidam, vt contra non ducentes vxorem pœnam statueret, graue onus mulierem esse dixit. Stobæus serm. 68.

Epicarmus.

† Vxorem ducere perinde est ac terfenas aut tres tesseras fortui: ò iace: re: Nam si compositam moribus accepitis, & cetera, non molestam, fæciles habebis nuptias. At si frequen-

ter exēuntē domo, loquacem, & sumptuosam duxeris; non vxorem habebis, sed instrūctum per vitā infortūnium. Stob. serm. 69.

Anonymus.

† Romanus quispiam nuncium vxori remiserat. Hic corripientibus se amicis, q̄ārentib⁹que, Nonne casta, nonne formosa, nonne fœcunda est? Prolato calceo, nonne elegans est, inquit, & ornatus ac nouus? At nemo vestrū videt, qua parte pedē meum premat, ac lēdat. Plut. lib. de præcep. coniug. & in Aemilio.

Cato.

Narratur illud Catonis dictum, Si sine vxoribus mundus esse possit, vita nostra non esset absque diis. Sensit felicissimū in hominum vitā fore si datum esset à coniugio liberos viuere. Sed, vt idem ait apud A. Gellium, cū illis incommodè viuitur, sed sine illis omnino viuitur, vt meritò dici possit vxor necessarium malum. Eras. lib. 8. apoph. At celestis veritas, vxorem bonum necessarium esse asserit.

Alphonsus.

Dicere solebat, ita demū matrimonium tranquillè, cī: rāq. querimonias exigi posse, si maritus surdus fiat, vxor cæca, innuens, opinor, fœmineū genus obnoxium esse zelotypiæ, atque hinc oriri rixas & querimonias: rursum maritis permolestā esse vxorum garrulitatē: qua molestia caritrus sit, si fiat surdus: nec illa vexabitur adulterij suspicione, si careat oculis. Erasm. lib. 8. apoph.

Vide apophtheg. de Vxore non ducenda.

De coniugio iterato.

P. Syrus.

Em̄ improbè Neptunum accusare dicebat, qui semel ex naufragio liberatus, iterum mari se credit. Transfertur autem ad eum, qui secundam duxit vxorem. Brusonius lib. 4. cap. 25.

Dionysius.

Matii suæ præter ætatem nubere cupienti, Ciulia, inquit, ô mater, iura violari possunt, naturæ ius nequaquam. Significans, contra naturā esse, si vetula, quæ iam parere nō potest, nubat. At hodie nubūt sepruge nariae Plutarc. in Reg. apoph. & Brus. lib. 4. cap. 1.

Annia.

Ab amicis abhortata, vt post defunctum priorem maritum, alteri nubaret, cū ætas esset & integra, & forma præstantissima adhuc: quoru alterum præberet spem prolixi, alterum promitteret amorem mutuum: nullo, inquit, pæto hoc facias: si enim bono viro nupsero, nolo post hac timere ne emittam: sin vero malo, quæ me caperet deméntia, vt post optimū talem admittesem? Eras. lib. 8. apoph.

Valeria.

A quoddam rogata quam ob rem defuncto Seruio marito, nulli post hac nubere vellet? Ideo, inquit, hoc facio, quia Seruus meus, licet aliis defunctus sit, apud me viuit, viuetque semper. Erasmus libro 8. apophthegmatum.

Martia Catonis F.

Interrogata, quatin ob causam post mariti mortem, alio se copulare viro renueret? Respondit, Quia non viruin facile inueniero, qui me magis velit, quam mea. Noluit probare castissima matrona hoc coniugium, quod mutuo careret amore. Quæ dotis enim causa nubit viro, concubinum verius quam maritū habebit Erasm. 8. apoph.

Portia.

Cū laudaretur apud eam mulier quædam vt bene morata, quæ tamē iterarat matrimonium: Felix, inquit, ac pudica matrona non nubit nisi semel. Non passa est illam inter bene moratas numerari, quæ citra necessitatē ascisceret alterum virum. Nam multas huc cogit egestas. Porrè coi-

eus gratia nubere, est non verè pudicarum. Eoque dixit, Felix, excusans necessitatem. Erat. li.8.apoph.

Eadem.

Quum diutius lugeret maritum, rogata quē esset habiepta diem luctus ultimum: respondit, Quem & vitæ. Sic illa Ethnica, magno sanè cū deoore plurimarum Christianarum, quæ viro nondum elato iam nupserrunt. Idem.

Barbara Imperatrix.

Erat Sigismundi Cæsaris vxor, quo satis functo vidua superstite, ei autem diceret aliquis, imitandum turturis exemplum quæ mortuo marito, perpetuam castitatem seruaret: Si me, inquit, ratione carentes imitari volucres iubes, cur non columbas potius passerésque proponis? Æneas Sylu. de dictis Sigismundi & Friderici imperatoris

Vide apoph. de secundu nuptiis.

De conscientia bona.

Chilon.

Am grandæous dicebat, se sibi nullius facti concium esse, cuius pœniteret, uno excepto, quod cum esset ascitus arbiter, ut inter duos amicos finiret controversiam, nec quicquam veller aduersis leges facere, persuasit alteri amico, ut ad alios deferret arbitrium. Hoc pacto & legem seruavit, & amicum. Hic scrupulus non nihil mouebat: nisi amicum, quod per factæ virtutis fuisse, nullo metu à regula legum defletere: nec illius amicitia magnificare, qui ob sententiam secundum leges, non secundum ipsum datam, desineret amicus esse. Quid illa sanctius anima, quæ per omnem vitam, quæ illi longo contigit, hoc tantum criminis admisit? Laert.

Bias.

Interrogatus, quænam res in vita metu careret: Bona conscientia, respondit, Stob.ser.24. Antonius in Me-

lissa. part.1.serm.66. Maximus serm. 24.

Periander.

Percontatus, quid in minimo es set maximum? Respondit, Bona mens in corpore humano. Stobæus ser.1.de Prudentia.

Idem.

Interrogatus, quid esset libertas? Recta conscientia, dixit. Stobæus sermon.24.

Socrates.

Ragatus, quinam tranquillè viuerent? Illi, inquit, qui nullius absurditas sibi conscientiæ sunt. Stob. sermon.24. Anton.in Meliss. part.2.ser.77.

Pericles.

Moriturus hoc nomine sibi gratuitabatur, quod ipsi causa nullus Atheniensis pullæ vestem induisset, significans, se nulli causam mortis fuisse, nec ulli diem ab ipso capitum dictum. Pullati sunt, qui mortuum lugent: & olim capitum reū amici pullati pullatum comitabantur. Plut.in Græc.apoph.

Isocrates.

Dicebat, omnino non sperandum esse, si quid turpe feceris, te latiturum. Quamvis enim lateas alios, tute ramen tibi male conscientius eris. Stob. serm.24.

Idem.

Dicebat nihil celandum esse prorsus illorum quæ quis possidet, aut facit, aut fakturus est. Siquidem circa res latentes necessariò multum timoris & metus contingit. Stob.ser.24.

Idem.

* Æmulemini (inquietabat) non opulentissimos, sed de nullo crimine sibi conscientios. Cum hac enim fortuna suauissime quis vitam agere possit. Ibid.

Agus.

Ab Ephoro interrogatus, nū etiam pœniteret eorum quæ gessisset? impavidè respondit: Nequaquam pœnitet, cum sciam, me prudentiam cum honestate semper coniunxisse. nullam enim aliam ob causam nunc ad supplicium mortis ducor. Quo dīgo ostendere

stendere voluit suā innocentiam, & benefaci conscientiam, etiam in ipsa morte. Plut. in Lacon. apoph.

Idem.

Cum captus & damnatus Ephoris, duceretur ad mortis supplicium, vedit quandam misericordia motum eius fortunam flere, cui ait: Noli flere propter me, quia præter ius & æquum ad dirum hoc supplicium ducor, meliorque sum ius qui ad mortem me damnarunt. Quo dicto ostendit, eos bene mori, & honestè, qui contra fas & omne ius suppliciis afficiuntur. Plu in Lacō. apoph.

Epidetus.

* Parentes (inquietabat) pueros nos pædagogo træsiderant, qui vbiq. obseruaret, ne iæderemur. Deus autē iā viros insitè conscientię custodiendos tradit, quæ quidē custodia & cōseruatio nequaquam conténenda est, quo niā & Deo displiceret, & conscientię ipsi nostræ hostes essemus. Stob. ser. de conscientia.

Seneca.

* Bona conscientia prodire vult & conspici. Epist. 97. ad Lucil.

Iulius Drusus.

Eius q̄des pluribus ex partibus patabant vicinorum prospectui. Hoc in commodū faber se quinque talentis correcturū pollicebatur, effecturūm que ne pars aliqua esset obnoxia prospectui. Tū Drusus, Decē, inquit, dabo, si talē reddas domū mēā, vt vndiquaq. pateat omniū oculis, quo nō vicini tantū, sed omnes ciues perspicere possint, quomodo domi mēā viuatur. Eras. li. 6. apoph.

Pertinax Imperator.

Ab amicis admonitus, vt prætoria norum militū insidias effugerer, qui iam conabantur imperatore de vita tollere. Respōdit, se nequaquam male sibi conscientiū esse, idēque non opus esse, vt contra imperatoriam maiestatē, atque anteactam vitam, latibris aut fuga consuleret vitæ fug. Herodian. I. 2.

Virginius.

Cluuius historiographus sic affatus est Virginiū, cuius rex gestas attigerat: Scis Virgini, quæ fides historię de beatur. Proinde si qđ in historiis meis aliter legis ac velles, rogo ignoscas. Ad hæc Virginius: At, ô Cluui, tūne ignoras idē me fecisse quod feci, vt esset liberum vobis scribere quæ libuisset? Vos excelsi animi estis, & rectè factorum conscientia contenti. Eras. li. 8. apoph.

Anonymus.

Nihil est quod sic nos delectare soleat, vt conscientia pura & spes bona. Item. Conscientia læta & exultā, sibi etiam vultum hilarem reddit, ac genas rigat animi bona valetudo. Nec sine causa dictum est à sapiente, læti cordis os florescit. Anton. serm. de puro corde.

De conscientia mala.

Chilon.

Sæpen numero in ore habebat, datum turpi lucro semper præferendum esse. Illud enim semel dolere, hoc semper. Res amissa exiguo tempore dolet, sceleris autem conscientia semper cruciat animum. Laert. li. 1. cap. 4.

Bion.

Frequenter dicere solebat, Impietatem malā esse conturbernalem fiduciā, & adiecit versiculū Euripidis, Seruum factū, quamvis ferociulū virū. Sensit vir sapientissimus, ibi libertatem non habere locum, vbi mala & inquieta sit conscientia: nec eum hominem frui animi tranquillitate, qui scit sibi iratum & infensum esse nomen diuinum. Laer. li. 4. c. 7.

Diogenes.

Neminem à timiditate liberum & reuera animosum esse dicebat. quām illum, qui nullius mali sibi conscientiū esset. Stob. ser. 24.

Pythagoras.

Neminem tam audacem esse di-

cebat, quem mala conscientia nō faciat timidissimū Non quiescit enim animus malē conscius, sed ab omni etiam vēto abhorret. Stob. serm. 24.

Idem.

Dicere solebat, virum iniquū plus mali pati, affl. Etū conscientia, quām eum qui corpore castigatur, & ceditur: multo quippe grauiores sunt animi malē fari, quām corporis morbi. Stob. serm. 24.

Epicurus.

† Potest, aiebat, contingere no-
centi ut lateat: latendi fides non po-
test. Seneca Epist. 97.

Cicer.

† Stulti malorum conscientia tor-
quentur: sapientes bona præterita
grata recordatione delectantur. 2. de
finibus.

Plutarchus.

Facinorosa cōscientia, instar vle-
geris in corpore, pœnitentiam relin-
quit in anima lacinātem iugiter ac
peruellentem, &c. lib. de animi tran-
quillitate.

Anonymous.

Pythagoricus quidā philosophus
coemens sibi à futorē calceos, non
promptam habens pecuniam, orat
vt in crastinū expectet diem: quōd cū
venisset sati: facturus audit futorē
iamiam de functū esse. Non faciens
igitur mentionem pecuniae, numimos
nō inuita manu domum, gratulabū-
dus de facto iam lucro, retulit. Verū
cū sceleris conscientia subinde tor-
queretur, arrēpta pécunia ad futoris
tabernam regreditur, & pecuniam
in futoris domum proiiciens, ait: Ti-
bi viuit, aliis qui defunctus est. ac sic
animum à conscientia facti libera-
bit. Recitat Erasm. lib. 6. apoph. ex
Seneca.

Seneca.

* Facinora mala flagellantur à cō-
scientia, cui plurimum tormē: orum
est, eo quōd perpetua illā sollicitudo
vrget ac verberat, quōd sponsoribus
securitatis suæ non potest credere.

Epist. 97. ad Lucil.

Idem.

* Conscientia aliud agere nō pa-
titur, ac subinde respicere ad se co-
git. Dat pœnas quisquis exspectat:
quisquis autē metuit, exspectat. Tu-
tum aliqua res in mala conscientia
præstat, nulla securum. Epist. 105.

Idem.

† Bona conscientia prodire vult,
& conspicī. Ipsa nequitia tenebras
timet Epist. 97.

De consilio bono.

Lacones.

L Acones si quando stratagemate,
hoc est, callido consilio superaſ-
sent hostem, Marti bouem immola-
bant: sin aperto prælio, gallum: hoc
pacto consuefacentes belli duces, vt
non solū fortis essent ad prælium,
verū etiam callidis cōsilii aduer-
sus hostem instruci. Præclariorū e-
nim existimabant, hostem ingenio
citra sanguinem delicere, quām pu-
gna plerūq; vtrinque cruenta. Plu-
tar. in Lacon.

Bias.

Interrogatus, quis esset optimus
consiliarius? Tempus, inquit. Stob.

Solon.

* Consule(inquiebat) non quæ iu-
cundissima, sed quæ sunt optima. I-
dem.

Antigonus.

Zenone defuncto, quēm vnum ex
philosophis maximē suspiciebat, di-
cere solebat, gestorum futorū thea-
trum esse sublatum, quōd ad illius vi-
ri judiciū potissimum componeret
soas actiones, quem vnum pro multis
hominum millibus habebat. Plut. in
apoph.

Scipio.

Qui Scipionis gloriæ inuidebant,
dicere solebant, illum esse egregiorū
facinorum histrionem, Lælium verò
collegam illius gestorem Alludentes
huc, quōd alius est actor fabulegalius

author. Sentiebant, Scipionem præclaras res gerere, sed Lælij consiliis. Erasm.lib.6.apoph.

Choricy.

* Sine bono consilio nihil efficit robur: prudentia verò quamuis robur nō assumperit, multa multoties excogitat. Item, Prudens consultatio manuum multitudinē vincit: imperitia verò cura hominum turba detrior est. Anton.ser.de consilio.

Antoninus Pius.

Nihil solitus est agere in bellicis negotiis, aut in ciuilibus, de quo non prius conferret cum grauibus viris, dices: Aequius est ut ego tot taliumque amicorum cōsilium sequar, quā ut tot talesque amici meam vnius sequantur voluntatem. Iul.Capitol.

Euripides.

Euripidis dictum memorabile celebratur, Vnicum consilium rectum magnam militum manum vincere. Quo prudenter admonuit, non perinde referre, quā numerosum educas exercitum, sed quantum belli reatores polleant consilio. In bello si quidem plus haberet momenti prudens consilium & solertia, quā vires consilij expertes. Eras.l.8.apoph.

*De consilio secreto.**Antigonius.*

Filio Philipo multis præsentibus percontanti, ac dicenti, Quando castra mouebimus? Quid: inquit, non metuis, ne solus tubam non audias? Notans adolescentis imperitiam, qui hoc patrem multis præsentibus interrogaret, quum in bello celanda sint principum consilia: sed quoties castra mouēda sunt, omnibus tuba dat signum. Plut.in apoph. Cœl. Rhod. lib.13.cap.5.

Metellus Macedonicus.

Simile ferè dictū legimus Metelli Macedonici, qui cùm omnia proprio & subito consilio ageret: amico cuidam roganti, quidnam a tūrus esset?

Tunicam, inquit, meam civerem, si eam consilium meum scire existimarem. Plin.cap.61.de viris illust.

Vegetius.

+ Nulla sunt meliora consilia, quām quæ ignorauerit aduersarius; antequam facias. Veg.lib.3.

Vide apoph.de Silentio, Secretū non effundi, & Taciturnitate.

*De consilio præcipitato.**Chilon.*

Fertur hoc Chilonis nomine, In via non properandum. Ex incesu colligitur animus: præcepit arguit præcipitem, nimium latus ignauū. Decet autem in publico compositis esse moribus. Fortasse deterruit à præcipiti consilio. Laërt.

Phocion.

Athenienses cùm aduersus Alexandrum feliciter pugnassent, ac diis iā gratias agerent, rogatus Phocion, an hæc ita gesta nollet? Hæc quidē, inquit, gesta velle, sed illa decreta. Señiens, etiam inconsulta consilia non nunquam feliciter cedere. id quoties accidit, gratulandū quidem esse reip. non tamen ideo non semper vtendū optimis consiliis. Fortassis & illud fecisset Phocion, non esse protinus fidendum primis suc cessibus, sed totius negotij euentū declaraturum, quale fuisset ipsius consilium. Plut.in apoph.

Idem.

Rumor incerto authore obortus erat de morte Alexandri, móque rhetores profilierunt hortantes, ne cunctarentur, sed illico bellum suscipierent. Phocion expetare iussit, donec certius aliquid cognosceretur. Nam si, inquit, hodie mortuus est, & cras & perendie mortuus erit. Grauiter oratorum præcipitem temeritatem coercuit. Ibidem.

Artabanus.

Xerxi expeditionē in Græciā paranti, ait: Iterū atque iterū, dum tibi

videbitur, re apud ipsum probè cōsiderata, edicito quod optimū arbitraberis. Bene enim & præmeditatè consultare, comperio maximum esse lucrum. Nani eti quid è cōtrario euenturum est, nihil tamen minus bene consultum est, superauīque for-
tuna consilium Brus. lib. 2. cap. 15.

Democritus. Aesopus.

Nullam rem esse tam inimicam consiliis dicebat, quām celeritatem. Præcipitata enim cōsilia si in transuersum agantur, nulla reuocari pœnitentia possunt in melius. Brus. li. 1. c. 15. ex Liuio.

Iulius Cæs.

Ea facinora plurimum probare solitus erat, quæ sine longo consilio & consultatione prolixa gererentur. Plut. in apoph.

Augustus Cæsar.

Dicebat, se Romanis eum imperij successorem relieturū, qui nunquam eadem de re bis consultasset, de Tiberio loquens, quem consiliis plurimum valuisse præsentibus ferunt. Plut. in apoph.

De consilio senili.

Agesilaus.

CVm vita defunctus esset Lysander, Agesilaus numerosam sodalitatem aggregatā comperit, quam ille ex Athē domū reuersus statim aduersus Agesilauum instituerat, id indignè ferēs Agesilaus, destinabat omnibus palam facere, cuiusmodi ciuis fuisset Lysander dum viueret, ac prælecta quadam oratione, quam Lysander in libro descriptam reliquerat, compitam quidem à Creonte Halycarnassico, sed in hoc ut hanc Lysander edisceret, atque apud popularē multitudinem recitaret (tractabat autē oratio de nouandis rebus, déque mutando reip statu) hanc, quoniam arguebat Lysandru fuisse ciuē perniciosum, ac seditionis audum, Agesilaus voluit euulgare. Ceterum vbi

senex quidam Ephorus orationem perlegisset, metuens dictioris grauitatem ac vehementiam, ne lecta alios quoque multos ad terum nouarum studiū excitaret: consuluit Agesilaο, ne Lysandrum sepultum refoderet, sed orationē premeret. Senis consilio paruit, & à cōceptis conqueuit Agesilaus: doctus non solum obtēperare publicis legibus ac magistratui, verum etiam priuato senioris consilio. Vir excelsi animi, plus apud sevalere voluit publicam utilitatem, quām priuatū odiū, simūlque perspexit, indecorum esse, similitatem exercere cum sepulso. Hac moderatione usus est aduersus manifestum inimicum. Plut.

Paulus Emilius.

Sæpenumero dicebat imperatorem, si minus ætate, certè moribus senem esse s̄opportere: sentiens, non esse præcipitanda consilia, quod solent iuuenes, sed moribus vtendum senilibus. Erast.

Sertorius.

Cum Pompeij milites dispersos superasset, multis occisis, audissēque aduentare Metellum cum aliis copiis, diremit prælium, revocatisque suis dixit: Ego puerum hunc, nisi superuenisset anus illa, verberibus castigatum, domum remissem. Pompeium pueri nomine signans, Metellum vētulæ anus. Plut. in Sertorio.

De consilio bono, sed contempto.

Phocion.

A Thenienses cum iniuto Phocione bellum cum Antipatro suscepissent, eūmque Athenas irruētem audissent, Phocioni detulerunt ut pacem cum Antipatro expostulet. A: Phocion: Tunc, ait, quum otiosis vobis consulebam, si mihi creditum esset, aut nunc profectò tumultuan-

*Es consuleretis, cui potissimum vos
vestrāque credere deberetis.* Brus. l. 2.
c. 33. ex Plut.

Scipio Africanus.

Turpe esse aiebar, in re militari dicere. Non putabam. Videlicet quia explorato & excusso consilio, quæ ferro aguntur, administrari oportere arbitrabatur summa ratione. Valer. Max. l. 7. c. 2.

De consilio parum honesto.

Demosthenes.

DEmosthenes summus orator, Atheniensibus flagitantibus ut consuleret, obstitit, dicens, *σωτέρενης γα:* id est. Non sum coactus in ordinem. Significans, se non seruire populi affectibus, sed suo arbitratu facere quod faciendum iudicasset. Erasm. 4. apoph.

Idem.

Populus Atheniensium à Demosthenе flagitabat, ut quendam accusaret, id cum recusaret, cœpit populus in illum, ut solet vociferare. Tū surgēs: Vos me, viri Athenienses, consultore habetis vel inuiti: calumniatorē autem non habebitis, etiam si velitis. Plutarch.

Themistocles.

In concione dixit, se reperisse consilium, quod summopere pertineret ad dignitatem Atheniensium: sed id eius esse generis, ut proferri non expediret. populus censuit, ut vni Aristidi indicaret: si is probaret, probaturos omnes. Cum igitur Themistocles indicasset Aristidi, se de incendia Græcorum naual statione cogitare (sic enim fore, ut Athenienses toti Græciæ dominarentur) Aristides ad populum progrediens dixit Themistoclis consilio nihil esse utilius, sed eorum nihil inhonestius. Hac audita voce, populus vetuit, ne super ea re in posterum verba faceret. The-

mistocles. Hic certè populus quidam philosophicum præstítit, repudians utilitatē cum turpitudine coniunctam, simulque declarauit, quanta sit spectatę virtutis authoritas, qui non dubitaret Reip. fortunam vnius iudicio committere. Plutarch. in Aristide.

Liuui Salinator.

In consilio primus rogatus sententiam, neminem fidelius dare posse consilium dixit, quām eum qui id alteri suaderet, quod ipse, si in eodem loco esset, facturus fuerit. Liu. lib. 7. Decad. 4.

De consilio in melius mutato.

Diogenes.

PRobabat eos qui vxores ducturi non ducerent, qui nauigaturi non nauigarent, qui pueros alituri, non alerent, qui ad rempubl. accessuri, non accederent: qui se ad conuiendum præpotentibus componerent, nec tamen accederent. significans, ab his omnibus abstinentum: eoq; prudentes videri, qui ad ea solicitati, tēpestiuè vertissent sententiam: quod semel aggredīs non sit integrū mutare consiliū, etiam si pœnitentia instituti. Qui duxit vxorem, iam sui iuris non est. qui se mari commisit, venitorum arbitrio feratur oportet. qui semel accessit ad remp. scenæ seruat oportet: & vt cupiat, tueum non est ad priuatam redire vitam. Laertius lib. 6.

De consilio malo ac consultori pessimo.

Lycurgus.

Rogatus aliquando quam ob rem ruerisset frequenter aduersus eosdem expeditiones agere: Ne, inquit, dum crebrò sese defendunt, bel-

Iandi peritiam vsu colligant. Vnde & Agesilaus grauter accusatus est, quod crebris in Boeotiam expediti- nibus ac bellis Thebanos Lacedæmoniorum hostes ad repugnandum induxisset. Nam cum Antalcidas vi- disset illum saucium, exprobrait quod Thebanos præliandi artem docuisse, cum ante nec scirent bellare, nec vellent. Praetulam, inquit, do-ctrinæ tuæ mercedem habes, qui Thebanos nec animatos ad bellandum, nec exercitatos, vel inuitos consue- feceris, docuerisque bellum gerere. Hoc stratagema latius etiam patet, videlicet ne sapienter cum iisdem litigemus aut contendamus, ne tandem assueti vel contemnant nos, vel supe- rent. Plut. in Lacon.

De consiliariis regum ac principum.

Homilius.

Optare solebat potius malum prin- cipem, qui bonos haberet consiliarios ac amicos: quam bonum, qui malos haberet, quibus rerum admi- nistrationem committeret. Putabat enim facilius fore, ut à multis bonis unus malus ad saniora duceretur, quam ab uno bono multi à malitia auerterentur. *Folgo. l 7.c.2.*

Idem.

Cum à Troiano Romanorum imperatore audiisset, Domitianum pessimum fuisse imperatorem, amicos tam optimos habuisse: atque illum magis odio fuisse, qui Rem publicam peioris vitæ hominibus commendasset: dixisse fertur, Melius erat unum malum pati, quam multos. Multi enim mali non pos- sunt ab uno, quamvis bono, illa ra- tione superari. *Aelius Lamprid. in Alexandro.*

Marius Maximus.

Meliorem esse rem publicam & propè tutiore referebat, in qua prin-

ceps malus esset, quam in qua amici principis prævi existarent. Quandoquidem unus malus possit à pluribus bonis corrigi, multa autem ab uno nequaquam, Cuspinianus in Consulibus.

Iustinus Imp.

+ Cum Tyberium crearet Cæsare digito in Magistratus intento: Non oportet, inquit, horum consiliis morrem gerere, nam hi me in istas quas cernis, miseras coiecerunt. Euagrius 1.5. hist. Eccl. c.13.

Fridericus Cesar.

Consiliariis suis in curiam vocatis, Utinam, inquit, consiliarij mei in palati vestibulo duas res depone- rent. Sic enim & ipsi recte consulent, & mihi etiam inter consilia di- judicare facillimum esset. Interrogatus autem, quanam res illæ essent, Simulatio, & dissimulatio, respon- dit. Docuit autem, principes com- modis publicis recte consulere posse, propter consiliariorum priuatós affectus. Æneas Sylvius libro tertio commentariorū de rebus gestis Al- phonsi regis.

Idem.

Ladislaus Hungariae ac Bohemiae regem adhuc puerum, cum educa- ret, sanguine sibi coniunctum, non defuerunt ex consiliariis, qui puerum clam perdendum Cælari per- suaderent, cuius mors opes maxi- mas, plurimaque regna allatura es- set. At imperator: Quis fit (inquit) quod me divitem potius quam pium erga meos esse cupitis? Ego sanè di- uitias non ita amo: ut impiis consi- liis persuasus, propter eas indignam facinus perpetrare velim. Quo dicto docere voluit, consilium pessimum, cumque crudelitate coniunctum, à principibus reiiciendum esse: nihil que consiliariorum persuasione fa- ciendum, quod principis maiestatem laedere, eiisque nomen bonamque famam obscurare apud subditos pos- sit.

*sit. Æneas Syl.lib.3. commen. de reb.
gest Alphonsi.*

Alphonsus.

Cùm senex quidam , & natura &
ætate judacior, ex patrum numero,
eum argueret , quòd contra patrum
ferè omnes sententias bellum ca-
pesseret : Respondit . Regum con-
siliarios ut reges esse aut regum ani-
mos habere oportere . Plurima enim
interdùm consiliariis & priuatis con-
uenire, quæ regem non decerent . Sic
pecuniam eudere Parmenoni licuit,
Alexandro verò non licuit. Anton.
Panor l.i.de reb.Alph.&Æn Sylvius
de eius dictis.

Idem.

Interrogatus, quib. cōsiliariis ma-
ximè delactaretur? Libris, respondit:
à quibus sine metu, sine gratia , quæ
nosse cuperet , fideliter audiret. Pa-
normitan.libr.3. de rebus gestis Al-
phonsi.

Idem.

Perabsurdum sibi videri dicebat,
reges ab aliis regi , & duces ab aliis
duci. Notauit autem principes & ma-
gnates, qui quum imperij & princi-
patus titulos sibi vindicent , alieno
ramen consilio rogantur, etiam no-
lentes , quo sit vt sè p enumero cum
magno reipublicæ incommodo alieni
oculis videant , alienis auribus
audiant, alienis linguis inquantur. Et
sic nihil minus sunt quām imperato-
res, qui à consiliariorum arbitrio ita
pendent, vt planè horum sint man-
cipia. Panorm. lib. 2. de rebus gestis
Alphonsi.

Idem.

Cathalanis optimum factu fore
censemibus, si Alfonso adhuc ado-
lescentulo septem viri ad gubernan-
das res publicas adiungerentur , qui
Deum timerent, iustitiam colerent,
cupiditates tenerent sub frēno , neq;
donis , neque muneribus tangeren-
tur : Alphonsum laudasse consilium,
atque ita respondisse ferunt : Si horū
non dico septem , sed ynum tantum

dederitis , continuò illi & regimen
& regnum ipse facilè concessero.
Pulchrè autem innuit, paucos bonos
regum esse consiliarios. Ibid.

Henricus VII I. Rex Anglia.

† Dicebat apud suos cùm de re-
pudienda Catharina Aragonia seno
cogitaret, pluris se facturum, si i ho-
mam Morum adsuas par. es attrahere
posset, (qui minimè omnium tale
repudium probabat, & merito) quām
si prætere a dimidiā regni partem
suo instituto assentientem haberet.
Sandecus l.i.de Schif. Angl.

*De consolatione.**Amaſis.*

AD quandam filio priuatum di-
xit: Si non tristatus es , cùm
nondum esset in mundum , ne nunc
quidem dolere debes , cùm non am-
plius est , scilicet in hac vita. Sto-
bæus.

Solon.

† Quendam ex amicis grauiter mo-
rentem, in arcem duxit, & monuit ve-
per omnes ædificiorum partes oculos
circuferret. quod cùm fecisset: Cogi-
ta nunc tecum , inquit, quām multi
luctus sub his te&tis olim fuerint, ho-
dieque sint , sequentib[us]que seculis
futuri sint : & mitte mortalium in-
commoda, tanquam propria deflere.
Qua consolatione monstrauit, urbes
nihil esse aliud quām humanarum
cladum consepta miseranda. Valer.
Max.l.7.c.2.

Seneca.

† Maleuoli solatii genus est, turba
miserorum. In consol.ad Marciam.

M. Antonius Verus.

† Morti proximus cum suos ad le-
ctorum stare, dolere , angique vide-
ret: Humanum est, inquit, humanis
casibus ingemiscere , multoq; magis
misericordiam prouocant, quæ ocu-
lis usurpantur. Herod.l.i.

Socrates.

* Iis qui res aduersas & amicorum

mortem ægræ ferebant dicere solebat, Aleæ ludo similem esse vitam, & quicquid evenit veluti quandam tesseram disponere oportere. Nec enim (inquietabat) denuo iacere licet, neque tesseram aliter ponere. Idem.

Diegenes.

Antisthenem morbo decumbentem iniussens dixit, Nunquid amico est opus? Significans, in rebus afflictis potissimum fidis amicis videntur, qui vel re opitulentur, vel consolando molestiam mitigent. Laërt. 1.6.apoph.

Idem.

Dicere solitus est, sèpius in vita parandum λύπην ἀβέγχει, id est, sermonem quam laqueum. Qui desponderunt aninum, ad laqueum confundunt: cum ad consolatorium sermonem potius sit confugiendum, nam animo ægrotanti medicus est oratio. Laërt. 19.

Demeirus Phalerew.

Quum apud Thebanos exul, in gloriis & humiliis viveret, & intellectisset, Cratem philosophum se vivendi gratia aduentasse, ad se vocauit. quem ut de fortiter & moderata ferendo exilio disputantem audiuisset: Malè sit, inquit, omnibus negotiis & occupationibus, per quas haec tenus tam virum non levuit cognoscere. Ostendit hoc dicto, multum ægritudinis ex philosophi disputatione ablatum esse. Laërt. 1.b. 5.cap.4.

De constantia.

Zeno.

Tcere solebat, facilius esse virem inflatum mergere, quam quemvis probum virum inuitum ad aliquid agendum cogere. Nam inuidus animus rationis rectæ placitis confirmatus, cedit nemini. Philo Iudeus libr. Quod omnis probus liber,

Anaxarchus.

Cùm à Nicocrone Cypri tyranino in saxo concavo tunderetur, philosophus animo infractus: Tunde, tunde Anaxarchi vasculum, ait Anaxarchus, constantiam non teris. Bruf. 1.2.c 2.ex Plut.

Xantippe.

De Socrate marito prædicare solebat, quòd semper vidisset illum eodem vultu reuertentem domum, quo exierat. Argumentum verè constantis animi: cum alii domo egredi, siquid accidit triste redeant turbidi: si quid lati, gestientes. Eras. 1. 8. apoph.

Philoxenus.

Quum Dionysij tyranni poëmata, vtpote indocta, vna litura excluderet, in lapidinas detrusus est: sed inde amicorum precibus revocatus, vbi demum Dionysium sua carmina recitantem audiuist, surrexit, & rogatus à Dionysio, quid ita fecisset, constantissimè respondit: Satius suauissime esse in lapidinibus vitam agere, quam eiusaudire poëmata. Brufon 1.2.c.1.ex Plut.

Theodorus.

Lysimachus Macedoni mortem crudelissimā minitanti, respondisse fertur: Minitare hæc purpuratis tuis: Theodori quidem nihil interest, humine an sublimè in cruce patrescat. Cicero lib.1. Tusc. question. Bruf. 1.2. cap.1.

Aristides.

Quum se vnam è filiabus Dionysio tyranno matrimonio copulasse indoleret, dixissetque, se potius mortem filiæ imprecari, quam à tyranno eam detineri, re intellecta Dionysius, illum mori destinat. Sed interrogatus ab illo, num de filiæ collatione, quemadmodum prius, ita nunc sentiret? Respondit rerum à se gestarum mœstitia affici quidem: dictorum autem nulla pénitentia detineri. Bruf. 1.3.c.1.

Pelopidas.

Ab Alexandro Phæreo captus ty
ranno nuntiauit, absurdum esse mi
seros ciues (Phæreos autem intelligi
bat) insontes occidi, quotidie, sibi
autem soli parci: quem si seruet, co
gnoscet ulturum. Admirans igitur
Alexander constantiam capti, Quid,
inquit, mortem accelerat Pelopidas?
Tu autē diis inuisus, inquit ille, per
quām celeriter optes, Brus. l. 2. c. 1. ex
Plut.

Agis.

Quum in carcere rogaretur ab E
phoro, num pénitentia eorum quæ
gessisset? impavidè respondit: Se nul
la tangit pénitentia consilij cum pru
dētia honestoq; coniuncti: tametsi
non ignoraret, se mortem præmij lo
co relaturū, sciens ipsam virtutem a
bundē magnum esse sui præmium,
quicunque sequatur euenuus. Plut. &
Brus. 2. 1.

Socrates.

* Solitus est dicere, ut statua in sua
basi, virum virtutis studiosum bono
proposito nixum, immorum esse de
bere. Stob. ser. 1.

Idem.

* Morti adiudicates propter phi
losophiæ sinceram professionem, ad
iudices conuersus ait, Evidem vos
omnes singulari q; adā benevolentia
complector: parendum tamen & po
tius duco Deo immortalis quām vobis.
Itaq; quandiu & spirabo, & po
tero, nunquam philosophiæ curam
abniciam, nec vestri admonendi, mo
réque ac modo meo adhortandi ad
virtutem, quencunq; fuerō ex vobis
natus. Plato in Apolog.

Digenes.

* Cuidam monenti ut iam senex
quiesceret à laboribus: Quid, inquit,
si in studio correrem, vtrum oportet
iam metæ vicinum cursum re
mittere, an magis intendere? Ecce
senfit, virtutis studium hoc magis &
constanter intendendum, quo mi
nus superest virtus: quod turpe sit, tum

ab honesto instituto refrigerescere.
Laërt. lib. 6.

Eteocles.

Antipater quum à Lacedæmoniis
obsides quinquaginta peteret, Eteocles
Ephorus, vir omnium constan
tissimus, respondit, se pueros qui
dem non daturum, ne paterna pri
uati educatione malis moribus im
buerentur, qua caentes, ne ciues
quidem essent: sed senes mulierés
que, duplo, si velit, plures daturum.
Ille verò cùm multo grauius, nisi ob
sides acciperet, minitaretur, respon
spondit Eteocles: Non curamus mi
nas, nam si grauiora morte nobis
imperas, facilitus moriemur. Bruson.
l. 2. c. 1. ex Plut.

Manlius.

Quum oblatum à quiritibus con
sulatum aduersæ oculorum valetu
dinis excusatione denegaret, instan
tibus cunctis, immobili animo ac
vultu: Alium (inquit) Quirites quæ
rite, ad quem hunc transferatis ho
norem: nam ego vestros mores nec
ferre possum, nec vos meum impe
rium perpeti poteritis. Liuius libro
sextō Dec. 1. Valer. Max. lib. 6 cap. 4.
Plinius Iunior de Viris illustribus.
cap. 28.

Cyanienses.

Decius Brutus, Marci Brutii pa
truelis, quum contra Antonium in
Hispaniam exercitum duxisset, to
tamque Lusitaniam subegisset, ex
cepta Cyana urbe, quæ magna con
stantia arma retinebat, redemptio
nem tentauit. Sed ciues vrbis omnes
vno ore Brutii legatis constantissimè
responderent, se à parentibus fer
rum bellicaque instrumenta accep
isse, quibus urbem tuerentur: non
aurum, vel quicquam aliud, quo li
bertatem ab aliis emerent. Brus. l. 2.
cap. 1.

Cato Uticensis.

Quum deploratis rebus amici
horrarentur Caionem, ut ad Cæsaris
clementiam confugeret: respondit,

Vito

Victorum esse, & eorum qui deliquer-
sent, supplicare: Catonem nec victum
nec caput esse, qui se per omnem
vitam in quietum præstiteret, ac Cæsa-
rem honestate iustitiaque longè su-
perasset. Cæsarem potius quietum ca-
prumque esse, qui bellum, quod diu
negasset se moliri aduersus patriam,
nunc id egisse conuictus esset. Pro-
inde pro se Cæsarem orarent, qui vel-
lent pro Catone neminem orare de-
bere, Plut. in Cat.

Idem.

Quum in domo Drusi auunculi,
tribuni tunc plebis, educaretur, ad
eumque Drusum Latini de ciuitate
imperanda conuenissent: à Q. Popo-
dio Latinorum principe rogas, ut
socios apud auunculum adiuaret
constantii vultu, Non facturum se,
respondit. Iterum deinde sapientis
interpellatus, in proposito, vultu co-
dem, persistit. Tunc Popedius, in ex-
celsam ædium partem eleuarum, ab-
iecturum se eum inde, ni precibus ob-
temperaret, minatus est. Nec hac re
Cato puer ab incepto moueri po-
tuit. Expressa est igitur illa vox ho-
minum: Gratulemur Latini nobis
hunc esse tam paruum, quo senato-
re, ne sperare quidem ciuitatem li-
cuisset. Plut. in Catone, ubi Pompeium
Sylonem, non Popedium vocat. Brus.
1.2.c.1.ex Plut.

C. Manius.

Augusti centurio, captus, & ad Antonium perductus, quum interroga-
retur, Quid de se statui iuberet? lu-
gulari mei, inquit, iube: quia non fa-
lutis beneficio, nec mortis supplicio
adduci possum, ut aut Cæsaris miles
esse desinam, aut tuus esse incipiam.
Brus. 1.2.c.1.ex hist Rom.

T. Vespasianus.

Cum deprehendisset eos qui in ip-
sum conspirauerant, deduxit illos
in spectaculum, atque inter illos me-
dius consedit: ac petitis de industria
mirmillonum gladiis, velut explora-
turus aciem, unum vni, & alterum al-

teri commisit, tanquam prouocans
ad id quod moliebantur. Verum his
percussis: Videris - (inquit) principa-
tum fato dari, frustraque tentari fa-
cetus potiundi spe? Eras. 1.8. ipophi.

Ludouicus Bauarus.

Ludouicum seniorem Bauariæ du-
cem Stephani ducis filium, cum ca-
ptiuum haberet Albertus Marchio
Brandemburgensis, non pauca ab eo
petuit, quæ cum ille negasset tradere
eum in manus duri & inimicissimi
sibi principis minabatur. Tum Ludo-
uicus, Quæ poteris ex me, inquit, libe-
ro in petrare, eadem modò ex capti
petito. Si quid amplius voles corpus
meum in tua potestate, animum mihi,
non tibi obnoxium inuenies, Æ-
neas Sylvius l.3. commentariorum in-
res gestas Alphonsi.

Huc refer apoph. de Perseverentia.

De constantia in re turpi.

Agesilaus.

Qum audisset maleficum quen-
dam hominem, ac sceleratum,
summa constantia se in omnibus tor-
mentis opposuisse, ac forti animo do-
lorem omnem pertulisse: Quam mi-
ser, inquit, homo est, qui constantiam
in res tam flagitiosas ac turpes collo-
cat? Dolebat egregio duci, tantum
animi robur ac naturæ vim in re tur-
pi consumptam esse: quam si ad res
honestas tulisset, magno usui poterat
esse Reipubl. Plut. in Lacon. Erasm.
lib. 1.

De consuetudine.

Antisthenes.

Dicere solebat, Omnia mala ha-
benda pro peregrinis. Vulgaris
hominum ea tantum probat, quibus
assuevit: ab exoticis abhorret, non
quia per se mala sint, sed quia pere-
grina. At sapienti nihil peregrinum
esse debet, nisi quod cum virtute con-
jun*ctio*

iunctum, neque enim ideo temulenta derestanda, quod alicubi non sit in vsu, sed quod per se turpis. Nunc ex vsu Regionum de rebus iudicat populus. Laert. libri sexti capite primo.

Polygonus.

* Consuetudinem dicebat initium exiguum capere, neglectam autem vires maximas sumere. Ant. & Max. serm. de consuet.

Chrysostomus.

* Dicebat, Nihil tam firmum est in rebus humanis, quam veteris consuetudinis tyrannis: Item, Ethnici, consuetudinem alteram naturam esse dixerunt. Item, Mirè efficax est consuetudo ad se retinendam, quæ non patitur ut ad pristinum virtutis habitum aliquis reuertatur. Ibidem.

Philo.

* Non rus (inquietabat) imprebos, non vrbs bonos efficit: sed similium congressus & consuetudo. Anton. serm. 22.

Vide apoph. de Assuetudine.

De consuetudine loquendi.

M. Pomponius Marcellus.

CVm ex oratione Tiberij Cæsar quiddam reprehendisset, contrâ affirmante Atteio Capitone id esse Latinum, & si non esset, futurum certe:lam inde, inquit, mœritur Capito. Tu enim Cæsar ciuitatem dare potes hominibus, verbis non potes. Hominibus datur ciuitas, quo recipiuntur in ius ciuium, verbis datur ciuitas, qui recipiuntur in consuetudinem sermonis Romani. Quæ admodum multæ voces non Græcæ tantum, sed & Britannicæ, & Gallicæ, & Persicæ ciuitate Romana donatae sunt. Id publicus vsus potest, Cæsar non potest. Erasm. 8. apoph.

Decontentione.

Democritus.

O Mnem contentionem imprudentem esse dicebat: dum enim hostem quo pacto lœdat respicit, propriam negligit utilitatem. Stob. serm. 20.

Epicetus.

* Contendere, inquietabat, cum vobique indecorum est, tum inter popula maximè. Nam neque ebrius aliquis docere sobrium potest, neque sobrius ab ebrio persuaderi. Vbiunque igitur non adfuerit sobrietas, tandem nequicquam te contendisse apparebit. In enchiridio.

Anonymus.

* Contendere intempestiuè cum amicis, & in disputationibus, prudens cauebo: ne contra quam sentio, studio vincendi, contentionem foueam amplexerque: ne quando cum iactura veritatis, etiam secus quam ipse credo, falsa argumentatione contra disputantes decipiam, aut saltem ad contendendum extimuler. Stob. serm. 1.

Seneca.

† Ira abstinentum est, siue par est, qui lacessitus est, siue superior, siue inferior. Nam cum pari contendere, anceps est, cu superiore furiosum, cu inferiore, sordidum. li. 2. de Ira. ca. 34.

Eusebius philosophus.

* Dicebat homines multa potius scire videri cupere, quam vera dicere studio teneri: Proinde multos dum contrarias veteribus opiniones probant, veri cognitionem de rebus maximè necessariis dubiam efficere. Stob. serm. 4.

Idem.

* Multi homines, inquit, disputando de rebus, haud secus quam animantia bruta pugnando solam sibi victoriam proponunt: ac veritatis amore & studio relicto, nihil praeter suam utilitatem surant. Eod. serm.

Idem.

* Gratæ sunt (dicebat) contentiones hominibus , & contradicendo quacunque re proposita vincēdi desiderium præter omnem rationem inexplicable. Itaque multi intempestiuè, præter decorum, in rebus gravissimis , in quibus deteriorem intentiam superare non conuenit , vicitoriam Cadmeam, ut dici meretur, auferunt. Stob. ibid.

Iouianus Imp.

+ Libellos Episcoporum de rebus fidei contendentium cùm accepisset, absque respōso dimisi authores, hoc tantum estatus : Odi contentionem: eos autem qui concordia dediti sunt , complector amore , venerorque. Quæ verba contendendi studia compressere. Socrates lib. 3. hist. cap. 21.

De contemptu & irrisione.

Diogenes.

Quidam gloriosum titulum inscriperat ædibus suis , Iouis filius Callinicus Hercules hic habitat, ne quid introeat mali. Diogenes ex inscriptione stultitiam hominis comprehendens, adiecit, οὐ πόλεμον ἡσουπαραχία: id est, Post bellum auxilium. indicans, seram esse malorum omnium deprecationem , postquam talis immigrasset. Colebatur enim Hercules ἀλεξιγάρος, malorum depulsor. Eum oportuit in ædes immigrare, priusquam immigrasset dominus ædium, qui ipse erat magnum malum. Laer. lib. 6.

Seneca.

+ Facilè contemnit omnia qui ad contemptum sui venit. vis ergò habere omnia ? Contemne omnia. Epist. 85.

Idem.

+ Nondum felix es, si non te turbaderiserit. Si beatus sis esse, cogi-

ta hoc primū contemnere , & ab aliis contemni. In libro de moribus.

Hannibal.

Cùm adesset dies quo primam pensionem exigebant à Pœnis Romani, totus populus ad tributi mentionem ingemuit: at Hannibal interim effusè risit. Ea de re increparus ab Hasdrubale Hedo , negavit eum risum fuisse gaudentis, sed aliorum seras & inanæ lachrymas deridentis, quæ nunc in leuiore malo manarent, cum antea potius manare debuerint , quo tempore Romani classes, arma & amplissimarum vicitoriarum spolia Pœnis detraherét, ac leges vietiis imponerent. Plut.

Nero.

Cùm desperatis rebus iam morte sibi ipsi inferret, destitutus omni auxilio: ingressus ad eum Centurio, semianimum reperit, itaque penula ad vulnus apposita, simulans se venisse in auxiliū, nihil aliud respondit quæ, Serò : & Hæc est fides. Sermo ambiguus est: potest enim intelligi, Serò venisse , qui iam ad morientem venerat: & serò venit, qui in hoc venit ut viuum attraheret. Item, hæc est fides, potest esse expostulantis de fide amicorum. At Nero sensit, se nihil illius verbis credere , eiisque rei argumentum esse vulnus in iugulo lethale. Sueton. & Erasm.

De continentia.

Pythagoras.

* Dicebat , nihil egregium comparari , quod non continentia labor præcederet Stob. serm. de continentia.

Idem.

* Admonebat , Ne sæpe homo ab homine : hoc ænigmate , frequente venereorum vnu interdicens. Eodem serm.

Idem.

¶ Iubebat ut unusquisque continen-

nentiam sibi tanquam robur ingens
épésque pararet. Eodem serm.

Apollonius.

* Commendabat frugalitatem &
continentiam: nō quod (inquit) tan-
ti res viles ac minimē sumptuosas fa-
ciāmus, sed vt hoc pacto animi ma-
gnitudinem augēamus. Ibid.

Socrates.

* In festo quoddam Athenis ostendendi causa, Alcibiades multa dona Socrati transmisit. Admirata Xanthippe donorum magnificentiam, maritum vt acciperet, rogauit. Ad quam ille: Imo detrectando munera, cum ambitiosa, inquit, viri ambitio- ne cerrabimus. Tanta fuit huius viri continentia. Eod. serm.

Idem.

* Rogatus, quónam à ceteris ho-
minibus differret, respondit: Alij
quidem viuunt, vt edant: ego edo, vt
viam. Eod. ser.

Idem.

* Interrogatus, quo quis pacto opu-
lentus euaderet? Si continens, inquit,
& cupiditatum fuerit inops. Eod. ser.

Democrius.

* Dicebat, bene compositum esse
animū, qui de rebus absentibus
non tristatur, præsentibus autem la-
tatur. Ibidem.

Xenocrates.

† Cùm ad eum Alexander magnū
pecuniae numerū misisset, sublati
tribus tantum minis Atticis reli-
quum remisit, dicens: Illi opus esse
pluribus, qui plures aleret. Laer. li. 4.

Pericles.

Collegam fortitus Sophocle poë-
tam, cùm simul nauigaret, ac Sopho-
cles conspecto formoso puero dixi-
set, En quām speciosus puer! Dicer,
inquit ille, ô Sophocles, prætorem
nō modò manus, sed & linguam ha-
bere continentem. Plut. in apoph.

Zeno.

Zeno simul & Cleanthes assidebāt
Chæremondæ, cùmaque sentiret affe-
ctu amoris, surrexit. Hoc admirante

Cleanthe: Etiam à bonis, inquit, me-
dicis audio, aduersus inflationes o-
ptimum esse remedium quietem. Sub-
duxit se vir integerimus imminen-
te periculo. Laert. lib. 6. cap. 1.

Anacharsis.

Statuis atque imaginibus suis ins-
scribi iussit, linguae, ventri, & pudendi
temperandum. Quod maxime-
rum malorū causa sit lingua effrenis,
luxu nil turpius, libido pecudem ex
homine reddat. Laert. lib. 1. cap. 9.

Ieus sophista.

A quoddam, qui formosissimam o-
stendebat mulierem, interrogatus,
Num formosa videretur? πέπλωμα,
inquit, ὅφει μάνιδ est; desij labora-
re ab oculis. Philost. in sophist.

Archidamus.

Ei cùm quis promisisset suauissimū
vini genus: Quorsū, inquit, opus est
quandoquidem quo melius est, eo
plus absumeretur: & quæ fortes de-
cet viros, ea reddet inutiliora. Overē
masculū animū, & omniū deliciarū
contemptorem! Plutarch. in Lacon.

Agestalus.

Admonitus vt aliquid de viæ rigo-
re remitteret, quod (quæ vitæ est
volubilitas) euenire posset, vt tempus
ipsum exigeret aliam viuendi ratio-
nem: At ego, inquit, me confuefa-
cio, vt quæcumque inciderit fortunæ
mutatio, ne quæram ipse mutationē.
Mira animi continentia, qui nec in
austriore vita delicias requireret:
nec inter delicias agens, ab illis cor-
rumpi posset. Plut. in apoph. Lacon.
& Eras. lib. 1. apoph.

Idem.

Quodam die cùm castra tumultuo-
sius essent mouenda, adolescentē, cuius
amore tenebatur, relinquebat æ-
grotum, cùmq; is & blandis preci-
bus & lachrymis illū remorari cona-
retur, versus ad suos, Quām difficile
est (inquit) simul & misereri & sape-
re: maleſequi quod id temporis ex-
pediebat, quā quod dictabat in amic-
um affectus. His animi dotibus cæ-

K ij

teris præcellebat Agesilaus. Plutar. in Laco.

Alcamenes.

Cum quidā Alcameni Telecri filio obiecisset, cur tam sordidē viueret, cum amēn amplas possideret opes? Decet, inquit, eum qui multa possidet, pro ratione, non pro libidine viuere. Significans, perniciosas esse opes, nisi ac sit animus ipsis superior. Plutarch. in Laco.

Alexander.

Inuitatus, vt Darij filias inuiseret (prædicabantur enim puellæ admirabili esse forma) noluit ire, dicens: Sibi non committendum, vt cum viros viciſſer à mulieribus vinceretur. Eras.lib.8.apoph. Maxim.serm 3.

Idem.

Apud Antipatrum cœnans formosa psaltria inducta, Alexander aspergē motus in illam exarsit. Mox rogauit Antipatrū, nunquid ipse mulieris amore teneretur? Illo confidente, O scelestē, inquit, non tum protinus abduces ē coniuio mulierē? Quantū ille animus aberat à cōstuprāda aliena vxore, qui tantopere sibi meruit ab amica hospitis! Plut. in apoph.

Idem.

Cum Cassander Pythenē Euij tibicinis amasi per vim osculariā vellet, idque Euium egrē ferentem sensisset Alexander, iratus exiliit in Cassandrū, clamans: Itāne per nos ne amare quidem quicquam licebit? Non satis erat regi, si seipsum præstaret continentem, nisi & præfectos haberet sui similes. Quando autem passus fuissest à suis per vim constuprari filiam aut vxorē honesti ciuis, qui tibicini suos amores etiam ab osculo voluit esse inuiolatos? Denique quod duces pectoris arbitratus est ad se pertinere. Plut. in apoph.

Idem.

Cum in Illyricos peruenisset, ac in Iouis arā animaduertisset mulierem forna præstantem, pulchritudinem admiratus, diu spectauit. cūmque

Hephæstion diceret, Äquum esse ut ipse amatam caperet: An non, inquit, hoc indignissimum esset, vt qui in aliorum incontinentiam animaduertere velimus, ipsi incontinentia seruire ab exteris deprehendamus? Maxim.serm.3.

Menedemus.

Adolescente quodam dicente, magnum esse si quis quæ concupiscat, assequeretur: Multò, inquit, maius est, nihil eorum quæ non decet, concupiscere. Maxim.serm.3.

Basilius.

* Verē continens est, (inquit) qui omni perturbatione superior est, & nullum voluptatis irritamentum admittit: sed animo sobrio & nusquam cedente ad omnem fruitionem noctiam afficitur. Anton. serm.de iequo & continentia.

Philo.

* Continentia (inquit) proprium est sanitas & robur: incontinentia autem imbecillitas & ægritudo morti vicina. Eod.serm.

Vide apoph. de Castitate, Ieiunio, Temperantia, & suprà de Abstinentia.

Item apoph. de virtutis que hū virtutibus opponuntur.

De contumacia.

Plato.

Dionem, ob formam & rerum genitum magnitudinem quum plurimi fieret ab omnibus, admonuit, caueret metueretque contumaciam, cui comes esset foliudo. Insolenter enim vtentem rebus prosperis, amici destituant. Laert.3.

De contumelia.

Diogenes.

* CAluo cuidam contumeliis eum sufficiente respondit: Tibi contumeliam non dico, sed capillos tuos laudo quod malam effugieris.

tint caluam. Anton. & Maxim. serm.
de vituper.

Aristippus.

* Contumelia à quodam affectus
secedebat : maledico autem perse-
quente , ac dicente , fugis? Etiam,in-
quit, nam tu malè dicēdi potestatem
habes, e go verò nō audiendi. Eodem
serm.

Spartani.

Chij quondam spartæ peregrinan-
tes, à cena vomuerāt in Ephorum
curia : dein etiam in sedes, in quibus
sedere solebant Ephori, ventris onus
deiecerant. Ac primum quidem acris
inquisitio facta est, quinam hoc desig-
nasset, ne fortè ciues esset. Ut verò
compertum est fuisse Chios , edixe-
rūt, se Chiis permittere, vt ageret in-
temperantius. Excellētium virorum
est negligere cōtumeliam, quæ à pa-
lam improbis proficiscitur , à quibus
etiam laudari turpe est. Plutarchus
in Lacon.

Scipio Aemilianus.

Apud Numantiam iratus C. Metel-
lo, dixit: si quintum pareret mater e-
ius, asinum fuisse paritaram. Tardita-
tem mentis, ac deformitatem corpo-
ris illi fratribusque eius exprobrans.
Erat.lib.6.apoph.

De conuictu & con-
uersatione.*Diogenes.*

Adolescenti formoso ad conui-
tium eūti: Deterior, inquit, redi-
bis. Reuersus verò à conuiuio ado-
lescēs, cùm Diogeni dixisset: Iui, nec
redij deterior: inquit, Deterior igi-
tur, indicans fieri nō posse, vt adoles-
cens ex conuictu improborum non
fiat deterior. Laert. lib.6.

Anisthenes.

* Cūm ei probro daretur quod cō-
gredetur malis: At medici, inquit,
inter ægrotos versantur, neque tamē
febricitant. Laert.lib.6.ca.1.

Charondas.

+ Eximios, bonosque viros amare,
& cum eis versari conuenit , & pro-
bitatem verè imitando, & comparā-
da virtute, maximum, atque perfe-
sum hoc, veluti sacrificium obire.
Stob.serm.44. ex procēmio legum ab
eodem Charonda latarum.

Seneca.

+ Conspectus, præstia & cōuersatio
aliquid habet viuæ voluptatis: vtiq. si
non tantum quē velis, sed quale velis
videas. Epist.35.

Epicetus.

Hominem , cum quo conuersa-
mur , tribus modis considerandum
esse suadebat: nempe vt præstatiorem
nobis , aut inferiorem, aut æqualem.
Præstantiori quidē auscultare & ob-
temperare cōuenit, minorem mode-
stè perluadere, æquali autem consen-
tire. Et hoc sanè modo in conuersa-
tione hominum nunquam in conten-
tionem incides. Stobæus sermon.3.
de Temperantia.

Agesilaus.

Argiuo cuidam dicenti , Lacedæ-
monios peregrinationib. reddi dete-
riores, quod interim degeneret à ma-
jorum legibus & institutis: At vos, in-
quit, cùm Spartam venitis, non dete-
riores, sed meliores euaditis. Dictum
retorsit in Argium. Nam hoc dicēs,
magis suam gentē vituperauit, quam
Lacedæmoniorum: simul indicauit,
quantopere referat inter quos viuas.
Plutarchus in Laconicis apophtheg-
mat.

Hippocratides.

Ei quum aliquando fuisset obuius
adolescens , quē amator sequebatur,
erubescēti adolescentulo: Cum his,
inquit, oportet ambulare , cū quibus
conspēctus non mutet colorem. Do-
cuit , ex improbis cōuictoribus nihil
capi fructus nisi probrum & ignomi-
niā. Plutarch. in Lacon.apoph.

Iulia Augusti.

In spectaculo gladiatoriū cōuerte-

gāt in se populi oculos Liuia & Iulia, comitatus dissimilitudine. Liuia cingebant viti graues. Iuliam iuuenes luxuriosi comitabantur. Pater itaque Augustus Iuliu admonuit scripto, videret quantum inter duas principes feminas interesset: illa rescripsit: Et hi mecum senes fient. Hoc cōmodē interpretanti lepidē: in cōmodē proactiter dictum videri potest. Eras. li. 4. apoph. ex Sueton.

S. Iohannes Apostolus.

Ioānes Apostolus & discipulus Iesu Christi, lavandi gratia balneum in gressus, cū vidisset ibi Cerinthum, continuò exiliens, non lotus discessit, dicens: Fugiamus hinc, ne & ipse balnea corrupta, in quibus Cerinus lavatur. Quo dicto, & ipso etiam factio ostendit, malorum cōsortium ubi que esse fugiendum, erat enim Cerinus, vt nō solū simpliciter malus, sed apertus veritatis atque omnium piorum hostis. Euseb. li. 4. Ecclesiast. hist. cap. 4.

De eo quod conuictus matorum non semper obseruit.

Antisthenes.

C Vidam opprobranti, quod interdum cū improbis haberet conuentinem: & medici, inquit, cum ægrotis versantur: nec tamen ægrotat ipsi. Sentiens, philosophum ideo versari cum improbis, vt eos reddat meliores. Laert. lib. 6. cap. 1.

Romulus.

Ei criminis vertebarunt, quod cū improbis versaretur: Et medici, inquit, cū ægrotis, non tamen morbo inficiuntur. Max. serm. 6.

Demosthenes.

Accusatus, quod improborum vte- retur contubernio. Optimus, inquit, is est medicus, qui sanos relinquit & bene habentes: ægrotos & penitus deploratos suscipit curandos. Stobaeus & Max. ser. 6.

De conuiuiis.

Diogenes.

A Dolescēti formoso ad conuiuum. Acunti: Deterior, inquit, redibis. Reuersus à conuiuio adolescēs, quum Diogeni dixisset, lui, nec redij deterior: inquit, χειραν μένει, i. de cōrī igitur, indicās, fieri non posse, quin adoleſcens ē luxurioso temulentōque conuiuio redeat deterior. Laert. libr. sexto.

I dem.

Rogatus, quānā hora prandere oportet: si diues, inquit, est, quando vult: si pauper, quum potest. Laertius in eius vita. Brus. lib. 2. cap. 14.

I dem.

Inuitatus apud Platonem, oleas ex omni apparatu tantū gustantē: Quid, inquit, sapiens vir in Siciliā huiusmodi mensarum gratia profectus, appositis modō non frueris? ibidem.

Athenodorus.

Dicebat, ne ad cōēnam quidem se iterum ad eum, qui sibi per hoc debiturus sit. Brusonius lib. 2. cap. 14.

Lacedemones.

† Ut eorum quisque conuiua, quę sysitia vocabant, inibat, natu maximus, cōmōstratis foribus, His, aiebat, nulla verba egredientur. Plut. in Lacon. & 7. Conui. quæst.

Zeno.

Rogatus cur in conuiuio tā hilaris esset, qui alioqui seuerior videbatur: urbanissime respōdit, Lupini (inquit) quām sint amari, perfusi tamē aqua dulcescunt. Brus. li ca. 2. ex Plutarch.

Aristarchus.

Vocatus ad cōēnam, non prius vēturum se pollicitus est, quām nomenclaturam eorū, qui simul vocati erāt didicisset. Dicebat. n. Cui nauigādum est, aut in expeditione militādū, cōtuberñū vrcunque ferat cōmorātum necesse est: cæterū citra deleātū se se potatorum turbæ immiscere, hominis

nis est imprudentis, & parum cordati. Stobæus.

Aristides.

Semper suo vnius præsidio fretus Rempub. administrabat, à sodalitatibus abhorrebat, velut ab amicorum potentia, quæ ad iniuriam aliis inferendam adderet animum. Quantum ille vir abhorruit ab omnifactione, qui non ob aliud vitabat amicitias, quam ne per illas adigetur ad aliquid faciendum, quod iustum non esset, aut cogeretur abstinere ab eo quod iudicasset Reipub. conducere. Nunc mundus vndique plenus est sodalitatibus, sed ritulis plausibilibus, ac religionis lenocinio commendatis. Nec his fortasse dedisse nomen expedit viris insigni virtute præditis, eò quod major pars, quæ ferè daterior est, sæpe cogit facere quod nolēt; aut abstinere abeo quod erat factu optimum. Erasm.

Paulus Aemilius.

Cum deuicto Perseo epulum exhiberet victoriale, admirantibus Græcis, quod in magno splendidoque apparatu curiosus esset, dicere solebat. Eiusdem esse animi, & aciem & conuiuium bene struere: Illam quidem, ut formidolosus hostibus: hoc, ut amicis gratus esset. Plutarch. in Rom. apoph. & Bruf. lib. 2. cap. 2.

Sertorius.

Admonere solebat suos, ne quid in conuiuio præter decorum vel fieret, vel diceretur: præsertim, à iuriis & obsecnitate temperaretur: Nec ipse quicquam tale sustinebat vel audire, vel videre. Plutarch.

D. Ludouicus Rsm.

+ Viros pios, religiosos & graues identidem ad mensam suam adhibebat: & cum duos ex iis in aurem loquentes animaduertisset, grauiter obiurgavit, Malè, inquiens, facitis, Domini mei, clām colloqui: clara voce si quid dicendum sit exponite, ne quisquam vos; de se malè colloqui

suspiceret. Nam si quis in conuiuio, cœtūque multorum, quidpiam lepidum & vrbannum habet, id cum omnibus qui adsunt debet communicare: si verò res grauior maioriisque momenti sit, eam missam facere, & in aliud tempus reservare: lonuīl. in eius vita. cap. 94.

De conuitiis.

Demosthenes.

A Quodam conuitiis lacesitus, Committor, inquit, in certamen, in quo qui superior euaserit, inferior est: & qui vicerit, vietus est. Erasm. Rot. lib. 4. apoph.

Chrysippus.

* A quodam improbo multis affectus conuitiis: Optimè, inquit, fecisti. quod nihil eorū quæ in te sunt præterieris. Anton. & Max. ser. de vitup.

Idem.

* Audiens quodam ipsi conuitari & obloqui: at qui ego, inquit, sic vitam degam, ut illis nemo sit creditus. Eod. serm.

Cleobulus.

* Dicebat conuitiorum reprehensionem illos nō attingere qui secundum virtutem vivunt. Ibidem.

Plato.

* Qum reprehēderis conuitiosè, inquit, vide num quid à te conuitio dignum designatum sit: si nihil tale actum est, fumum esse illud conuitū existimato. Antō. ser. de obloquut.

Anonymous.

* Sapienti cuidam quum aliquis diceret, me præsente tibi à certo quodam conuitum factum est: tum ille, Nisi tu, inquit, libenter audiuis- ses, nunquam ille mihi esset conui- ciatus. Eod serm.

Scopelianus.

Eos qui conuiciis agerent, existimantes se hoc pacto declarare animi magnitudinem, aniculas appellare solebat, non tantum ebrias, sed & rabidas. Philostratus.

Idem.

Psaltæ cuidam molestius obstre-
denti, φάλλ' ες κόρης dixit, pro
βαλλος ες κόρης, abi ad coruos: ludes
vnius literæ mutatione. Athenæus a-
pud Eraf.lib.6.apoph.

Demades.

Tibiis similes esse dicebat Athe-
nienses, quod adempta lingua nihil
residuæ rationis haberent. Stob.ser.
de Imprudentia.

Anonyma.

Philippus Macedonum rex, cum
iudicarer vino madidus, & perperā
sententiam contra mulierem tulis-
set: illa intelligēs errorem esse vini,
nō regis. Prouoco, inquit, ad Philip-
pum, sed sobrium. Erasm.libr.8.a-
popht.

Philippus.

Athenienses comparabat statuis
quibusdam, quæ nihil aliud quam os
haberent, & magna pudenda. Stob.
serm.de Imprudentia.

Idem.

* Eum conuitiis afficiebat quidam
effreni lingua præditus: cumq; amici
hortaretur vt conuitiatorē perseque-
retur: Absit, inquit ille, ne amplius af-
fectus & implicatus plura in nos ia-
ciat maledicta. Anton.serm.de con-
gumelia.

Idem.

* Dicebat se suis conuitiatoribus
gratiam habere quod ab iis melior
redderetur. Ego enim, inquit, studes
illos mendacij conuincere, si quid
improbè fecerim, muto consilium,
& pœnitentia factum emendo. Ibid.

Diogenes.

* Cuidam conuitiatori, At nec mihi (inquit) credit quisquam te laudā-
ti, nec tibi me vituperanti. Ibid.

Cicer.

Cum Pompeius Gallum quen-
dam, qui ad se à Cæsare transfuge-
rat, ciuitate Romana donasset: O
hominem (inquit Cicero) bellum,
qui Gallis ciuitatem promittit alien-
nam, cum nostram nobis non possit

reddere. Plut.

Idem.

Adolescens quidā accusatus, quod
patrem placenta venenata sustulis-
set, cum stomachabundus minare-
tur se probris laceraturum Cicero-
nem: Hoc, inquit ille, malim quam
placentam. anticipi dicto: parricidiū
illi obiiciens. Erasm.libro 4.apopht.
ex Plut.

C. Memmius.

Cum accusaret Bestiam reum, cui
patronus erat Scaurus, ac fortè funus
quoddam duceretur: Vide (inquit)
Scaure, mortuus rapitur, si potes esse
possessor. notans Scaurum, qui male
audiebat, quod Phrygionis Pompeij
bona sine testamento possideret. E-
rasm.6.apopht.

*Huc refer apoph. de Detractione,
Liberè dictis, Maledicentia, &c.*

De conuiciis in ipsum au- thorem retortis.

Anacharsis.

Xprobranti cuidā Attico, quod
enatus esset in Scythia: Mihi, in-
quit, probro est patria, tu patriæ.
Laér.lib.1.cap.6.

Diogenes.

Aristippus philosophus, & Socrati
discipulus, cum vidisset Dioge-
nem olera lauantem, accessit: Si Dio-
genes, inquiens, sciret vnu regibus,
non vesceretur crudis oleribus. Con-
trà Diogenes: Si Aristippus didicis-
set esse contentus oleribus, non esset
canis regius: hoc est, non adularetur
Dionysio regi, vt cibum ex aula
eius capere. Laërt lib.2.cap.8.

Idem.

Diogenem quidam amentem vo-
cabat, cui ille: Amens quidem non
sum, non tamen eandem quam vos
mentem habeo. Stob.serm. de Pru-
dentia.

Idem.

Cuidam probri gratia obiicieni
egesta-

egestatē, quum ipse esset homo sce-
lerosissimus : Ob rerum egestatem,
inquit, neminem vidi torqueri , ob
malitiam autem quām plurimos. Erasm.lib.3.apoph in fine.

Idem.

Platone de quibusdam differente,
Diogenes præfens non attenē ani-
maduertebat. Quamobrem indigna-
tione commotus Plato: Quin, inquit,
diligenter sermones meos auscul-
tas, canis? Qui nihil perturbatus : At
ego, inquit, nunquam eō sum reuer-
sus, vnde veni, quod canes solēt. Ob-
scurè taxans ipsius in Siciliam pro-
fectionem, Elia.lib.14. de Varia hi-
storia.

Idem.

Quidam ei obiiciebat, quōd olim
falsam monetam signasset : Fateor,
inquit Diogenes, fuisse tempus, quo
talis eram, qualis tu nunc es; qualis
autem ego nunc sum, tu profētō fu-
turus es nunquam. Laert.lib.6.

Idem.

Philosophi vulgō hoc nomine
malē audiebant, quōd deos aut non
crederent esse, aut contemnerent.
Hoc innuens Lysias, interrogabat
Diogenem, crederētne esse deos? Cui
Diogenes: Qui conuenit, inquit, vt
non credam, quum persuasum ha-
beam, te diis inuisum esse? Hoc di-
ctum quidam attribuunt Theodo-
ro. Non respondit ad quæstionem,
sed in contumeliosè interrogantem
retorsit sermonem. Laërt.lib.6.

Socrates.

Acriūs obiurgāti familiarē quem-
piam in conuiuio, Plato dixit, Nón-
ne satius erat hæc illi dixisse seor-
sum? Cui Socrates: Et an non tu quo
que rectius fecisses, si hæc mihi seor-
sum dixisses? Erasm.lib.3.apoph.ex
Plutarch.

Plato.

* Quidam ei retulit esse nonnul-
los, qui ipsum conuiis & maledi-
ctis infestarentur. At ego, inquit, ita
mores componam, vt illis fides nul-

la habeatur. Anton.sermon de con-
tumelia.

Demosthenes.

Pytheas Demostheni obiecit, quōd
ipsius enthymemata lucernam ole-
rent: significans illum non nisi de
scripto, & ad lucernam elucubrata
dicere. Quod dictum ita retorsit
Demosthenes, vt diceret, Non eo-
dem pretio sibi & illi constare lu-
cernam. notans, quōd ille nocturn-
is conuiuī indulgeret, plus impen-
dens luxi, quām ipse studio. Plut.in
Demosth.

Idem.

Aduersus Demadē clamantem,
Demosthenes me corrigere vult, sus
Mineruam: At ista (inquit Demo-
sthenes) Minerua anno supériore in
adulterio deprehensa fuit. Adulter-
ium obiecit Demadi, quum Miner-
uam poetæ faciant virginem. Erasm.
4.apoph. & in Proverb. Sus Miner-
uam. Ex Plutarch.

Idem.

Aduersus quendam Phæreum no-
mine, de stupro suspectum, quum
Phæretis Demostheni vigilias luce-
brationēsque obiiceret: Scio, inquit,
tibi molestū fuisse, quōd lucernā per
noctem habuerim. Brus.lib.1.ca.4.

Anonymous.

* Quum cuidā multis verbis qui-
dam nōgator vt probrom obiiceret,
quōd ē parentibus ignobilibus pro-
gnatus esset: Mihi, inquit, dedecorū
sunt parētes, tu verò parentibus. An-
ton.sermon.de contumel.

Antagoras.

Antagoram poetam in tentorio
congrum coquenter, atque patel-
lam versantem deprehendit Antigo-
nus à iergo stans, cīque dixit: Putás-
ne ô Antagora, Homerum, quum Ag-
amemnonis res gestas scriberet, co-
xisse congrum? Contra hæc Antago-
ras: Et tu rex, putásne Agamemno-
nem, quū illas res gereret, fuisse cu-
riosum, si quis in exercitu congrum
coqueret? Plut.in apoph.

Archelau.

Timotheus cithareodus quum ingens praeium ab Archelaus sperasset, ac minus sperato accepisset, palam illum incusabat, canens, Tu vero terrae filium argetum laudas? ntu regem denotans, at Archelaus sicutinuit: Tu vero petis? in Graecis verbis plus est gratiae, ob vocum affinitatem, ares, ares, id est, laudas, petis, Turpiter petit, qui non probat quod petit. *Plat. & Eras.*

Leo Byzantius.

Pisiadi obiicienti lippitudinem oculorum: Corporis, inquit, vitium exprobras, haud videns filium tuum Nemesium humeris baiulantem. Errat enim Pisiadi filius contra dictis humeris. Nemesiu autem dixit redargitionem insolentiae, quam veteres fingebar esse deam. Impudenter aliquis in alterum torqueret coniicium, si in promptu sit quod ipsi vicissim obiiciatur. Philostratus.

Quirinus Sophista.

Quu ab Asianis reprehenderetur, quod in accusando mitior ac lenior esset quam ipsi docerent: Multo, inquit, satius est, ut vos meam accipitis lenitatem, quam ego vestram crudelitatem. Tumebant Asiani rhetores & immodicis delebatantur. Philost. in sophistis.

Nicetes Smyrnaeus.

Telonae cuidam in iudicio vehementius incandescenti, dicentique, Desine latrare in me: admodum salse respondit, Si tu desinas mordere: nam utrumque canum est. Philost. in sophistis.

Polemo.

Timocrati philosopho apud Polemonem dicenti, Favorinum esse loquacem: Et omnis, inquit ille, anus. Notans in Favorino corporis habitum, quod esset eunuchus. Visus est excusare vitium, sed re vera conuplicauit. Philostratus.

Chabrias.

*Improbis cuidam eum multis con-

uitiis afficiente, respondit: Bene fecisti quod nihil eorum que in te insunt praetermisisti. *Anto. fer. de contu.*

Anonymus.

Libanius sophista, summus Iuliani Apostatae fautor, cum interrogasset Antiochiae Ludimagistrum quendam virum bonum arque pium, Quid nunc fabri filius (Christum per contumeliam intelligens) ageret? respondit, Non otia tu o sophista, quem fabri filium appellas: parat enim Juliano loculum. Intellexit autem vir optimus, Julianum ob insignem impietatem & crudelitatem non diu superstitem fore, & diuinam ultionem praeforibus esse: paucos enim post dies Julianus est interfactus. *Tripar. hist. lib. 6. cap. 44.*

Epaminondas.

Quum Arguii Thebanorum essent socij, Atheniensium oratores, in Arcadiam missi, vituperarunt utrangle gentem, & Callistratus rhetor Orestem & Oedipodem ciuitatibus exprobrabat, nam Orestes Argiuus fuit, Oedipus Thebanus. Interim surgens Epaminondas: Fatemur, inquit, apud nos fuisse qui patrem occiderit, apud Argiuos qui matrem necarit: sed eos qui haec patrarunt nos expulimus, Athenienses receperunt. Tanto compendio conuicium retorsit in authores. *Plut. in apoph.*

Idem.

Pelopidas increpanti, quod nullos tolleret liberos, male in hoc consilicis patriae: Vide, inquit, ne tu peius consulas, qui tales patriae filium reliqueris sis. Habebat enim Pelopidas filium improbum & infamem. Mihi, inquit, Leuctrica pugna pro liberis erit, nunquam interitura. In hoc enim suscipiuntur liberi, ne pereat nostri memoria. At hoc melius praestant egredia facinora: nam liberi frequenter offuscant parentum gloriam. *Eras. lib. 5. apoph.*

Stilo.

Quum olim omnium hominum

œuli in solum Stilponem conieci-
erent, quidam ad Stilponem, Isti (in-
quit) omnes te admiratur ut beluam:
Nequaquam, ait, sed ut verum ho-
minem admirantur me bestiæ. Laert.
lib.1.cap.12.

Gnathena.

Reprehensa à Stilpone philoso-
pho, quod adolescentes corrumpe-
ret: Tu, inquit, egóque Stilpon in
eodem hæremus criminé, qui ado-
lescentes tecum versantes inutilia
quædam & amatoria sophismata
doceas, ut nihil referat cum philoso-
pho versentur, an cum meretrice. E-
rasm. lib.6.apoph.

Phocion.

Athenienses Demadem propo-
nentes Phocioni, belli ducem con-
stituerunt. Qui cùm ambitu supera-
set Phocionem, summè animum ex-
tulit, & accedens Phocionem: Ac-
commoda, inquit, mihi sordentem i-
stam chlamydem, quam gestare so-
litus es in tuo belli principatu. Cui
respondens Phocion: Nunquam, in-
quit, quicquam tibi sordens deerit,
dum talis fueris. Älianuſ libr.14.de
Varia hist.

Idem.

Demostheni rhetori dicenti, Oc-
cident te, ó Phocion, Athenienses, si
quando cœperint insanire, hunc in
modum respondit: Me quidem, si
insanire ceperint, at te, si ad san-
nam mentem redierint. Demosthé-
nes enim pleraque ad gratiam apud
populum loquebatur, & blanda po-
tius quam falubria consulebat. Plut.
in apoph.

Themistocles.

Seriphio cuidam obiicienti, quod
non ex se se, sed ob vrbis nobilitatem
celebris esset: Vera, inquit Themis-
tocles, prædicas. Neque enim ego
si Seriphus essem, clarus essem, ne-
quetu si Atheniensis. Non inficiatus
est vrbis celebritatem non nihil face-
re ad illustre nomen: sed illum esse
tam ignavum, vt etiam si fuisset na-

tus Athenis, nihil minus fuisset ob-
scurus futurus. Plut. in apoph.

Adimantus.

Adimantus abhorrens à pugna na-
tuali, ad Themistoclem, qui Græcos
hortaretur incitaré que italoquutus
est: O Themistocles, eos qui in cer-
taminibus ante alios profiliunt, mos
est flagris cedere. Cui Themistocles,
Sic est Adimante, ut dicis: sed nec
eos qui se subducunt, coronat quis-
quam. Adimantus notauit in Themis-
tocle dræcipitem audaciam, ille vi-
cissim illum insimulauit formidinis,
qui cùm opportunitas inuitaret, de-
trectaret pugnam. Plut. in Themist.

Cleomenes.

Cleomenem quidam per conui-
cium dixerat deliciis deditū. At hoc,
inquit, satius est, quam iniustum es-
se. Tu verò pecuniarum amore tene-
ris, quū quod satis est possideas. Ar-
gutè significauit, neminem esse pos-
se iustitiæ tenacem, qui supra quam
satis est congerendi studio tenetur:
ad hæc stultum esse, qui alteri leuius
exprobrat vitium, quum in ipsum
illico grauius crimen possit retor-
queri. Plut. in Lacon.

Pausanias Plistonactis F.

E patria profugus, quum Tegeæ
laudaret Lacedæmonios, cuidam di-
centi: Quin igitur mansisti Spartæ,
sed fugere maluisti? Quoniam, in-
quit, nec medici apud sanos, sed apud
ægrotos versari solent. Salissimè cō-
uicium exilij retorsit in Tegeaten,
quod eius gentis corrupti mores ege-
rent Spartanæ disciplina. Plu. in Lac.

Anonymus.

Quū Thebani deuictis apud Leu-
stra Lacedæmoniis, ad ipsum veni-
sent Euroram, & quidam gloriabun-
dus dixisset, Vbi nunc Lacones? Spar-
tanus quidam ab illis captus, Nō ad-
sunt, inquit, alioqui vos hue non ve-
niissetis. Ne victus quidem & captiu-
sus potuit obliuisci indolis Laconi-
æ, nec tulit victoris iactantiam. Plu.
in Lacon.

Idem.

Argiūo quodam dicente, multa Spartanorū sepulchra apud nos sunt: Lacon excipiens. Atq; Argiūorum apud nos nullum est sepulchrum, innuens, quod Spartanī semper inuassissent Argiūos, Argiūi verò Spartanos nunquam. Solerter Lacon, quod ille dixerat in gentis suæ laudem retorsit in ignominiam. Plut. in Lacon.

Idem.

Quidam cùm Laconi dixisset, Meniris, ille contrà, Nimirum (inquit) liberi sumus, alij verò, nisi vera dixerint, vapulant. Quo dicto se liberum esse demonstrat, à seruo notatum: qui si fallat mendacio, loris punitur. Plutarchus in Lacon.

Plistonax.

Cùm rhetor quidam Atticus Lacedæmonios dixisset indoctos: Nos enim, inquit, Græcorum soli nihil à vobis didicimus mali. Lacedæmonij malum existimabant, quicquid non faceret ad efficiendam ciuitatem meliorem. Plut. in Lacon.

Demetrius.

Lysimachus Demetrium impetenite conuiciis, dicentēque, Lamiam sibi visam meretricem descena tragica prodeuntem (hæc erat amica Demetrij magnifice culta.) Demetrius respondit, meretricem Lamiam esse modestiorem, meliusque moratam, quam ipsius Penelopen, coniugem illius notans. Plut. in Demetrio.

Idem.

Quom alteram vxorem ducere statuisset, liberis ipsum percōtantibus, nunquid in iplis haberet de quo quereretur? Nequaquam, inquit, imo ob id potius alteram duco, quod collaudem vos, cupiāmque mihi & alios istiusmodi liberos nasci. Eras. lib. 5. apoph. Illud etiā de Pisistrato & M. Catone refertur.

C. Marius.

In bello civili cùm fossa cinctus obſideretur, continuuit ſeſe, opportunum expeſans tempus rei gerendæ.

Popedio autem Siloni dicenti, Si magnus es imperator, ô Mari, descendere in conflitum: Imò tu, inquit, si magnus es imperator, coge me nolentē ad certamen venire. Plut. in apoph.

Galba.

Libo, cum ei dixisset, quando tandem Galba exhibis de triclinio tuo? mox ait, Cùm tu de cubiculo alieno. Libo notauit Galbam, quod L. Scribonius tribunus plebis iudices ferret familiares suos, & cōiūliis corruptos, Galba viceſſim illum notauit adulterij. Eras. l. 6. apoph.

Helius Mancia.

L. Libonem apud Pompeium accusabat: in quo certamine Pompeius, Liboni fauens, Helio & generis humilitatem & senium exprobrans, dixit, illum ab inferis remissum, vt claros viros accusaret. Hoc conuitum is constanter retorsit hoc modo: Non mentiris, inquit, Pompei: planè ab inferis reuersus sum. Sed dum illic moror, vidi Cn. Domitium Aenobarbum deplorantem, quod summo genere natus, vita inculpatissimæ, patriæ amantissimus, in ipso iuuentutis flore tuo iussu esset occisus. Vidi pari claritate conspicuum Brutum, ferrolaceratum, querentem id sibi prius perfidia, deinde etiā crudelitate tua accidisse. Vidi Cn. Carbonem, acer- rimum pueritæ tuæ, bonorūque patris tui defensorem, cum tertium consul esset, catenis, quas tu illi iniici iuſſeras, vinclū, obſtanē te aduersus omne fas & nefas, cum in summo eſſet imperio, à te equite Romano trucidatum. Vidi eodem habitu & quietatu, prætoriū virum Perennam, ſequitiam tuam exerantem: atq; hos omnes eadem voce indignatæ, quod indemnati sub te adolescentulo carnicice cecidissent. Has Manciæ voces fortassis aliquis temeritatem appetet citius quam libertatem. Scitum est, quod subne&tit Valerius: Eo tempore & fortissimum erat Pompeio maledicere, & tutissimum. Fortiſſi-

tissimum ob summam potentiam: tu-
tissimum, ob reuocatam veterum fa-
ciorum inuidiam Eraf.lib.8.apoph.
ex Valer. Max.lib.6.cap.2

Aegilius.

Qu. Optimus consularis in adole-
scencia male audiebat. Is Aegilio ho-
mini festiuo, qui videbatur mollior,
nec erat, sic exprobrauit molliiem:
Quid tu Aegilia mea, quando ad me
venies cum tua lana & colo? Lepide
retorsit Aegilius: Non Pol, inquit,
audeo: nam me ad famosas vetuit
mater accedere. Alter simulabat ora-
tionem velut ad feminam, alter ac-
cepta persona simulationem vertit
in irrisioem. Eraf.lib.9.apoph.

Philippus orator.

Catulus Philippo oratori dicenti,
Quid latras respondit, Furem video.
conuicium latrandi in ipsum retor-
quens, notauit hominis rapacitatem.
Brus.lib.2.cap.40.

Caulius.

Cum audiret quosdam ex iudici-
bus quos pecunia Clodius corru-
pat, praesidium petentes, ac si in peri-
culo forent constituti: perstringens
istorum praeponum auaritiam. Quid
vos (inquit) à nobis praesidium postu-
labatis? an, ne nummi vobis eriperet-
ur, timebatis? Cie.ad.A.t.lib.1.Plut.

M.Crassus.

Cn. Domitius L. Crasso collega
exprobrauit, quod censor tanti ha-
bitaret, eo quod in portico domus
haberet columnas Hymetas pro do-
mo eius millia nummorum identidem
promittens. Crassus erat praesenti ac
festiuo ingenio, rogauitque collega,
Quanti ipse domum suam aestimaret.
Is respondit, Sexages festerium.
Rursum crassus: Quanto igit pr., in-
quit, eam minoris aestimas, si decem
arbuseulas succidero? Eae fuerunt
loti patula ramorum opacitate las-
ciæ. Cum Domitius respondisset,
tricies festerium. Vter, inquit Cras-
sus, nostrum luxuosior? egone, qui
decem columnas centum millibus

numimum emi: ant tu, qui decem ar-
buseularum umbram tricies fester-
ium aestimas? Ita est ingenium ho-
minum, ad aliena vitia perspicax, ad
sua cæcum. Eraf.lib.6.apoph.

Deiotarus.

M. Crassus in Parthos proficit-
cens, cum Deiotarum extremæ iam
senectutis, nouam urbem condere
videret: Quid est, inquit, ô rex, hoc
rei, quod cum hora diei iam adsit
duodecima, nouam urbem extrue-
re institueris? Ad hæc arridens Di-
otarus: Imò quid tibi in mentem
venit, Imperator, ut cum haud qua-
quam sis: (vt videtur) matutinus, ta-
men in Parthos cum exercitu pro-
peras? Nam id temporis Crassus se-
xagesimum agebat annum. Hora
qua nobis duodecima est in meridie,
olim erat extrema diei. Plutarch.in
M.Crasso.

L.Crassus.

L.Crassus censor Cn.Domitio co-
legæ exprobanti, quod ob mure-
nam in viuario mortuo lachrymas-
set: At tu, inquit, cum vxores tres
extuleris, nullam emisisti lachry-
mam. Scitè retorsit conuictum. No-
tauit illum, quasi non curasset vxo-
rum mortem. Et alioqui turpius est
in vxoris funere non flere quam ob
murenam emittere lachrymas. Eraf.
6 apoph.ex Plutarcho.

Domitius Afer.

Longus Sulpitius insigniter ipse
fœdus, eum contra quem in iudicio
aderat, dixit ne faciem quidem ha-
bere liberi hominis. Cui respondens
Domitius Afer: Næ tu ex animi mei
sententia, Longe. Qui malam fa-
ciem habet, liber non est. Si ideo
liber non erat cuius agebatur causa,
quod deformis esset: nec ipse Sulpitius
habendus erat pro libero, cum
esset fœdissimus. Eraf.lib.9.apoph.

Cato.

Cum quidam Catoni dixisset, Ea-
mus deambulatum: & adolescens
quidam interpellasset dicens, Quid

opus erat de? Imò, inquit Cato, quid opus erat te? Vna literula mutata, significauit ipsum potius esse superuaneum in vita, quam de in verbo. Eras.l.5.apoph.

C. Lælius.

Ei quidam obscuro genere natus dicebat, Indignus es tuis majoribus, respondit: At tu hercule tuis satis dignus es. Cic.l.1. de Orat. & in Lælio.

Cicerio.

Cum ad Pompeium venisset, ac venisse pœniteret, rogatus vbi Pisonem generum reliquisset? Apud tuum, inquit, socerū: Cælarem designans. Perinde quasi notatus esset Cicero, quod à genero suo disiunctus esset, perstrinxit illum quod ipse cum socero bellum gereret, Plut.in apoph.

Idem.

Metello percontanti, quis ipsius esset pater, nimis ignobilitatem exprobans: At istam, inquit, perconationem ut respondere sit difficilis mater effecit tua, nam Metelli mater audiebar parum pudica. Quin & ipse Metellum matrem referens leuior erat, & inconstans, & affectibus seruiens. Cicero conuicium à patre ad matrem transfluit. Tum enim incertus est pater cum mater non cum uno consuetudinem habet. Plut.in Rom. apoph.

Idem.

Verres, qui filium habebat parum pudicè flore ætatis vtentem, Ciceronem ut parum virum ac cinedum intescebat conuiciis. At Cicero, Ignoras, inquit, quod liberis intra fores ita conuiciandum sit. Significans hoc conuicium non in ipsum competere, sed in conuiciatoris filium. Parentum est autem obiurgare liberos, sed intra domesticos parientes, nec turpia conuicia sunt eliminanda. Eliminat autem, qui aliis impingit, quod ipsius domi committunt liberi. Plutar. in Rom.apoph.

Anonymus.

Plancus cum in causa quadam ad-

esset amico, velléque testem molestum perturbare, interrogauit, quæ se artificio tueretur. Sciebat enim illum esse futorum. At ille lepidè retorquens in Plancum: Gallâ, inquit, subiugo. Id quidem futorum habetur instrumentum: sed rectè exprobabat illi adulterium cum Mævia Galla, quo nomine Plancus malè audiabat. Eras.Rot.6.apoph.

Antigenidas.

Cum quidam eiusdem artis æmulus ira commotus contumelia affecisset diceretq. Abi, emā te pro mancipio, respondit, Bene facies, tū enim ego te docebo tibiis canere. Philo Iudeus lib. Quod omnis probus liber.

Cæsarius.

Iulio Cæsare iam per insidias interfecto, sedatoque tumultu populi, cum Brutus ad Lepidum propinquū suum, Crassus vero ad Antonium proficisceretur, inter cœnandum cum sermonem (vt fit) de multis rebus haberent: tum vero Cassium Antonius interrogauit, An nunc etiam (inquit) pugionem sub axilla geris reconditum? Certè, inquit, longè maximum; siquidē tu quoq. regnum affectabis. Xiph.Dionis abbreviator.in Iulio.

Anonymus.

Cæsar Augustus cum vidisset adolescentem oris similitudine sibi similem, interrogauit, num aliquando mater eius Romæ fuisset. Negauit ille: sed sentiens conuicium, statim retorsit in authorem, adiiciens: Sed pater meus sæpe Romæ fuit. Augustus ludens, suspicionem intendebat in matrem adolescentis, velut ab ipso stupratam: & adolescens protinus eam suspicionem retorsit in matrem Cæsaris, aut in sororem. Nam oris similitudo nō magis arguebat illum esse Cæsaris filium, quam fratrebant nepotem. Eras.l.4.apoph.ex Sueton.

Sfortia Cotignola.

Ei, Duci clarissimo, quum à Seriano

gianœ magno Senescalco, ad exprobrandam generis nouitatem, ligonis fabula obiectaretur: In hoc, inquit, ut video, stirpis origine pares sumus, quum Adamus, mortalium primus, terram & ipse foderit. Sed ego certè, quod iure diffiteri non potes, illo meo ligone multo nobilior euasi, quam tu tuo pene & penna. Quo scommate lepidè admodum hominem transfixit, quum in eo tanta cum inuidia dignitatem stupro quæsitam, & patrem eius ad prætoris tribunal, ignobilem scribam, adulteratōque testamento falsi damnum, scitissimè notasset. Paulus Iouius in vita Iacobi Mutij, c. 84.

Queraldus.

Is Petri Aragonie regis senator, missus aliquando legatus ad regem Africæ, fuit ab illo in cœnam adhucbitus, quam rex ipse apparari iusserat editioribus in scandis. Afri enim in solo super tapetis discumbunt. Cœnatur plures simul. Rex autem ipse claram iubet ossa colligi, eaq. ad pedes Queraldi illo nesciente coniici. Finita igitur cœna, cùm aulæ magistri iussu mensæ essent sublatæ, appareretque ossium cumulus: tum quispam à rege submissus, Quid hic (inquit) ossium video? lupus profectò hic cœnitauit, nōn homo. Tum Queraldus ad regem conuersus: Mihi, inquit, ô rex cum lupis fuit negotium, cùm luporum sit & carnem & ossa simul arrodere, quod comessatores isti tui fecere. Ego vero, ut homo ac conuua comis, carnes absumpsi, ossa in humum abieci, in canum pastum atque oblectamentum. Pontanus.

Ignatij episcopi.

Ignatius Chalcedonensis episcopus, cùm iam Constantinoli habitans, ob senectutis incommoda visu orbatus esset, atque à Julianu apostata ob id vexaretur, Galilæum (ita enim Christum per contemptum vir impius nominare solet) visum non

restituturū ei dicens: respondit, Lubens quidem oculis carere volo ne tam impium tyrannum te Julianum videre cogar. Fulgosius lib. 6. cap. 2. ex hist. Eccles.

Biracus.

Patriarcha Hierosolymitanus, qui totam cancellariam pontificiam regebat, conuocatis aliquando certam ob causam diicutiendam aduocatis nonnullis, quandam verbis acriter castigavit. Huic cùm unus præcæteris Thomas Biracus liberius respondisset, versus in eum patriarcha, inquit: Malum caput habes. At ille, ut erat homo promptus: Recte, inquit, ac verè loqueris. Nam si bonum caput haberem, sat: meliori loco res nostra essent, neque opus esset hac nostra controversia. Te igitur ipsum culpas, ait patriarcha. Tum ille: Non me, inquit, sed caput reprehendo: ita ipsum, qui aduocatis omnibus præcerat, Patriarcham accusans, qui duro paulum capite erat. Poggius Florentinus.

*De correctione.**Zeno.*

C Vidam dicenti, Cur me vnuca omanium non corrigis? Non enim, inquit, tibi credo. Subindicans, sibi non esse spem, illum, si corriperetur, fore meliorem. Laert. libro 7. cap. 1.

Gallus.

Quem Gallus, qui testimoniis ferebat contra Pisonem, dixisset, innumerabilem pecuniam Magio præfecto datam, idque Scaurus tenuitate Magij redargueret: Erras, inquit, Scaure. Ego enim Magium non conseruasse dico, sed tanquam nudus nuces legeret, in ventrem abstulisse. Correxit sermonem suum Gallus, sed ita, ut criminis corruptel

crimen adderet luxus, Erasm. lib. 6.
apoph.

Socrates.

† In comedijis identidem proscindebat. Nec iniquo animo poetarum & histrionum contumelias ferebat. Siquidem expedire dicebat sese consulto comicis eorum scenas adeundo exponere. Nam si quidem ea dixerint, quæ in nobis emendanda sunt, corrigam; sin minus, nihil nos eorum mandicta mouere debent. Laer. lib. 2

Vide apoph. de Castigatione &
Reprehensione.

De credulitate.

Timon.

Cum Alcibiadem adhuc puerum Cobuiam habuisset, & deosculatus ei plurimum blandiretur, roganibus quibusdam, quæ insuctarum blanditiarum causa esset? Respondit, amare se eum puerum, quod præuidiceret ipsum quandoque Atheniensibus magnorum malorum causam fore, qua spe sola fruebatur. Etenim propter inimicam naturam id ei placebat, quod alij iure omnes abominabantur. Fulgosius libro 9. cap. 11.

Alexander Pherium.

Alexander Pherensium tyrannus, maximè truculentus saeuisque esse videbatur. Theodoro vero tragicō poeta, cum acri animorum affectu & commiseratione Aēropem agente lachrymas profudit, surgētique de theatro recessit. Vejum purgans & excusans se apud Theodorum, affirmauit se non idcirco abiisse, quod illum aut aspernari aut contumelia afficere voluisse: sed quod puduisse ipsum histrionis incommodis & affectionibus misericordem videvi, suis vero ciuib⁹ & subditis non item. Aelianus libro 14. de Varia histor.

Vxor Hannibalis.

Hannibal Pœni scelerata atque atrox nimis vxor, inspecta humani sanguinis fossa, pulchrum in ea esse spectaculum dixit. Fulgos. libro 9. cap. 11.

C. Fimbria.

Procurarat, ut Scœula in funere C. Marij iugularetur, quem vt cognovit ex vulnere recreatum, apud populum deferre instituit. Roganibus quid optimo innocentissimo que viro esset obiecturus? Obiiciam, inquit, quod parcus corpore telum recepit. quasi hoc ipsum crimen esset, nō periisse Eras. lib. 6. apoph. Bruson. lib. 2. cap. 9

Q. Catulus.

Cum Syllana crudelitas magna licentia sauiret in capita ciuium (nam occisi feruntur supra novem millia) percussoribus liberè per urbem vagantibus, ac cæteris metu atrautonitis; Qu. Catulus palam ausus est dicere Sylla: Cum quibus tandem victuri sumus, si in bello armatos, in pace enermes occidimus? Eutrop. Sylla.

Septem millia Romanorum occidi iussit: accum in vicino ad ædem Bellonæ sedens exaudisset exclamacionem tot millium sub gladio gentium, exterrito senatu: Hoc agamus, inquit, P.C. seditioni pauculi meo iussu occiduntur: Bruson. lib. 2. cap. 9. ex Plutarcho.

P. Telesinus.

Pontius Telesinus cum in eo bello, quod Sylla contra patriam gessit, magno Reipub. Romanæ detrimento ad portam Collinam parum prosperè pugnasset, ac vociferaretur eruendam delendamque urbem adiecit. Etiam nunquam defuturos Italicas libertatis lupos, nisi sylua, in quam refugere solerent, penitus esset excisa. Velleius Paterculus, & Cuspinianus in Consulibus.

L. Catilina.

Obiicienti Ciceroni, incendium à se excita-

se excitatum: Sentio quidem (ait) veram si aqua illud non potero, ruina extinguam. Brus.lib.2.cap.9.

Augustus Cæsar.

Audiens inter pueros, quos in Syria Herodes crudelissimus Iudeorum rex interfici mandauerat, filium quoq; eius interfectum, dixisse fertur: Se malle suem, quam filium Herodis esse. Inter Iudeos enim cum versaretur, à suilla carne prohibita abstinebat, iuxta legem. Macrob.lib.2.cap.4.Sat.

Idem.

Cœnabat apud Atedium, sive Vedium Pollionem, ibi fregerat quidam è seruulis vas crystallinum: qui illico iussus est ab Atedio rapi, & manus obiici. Puer ad Cæsaris pedes cœfugit, nihil aliud petiturus, quam ut aliter periret. Cæsar motus nouitate crudelitatis, & puerum dimitti & crystallina omnia ante se frangi iussit, & compleri piscinam. Amicum autem grauiter increpauit: Et conuiuio, inquiens, rapi homines imperas, & noui generis poena lacerari? Si calix tuus fractus est, viscera hominis distraherentur? Tantumne viris placebis, ut tibi aliquem duci iubeas, ubi Cæsar est? Erasm.lib.4.apoph.ex Suetonio. & Suetonio & Sen.

Theodorus Gadareus.

Is Tiberij Cæsar in Rhetoricis præceptor, animaduertens in pueri sanguinarium ingenium, sub specie lenitatis & clementiae latitans, subinde inter obiurgandum appellabat illum, lutum sanguine maceratum. Ab initio quippe sui imperij miram lenitatem precepsit, sed in progressu ad immanem crudelitatem pro lapsus est, ut Suetonius testis est in eius vita.

Tiberius.

Cum custodias recognoscetem eum quidam rogaret ut supplicium maturaret: respondit, Nondum redi tecum in gratiam. Humanitatis officium esse putauit, si damnatum ci-

tò occidisset. Suet.

Idem.

C. Caligula ideo imperium reliquise dicitur, quo memoriam scelerum suorum maioribus Caij sceleribus obrueret: vtque maxima atque nobilissima pars senatus post mortem suam necaretur. Sapientia enim dictum illud vetus fertur usurpassus: Me mortuo, terra cum igni misceratur. Dion Micæus in eius vita.

Nero.

Post multa nefanda facinora quum urbem atque imperium viuus perdere funditus optaret: Primum mirum in modum beatum fuisse dicebat, quod patriam simul cum regno perditam vidisset. Xiphilinus in Nerone.

Idem.

Quum amitam ex duritate alii cibantem visitaret, & illa tractans lanuginem eius (ut assolet iam grandioribus natu) per blanditias fortè dixisset, simul hanc excepero, mori volo: convulsus ad proximos, confessim se positurus (velut irridens) ait, præcepitque medicis, ut largius purgarent ægram, quo citius efflaret animam. Brus.lib.cap.9.

Idem.

Quodam in colloquio proferente Græcum versiculum,

Ἐπεις θεόντος γῆνα μηχανή τρυεῖ
id est,

Me mortuo terra misceratur incendio:
Subiecit, imò ἐπεις οὐ ζώντος id est me etiā viuo. Quibus portentis aliquando committitur Respub. Eras.6.apoph.

Idem.

Columnis statuarum eiusdem illud adscriptum erat, Galli cantando me excitarunt. Indignissime tulerat Galliarū defctionem: proinde decreverat, Gallos omnes Romæ agentes contrucidare, prouinciamq; exercitui diripiendā tradere. Suet.

Agrippina.

Quum iussu Neronis occideretur, ac Cenurie ferrum in eum stringe-

ret, ventrem ostendens clamabat: Hunc percutere, hic est ferro fodie-
dus, qui portentum illud genuit. *Suetonius.*

Nero.

Vestinus consul, quum eodem die omnia munia consularia obiisset, è conuiuio repente ad supplicium rapitus est. Coniuiae nihil aliud quam exitium expectabant. Horum paucorem irridens Nero, dixit illos satis supplicij luisse pro epulis consularibus. Dicas hoc à clemente dictum, si cætera Neronis facinora spectes. *Suetonius in Nerone.*

Caligula.

Is, vt alia omni in re, ita verbis quoque sceleratus fuit, persæpe repetens, Oderint dum metuant. Optabat etiam populum Rom. vnam habere tantum ceruicem, vt uno i& omnes interficere simul posset. *Fulgos. lib. 3. cap. 11. ex Sueton.*

Idem.

Vir quidam prætorius valetudinis causa secesserat in Anticyram, petito à Caligula Cæsare commeatu. Is quum saepius peterer prorogari cōmeatum, mandauit interfici, & adiecit, nec essetiam sanguinis esse missonem, cui tam diu non profuisset helleborum. Solent enim medici, in morbis validioribus venarum incisione vti. Et in Anticyram nauigabant, quibus opus erat purgatione. *Eras. lib. 6. apoph.*

Idem.

Quom destinasset interficere fratrem suum, cùmque suspicaretur se se medicamentis præmunire, ita locutus est: Antidotum aduersus Cæsarem? Timebat ille venenum, quasi Cæsar non posset alio quouis modo trucidare, quem vellet extinctum. *Eras. lib. 6. apoph.*

Idem.

¶ Non temerè in quenquam, nisi crebris, & minutis i&tibus animadseri passus est; perpetuo, notoque iam præcepto: Ita feri, vt se mori sen-

tiat. *Idem Sueton. cap. 30.*

Vitellius.

Postquam occisum Othonem in campo Bebriaci cognovit, cōque venisset, abhōrentibus quibusdam cadauerum tabem detestabili voce cōfirmare ausus est: Optimè olere occisum hostem, & melius ciuem. Sed hic tandem religatis post tergū manibus, iniecto ceruicibus laqueo, veste discissa, seminudus in forum tractus est in: er ludibria, per totum vitæ Sacra spatiū reducta coma, cœno noxijs solent, quibusdam etiam cœno stercoréque incessentibus. Tandem apud Gemonias munitissimis i&tibus excarnificatus, confectusque est, indequé vno in Tyberim tractus. *Brunonianus lib. 3. cap. 9. & Fulgos. lib. 9. ca. 11. ex Tacito.*

Antonini Caracalla.

Cum direptis ciuium bonis atque omnibus exhaustis ærariis, sua crudelitate ingentem corrasisset pecuniā, eāmque indifferenter nefariis hominibus distribueret; obiurgatus à Iulia matre, vt pecuniis aliqua ex parte parceret, atque prædæ optimæ partem in aliū vsum sibi reseruaret, strictum gladium ostentans matri, respondit: Lato sis animo, quādiu hunc habebimus, nulla nobis derit pecunia. Ostendens, nullam pecuniā apud subditos adeò reconditam esse, quam sua crudelitate extorquere non posset. *Dion Nicæus, & Xiphilinus in vita Antonini.*

Vide apoph. de Tyrannide.

*De cunctatione in rebus agendis.**Diogenes.*

Oscebat aliquid ab homine au-
ro: quem cùm videret cūtatem,
ac negaturo similem, ô homo, in-
quit, ad cibum te postulo, nō ad cyp-
pum? vt qua licet, Græcarum vocum
affinitatem reddam. Græcis enim

τρεφον

τροφὴ cibus est; περὶ sepultura. Erasmus lib. apophl. ex vita Diogenis apud Laert.

Socrates.

Hoc dicterium plūtimum in ore habuisse dicitur: Dimidium operis peractum ei, qui iam esset aggressus. Sunt enim qui cunctando ac deliberando vitam omnem absument. Est autem hemistichium Hesiodium, Αρχὴ οὐσίου πάντως. Laertius in vita Socratis.

Fabius Max.

Quoniam cum Hannibale pugnare detrectabat, mora copias illius & pecuniarum & commeatus egentes attenuabat. Ob quod cum male audiret, nihil tamen commotus, pergebat in suo instituto, & Hannibalem cunctatione fregit, quem alij magno militum exercitu vincere nunquam potuerunt. Plutarch. in eius vita.

Iulius Cæsar.

Quum Pompeius instruētam aciem apud Pharsalum inibi consistere, & hostem opperiri iussisset, Cæsar dixit illum effasse, qui vim, impetū, ac diuinum astutum animorum ad incursionem paratorum, mora relaxasset. Adeò Cæsari nō modò certamen erat cum Pompeio de fortuna belli, verū etiam de bellandi peritia. Plut. in Rom. apoph.

Augustus Cæsar.

Illud semper citò factum posse dīci aiebat, quod cum factum esset, bene haberet. Tarditatem enim, quæ tuta esset, celeritati anteponebat, cui periculum esset confunditum. Fulgosius lib. 7. cap. 2.

Iulianus.

Quum in frequenti turba quidam ipsius his verbis appellaret aduersus aduersarium suum: Thalassius inimicus pietatis tuae nostra per vim eripuit. Agnosco, inquit, ab illo me fuisse lassum, proinde dic illi, ut mihi posterior inimico prius satifaciat, mandauitque præfecto, ne prius cognos-

sceretur illorum negotium, quām ipse cum Thalassio rediret in gratiā. Quod alter adduxerat ad maturandam vindictam, Cæsar torsit in cunctationem. Eras. lib. 8. apoph.

De curiositate.

Anonyma.

THaletem in cœlum suspicentem & lapsum in barathrum, ancilla conspicata, meritè id illi accidisse dicebat: qui cum quā ante pedes es- fent ignoraret, cœlum contempla- retur, ut cognosceret. Antonius in in Melissa, par. 2. serm. 77. & Maxim. ser. 21. Brufon. lib. 2. cap. 27.

Aristippus.

Quum quidam obiiceret Aristip- po, ac diceret, Proptèr te ager perire. An, inquit, melius est, me propter agrum, quām propter me agrum pe- tire? Antonius serm. 77. part. 2. Mi- lisse.

Xenocrates.

Nihil referre dicebat, vtrum pedes an oculos inferas in ædes alienas, videlicet deterrens ab omni curiositate rerum ad nos nihil attinentium. Laertius lib. 4. cap. 2.

Zenobius Cittius.

Adolescentem curiosius quidam quām pro ætate sciscitantem, adduxit ad speculum, vtque se contem- plaret admonuit. Mox rogitauit, an videretur tali vultui conuenire questiones eiusmodi proponere? Laert. lib. 7. cap. 1.

Socrates.

Interrogatus à quodam, quid age- retur apud inferos? Deridens homini- nis curiositatem, respondit: Nec ego, inquit, vnuquani iui, nec cum quo- quam illinc reuerso sum collocutus. Maximus serm. 36.

Idem.

Illud Homeris semper in ore habe- re solitus erat,
ὅτι τοι ἐμέλεγαν καλῶντ' αἰαδώντες
τίτυκται. id est,

*Edibus in nostris qua prava & re-
cta gerantur.*

Eo non solum reuocans auditores
à curiositate rerum alienarum, verū
etiam à disciplinis nō necessariis: ve-
lut ab exacta cognitione Astrologiæ
aut Geometriæ, aut causarum natu-
ralium, aut rerum ultra mundanarū,
ad cognitionem Ethices, cùius scien-
tia præstat, vt nobis ipsi noti sumus,
vtque rem domesticam aut publicā
utiliter administremus. Stob.Laert.

Idem.

Eodem spectat & illud quod illi
adscribitur, & in primis celebrauit:
Quæ supra nos, nihil ad nos. Sic e-
nim respondere solebat admiranti-
bus quòd de moribus semper, de a-
stris déque meteorologicis nunquam
disputaret. Gellius & Laërtius.

Aristoteles.

Eos qui res evidentes demonstra-
re conarentur, similiter facere dice-
bat, vt si quis solem per lucernam o-
stendere conetur, Max.serm.21.

Demosthenes.

Quum quidam diceret eum agrum
negligere, ipsum autem se curare. Ea
(inquit) euro, proper quæ agrum
comparauit. Antonius in Melissa, par-
ter 2. serm.77. & Max.serm.21.

Euclides Philosophus.

Rogatus à quodam, quales essent
dij, q. àque re potissimum gaude-
rent? Cetera quidem ignoro, inquit,
at curiosos illis odio esse certò scio.
Max.serm.21.

Demonax.

Cum quidam exquireret, an mun-
dus esset animatus? & rursus, an glo-
bosus? Vos, inquit Demonax, de mun-
do solliciti estis, & vestram ipsorum
immundiciem non curatis, Antonius in Melissa. part. 2. serm. 77. &
Max.srm.21.

Locrenses.

+ Magistratus Locrenses si quis
peregrè rediens, rogasset, Num quid
noui? Multa ei dicebant. Plut.de Cu-
riositate.

Anonymus.

Ægyptius baiulus gestans quid-
dam velo opertum, cuidam incisenan-
ti quid portaret? Ideo inquit, obuela-
tum est, ne scires: tu vero cur curio-
sè vestigas, quod occultum est? So-
lent vestigium redemptores explo-
rare sarcinas. Ægypti autem dicti
sunt Ἀχθοφόροι. Eras. I 6.apoph.ex Pl.

Seneca.

* Non vis esse iracundus? inquit: ne
sisciosus. Qui inquirit quid in se
dictum sit, qui malignos sermones e-
tiam si secreto habiti sint, eruit, se i-
pse inquietat. lib.3.de Ira.cap.11.


Vesperianus.

A consulari viro Menstruo Floro
monitus, plaustra potius quam plo-
stra dicenda, postridie illum pro Flo-
ro Flaurum salutauit: civiliter allu-
dens ad illius curiosam admonitio-
nē. Veteres in quibusdam pro diph-
thongo sonabant o, vt Clodius pro
Claudius.Sueton.

Anonymus.

Cuidam vxor sua per literas ex-
probrarat, quòd lauacris ac volupta-
tibus detentus, ad se redire nollet. Id
per frumentarios rescuerat impera-
tor. Itaq; cōmeatum petenti, expro-
bravit & lauaca & voluptates. Tum
ille: Num & tibi ô Cæsar scripsit v-
xor mea, quod mihi? Notans curio-
sитет principi indignam. Dion in
vita Hadriani.

Huc spectant apoph.de Disputatio-
nibus rerum fuiuolarum.



DE DAMNO

accepto.

CHILON.



AMNV M dicebat turpi
lucro semper pæferen-
dum esse: illud enim se-
mel dolere, hoc autem
semper. Laert.lib.1.cap.
4. Stob.serm.1.

Anag.

Anaxagoras.

Post diutinam peregrinationē dominum reuersus, cūm reperiret patriā possessionēsque suas desertas: Nisi, inquit, ista perissent, ego saluus non essem, quod calamitas illum adegisset ad philosophiam: rebus autem integris, mansisset intra penates suos statē numero prospera sunt homini, quæ videntur aduersa: & quod damnum putatur ingens, lucrum est maximum. Laert. lib. cap. 3.

Zeno.

+ Purpurā ex Phoenicia mercatus aduentans ad Pireum naufragium fecit, quæ illi fuit occasio philosophādi. Hinc dicere solitus, Tunc secundis ventis nauigasse, cūm naufragium fecisset Laert. lib. 7.

Phocion.

+ Cūm pro concione ingrati animi vitium Atheniensibus obiceret, illud grauiter adiecit, Malo, inquit, damnū à vobis accipere, quām ipse vobis damnum inferre. Aelia. li. 2. de var. hist. ca. 16.

De ambulatione.

Socrates.

Q Vum ad vesperam usque deambulasset strenue, interrogatus cur id faceret? Respondit: Quo melius cœnem. Ostendit vir sapientissimus, & usum deambulationis, qua agitantur homines ut eo melius cibū capiant, & deinde ambulatione consumant. Cicero lib. 5. Tusc. quæstio.

*De debitoribus soluendis.**Anonymus.*

P hilosophus quidam Pythagorius cum à calceatore sibi emisset phœcassia (est autem calceamenti id genus) non habuit pecuniam qua solueret in promptu. Verum cūn paucis post rediret ad tabernam ut solue-

ret sutorē, audit eundem iam iam defunctum esse. Gratulabundus igitur philosophus de lucro, pecuniam domum retulit. Postea cūm se colligeret, videt se male fecisse, arrepta igitur pecunia, ait: Tibi viuit calceator, aliis mortuus. & accedens eius tabernam, nummos in eam proiecit, ne videretur homini etiam defuncto de negare id quod æquo debebat iure. Era. li. 6. apoph. ex Sene. li. 7. de bene.

Phocion.

Cum Athenienses olim sacrificia instituissent, peterentq. à ciuibus, ut unusquisq. aliquid de suo ad cōplenda sacrificia adderet: Phocion Atheniensis efflagitatori respondisse dicitur: Puderet, si vobis adderet: ac huic, (debitorē digito ostendēs) cui debeo iure, nihil redderet. Sunt qui putēt se Deo facere rem gratam, si ad cultum idolorum multos conferant nummos. At Phocion vir sapientissimus, sensit Deo multo gratius esse, si satisfaciassii quibus debes. Eius autem dicterium leges apud Plutarch. in Græcorum apoph.

Lycurgus.

Affiduum esse, dignumque cū debitum credas, in opibus: at fide dignū, in moribus sitū esse dicebat. Maxim. sermone 1. de Virtute.

Perse.

Dicebant, duo esse peccata inter homines turpia: quorum primum est, debitorem esse: alterum, mentiri. Coniungerunt autem hæc duo, ideo nimirum, quod unum raro sit sine altero. qui enim ære alieno obstridi sunt, pollicentur in dies se satisfacturos, nec tamen præstant quod promissum est semel atque iterum. Herodot.

Augustus Cæs.

Equite Romano quodam defuncto, compertum est illum tantum habuisse aris alieni, ut summam ducenties nummum excederet: idque, dum viueret, colauerat. Cūm igitur res illius auctioni subiiceretur,

vt ex pecunia creditoribus satissime-
get, Augustus iussit sibi emi culci-
gram illius cubicularem: ac miran-
tibus hoc præceptum, Habenda est
(inquit) ad somnum mihi conciliandu-
m illa culcitra, in qua ille tanto
zre alieno obstritus, somnum cap-
ere potuit. Nam Augustus ob in-
gentes curas s̄epe maximam noctis
partem ducebat insomnem. Macro-
bius lib.2.cap.4.Sat.

Plutarckus.

* Pedem & manū, si compu-
eruerit, dicebat nos resecare, & qui-
dem data mercede: ita domum & fa-
militium subiiciebat abiiciendum
esse, vt ab ære alieno liberemur,
hoc est, vt liberi fiamus. In moralib-
us.

De decoro vbiique ac in omnibus obser- uando.

Thales.

VT bonum histrionē, inquiebat,
quamcumque ei poeta dederit
personam, eius decorū seruare decet:
ita bōnū virum, quācunq. fortuna de-
derit. Nam & ipsa voluti poetria, nūc
primi, nunc vltimi actoris locum no-
bis tribuit, aliàs regis, aliàs medici
personam. Stob. ser. de prudentia.

Diogenes.

Cum vidisset foemina diis pro-
eumbentem, ita curuato corpore, vt
à tergo quædam apparerent quæ nu-
dari non decet oculis hominum, ad-
dit illam dicēs: Non vereris mulier,
ne stante post tergum tuum Deo
(nam illius plena sunt omnia) parum
decenter te geras? Idēm Aesculapio
percussorem consecrassē dicitur, qui
accurrens procidentes in faciem cō-
tereret, hoc figmento deterrens ho-
mīnes à superstitione, qui credunt
deos nō audituros, nisis ipsiſ indeco-
ro corporis gestu supplicent. Laert.
lib.6.

Socrates.

Cū Socrati Lysias orationē, quā
in eius defensionem composuerat,
recitasset, Præclara, inquit, & elegās
oratio est, sed non conuenit Socrati.
Erat enim forensi instituto aptior,
quām philosopho, ac tali philoso-
pho. Rursus Lysia percontanti, cur
si bonam iudicaret orationem, puta-
ret sibi noui conuenire? Nōnne, in-
quit, fieri potest, vt amīsus aut cal-
ceus elegans sit, ac pulcher, qui tamē
alicui non cōueniat? Hoc ipsum Val.
Maximus narrat, minus Socratice,
sic enim Lysia respōdisse memorat:
Ausser quāfō istam, nō ego si adduci
possem vt eam in vltima Scythia
solitudine perorarem, tum me ipsum
morte multandum concederem. E-
ras. lib.3.apoph.

Plato.

Si quando fortè incidisset Plato in
eos qui præter decorū quippiā age-
rent, digressus cōsuevit dicere, Nun-
cubi ego talis? Nemo suam turpitudinem
perspicit, sed sibi quisque as-
sentator est. Ex alis igitur descendū,
quām indecora sint quæ præter ho-
nestatem geruntur. Laert.lib.3.

I Socrates.

In conuicio Nicocreontis Samio-
rum tyranni, cūm à conuicio iubere-
tur dicere: His, inquit, in quibus ego
valeo, nūc non est tempus: in his ve-
rò quæ hoc tempus requirit, ego non
valeo. Recusauit inter pocula dicere,
qui apud sobrios de rebus seriis dis-
serere cōsueuerat. Eras. lib.8.apoph.

Pylades.

Cām altans Herculem furentem,
nonnullis incessum histrioni conve-
nientē minus seruare videretur, de-
posita persona ridentes increpuit, di-
cens, μωρὴ, μωρὸν ὅπχε μωρόν id est,
Stulti, furentem salto. Significās, hoc
ipsum quod yidebatur indecorū, ma-
ximē decorum esse. Eras. 6.apop.

Stratonicus.

Ptolemæo rege de musica cum i-
pso cōtentiosius differente: Aliud est,
inquit,

inquit, ô rex, scoptrū, aliud plectrum. Significans, non esse regiū, de musica cum musico disputare. Eras. 6. apoph.

Callicratidas.

Cum à Ly sandri amicis solicita-
retur, ut permitteret ipsi accepta pecunia quēdam ex hostibus occidere:
haud concessit. Cui cū Cleander di-
xisset, Accepissem profectō pecuniā,
si ego Callicratidas fuissem: Et ego,
inquit, si fuissem Cleander. Quo di-
cto monuit, in omni actione spectā-
dum esse personæ decorum. Plut. in
Lacon.

Leontichidas.

Cuidā obiicienti quōd facile mu-
zaretur: Mutor, inquit, sed pro tempo-
rum ratione, nō, vt vos, proprio mor-
bo. Prudentis est, pro re nata nouare
consilia: at sine causa subinde alium
fieri, inconstantiae vitium est. Plut. in
Lacon.

Archidamus.

Cuidam qui vitio vertebat Heca-
theo rhetori omniū clarissimo, quōd
adhibitus ad ipsorum conuiuum ni-
bil dixisset: Videris, inquit, mihi ne-
scire, quōd his qui dicendi nouit ar-
tem, etiam dicendi norit opportuni-
tatem. In senatu, in foro, in concio-
nibus, in legationibus, aliisque rei-
pub. negotiis locus est oratori: in
conuiuī temulentis maiore cum
laude tacet eruditus, quām loquitur.
Sic periti bellatoris est, non minus
scire retrocedendi artem quām pu-
gnandi. Plut. in Lacon.

Idem.

Idem ad Græcos, qui pacta rescin-
dere nolebant, dicere solitus erat:
Ouis semper eandem edit vocem,
caterūm homo multas ac varias emittit. Quo admonuit, pro tempore,
próque re nata variandum esse ser-
monis habitū. Est enim ybi loquen-
dum sit seuerius, est ybi blandius, y-
bi magnificenterius, ybi submissius. id
si sit citra perfidiam, magna est pru-
dentia. Porro ouiles mores dicuntur
habere, qui sese nesciunt rebus ac

personis accōmodare. Plut. in Lacon.
Pedaretus.

Conspexo quodā qui natura mol-
lis, tamen ob humanitatem laudaba-
tur à ciuibus, dixit: nec viros, qui
mulierum similes sint oportere lau-
dare, nec mulieres, quæ virorum sint
similes, nisi si qua mulierem vrgeat
necessitas. Sensit, aliud decere bonū
virum, aliud bonam mulierem, ac
pro muliere in virum transfigurata
acepit necessitatis excusationem: in
viro degenerante in mulietem, nul-
lam recepit excusationem. Ita non
eadem laus decora principi est, quæ
plebeio: non eadem magistrati, quæ
priuato. Plut. in Lacon.

C. Publius.

Solitus est dicere, P. Mummiū,
cuius temporī hominem esse. Sen-
tiens, illum dexteritate facilitatēque
ad omnem vitæ statum esse accom-
modatum. Eodem sensu Pollionem
Asiam omnium horarū fuisse ho-
minem legimus. Et Tiberius Cæsar
duos familiarius ab ipso dilectos, o-
mnium horarum amicos vocare so-
lebat. Eras. lib. 6. apoph. De Aristip-
po dicitur, Omnis Aristippūm decui-
color, & status, & res.

Bibulus.

Cum in senatu, variantibus senten-
tiis, Cato censeret perpetuam dicta-
tūram, vt tyrannicam potentiam. ē
Repub. tollendam: Bibulus, Pompeio
inimicus, primus in senatu rogatio-
nem tulit, vt vnicus consul Pompeius
decerneretur. Aut enim, inquit, Rep-
publ. ab imminente procella per il-
lum liberabitur, aut optimo paren-
dumerit. Egregius animus, qui pri-
uatam similitatem posthabuit Rei-
pub commodis. Eam sententiam Ca-
to dixit se ab alio dictam compro-
bare, licet ab ipso non debuerit pro-
ficiisci. Erasm. 6. apoph. ex Plut.

Metellus.

Caius Iulius Cæsar, Metello obsi-
stenti, ne pecunias ab æario tolle-
ret, ne peccaret in leges: Non idem,

inquit, armorum ac legum tempus est. Abscede igitur, ac postea quam facta pace, arma deposuerimus, tunc si videbitur, plebis patronum age. Eras.lib.4.apoph.ex Plut.

De defensione.

Antisthenes.

Alebat, homines virtute prædictos, eos sibi parare propugnatores, qui & fortes sint, & iusti. Nolunt enim defendi, si quid iusti admittant. Improbi contra fortes defensores querunt, iustos nolunt. Laer. lib.6.ca.1.

Cicero.

M. Cælium melius obiiciendum crimina quam defendantem bonam dextram, malam sinistram habere dicit: *huc alludens, quod in pugna dextra gladiū tenemus, sinistra clypeum gladio ferimus, clypeo defendimus.* Eras.lib.4.apoph.

De deditio[n]e.

Demosthenes.

Qum Alexander pacem hac legi deferret Atheniensibus, si ciues octo sibi dederent, inter quos erat Demosthenes: Demosthenes apologetum retulit de lupo, qui hac lege pacem obtulit ouibus, si canes dederent. Lupi nomine significans Alexandru[m] canum, eos qui tum populi rem curabant: ouiu[m], plebem Atheniensium. Addidit & illud: Ut mercatores, inquit, exiguum frumenti in paropside specimen deferunt, per hoc ingentes aceruos vendere cupientes: ita vos, si traditis ciues octo qui deposituntur, populum vniuersum traditis. Plut.

De dediscēdi difficultate.

Socrates.

Interrogatus, quānam optima est disciplina? dediscere mala, respondit. Max. serm.17.

Antisthenes.

Rogatus, quā disciplina cum primis esset necessaria? Mala, inquit, discere. Id enim non modò primum est, verū etiam difficillimum. Laer. lib.6.cap.1. Brus.lib.2.cap.23.

Iacob.

A quodam percontatus, quid sibi faciem tuaderet, ut bonus vir & honestus euaderet? Si mala, inquit, quā tibi adsunt, ab his qui nouerunt, didiceris esse fugienda. Sensit, virtutis caput esse caruisse vitiis. Id non à quolibet discendum, sed ab his duntaxat, qui norunt quā sint vera mala, quā vera bona. Ibid.

Timotheus Musicus.

Aduentantem discipulum interrogauit, an sub alio et am præceptore Musico operā dedisset: qui cùm sub alio militasse etiam affirmasset: Duplicem igitur dabis mercedem, ait, quoniam duplex mihi labor subeundus est: dedocēdi videlicet vetera, & docēndi noua. Brus.lib.2. cap.23.

Vide Apophth.de Assueridine.

De iis qui degenerant.

Aristippus.

Cum degeneres filios adeò negligerer, quasi ex ipso nati non essent, accusatus à quodam, qui seueritatem eius improbarabat: An non, inquit, & pituitam & pediculos è nobis natos, velut inutiles, procul à nobis abiicimus? Sensit philosophus, eos nequaquam habendos pro filiis, qui à parentum & maiorum suorum laude dignis virtutibus turpiter degenerarent. Laer.lib.2.

Diogenes.

Videns adolescentem cultu gestuque parum virili: Non te pudet, inquit, qui peius tibi velis quam ipsa natura voluit? Siquidem illa te virū fecit, tu te ipsum refingis in fœminā. Laer.lib.6.

Stilpon.

Habebat filiam sinistræ famæ. cu[dam]

dam itaque dicenti, Dedecorat te filia, Nihilo magis, inquit, quā ego illam decoro. Sentiens, neminem alienis factis de honestari, sed suis quenque moribus estimandum esse. Neque enī illa fuisset honestior ob patris celebritatem, nisi paternas virtutes fuisset imitata. Plut. in lib. de Tranquillitate, pluribus verbis hoc idem enarrat. Nam Metrocli obiciēti, quōd filiam haberet impudicātū: Vtrum, inquit, hoc meum peccatum est, an filiæ? Quid Metrocles respondisset, illius peccatum, sed tuum infortunium: hunc in modum excepit Stilpo, Quid aīs? an non quae peccata sunt, eadem sunt lapsus? Annuit Metrocles. At lapsus, inquit Stilpo, quorum sunt, eorundem sunt & frustrationis. Et hoc confessò Metrocles: Porro quorum sunt frustrations, horum sunt & infortunia. Ita placido prudentique sermone demonstrauit, filiæ duntaxat esse infortunium, cuius esset peccatum: ac Cynici conuiuū nihil aliud es- se quām canis latratum. Laërt. lib. 2. cap. 12.

Menedemus.

Dicebat, plurimos nauigare Athēnas studiorū gratia qui primū esset sapientes: deinde fierent philosophi, hoc est, sapientiae amantes, dein rhetores: denique progressu temporis euaderent idiotæ. Multum profecit, qui didicit se nihil scire. Et infelicit proficit, qui semper vergit in de- terius. Erasm. ex Plut.

Archidamus.

Periandro, qui cūm esset medendi celebris, & in primis laudatus, carmina scriberet infelicia; Quid, inquit, tibi accidit Periander, vt pro eleganti medico malus poeta vocari appetas? Notauit hominum mores, qui res honestas aggressi, degenerant ad sordidiora: cūm consultum sit, vnumquenque in ea se arte exercere, in qua valet plurimū. Plut.

Damatrix.

Cūm intelligeret filium in bello planè inutilē esse, domum redeuntem propria manu interfecit. in honestissimum enim esse putabat, ex tam præclaris parentibus natum filium, adeò degenerem aspiceret. Plut. in apoph. Lacænarum.

Telenzia.

Audiens filiū à paternis moribus degenerantem, & nescio quibus rebus parum honestis operam dantem, eum admonuit, vt aut melius viueret, aut apud exterorū maneret. Imo mortem ipsam minata est filio, nimores in melius corrigeret. Plut. in Lacon.

Nicostratus.

Quam ab Archidamo solicitatur, tum ingenti promissa pecunia, tū cuiuscunque vellet Lacænae coniugio, vt Cromium traderet, respondit: Archidamum non ducere genus ab Hercule, quōd Hercules obiens orbē soleret improbos afficere supplicio, ipse contrā ex probis faceret improbos. Lacedæmonij verò hoc nomine potissimum gloriabantur, quōd originem ducerent ab Hercule. Plut. in apoph.

M. Cato.

In inimicum quendam probrosæ vitæ: Huius, inquit, mater quam deos orat, vt sibi filius sit superstes: non precatur, sed imprecatur. Sentiens, illam & sibi & reipublicæ precari magnum malum. Eras. libr. 5. apoph. ex Plutarch.

Idem.

Hortabatur iuuenes, vt qui virtute & æquitate ad dignitatem peruenissent, ne turpiter ad deteriora degeneraret, sed ad meliore frugem se referrent: ita futurum, vt & gloriam augerent, & benefactis maculam abolerent. Eras. li. 5. apoph.

C. Lalius.

Cuidam malo genere nato, obiciēti sibi, quōd indignus esset suis maioribus: At herclē, inquit, tu tuis

dignus es. Id si dicas bono viro ex bonis prognato, laus est: sin malo, ex malis prognato, graue cōnicium est. Eras. lib. 6. apoph.

Sulta Auguſti.

Cūm ob vestitus nimiam licētiam ab amico quodam admoneretur, ac adhortaretur, vt se ad paternæ frugalitatis exemplar componeret, respondit: Pater meus obliuiscitur se Cæſarem Romanum esse, at ego memini me Cæſaris esse filiam. Macrob. lib. 2. cap. 5. Saturn.

Traianus.

Solitus est dicere, Principes omnines multū abesse à Neronis quinquaenio. Nam Domitius Nero primis annis quinque summa cum laude gessit imperiū priusquam ad Caligulae auunculi sui crudelitatem appelleret animum. Erasmus 8. apophthegm.

De delatione.

Caligula.

Commentarios ad matris fratrumque suorū calumnias pertinentes, ne cui postmodum delatori restive maneret ullus metus, connectos in forum, & antè clarè testatus deos, neque legisse se, neque attigisse quicquam, concremauit: Quin & libellum de sua salute oblatum nō recepit: contendens sibi nihil admissum, cur cuiquam iniūsus esset. Negavit se delatoribus aures habere. Hæc boni principis videri poterant, nisi fingeretur. Erasm. libr. 6. apophthegm.

Huic adiunge apoph. de Calumnia, Detractione, Maledicentia, &c.

De democratia.

Solon.

Dicere solebat, eum principem sibi maximè gloriosum videri, qui Democratiam ex Monarchia ci-

uibus faceret. Phauorinus, & Stobæus ser. 46.

Lycurgus.

Cuidam postulantī, vt in ciuitate pro Aristocracia, hoc est, optimatum gubernatione, constitueret Democratiam, hoc est, popularem gubernationem: Tu fac, inquit, prius domi tuæ Democratiam instituas. Compendio docuit, eam Reipublicæ speciem non esse utilem ciuitati, quam nemo vellet esse in sua familia. Ciuitas autem nihil aliud est, quam magna domus. Plut. in Lacon. & Stob. ser. 83.

De deposito.

Pittacus.

Dicitum eius celebratur: Depositum quod acceperis, iuste reddito. Stobæus ser. 9. de iustitia.

Demosthenes.

Ancilla quædam depositi nomine pecuniam acceperat à duobus hospitibus, hac conditione, vt eam utrisque simul redderet. Horum alter post tempus aliquod lugubri veste & squalidus, socij mortem simulans, decepta muliere nummos abstulit. Eo facto superuenit alter, & depositum repetere cœpit. Cūm mulier anxia de laqueo cogitaret, Demosthenes ei patronus adfuit, qui vt in aduocationem venit, sic aggressus est petitorem: Mulier, inquit, parata est depositi fidem soluere, sed nisi socium adduxeris, id facere non potest: quoniam, vt ipse prædicas, hæc dicta lex est, ne pecunia alteri sine altero numeretur. Hoc ingenio seruauit miseram: elusisque nebulonum conspirationem, qui hoc egabant, vt eandem pecuniam bis acciperent. Valer. Max. lib. 7. cap. 3.

De desperatione.

Leonidas.

Ephoris dicentibus ad Leonidam, quod ad Thermopylas proficiens,

scens, paucos secum educeret. Nimirum ad hoc, inquit, negotium, ad quod proficisci mus. Indicans satis multos educi ad moriendum in bello: satius enim perire paucos, quam multos. Plut.

Anonymous.

Cuidam, qui laborans ab oculis, exierat in bellum, cum nonnulli dicerent, Quo vadis ad istum affectus modum, aut quid facturus? Ut nihil, inquit, aliud, certe hostis gladium hebetato. Plut.

Pompeius.

Rebus infelicitate gestis aduersus Cesarem, & ad summam desperationem redactus, in tentorium venit attonito similis, nec aliam vocem emisit quam hanc, οὐκούνεις ταρπευολόν. Ergo in castra, sumptuosaque veste praesenti fortunae accomodata, clam profugit. Plut.

Seneca

Nemo se mutat, qui se mutari desperat. lib. de Mora.

De Deo.

Thales.

PErcontatus, Quid esset Deus? Quod principio & fine careret, respondit Laert. in eius vita.

Zaleucus.

* Proemio legum quas scripsit Logreisibus, haec verba praefixit: Omnes qui urbem ac regionem inhabitant, persuasos esse oportet, existimare quod deos esse: quod manifestum sit ex celi & totius mundi inspectione, rerumque in ipsis dispositione pulcherrima, & ordine. Haud enim fortuita aut humana eiusmodi opera putare conuenit. Stob.ser.42

Anonymous

Alius idem interrogatus, respondit: Quod est in triremi gubernator, in curru rector, praecantator in choris, dux in yrbe, imperator in exercitu, hoc est in mundo Deus. Apuleius

de Mundo. Id authori libri de mundo inter Aristotelis opera collocati tribuitur.

Simonides.

Interrogatus olim ab Hierone tyranno, Quidnam esset Deus? Deliberandi sibi unum diem postulauit, cum idem ex eo postridie quereretur, biduum petuit. ac cum ita saepius duplicaret numerum, admiratusque Hiero tyrannus, qui rogauerat, efflagietat, cur ita facere? Quia, inquit, quanto diutius considero, tanto mihi res videtur obscurior. Cicer. de Natura deorum. Brus.lib.2.cap.26

Socrates.

Socrates dicebat, deos omnium optimos ac felicissimos: ad horum similitudinem quo quisque proprius accederet, hoc & meliorem esse, & beatitudinem. Si corrigas vnius vocis numerum, nihil dici potest Christianus. Rot.lib.3.apoph.

Plato.

* Dicebat, Deum nullo uspiam modo iniustum esse, sed planè iustissimum. Nec ei, inquit, similius inueniri potest quicquam, quam qui internos iustissimus fuerit. In Theoreto.

Idem.

+ Genitorem universitatis tam difficile est inuenire, quam inuentum impossibile dignè profari. In Timaeo.

Aristoteles.

+ Entia nolunt malè disponi; nec est bonum pluralitas principantium, unus ergo princeps. lib.11. Metaph.

Eusebius Philosophus.

* Dicebat non querendum an dij sint, sed protinus esse credendum. Nam quæstione, inquit, proposita etiam ille qui impiissimam opinionem defendit, nempe deos non esse, superare conatur. Stob.ser.78.

Callicratidas Pythagoricus.

* Mundus (inquebat) græcè κόσμος appellatur, ut qui per communem o-

mnium diaeosmesin, id est, decorā ad ministratiōnem, ad vnum optimū dirigatur. Est verò illud vnum optimū, Deus ipse, qui secundū cogitationē existit, viuens cælestē, incorruptibile, principium & causa dispensatiōnis omnium rerum. Stob. ser. 83.

Alexander.

In Iouis Ammonis templo cùm à vate dictus esset Iouis filius: Nihil, inquit, mirum, nam Iupiter omniū quidem natura pater est, sed ex his optimos quoque peculiariter suos facit. Modestissimè interpretatus est oraculum: nam vates per adulationē dixit, illum filium Iouis: quasi sic è Ioue prognatus esset, quemadmodum Hercules creditus est esse Iouis filius. Alexander tassus est, Iouem natura autorem ac parentem esse omnium: sed eos demum peculiariter pro suis filiis agnoscere, qui virtute ac præclarè gestis proximè ad diuinam nāturā accederent. Ea est, omnibus benefacere. Plut. in apoph.

Euagrius.

Euagrius quum longa orationis serie audiūisset de Deo atque trinitate disputantes, Diuinitatem nequaquā definiendam esse respondit. Omnes enim alias propositiones habere genus quod prædicetur, aut speciem, aut differentiam, aut proprium, aut accidens, aut ex his compositam orationem. Sed nihil in sancta trinitate horum quæ dīta sunt, posse comprehendī. Ideoque quod ineffabile est, silentij tantum oratione esse adorandum, Socrates l. 6. Tripartit. hist. cap. 21.

Attalus marty.

A tyranno per contemptum interrogatus, Quod nomen Deus habet? Qui plures sunt, respondit, non minibus discernuntur: qui autem unus est, non indiget nomine. Eus. l. 6. Eccles. hist. cap. 3.

De Deo æterno.

Thales.

I Nterrogatus olim, quidnam in tota rerum natura esset vetustissimum? respondit, Deus. Quid ita? οὐ ἀγέρτης, hoc est, nunquam esse cœpit. Erasm. lib. 7. apophthegm. ex Laërt.

De Deo immutabili.

Agelaius.

M Otrurus bellum aduersus Persarum regem, quo Græcos Asiam incolentes libertati restitueret, Iouis Dodonxi consuluit oraculum: is iussit, vt pro suo arbitratu bellum instrueret. verū cùm Ephori ad Delphicum q[uo]d oque oraculum consulendum misissent, hoc pacto proposuit consultationem. Num, Apollo, idem tibi videtur quod patri? Iouis se oraculum omnino probare, respondit. Quo dicto ostendere voluit deorum omnium concordiam: qui si inter se dissentiant, nō profetò re vera sunt dij Plut. in Lacon.

De Deo & omnipotente, & vidente omnia.

Thales.

D icebat, Homines existimare oportere deos omnia cernere deorumque omnia esse plena, & tunc fore omnes castiores. Cicer. lib. 2. de Legib.

Idem.

Percunatus, An facta hominum deos fallerent? Ne cogitata, inquit, vt non solum manus, sed etiam mentes puras habere vellemus, cum secretis cogitationibus nostris cælestē numen adesse credimus. Laërt. in eius vita, & Valer. Maxim. libro septimo, cap. 2.

Zeno.

Zeno.

Cùm ex Zenone Stoico quidam quereret, An Deum laicere possit iniuriam faciens? Imò, inquit, ne cogitans quidem. Maximus sermo-ne 15.

Diogenes.

Videns mulierem ad aras deorum tam incurvato corpore procumbentem, vt obsecna quædam appareret: Non verteris, inquit, mulier, ne stan-te post tergum Deo (cuncta enim plena deorum sunt) in honeste te habeas? Laér.1.6.

Athenodorus.

Dicere prudenter solebat: ita nos cum hominibus homines viuere debere, ac si Deus retributor bonorum, malorumque vltor, omni loco ac tempore actions nostras intueretur, conspicereturque humanis nostris oculis. Fulgosius libro septimo, cap.2.

Idem.

* Tunc scito, inquit, esse te omnibus cupiditatibus solutum, cùm eò peruerteris, vt nihil Deum roges, nisi quod rogare possis palam. Nunc enim quanta dementia est hominum? Turpisima vota diis insurrrant: Si quis admonerit conticescent, & quod scire hominem nolunt, Deo narrant. Vide ergo ne hoc præcipi talubriter possis: Sic viue cum hominibus, tanquam Deus videat: sic loquere cum Deo tanquam homines audiant. Sen. epist.10.

Iamblichus.

* Sicut(inquietabat) oriente sole, tenebrae eius præsentiam sustinere non possunt, sed subito subterfagiunt, nihil solem impeditentes: sic vndique refulgerat potestate diuina, q. & replet omnia bonis, perturbatio omnis nullum habet locum, sed repente disperditur. libr.de mysteriis.

Democritus.

Quum admoneretur ab amico quodam, vt secum in Asculapij tem-

plum iret, Dominumque pro salute filij oraret: Adeóne, inquit, surdus strum existimas Deum, vt nos nisi in templo non sit auditurus? Recitat Eras.1.8.apoph.

Antalcidas.

Quum in Samothracia initiatetur, rogatus à sacerdote, quid egregium patrasset in vita? Si quid, inquit, mihi rals peractum est, sciunt ipsi dij Existimans, ineptum commemoratione suorum gestorum se dijs commendare: qui, siue prædicaret, siue sileret, nihilominus noverant. Nam apud sacerdotem poterat etiam falsa narrare. Plut in Lacon. Idem de Lysandro effertur.

Seneca.

† Patriam meā esse mundum sciā, aiebat, & præsides Deos supra me, circāque me stāre, factorum dictorumque censores. libro de Beata vita, cap.10.

Idem.

† Prope Deus est, tecum est, intus est. Ita dico, Lucili, sacer intra nos spiritus sedet, malorum, bonorumq; nostrorum obseruator, & custos, hic prout à nobis tractatus est, ita nos ipse tractat, bonus verò vir sine Deo nemo est. In Epist.

Anonymus.

Quidam sacrī initiaturus Laconem, rogauit quid sibi consiceret maximè impiè factum per omnem vitam? At ille: Hoc, inquit, dij sciunt. Quum initiator magis vrgeret, diceretque, Oranino proferas necesse est. Lacon vicissim rogauit: Vtrum, inquiens, oportet me tibi dicere, an Deo? quum ille respondisset, Deo: Tu ergo, inquit, hinc secede, vt illidicam. Plutarch. in Laconicis.

De Deo semp̄ colendo.

Xenophon.

Diebat tum maximè colendos esse deos, quum homini res

sunt secundz: ut quum inciderit necessitas, confidenter illos imploremus, ut pote beneulos iam & amicos. Rechè Xenophon. Sed vulgus hominum contrà facit, in felicitate profunda est Dei obliuio: cùm viget calamitas, tum demum utcunque & perfunditoriè ad illum confugimus. Eras. l.7.apoph.

Philo.

Cum aliis Iudæis apud C. Caligulam accusatus ab Appione, quod Cæsari diuinos honores non tribueret, electus ex aula, sociis Iudæis respondit, Bono animo nos esse oportet, quibus iratus est Caius: quia necesse est adesse diuinum, ubi humatum cessat auxilium. Euseb. l.2. Eccl. hist. cap. 5.

Aristoteles.

† Nunquam nos verecundiores esse debere dicebat, quam cum de Diis agitur. Seneca libro 7. Natur. Quæst. c. 30.

De Deo, dona sua æquali- ter distribuente.

Crates.

Cum deformi esset corpore, in certaminibus tamen corpus suū denudare pro more pugnantium, nō erubuit. Verum à spectatoribus ob id derisus: De oculis inquit, ô Crates, & reliquo copore bono esto animo; mox enim videbis eos qui corpus tuum deforme modò turpiter derident, morbo contrahi, & omnibus viribus destitui, & cum te beatum esse sentient, deformem quidem, sed sanum, robustum, & laboris patientem. Sensit homo ethničus, quam variè Deus sua dona hominibus distribuat, alium ornat forma & sanitatem, alium sapientiam, hunc virtutibus, illū corporis robore: ita tamen, ut non vni & soli omnia conueniant. Laërtius l.6.c.5.

Stratonice.

Inuitatus aliquando, ut audiret citharædum canentem, postquam audierat, recitauit illum versiculum Homericum, τάδ' ἔρεγοι ωψέδων πατὴρ, ἔρεγοι δὲ αὐτενοτε. id est, Huic dedit hoc pater altitonans, verum abnuit illud. Cuidam roganti, Quo pacto? exposuit, male cithara canens dedit, bene canere negauit. Eras. li.6. apoph.

Dercillidas.

Missus orator ad Pyrrhum, qui iam exercitum induxerat in terram Spartanorum, ut cognosceret quid sibi veller: cum Pyrrhus præscriberet ut regem suum Cleonymum recipieren, alioqui futurum ut intelligerent se nihil cæteris esse fortiores, hunc in modum respondit: Si Deus est Cleonymus, non metuimus eum, quippe qui nihil sceleris commisimus: si homo est, nihil est nobis præstantior. Hoc dilemmate perstrinxit superbas regum minas. Dij, qui quos velint, possunt lædere, nec à quodam lædi vicissim, non nocent, nisi impróbis: homines hominibus ex æquo metuendi sunt. Plutarch. in Lacon.

Metellus Numidius.

† Dij immortales possunt plurimum, sed non plus velle debent nobis, quam parentes. At parentes, si pergunt liberi errare, bonis exhæreditant. Quid ergo nos à Diis immortibus diutius expectemus, nisi malis rationibus sine facimus? Isdem Deos propitios esse æquum est, qui sibi aduerterij non sunt. Dij immortales virtutem approbare non adhibere debent. Hæc censor Ethnicus. Gell. lib. i. c. 6.

Seneca.

† Dij multa ingratias tribuunt. Sed illa bonis parauerant. Contingunt autem etiam malis, quia separati nō possunt. Satius est autem, prodesse etiā malis propter bonos, quam bonis desse propter males. Quod tanquam ciuij,

eiui, non tanquam bono datur, ex æquo boni ac mali ferunt. Deus quoq; ædam in vniuersum humano generi dedit, à quibus excluditur nemo. lib.4.de Benef.c.28.

Cato Uticensis.

Quum Pompeio res infeliciter cederent & ad Cæsarem inclinaret victoria, Cato dicebat, in rebus diuinis multum esse caliginis: quod Pompeio præter ius agenti fuissent omnia prospera, causam reipubl. tuenti nihil succederet. Plutarchus in Catone.

De dialectica.

Antisthenes.

Dicere solebat, Contradicente m doceri oportere, non contrà díendo compescere. Dialectica igitur si docendi ratio est, artis fines transgrediuntur qui tantum rixantur. Nam neque intano, si vicissim infaniant, aliquis medebitur. Stobæus sermone 80.

Diogenes.

Quicquid per se turpe non esset, id ne in publico quidem dicebat esse turpe. Hunc igitur in modum ratiocinabatur: Si prandere malum non est, nec in foro prandere malum est: sed prandere nihil mali est, ergo nec in foro prandere malum est. Hactenus tolerari poterat Cynicus syllogismus, verum quis ferat similiter colligentem, exonerare ventrem, aut reddere lotium, aut habere rem cum vxore, aut exuere vestes, malum non est: ergo in publico malum non est? Probris viris ubique placet verecundia. Laërt. lib.6.

Zeno.

Dialecticorum artes iustis mensuris comparabat, quæ non triticum, nec aliud quidpiam alicuius pretij, sed paleas & stercora metiuntur, Sto. serm. 80.

Idem.

Rhetoricam palmæ, Dialecticam

autem pugno similem esse dicebat. cò quod latius loquerentur Rhetores, Dialetici autem compressius; Cic.l.2.de Finibus: & in Oratore ad Brutum. Quint. l.2.c.21.

Idem.

Quum iam in artibus non vulgartere profecisset, attamen in Dialeticis plurimum exercere seipsum præcepue voluit. Verum cum pecunia, ut satisfaceret præceptor Dialetices, decesset, clam per posticum in auditorium Polemonis professoris eius artis irrepit, ut legentem audiret, quem dum Polemon fortè vidisset, Sat video, inquit, te furari ea dogma, ut aliis postea mercede vendas. Laudandum est Zenonis ardens ad Dialeticen studium, in qua adeò profecit, ut multa etiam arti adiecerit. Vide Laërt. lib.7.c.1.

Idem.

Quum illi Dialeticus quidam in sermone, quem illi Σεγίζονται, id est, metentem appellant, ostendat septem species Dialeticas: rogauit, quantum peteret mercedis à discipulis? poscenti centum nummos dediducentos. Tanta erat in homine discendi Dialeticen cupiditas. Laërt. l.4.cap.1.

Chrysippus.

Ad Dialeticum quandam, Cleanthi multis ac prolixis sophismatibus obstrepentem: Desine, inquit, seneca à magis ad rem pertinentibus auocare, sed nobis iunioribus ista proponito. Docuit vir sapientissimus, Dialeticæ studium magis spectare ad iuuenes exercitatione indigentes, quæ senes grauioribus rebus occupatos. Laërt. l.c.3.

Arcesilas.

Dialecticos aiebat similes esse ludentibus alea, qui non sine delectatione decipiuntur. Stobæus ser. 80.

Carneades.

Dialecticam inquietabat polypo similem esse. Vt enim polypus cyrthes suos auctos deuorat: ita diale-

Eicos iam peritiores factos, suas quoque opiniones refutare. Stob. sermone 82.

Ariston.

Dialecticorum sermones aranearum telis conferebat, ut quæ subtilem admodum, sed inutiles essent. Stob. serm. 80.

Idem.

Dialecticam aiebat luto viarum similem esse. Nam ut lutum inutile cum sit, trascuntres prosternit: sic Dialectica parum cum prosit hominibus, imponit etiam. Stob. ser. 80.

Idem.

Eos qui Dialecticæ studium profundè rimantur, cancros edentibus similes esse dicebat: qui propter exiguum alimentum circa crustas plurimas occupantur. Stob. ser. 80.

Cleantes.

In errogatus, cur inter veteres, cum non multi philosophati essent, plures tamen quam nunc clari evassissent? Quoniam, respondit, tunc quidem res ipsa exercebatur, nunc autem de verbis est disceptatio. Sto. ser. 80.

Clitomachus.

Dialecticam lunę comparabat quæ similiiter augeri & decrēcere non cessaret. Ibidem.

Theoeritus.

Ad Dialecticum quendam, acriter & contentiosè ei respondentem istud Homeri repetuit,

Lis utinam pereat inter hominesque deosque. Ibidem.

Demonax.

Ad Agathoclem peripateticum, iactantem sese & solum & primum esse Dialecticorum: Si solus, inquit, es, qui primus esse potes? Si primus, qui solus? Eras. l. 8. apoph.

Ioannes Pictus Mirand.

+Eas disputationes prodesse aiebat, quæ pacato animo ad inuestigandam veritatem, priuatim, ac semotis arbitris exercebantur. At illas obesse plurimam, quæ in propatulo

fiebant, ad ostendendam doctrinam, vel ad captandam vulgi auram, atq. imperitorum applausum. Vixq; fieri posse omnino censebat ut honoris cupiditati, quæ effrontes illi disputatores exagitantur, inseparabilis vinculo annexum non sit, illius cum quo disputatur desiderium infamię confusionisque, lethale vulnus animę, & venenum charitatis mortiferū. Ioan. Franciscus in vita Pici.

De diffidentia.

Phocion.

CVm Byzantiis irascerentur Athemites, quod Charetem, qui cum exercitu in subsidium suæ ciuitatis missus esset aduersus Philippum, noluissent recipere, ac Phocion dixisset, non esse irascendum sociis diffidentibus, sed ducebus quibus fides non haberetur: ipse dux electus est, atque ipsi fidentibus Byzantius effecit, ut Philippus re infecta discederet. Diffidentiam Byzantiorum in Charetem ducem reiecit, qui talis erat ut non videretur tutum sese illius fidei committere. Prudentia est, infido diffidere: at Phocioni probatæ opinionis viro, non dubitarunt sese credere. Plutarch. in Græcorum apoph.

Romani.

Populus Romanus, Carbone pollente quippiam, & addente iusurandum cum execratione, populus vicissim iuravit, se illi non credere. Probris viris & iniuratis habenda est fides: leibus autem, ne iuratis quidem. Eras. l. 6. apoph.

De diligentia.

Zeno.

Dicebat τὸ δὲ γνῶθι μαρτὶ μηχεῖς δὲ μηχεῖς εἶναι, i. ut aliqui fiat bene, nasci quidem paulatim, sed ramen

men non esse paulum. Illud dictum quidam adscribunt Socrati, Laert.li. 7.cap.1.

Antisthenes.

Cum multi philosophorum dispu-tassent de virtutis difficultate, Antisthenes prosiliens, virtutem assidui-tatem & studio disci posse affirmauit. Non ignorauit sane vir sapientissi-mus, nil esse tam arduum, quin stu-dij assiduitate inuestigari possit. Laert.lib.6.cap.1.

Iforates.

* Dicebat, sicut in aliis negotiis cū curādisque feris cura & diligentia plurimum habet momenti: sic etiam ad virtutem adipiscendam perma-nas vires habere. Proctm.oratione ad Nicoclem.

Vide apoph. de Assiduitate, Industria, labore & studio immodico.

*De diligentia nimia, aut inutili.**Demosthenes Mytilenaeus.*

PVLsata ianua hominis musicæ ac eitharæ dediti, cum is auditio pul-su iussisset illum introire, faciam, in-quit, si prius alligaris eitharam. Sub-notans, illum nil aliud quam cithara canere. Eras. lib.8.apoph.

Antalcidas.

Persarum rex coronam ex rōfis eonsertam illeuit vnguento, misitq; Antalcidae, de pace legationem ob-eūti. At ille: Suspicio quidem, inquit, donum, atque animi promptitudinem laudo: sed rosarum odorem na-turæque fragrantiam artis adultera-tione perdidisti. Aelianus lib. 14. de Varia historia. Idem dici posset de nimia diligentia, qua multoties res magis obscuratur, quam ornatur.

Apelles.

Protegenes pictor toto septenoio in pingendo Ialyssō consumpto, tan-dem summaam manum imposuit. Eū cū seuereret Apelles, primum sub-

stitit mutus, & stupefactus inopina-ta atque admirabili contemplatio-ne. Deinde respiciens. Labor quidē, inquit, magnus est, & itē artifex ex-cellens, verū operi gratia non in-est: quam si homo consequutus esset, labor eius cœlum attingeret. Lauda-uit quidem insignem pictoram Apel-les, sed nimiam diligentiam & indu-striam vituperauit, quæ operi gra-tiam omnem adimebat. Aelianus lib. 12. de Varia hist.

Pollio.

Dicebat, Cōmodè agendo factum est, vt sāpe agerem: sed sāpe agendo factum est, vt minus commode: quia scilicet assiduitate nimia facilitas magis quam facultas, nec fiducia, sed temeritas paratur. Quod accuratē fa-cetum velimus, raro faciendum est. Hac ratione duci videntur Itali qui-dā eruditi, qui licet pulchre calleat Latinē, tamen vix vñquam adduci possunt, vt in familiari congressu La-tinē loquantur. At siquando compelleat necessitas, dicunt, exacte, quasiq; de scripto. Erasm.lib.8.apoph.

Scipio Africanus.

Centurionem, qui pugnæ non ad-fuerat, cum increpareret, atque ille di-cepseret, se in castris custodię gratia re-mansisse: Non amo, inquit, nimium diligentes. Bruso. ex Cicerone lib. 2. de Oratore.

*De discendi cupiditate.**Solon.*

CVM eius nepos ex fratre integ-pocula cārmen quoddam Sap-phus cecinisset, delectatus est illa cā-tilena: & iussit adolescentem, vt eam se doceret. Cū autem quidam inter-rogasset, quam ob causam hoc desideraret? respondit: Ut postquam i-psam didicero, moriar. Voluit autem ostendere, quam auditus disciplina fuerit: vt qui morti iam proximus, ab aliis doceri non erubuerit. Aelianus de Var. hist.

Idem.

Gloriari solebat, se aliquid quotidie addiscentem, senem fieri. Tanta enim homini sapientissimo inerat discendi cupiditas, ut senio iam graduatus, non minus philosophiae incumberet, quam cum adolescens ac iuuenis fuisset. sciebat enim haec studia magnum senectutis solatium esse. Cicer. in Catone maiore.

Antisthenes.

Antisthenes placita non indigna sunt quæ commemoarentur, dicebat τινὶς ἀφετῶν δισυντηλών, id est, virtutem disci posse. Aduerius eos, qui putant nasci cum homine, aut naturæ affectus studio vinci non posse. Laert. lib. 6.

Zeno.

Dicitur consuluisse oraculum, quo pacto posset vitâ optimè instituere: respondit vates, εἰ συγχρωτίζετο τοῖς νεκροῖς, id est, si concolor fieret mortuis. Ille sentiens, se vocari ad lectiōnem veterum, contulit sese ad philosophiam. Dicitur autem Zeno natura fuisse colore fusco. Studium ac vi-
ctus parsimonia maciem & pallorem conciliat homini. Laertius libro 7. cap. 1.

Polemon.

Idem Zeno, licet iam profecerat, sāmen modestiæ gratia commeabat ad Polemonem, apud quem in dialekticis exercebatur. Vnde Polemon solitus est dicere: Non me clam est Zeno, te per posticum irrepere, furārique dogmata, quibus Phœnicum more induitus es. Notans, illum fur̄tim discere gratis, quæ aliis esset venturus. Laer. li. 7. cap. 2.

Diogenes.

Diogenes Athenas profectus ad Antisthenem se contulit: à quo sa-
pe repulsus (nullum enim discipu-
lum recipiebat Antisthenes) non de-
stitut tamen hærere: adeò ut quum a-
liquando baculum intentaret Anti-
sthenes, vtrò baculo caput subiece-
git, dicens, Cæde, si vis: at nullum in-

uenies baculum tam durum, quo me
abs te abigas dum aliquid dixeris. In
signe exemplum adamatæ sapientiæ.
Laert. lib. 6 cap. 2. Alian. lib. 10. de
Varia historia.

Democritus.

Arrodens cucumerem, sensit hu-
morem esse mellei saporis, rōgauit
que famulam, vnde emisset? Illa no-
minauit hortum. Surrexit Democri-
tus, &c. Duc me, inquit, eò, ac locum
indica. Demirante muliercula quid
sibi vellet? Ut, inquit, dulcediniscäu-
sam inueniam: inuenturas, si locum
inspexero. Haec muliercula ridens:
Quiesce, inquit ô bone nam ego im-
prudens cucumerem immisram in
ollam mellitam. At ille offensus: Mo-
lestia es, inquit, ego tamen incumbā,
quarāmque causam: quasi cucumeri
peculiaris sit ac genuina dulcedo. Sit
hoc exemplum studij indefatigabi-
lis. Laert. lib. 9. cap. 7.

Cleanthes.

Antigono discipulo roganti, cur
sordidam operam præstat et hauriē-
do aquam è puteo, vnde per iocum
pro Cleanthe dixit φρεάτας, ita re-
spondit: Num haurio tantū san non
& fodio, & rigo hortum, denique nī-
hil non facio philosophiæ causa? A-
lius negasset factum: philosophus
auxit quod obuiebatur, gloria sibi
ducens, quod ille vertebat probre.
Laert. lib. 7. cap. 2.

Metrocles.

Dicébat res alienas emi pecunia,
vt domum, vestem, & alia: disciplinas
autem liberales emi tempore. Re-
quirunt enim diuernum studium &
indefessam diligentiam. Laertius lib.
6. cap. 6.

Socrates.

* Ei in senectute citharam pulsanti
& aberranti dixit quidam, Tunc
ades senex cithara ludis? respondit
ille, Atqui præstat serò quām nun-
quam discere. Stob. serm. de affi-
ditate.

An-

Anonymus.

+ Adolescentulus quidam Eretricus Zenonis scholam literarum causa diu frequentauerat. Reuersum pater interrogauit, ecquid didicisset? qui cum se ostensurum respondisset, indignatus pater, verbera inflixit. At ille modestè patienterque ferens: Hoc ipsum, inquit, didici, ut iram patris moderare fetrem. *Aelian.* de var. hist. lib. 9 cap. 33.

Isoocrates.

* Apis, inquit, omnibus floribus insidet, à singulis quod vtile est accipies. Ita doctrinæ cupidus nihil non attingit, & vndique quæ sunt utilia colligit. *Max.* ser. 17.

Demosthenes.

Interrogatus, Quo pacto sibi erat orationem facultatem comparasset? Plus olei, inquit, quam vini mibi consumptum est. *Stob.* ser. 27.

Idem.

Tanta diligentia versatus est in oratione, ut nullam aliam ob causam magis se dolere dixerit, quam si quædo opificum antelucana viætus esset industria. *Cic.* lib. 4. *Tuscul.* quæst.

Marcus Imp.

Lucius, quem Romanum venisset, obuiam factus Imperatori Marculo, percontatus est illum quod iret, & cuius rei gratia? cui Imperator, Honestum est & seni dicere: eo ad Sextum philosophum, vt discam quæ nondū scio. Hic Lucius sublatis in cœlum manibus, O Iupiter, inquit, iam senex tabellam gestans puerorum more commeat in ludum, quum noster rex Alexander triginta duos annos natu vita defunctus sit. Hic citius probarim Cæsari & studium & moderationem, quam Lucij libertatem. Philostratus.

Saluius Julianus.

Is tum eximia iuris cognitione, tum multorum principum amicitia clarus, solitus est dicere: Etsi alterum pedem in sepulchro haberem, adhuc addiscere vellem. Resertus Pandect.

libro 4. titul. de Fideicommissis. I. apud Julianum. Hæc sententia optimo iure placuit laudatissimis viris. Sed hodie passim audimus has voces: Iam adultus sum, serum est discere. Imò hoc turpius est, nescire quæ cognitu digna sunt, quod adulatus es.

Alphonsus Rex.

Cum aliquando de iactura rerum pretiosarum sermo haberetur, persanctè affirmasse dicitur, Malle se gemmas, vñiones, margaritas suas, quæ quidem essent in orbem omnem terrarum diffamatissimæ, quam liberos qualescumque perditum iri. *Pas-* normitan. libro 4. de rebus gestis Alphonsi.

Plurapete ex apoph. de Industria.

De discipulo docili.

Antisthenes.

Q Vum adolescentis quidam Pon-
ticus genere, se in numerum dis-
cipulorum illius recipi cuperet, pa-
tri querenti, quibus rebus esset opus?
Libro (inquit) nouo, stylo nouo, no-
uaque tabella significans, animum à
vitiis vacuum, studium vigil, & me-
moriā fidelem. Solent autem ado-
lescentes voluptatibus ac deliciis oc-
cupatam mentem ad præceptorem
adferre, quæ res ferè in causa est ut
minus proficiat. At philosophia to-
tum animum sibi postulat. *Laert.* lib.
5. cap. 1.

Aristoteles.

Aristoteles Stagirita interrogatus,
quo pacto fieret, ut discipuli quam-
plurimum proficerent: Si, inquit,
præcedentes gnauiter insequantur,
sequentes non morentur. *Laertius*
lib. 5. capite 1. *Brusonius* libro secun-
do cap. 23.

Carolus Magnus.

+ Inter alios professores quos Lute-
tiam euocauit, fuit quidam Clemens,
cui procerum ac pauperum filios q-

rudiēdos stipendiis ex ærario ipsi assignatis, commendavit. Iussit autem aliquando epistolis, versu, orationibus, & aliis id genus exercitationibus omnes sui profectus specimen edere. Vbi tenuiorum filios præter spem profecisse, nobiles autem cultum animi neglexisse deprehendit, illis ad dextram segregatis: vos quidem macte virtute, inquir, estote, filii plentissimi, qui nostro imperio gnauit, defuncti estis, vestra erunt sacerdotia locupletissima, & pontificatus maximi. Ego vos in aulam meam a sciscam: ex vobis in senatorū album referam, Iudices Prætorésque constituam. Deinde ad procerum liberos, quos ad laevam collocarat, vultu iracundiam præ se ferente, ait: Vos comatuli, & delicatuli opibus paternis ac nobilitate freti, nostræ voluntati non paraistis, ac potius otium labori, & luxum vitiæque virtuti prætrulitis: Deum ergo testor immortalem, nihil penitus commodi, honorisque ad vos profecturum: quinimo statuam vos in exempla, nisi resipueritis, ac negligentiam diligetia expiaueritis. Ecquid igitur mirum huius tanta Mæcenatis liberalitate, & cohortationibus, liberales artes & reuixisse & floruisse? Auentinus lib.4. Annal. Boiorum.

Vide apoph. de docilitate.

De discipulo indocili.

Bion.

ARrogantiam dicebat esse profectus obstaculum. Indocilis enim est qui mauult doctus videri, quam esse. Laert. 1.4.c 7.

Idem.

Cuidam obiciendi quod adolescentem quendam ad se non pellexisset: Tenellus, inquit Bion, caseus non attrahitur hamo. Significans, pueros delicatos non esse studiis accommodos. Laer.lib.4.c.7.

Zeno.

Quum quendam ex discipulis inflatum turgidumque esse nosset, sed desidem ac ignavum, percutiens dicebat: Non si magnus fueris, bonus & eruditus eris: sed si bonus & eruditus, tum demum reuera magnus eris. Brus.lib.21.c.23.

Diogenes.

Adolescenti cuidam, qui apud illum volebat philosophari, perna dedid deferendam, ac sequi iussit. At ille discipline impatiens, abiecta, quæ ferebat perna, abscessit. Sed post aliquantulum temporis occurrentis illi Diogenes: Tuam & meam, inquit, amicitiam perna dissoluit. Sensit autem obiter philosophus clarissimus, cum nequaquam bonum fore discipulum, qui præceptoris moribus se non accommodaret, ac in licitis & honestis suum denegaret præceptoris officium. Brus.li.2.c.23.

Theodorus.

Dicere solebat, Protagoram, præceptorem omnium fidissimum, dextra manu porrigere auditoribus suis scientiam, illos vero sinistra accipere. Bruson.lib.6.cap.2.

Isocrates.

Ephorum Cumanum, qui scholam ipsius reliquit nullo profectu, atque ob id à patre Demophilo denudo missus est, ut ab integro data mercede discipulum ageret, διφέρει appellabat. Diphros enim Græcis dicitur currus, quod duos ferat, pugnatem & aurigam. Isocrates autem ex vocis etymologia captavit locum in stupidum discipulum, qui bis attulerit mercedem διφέρει, enim dici videtur δύο δις φέρει, id est, à bis ferendo. Erasm. I.8. apoph.

Idem.

Cum diversis moribus & ingenii haberet discipulos, Ephorum scilicet, & Theopompum: Se calcaribus in Ephoro, contra autem in Theopompo frenis vti solere dicebat. Cicero ad Atticum, & de Claris oratoribus.

ribus.' Quintil. etiam l.10.c.1.Bruson.
l.2.cap.23.

Anonymous.

Philosophus quidam quum duos haberet discipulos , alterom quidem laboriosum, sed hebetis ingenij, alterum ingeniosum , sed ignavum: Ambo , dicebat , pereatis : quoniam tu cum velis , non potes : tu verò cum possis , non vis. Antonius in Melissa, par.1. sermone 5. & Maximus sermone 17.

Stratonicus.

Quum doceret Macedonem quēdam , nec ille quicquam proficeret, exasperatus in discipulum : In Macedonia , inquit , pro eo quod alij dicunt, *τέλος μαργαρίτας*, si cui precantur exitium. Obiter notauit & Macedonicę gentis barbariem.

De discipulorum erga praeceptores pie-tate.

Xenocrates.

Dionysius , cùm Plaroni diceret, Aliquis auferet tibi caput: Xenocrates, qui tum praeceptor i aderat, Non prius, inquit, quām hoc: suum ostendens caput Laert. l. 4.c.2.

Alexander.

Cūm interrogaretur, Vtrum magis desideraret patrem Philippum, an Aristotelem praeceptorem? Magistrum , inquit. Ille enim vt essem, hic autem vt praeclarè institutus essem, author fuit. Anton. in Melissa. part.2. ser.11. & Max.ser.23.

De discipulorum infrequentia, & exiguo numero.

Stratonicus.

In ludo suo quum haberet pictas Musas Nouem , Apollinem vnum, discipulos autem tantum haberet

duos, rogatus à quodam, Quot habebat discipulos? Cum diis, inquit, duodecim. Eras. l. 6.apoph.ex Atheneo, & Bruso. l.5.ca.2.

De discordia.

Demaratus.

A Philippo Macedonum rege hospitio susceptus , qui ob nouas Cleopatræ nuptias à se Olympiadem Alexandrumque auocauerat, dicenti Philippo , quo pacto Græci inter se mutuam agerent concordiam , respondit: Tua minimum interest, Philippe, Græcię curam suscipere , qui tor discordiis ac calamitatibus propriam cumulasti regiam. Brus. li.1.c. 20.ex Plut. apoph.

M. Agrippa.

Dicere solebat , multum se huic sententia debere : Concordia parvæ res crescunt, discordia maximæ dilabuntur. Senec. in epist.li.14.

Leontius episcopus.

In grauissima illa apud Antiochenos de fidei negotio dissensione , timens seditionem , sententiam suam apertè proferre non audebat, & aliquando caput suum canis florescens manu demulcens , dixisse fertur : Niuem eam solutam lutum multum subsecuturum esse. Enigmate eo obscurius indicans, dissonantiam eam aliquando in seditionem euasuram, neque eos qui factionis suæ essent cum reliqua multitudine consensuros. Niceph.l.9.c.24.Ecclesiast.

Alphonsus.

Sæpen numero dicere solitus est, Si Romanis temporibus vixisset, se constructurum fuisse templum Ioui Positorio, vt de rebus acturi, in eo prius conuenirent , & contentione omnem deponerent. Innuit autem, nihil quæ Republicæ esse perniciosum , ac si plebis cum patribus crebræ contentiones oriantur. Panor. l. 3. de rebus gestis Alphonsi.

Vide apoph.de Concordia.

M iij

De disputationibus , aut
quæstionibus friuolis
atque inutilibus.

Aristippus.

Vidā qui proposuerat enigma,
vehementer instāti ut solueret:
Quid ô stolidē , inquit , vis soluam,
quod nobis etiam ligatum exhibet
negotium ? Lusit ex ambiguo . Solu-
vit enim quæstio , & soluitur ho-
mo aut belua vincēta . Stultum au-
tem sit furiosum hominem aut no-
xiūm animal soluere , magis no-
citurum. Laërtius libro 2. capite
pœnario.

Idem.

Confutatus in disputatione à quo-
dam homine audaci , sed furioso ac
stolido , quum illum videret gestien-
tem , inflatūmque victoria : Ego qui-
dē , inquit , redargutus abeo : sed sua-
uius dormiturus te , qui redargusti.
Laërt.lib.2.

Diogenes.

Orante aliquando Anaximene ,
Diogenes prætendens pernam , au-
ditores in se conuertit : ob id indi-
gnatus Anaximenes , obticuit ab au-
ditorio destitutus. Tum Diogene-
nes , Anaximenis , inquit , disputatio-
nem oboli pretium dissoluit . signi-
ficans , illum de rebus friuolis diffe-
riuisse , quæ non admodum attentos
haberet auditores. Laërtius libro
sesto.

Plato & Diogenes.

Platonis ideas , id est formas , ri-
sit & Aristoteles. Quodam igitur
tempore quum Plato multa de i-
deis differeret , & rem confitam
confitit vocabulis explicare cona-
retur , subinde in ore habens , men-
seitates & cyathitates , per quas vo-
ces intelligebat species mensæ &
cyathi : Diogenes irridens subtile
nugas , Mensam , inquit , ac cya-
num video , mensitatem & cya-

thitatem non video. Tametsi sunt
& hodie qui sorteitatibus & ecce-
tatibus sibi videntur acuti. At Plato
regessit dictum : Nec mirum , in-
quit , nam oculos habes quibus cer-
nuntur cyathi ac mensæ , mentem
verò non habes qua cernuntur men-
seitates ac cyathitates. Laërtius li-
bro 6.

Ariston.

*Veratrum , inquit , crassiusculè
sumptum purgat , Pöllionem verò
laevigatum suffocat , sic & nimis an-
xia subtilisque in philosophia dispu-
tatio. Stob.scr.8.

Gorgias.

Gorgiz sophistæ palam exhiben-
tis se ad respondendum , quod cui-
que libuisset proponere , Xenophon ,
non ille Socraticus , sed alius qui-
dam inuidens , adiit illum , atque
hanc proposuit quæstionem : Dic
mihi , Gorgia , quamobrem fabæ
ventrem inflent , quum ignem non
inflent ? Ad quem placide Gorgias ,
Istud quidem dispiciendum relin-
quo : cæterum illud iam olim co-
gnitum habeo , terram aduersus i-
stiusmodi homines producere feru-
las Philostratus.

Idem.

Quum audiuerisset physicum quen-
dam de antipodibus argutè differen-
tem , ostēsis in puteo hominum um-
bris , interrogauit , num illos antipo-
des putaret. Irrisit inutilem quæ-
stionem philosophorum , qui inter-
dum de iis rebus disputant , quæ non
sunt , licet ex certis demonstratio-
nibus hodie probari possit , reuera
antipodas esse. Erasm. libro 8. a-
popht.

Idem.

Cum consiperet duos philoso-
phos , utrosque pariter indoctos , in-
ter se disceptantes , & alterum qui-
dem ridiculas quasdam quæstiones
proponentem , alterum item aliena ,
neque quicquam ad rem facien-
tia respondentem : Quid , inquit , a-
mici ,

enici, an non horum alter hircum mulgere videtur, alter cribrum supponere? Lucianus in vita Demonatis. At refertur à Diogeniano his verbis: Vtrum stultior qui mulget hircum, an qui cribrum supponit? Eras. l. 8.apoph.

Idem.

Idem aliis curiosa indagine disquarentibus, an mundus rationis exors sic, aut anima præditus, & sphæra nihilominus figuram teneat? Vos, inquit, plus quo de mundo solliciti, vel stram ipsorum immunditatem in terea parum prouida consideratione penitulatis. Stob.

Zeuxidamus.

Cuidam percontanti, quam ob causam Lacedæmonij leges de fortitudine citra scriptum seruarent, at non potius descriptas traderent iuueniibus legendas? Quoniam, inquit, assuefaciendi sunt ut præclaris gestis potius quam scriptis intendant. Inertia genus est, de fortitudine philosophorum more disputare: sed protinus factis exercenda virtus, quæ paucis dogmatibus tradiri potest. Plut. in Lacon.

Eudamidas Archidami F.

Quum audisset Xenocratem iam senem in Academia cum amicis disputantem, percontatus est, quis esset ille senex? vbi respondisset aliquis illum esse virum sapientem, & ex eorum numero qui virtutem quererent: Et quando, inquit, ea vsurus est, si adhuc querit? Visum est Laconi ineptum, per omnem vitam de virtute disputare, veluti de re controversa; quum oporteat à prima statim adolescentia habere certissima de cunctis impressa animo, & secundum virtutem exerceri: non querere, quemadmodum faciunt philosophi, qui magna contentione inter ipsos de summo bono ac malo digladiantur, ne in hoc quidem satis consentientes, quid sit virtus aut beatitudo. Plutarch. in Laonic,

Pantholidas.

In Academia philosophos audiens multa de virute differentes, interrogatus cuiusmodi viderentur eiusmodi sermones? Quid aliud, inquit, quam probi: sed prorsus inutiles vobis, qui illis non utimini? Dalsè tetigit mores Atheniensium, qui virtutem haberent in labris, non in factis, Plut. in Lacon.

Af. Pollio.

Dicebat, in causa verecunda nuncquam tentari debere improbab quæstionem. Notauit rhetores, qui in declamando mouerent quæstiones nihil ad causam facientes. Erasm. libr. 8.apoph.

De dissidio.

Plinius.

* **E** Os qui mutuis dissidiis fese conficiunt, similes dicit esse gallis saepius in pugna commorientibus. li. 2.natur.hist. cap.21.

Vide apopht.de Discordia, Odio, Seditione.

De dissimulatione.

Plinius.

* **V**Itro pellucido quod nihil cœlat voluit eos assimilare qui nihil dissimulare norunt, sed quicquid in animo est, protinus palam effterunt. li.10 c. 62.

Vide apopht.de Libertate in dicendo, & Simulazione.

De diuinatione.

Chilon.

Dicebat, diuinationem non esse detestandam: quod hanc deorum munus esse crederet, quæ ratione percipi posset ab homine insigni virtute prædicto. Nam ipse prædicti se fertur, futurum ut ex insula Cythera summum malum oriretur Lacedæmoniis, cuius sitū naturāque

cum didicisset: Utinam, inquit, haec aut nunquam fuisset, aut simul ut nō ea fuit, eversa fuisset. Nam Demaratus Lacedæmonie profugus, Xerxes suasit, vt in ea insula classem haberet: ac plane Græciā subegisset Xerxes, si Demarati consilium fuisset sequutus. Post, Nicias ea potitus, statuit illuc præsidium Atheniensium, & Lacedæmonios multis cladibus affixit. Laer.li.1.c.2.

Diogenes.

Dicere solebat, Si vlla disciplina id præstare posset, vt præsciremus quæ ferenda sunt, atque eadem amoliri à nobis certa ratione valeremus, egregium sanè illud esset, & longè optimum artificium. Sed si ordine inviolabili ac lege inconcussa quippiam tolerandum est, ad quid attrinet pale malum prænocere? Stob.

Idem.

Videns hominum diuersas actiones, ac audiens somniorum esse interpres & cōiectores, dicebat, nullum animal homine esse stultius. Laer.li.6.

Socrates.

Quum in somnis quidam Socrati visus esset dicere,

Ἴμετι μὴ τριτάρη φθίλω εἰσέωλον
Ixoxo:

Ad Phthianas venias simulae lux tertia surget. Æschini dixit, Tertio die moriar: versum Homericum pro oraculo interpretans id evenit. Phthia erat patria Achillis: & amici conati sunt persuadere Socrati, vt in Thessaliā fugeret, quod illuc haberet fidos amicos. Eras.3.apoph.

Demonax.

Conspicatus augarem quendam in publico vaticinia sua videntem: Si potes, inquit, ea quæ Parca statuerunt arte tua depellere, exigua mēcedem postulas: si quæ satis decreta sunt omnino sunt euentura, quid tua prodest diuinatio? Bis miser esse cupit, qui mala quæ virari non possunt, amat præscire. Eras.8.apoph.

Demetrius.

Quum Philippus locum quendam Ithomatam, non minus munitum, si præsidium imponeretur, quæ erat Acrocorinthus, occupasset, & sacrificio peracto per vatem ad ipsum exta essent delata, accepta Arato ac Demetrio Phalereo demonstravit; & ipse animi dubius rogabat eos, qui exta portenderent, vtrum Meseniis locum redderet, an retineret? Hic Demetrius arridens: Si animum, inquit, vatis geris, locum dimittes: sin regis, vtroque cornu bouem retinebis. Peloponnesum bouis ænigmate signans, quam facilè retineret, si duas arces præsidio tueretur. Erasm.lib.a.popb.6 ex Plut.

Phaorinus.

Nullo modo consulendos esse Genetliacos, & eos qui futura se prædicere pollicentur, ita suadebat, aut aduersa euentura dicunt, aut prospera. Si dicunt prospera, & fallunt, miser fies, frustra expectando: si aduenta dicunt & mentiuntur, miser fies, frustra timendo. Si vera respondenti, eaq. nō sunt prospera, iam inde ex animo miser fies, antequam è fato fias: si felicia promittunt, eaque euentura sunt, tū planè erunt duo incommoda: & expectatio te spei suspensum fatigabit, & futurū gaudij fructum spes tibi iam deflorauerit. Gell.li.1.4.c.1.

Anaxarchus.

In conuiuio quum Anaxarchus Alexandro præpinaret, ostendo calice prædixit fore vt vulnus acciperet, abutens ad id versu, quæ recitat Laer.lib.9.cap.1.

Βιελήστα τις θεῶν Σποντία χείρι.

Id est,

Ferietur aliquis mox deum humana manu. Erasm.

Calanus Indus.

Ad mortem proficisciens, quum condescenderet rogum ardenter, Q præclarum, inquit, discessum è vita, quum vt Herculi contigit, mortali corpore cremato, animus in lucem

excesserit. Hunc quū Alexander admoneret, dicere si quid vellet? Optimè, inquit, propediem te videbo. Idque euenit, nam Alexander paucis post diebus mortuus est. Cicero. l. i. de Diuinatione.

Larcas Indus.

Apollonius Tyaneus quum ad Indorum sapientes qui Brachmanes dicuntur, habens Larontis Indiae regis literas commendatitias, accederet: vt venit ad illos, Larcas illorum princeps salutauit Apollonium, statimque petiit regis literas. Admirante Apollonio, ac dicente, Vnde sciret? Quo magis (inquit Larcas) miseris, scīto D, vnum in epistola deesse: atque ita esse, palam omnibus ostendit. Brus. li. 7. c. 20.

Iudas Esseus.

Nunquā diuinando mentitus est, is quū prædixisset, in Stratonis pyrgo Antigonom regem eo die occubiturum viso Antigono, Nunc mihi pulchrum est mori, inquit, quum mendax fuerim (distabat enim Stratonis pyrgus sexcentis stadiis) sollicitaque mente secum hoc repetebat. Sed paulò post tamen interfactus est Antigonus in loco subterraneo, qui Stratonis pyrgus dicebatur. Brus. li. 7. cap. 20.

M. Cato.

Aiebat se demirari, quod non ridetur aruspex, quoties aspiceret aruspicem. sentiens, totum hoc diuinationum genus imposturam esse, qua populo siebat fucus. Id quum non fugeret eius artis peritum, mirabatur quod aruspex aruspicem posset videre absque risu. Solent enim impostores inter se ridere multitudinis stultitiam. Cicero. l. 2. de Diuin.

Pompeius.

Catoni acerbius inestanti Pompeium, quod quum ipse sepius prædixisset potentiam Cæsaris indies crescentem nulli bono fore populari ciuitatis gubernationi, sed potius ad tyrannidem tendere: Pompeius ideo

respondit, Tua (inquit) Cato, magis accedunt ad diuinationem, at mea magis accommoda sunt amicitiae. Sentiens, Catonem incerta loqui, quod nemo possit rerum humanarum existum liquidò præscire, se verò ea sequutum, quæ tum temporis amicitia, quæ sibi cum Cæsare intercedebat, postulabat. Ceterum erat quid debebatur amico, incertum erat, an amicus illi futurus esset inimicus. De amico verò humanius est bene sperare, quam male diuinare. Plut. in apo-

Spurina Aruspex.

Spurina aruspex admonuit C. Cæsarem, vt caueret discrimen ingens, quod ultra Calendas Martias nō proferretur. Eo die quū iret in senatum, Spurina fortè obuio: Quid ais, inquit, nōne venere Calendæ Martiæ? Venere, inquit, sed nondū præteriere. Eodem die cæsus est Cæsar. Brus. li. 7. c. 20. ex Plut.

Anonymus.

Seuerus imperator cùm è Britannia rediret non solum victor, sed etiā in æternum pace fundata: secura quidam obuiam factus, futura illi hunc in modum vaticinatus est: Fuisti Cæsar, totum vicisti, iam Deus esto victor, cuius diuinatio licet iocus esse videbatur, constat nihilominus tamen Cæsarem paulo post periisse. Eras. lib. 6. apoph.

Athanafius episcopus.

Ab Arianis & Græcis præstigiator dictus, atq; ob diuinationis peritiam diu multumq; derisus, cùm vrbe Alexandriæ ingredere tur, cornix in aere volitâ crocitabat. Græcorum igitur turba hæc audiens, scōmate eū veluti impostorē persequens, quidnā cornix diceret, interrogavit. Ille autem perquam vrbanè & suaviter ridens: Cras, inquit. Portendi namque, crastinum diem vobis non bene cesturum. Mandatum enim ab imperatore veniens, festum diem vestrum inhibebit, & magnificentia vestra iniucunda vobis erit. Porro id Athanafij dictum,

exitum suum habuit. ab imperatore enim literæ venere, quibus magistratus iubebatur, de cætero Græcæ sprohibere, ne ad templo accederent, & more superstitionis suæ dies festos peragerent. Et celebritas ea quæ iam aderat, & ab illis plurimi siebat, vene rationeque maxima colebatur, tum penitus abrogata est. Niceph. l. 9. c. 35.

De diuiniis ac opibus.

Chilon.

* Percontatus, quid essent diuinitæ? Respondit, Thesaurus malorum, calamitatis viaticum, improbitatis suppeditatio. Ant. ser. De diuit.

Bion.

Dicebat, diuiniis operam dantes ridiculos esse, cum eas porrigit fortuna, illiberalitas seruet, benignitas auferat. Stob. ser. 91.

Idem.

* Quemadmodū, inquit, vilia mar-supia, & si nullius pretij fuerint, tātē tamē estimātur, quantū in se numismatis continent: ita diuites etiam homines vani & nihili, bonorum quæ possident estimatione ac pretio fruuntur. Stob. ser. 87.

Idem.

Dicere solebat, non minus molestum esse calvis, quam comatis, pilos velli. Ostendere autem hoc dicto voluit, paria pauperū diuitiumque tormenta esse. Bruf. l. 2. c. 26.

Bias.

Beatum esse dicebat, ex vulgi opinione, qui opes ex animi sententia assequeretur. Verum multò beatorem, qui ne desideraret quidem. Stob.

Chilon.

Dicebat, Quod Lydius lapis est auro, id aurum esse homini. Lapis enim index affrictu prodit quale sit aurum, ipsum autem aurum arguit quale hominis ingenium: iuxta illud, Magistratus virum arguit. Laert. in eius vita.

Pythagoras.

Neque equum sine freno, neque diuitias sine prudentia quenquam gubernare posse, dicere solebat. Stob. ser. 92.

Hypsæu.

* Ut aurum, inquit, trementi manu impositum, trenat: sic & diuitię ab animo meru curisque detento accumulatę, vñā concutiuntur, & eodem modo afficiuntur. Stob. ser. 90.

Antisthenes.

Neque symposium sine colloquio & societate, neque diuitias sine virtute, voluptatem habere afirmabat. Stob. ser. 1.

Democritus.

Audiens de diuiniis variè disputantes, omnibus hominibus perpetuam quandam diuinarum cupiditatem inesse dixit, quæ si non acquisitæ fuerint, vexant: si erunt acquisitæ, solicitudine & cura torquent. Amissæ verò dolores etiam adferunt haud mediocres. Max. ser. 12.

Idem.

Nequaquam diuitem, sed diuiniis bene vtentem, beatum iudicandum dicebat. Max. ser. 12.

Idem.

Neminem vñquam ob diuitias, & gloriam beatum esse existimandum dicebat. Talia enim omnia incertiora sunt, minorique fide deuincta, quam vt bona censi debeat. Max. serm. 12.

Idem.

Interrogatus, quomodo quis diues fieri posset? Si, inquit, cupiditatum pauper erit. Max. ser. 12.

Idem.

Dicere solebat, Quantum ad naturam attineret, omnes homines diuites esse: sed quantum est in nobis, omnes pauperes videri. Maximus serm. 12.

Idem.

Eos etiam qui naturalibus diuiniis contenti essent, multò ditiiores esse iis dicebat, qui cum multa possident,

deant, plura tamen concupiscunt, illis enim nihil deest, his plura quam possident. Eod.ser.

Plato.

+ Interrogatus quantas opes habere conueniret, respondit: Quantæ possidenti neque iniurias pariunt, neque rerum necessiarum inopiam. Stob.ser.94.

Democritus.

Fecuniarum usum cum prudentia, utilem quidem esse ad exercendam liberalitatem, & ad iuuandum alios: cum stultitia vero, communem largitionem esse dicebat. Stob.ser.92.

Idem.

* Quemadmodum, inquit, inter vicia pessimus est affectus phagedenæ: ita in divitiis animus non contentus, & sibi inæqualis. Stob.serm.90.

Idem.

Divitias comparare non inutile esse, sed iniuste corraderetur turpisimum esse dicebat. Eod.ser.92.

Idem.

Si diuitias, inquit, non expectes, pauca tibi multa videbuntur, praua enim appetentia ex inopia diuites facit. Stob.

Idem.

Interrogatus quæ via esset facile ditescendi, respondit: Si quis ihops fuerit desiderio. Stob.

Zeno.

Cum sape dixisset, diuitias esse indifferentes: Antigonus falsò ei nunciari fecit, prædia illius ab hostibus esse direpta: & cum tristior effectus esset, Vides, inquit, diuitias non esse indifferentes? Brus. lib.2. cap.26. ex Laërt.

Idem.

Dicere solebat, non magis prodesse, quam nocere opes ad sanitatem. Ex eodem.

Anaxagoras.

Magno cum negotio pecunias comparari, sed multo maiori opera conservari & custodiri dicebat. Innuit autem, ita comparatum esse, vt om-

nes pecuniam querant, ac opes amplissimas, quas cum iam parauerunt multò curiosius ac attentius seruant, ne statim evanescant. Quemadmodum enim echinum, sic etiam numeros facilius est capere quam diu retinere. Elius 1.4.de Var.hist.

Epicurus.

Scribens ad Pytocleam, Si vis, inquit, te diuitem facere, non pecuniae adiiciendum, sed cupiditatibus detrahendum est. Seneca.

Simonides.

Interrogatus, vtra res esset optabilior, diuizæ an sapientia? Dubito, inquit, vt qui videam sapientes frequentre diuitium fores. innuens, philosophos verbis quidem contemnere diuitias, sed re tamen eas captare. Eras. 6.apoph.ex Stobæo.

Cleanthes.

Quærenti quomodo quis diues uadere posset? respondit, si cupiditatum fuerit inops Stob.ser.92. Idem & ad Democritum referri, paulò ante diximus.

Epicetus.

Percontatus, quis esset inter homines diues? Cui, inquit, satis est quod habet. Stob.

Idem.

Audiens quendam sibi ipsi ob amplias diuitias placentem, ait: Examina te ipsum prius, vtrum ditescere malis an bearis. Quod si diuitias velis, rem neque bonam esse scias, nec omnino in te sitam. Si vero bearis, id & bonum est, & penes te. Opes enim fortuna ad tempus commodato dat: Beatitudo autem à nostra voluntate procedit. Stobæus sermone de temporantia.

Idem.

* Nec equus, inquit, ob præsepe, phaleras, & tapetes, nec avis ob floccos ad nidum suum effertur & gloria tur, sed vtrunque animal ob celeritatem, hoc quidem alarum, illud vero pennarum. Quare tu quoque ob externas diuitias ne superbito, sed

ob probitatem & beneficentiam.

Stob.cod.ser.

Socrates.

Diuitias ex v̄su metiri iubebat. non enim immensas possessiones diuitias vocabat, sed tantum, quantum requiritur ad v̄sum decentem. Stob. ser.de Temperantia.

Idem.

Magnificiendas esse diuitias dicit, si l̄etitiam sibi coniunctam haberent: nunc autem, inquit, plurimū dissident Nam si diutes suis opibus frui velint, pr̄ nimia voluptate corrumpentur: sin custodire, curis: sin verrò acquirere, nimio desiderio pessum ibunt. Stob.ser.91.

Idem.

Interroganti, Quisnam videretur sibi ditissimus? respondit, Qui paucis simis contentus est. Anton.in Meliss. par.1.ser 37. Stob.ser.5.

Idem.

*Diuitias aurorum Soli occidenti comparabat: neminem enim viuentium illas iuuare dicebat. Max. serm.de diuītiis.

Idem.

Satius esse dicebat, se in paucis facultatibus continentem hilariter agere, quām in magnis infeliciter. Anton.in Meliss.par.1.c.37.

Idem.

Cūm videret Alcibiadē ob diuitias elatum & propter agrorum spatioſos limites superbire, adduxit ad locum in quo tabula quādam ambitum terrae complectēs suspensa erat, & eum rogauit, vt Atticam ibi requireret. Quām cūm inuenisset, suos fundos eum iussit ostendere, & cūm responderet, Nusquam ibi pictos esse: Horum (inquit Socrates) possessione te effers, qui nulla pars sunt terræ. Illudens hoc diuītio Alcibiadis stultitiam, qui superbiebat in iis rebus quā fluxā sunt, & cum mundo int̄ire solent. Aelian. libro 3, de Varia hist.

Plato.

Interrogatus, quantas opes habeo re conueniret: dixit. Quantæ possidenti neque insidias pariunt, neque rerum necessiarum inopiam. Stob. serm.92.

Diogenes.

Aiebat neque in ciuitate, neq; in domo opulenta habitandi locum es- se virtuti. Stob.ser.91.

Idem.

Exprimere volens quid essent diuitiae, Fortunæ vomitum eas appellavit. Stob.ser.91.

Idem.

Anaximenis seruos conspicatus multa vasa ferentes, cuius ea essent interrogavit? Cūm autem illi, Anaximenis esse respondissent: An non pudet eum, inquit, tam multa habere, qui seipsum non habet? Sensit autem philosophus, eum non in sua ipsis potestate esse, qui captus diuitiis sibi iam mortuus est. Maxim.sermonē 12.

Idem.

Physicus quidam interrogauit eū, quam ob causam aurum palleret? Quoniam, inquit, plurimos habet sibi insidiantes. Pallent autem, qui metuunt. Laert. libr. 6. & Maximus ser.12.

Possidonius.

Diuitias causas esse malorum dicebat, non quōd ipsæ facerent, sed quōd facturos irritarent. Senec.lib.3. epistol.

Socrates.

* Dicebat illos contemni debere, qui nimium operam dant diuitiis, pr̄sentibus autem v̄ti nequeunt. Nam isti (inquit) non secus afficiuntur, quām qui bonum equum possidens equitandi artem ignorat. lib.ad Daemonicum.

Idem.

* Diuitias non tam honestati quām improbitati seruire dicebat, dum socordiæ hominum licentiam parant, & iu-

& iueues instigant ad voluptates.
Eodem lib.

Democritus.

*Vt vestes talares corpora, ita diuitias iminensas, animas impeditre dicebat. Stob. ser. 91.

Anonymus.

Cuidam Lampen Æginetam efferenti, ac felicem prædicanti, quod prædiuers videretur, multorum nauigiorum dominus: Lacon, nihil (inquit) moror fœlicitatem de funibus pendentem. Quum omnes diuitiae sunt in manu fortunæ, tum ex præcipue quas negotiatores committerent nauibus, ruptis enim funibus sequitur naufragium, & hinc mercium omnium interitus. Plut. in Lacon. a poph.

Lampis.

Interrogatus quomodo sibi paraset diuitias? Magnas, inquit, haud difficulter, exiguae verò cum labore ac tardè. Sentiens, initio paulatim magnaque vigilancia corrasam pecuniam. Cæterum parata iam ingenti forte, facile est amplis lucris diteſcere. Plut. in libello, An seni sit capſenda respub.

Pheraulas.

Is diues, à Saca fœlix nuncupatus ob diuitias, quas pauper acquisierat: Num, ait, ita existimas Saca, me nunc eo iucundius vivere, quod plura possideo? An ignoras, me & esse & bibere, & dormire, nullo modo mihi iucundius, quam tunc quum eram pauper? Certum quippe est, eum qui pecuniis ac diuitiis oblectatur, si sumptum vel dispendium faciat, vehementer contristari. Bruson. lib. 2. cap. 26.

Plutarchus.

* Dicebat, vt equus generosus non ex apparatu precioso iudicatur, sed qui natura sit egregius: neque vir honestus censetur qui magni pretij possidet opes, sed qui animo sit generoso. Ant. ser. de diuit.

M. Crassus.

Dicebat, neminem diuitem esse dicendum, nisi eum qui reditu annuo legionem tueri posset. Plin. lib. 33 C. cero autem in Officiis libr. 1. paulò aliter recitat, qui ait, Crassum neminem diuitem iudicasse, nisi qui prius facultatibus exercitum alere posset.

Sigismundus Cæs.

Sigismundo Cæsari allata erant ex Hungaria aureorum quadraginta millia. Cum autem aduerserat, ea que in thalamo regio recondita fuissent, in cubiculum veniens Cæsar, dum cogitat in quænam vsuma eam pecuniam conuertat, somnus eum destituit. Tum ille excitatis cubiculariis: Ite (inquit) ocyus, consiliarios ducésque omnes militum hue accerſite. Vocati proceres media nocte trepidi (timebant enim ne quid aduersi accidisset) Imperatorem celeriter adeunt, & quæcausa sit tam repentinæ vocationis inquirunt. Imperator confessim aperta arca, inter eos qui aduenerant pecunia distributa: Ite, inquit, securè tranquille que nobis dormire liceat. Nam quod mihi somnum ademerat iam procul aberit à cubiculo. Æneas Sylvius lib. 4. commentariorum in res gestas Alphonsi.

Maximilianus Cæs.

Nullum non pecuniarum aceruum concipiuit: & quanuis non rarè ad eum ingens pecuniarum summa afferretur, tamen penes se eam nunquam retinuit, sed ad quæstores regendi hominibus præpositum, nec auri sibi custodiā demandatam: quo si quis semel capiatur, mox è rege seruum futurū. Iacobus Spieg. in Æneæ commentaria de rebus gestis Alphonsi.

Ludouicu X I. R. Franc.

† Cum iret Baiocas, exceptus est in hospitio magnifico illo quidem, sed in solo sterili, & deserto ædificato. Quod cum miraretur, responsum

est hospitij dominum ditissimum esse. Iusserit illum ad se venire , quæsi- uirque ab eo quinam potuisset tantas opes in tam sterili regione para-re? Mihi vero, inquit, non fuit difficile : Cum mea potius quam domini mei, aut vicinorum negotia, diligenter curauerim. Tum Rex, Ne cum mihi, inquit, scopum videris collimare: Tua enim factitando, ac bene mane surgendo non poteris non di-tescere. Montlucus in comment.

Vide apoph. de Pecunia.

De diuitiarum vnu.

Socrates.

* **D**icebat diuitias pro moribus possidentium variare, ut vinum mutatur cum vasis. Stob. ser. 92.

Idem.

* Sudor, inquit, exercitiis prouocatus decentior est: sic etiam diuitiae propriis laboribus acquisitæ. Eod. ser.

Idem.

* Diuitias (inquit) veluti amicum liberalem ac promptum, ad honestas actiones assumere oportet. Ibid.

Socrates.

* Adolescens ipsum interrogabat quomodo diuitias malum & bonum esse putaret? Cum ille, Non secus quam tu nunc honestis quidem bonisque hominibus bonas esse iudicas: ite scientibus quo loco pecuniis vntendunt, iis commodæ sunt: improbis vero imperitis, malæ, &c. Plato, Eryxia, aut de diuitiis.

Chilon.

+ Dicebat lapideis cotibus aurum examinari, probarique, auro autem bonorum, malorumque hominum mentem, cuiusmodi sit, ostendi. Laer. lib. 1.

Plato.

+ Optimè sanè & pulcherrimè viueremus, si vera de diuitiis sententia ubique prædicaretur: ea est, quod diuitiae corporis gratia sint, a-

nimi autem gratia corpus. Idem l. p. delegib.

Seneca.

+ Is maximè diuitiis fruatur, qui minimè diuitiis indiget. Epist. 14 ad Lucil.

Ariston.

* Ut ab eodem vino alij contumeliosi, alij benigniores fiunt: sic (inquietebat) à diuitiis alij aliter afficiuntur. Eod. serm.

Aristoteles.

* Melius est, inquit, ad felicitatem pauciora possidere, quam multa cum inuidia. Nam ista vita laudabilior & suauior est. Ibid.

Bion.

Diuitias dicebat esse nervos aetiosum, quod sine his nihil agatur. Laert. lib. 4.c. 7. Alius dixit diuitias esse bellum nervos.

Aristippus.

Reprehensus quod pecunias acciperet ab amicis: respondit, se non id eo accipere ut vteretur ipse, sed ut illi discerent, ad quas res vntendum sit pecuniis. Vulgus enim diuitium aut in equos, aut in operosas structuras, aut in luxum perdit pecuniam, quum ea bonis viris, si egeant, sit eroganda. Quin & aliter intelligas licebit. Aristippus nonnisi ad vitæ necessaria pecuniis vtebatur: ideoque à diuitiis accipiebat, ut eis demonstraret bene vivendi rationem: id non poterat, nisi illi materiam subministrasset. Veluti qui cupid artem scribendi discere, chartam & calamum porrigit docturo. Laert. l. 2. c. 8.

Idem.

* Quicmadmodum, inquit, calceus maior ineptus est ad vsum: ita & possessio copiosior. Calcei enim magnitudo superflua vntem impedit: opibus autem vel vniuersis vel ex parte aliqua sua tempore vti licet. Sto. ser. 93.

Alcamenes Telecri F.

A quodam obiurgatus, quod tam parcè frugaliterque viueret, cum tamen amplissimas possideret diuitias:

Decet,

Decet, inquit, eū qui multa possidet, pro ratione, non pro libidine viuere. significans pernicioſas esse diuitias, niſi adſic animus diuitiis ſuperior, qui poſſit earum uſum non ex copia, ſed ex neceſſitate moderari. Plut. in Lac.

Phauorinus.

* Nemo (inquit) adeo diuēs eſt, qui nō paucior a habeat quām deſideret. At illū qui animo futurus eſt tranquillo & bene composito, oportet in leta fortuna alios respicere, qui paucoīa bona poſſident: in ſinistra au-tem, infeliciōres. Stob. ſer. 92.

Idem.

* Diuitiis utendum eſt, tanquam materia quadam, non ad res omnes ſimiliter. Eod. ſerm.

Dionyſius ſenior.

Quum audijſet quendam ē ciui- bus aurum habere domi defoſſum, id ad ſe deferri iuſſit. Verūm poſte aquā iſ ſuffuratus auri paululum, in aliam vrbem commigrasset, ibique merca- tus eſſet agrum, reuocato Dionyſius totum aurum reddidit, vt qui iam diuitiis vti cœpiffeſt, deſiſtētque rem utilem inutilem reddere. Satis decla- rauit, ſe nō aurum alienum appe- tiffet, ſed hominiſ morbum fanare vo- luisse: ſimul uſum auri legitimum de- monſtrauit, ſi in agriculturam im- pendas potius quam in uſuram. Plut. in apoph.

Idem.

* Plerosque diuites dicebat eſſe fi- miles arboribus & vitibus, quæ in lo- ciſ inuiis ac præruptis naſcuntur: quod iſtarum fructus non uſui ſint homi- nibus, ſed à coruis & eiusmodi auibus conſumantur: Diuites etiam non ad honestas reſ diuitiis vti, ſed adulato- ribus, meretricibus, turpiſſimis vo- luptatibus, vaniſſimæque gloriae pre- bere pecunias. Stob. ſerm. 90. Idem apoph. de Cratete Thebano refertur, & de Socrate.

Democritus.

* Dicebat diuitias malis artibus comparatas, infamia nota inter ho- mines insigniri. Stob. ſer. 90.

Socrates.

* Vt ægrotum, inquit, leſtus au- reus nihil iuuat, ſic neque ſtolidum diuitiæ. Stob. ſer. 92.

Encrius.

Cuidam querenti ex eo, vter eſſe malle, Crœſus, an Socrates? Reſpon- dit, viuens mallem eſſe Crœſus, ē vi- ta autem decedens Socrates. Indica- uit autem, beatam eſſe philoſophorum poſt hanc vitam conditionem. Diuites autem licet bonis omnibus in preſenti vita abundant, poſt mortem tamen ob iniquè paratas opes, ac malè collocatas, cruciandoſ dæmo- nibus dari. Stob.

Lycurgus.

Interrogatus cur hostium interfe- torum cadaueras poliare prohibiſſet? Ne milites, inquit, diteſcant, & dum præda incumbunt, pugnam ne- gligant. Metuit vir prudentiſſimus, ne diuitiis amplis corrumperentur milites, quæ plerunq; insolentiores & minus fortes reddunt homines. Plut. in Lacon.

Anonymus.

Quidam imperatorem incusauit, quod illius inſidiis, otio & ſomno fuſſet priuatus: videlicet quod illius be- nignitate e paupere factus eſſet di- ues. Plut. in Symposiacois.

*De diuitiarum abuſu.**Solon.*

Dicebat, opulentiam eſſe matrem. ſaturitatis, ſaturitatem ferociæ ac violentiæ. Diuitias comitatur lu- xus, luxus exit in tyrannidem, dum ſœnum migrat in cornua. Laer. lib. I. cap. 3.

Diogenes.

Diuitias nihil aliud eſſe quām ve- lamenta malitiæ dicebat. Diuites enim cum aliis nihilò ſint meliores, tamen peccant licentius. Laer. I. 6.

Seneca.

† Diuitiae apud sapientem virum in seruitute sunt: apud stultum in imperio. Sapiens diuitiis nihil permitti, stultus diuitiae omnia. Li. de B. vita, c. 26.

De diuite indocto.

Socrates.

Conspicatus hominem prædiuitem & arrogantem, sed nulla virtute prædictum: Hic, inquit, equus est argento circumtextus. Solent enim equi stragulis, phaleris, ac bullis argenteis exornari, quum interim ramen nihil aliud sint quam equi. Stob.

Idem.

Ad prædiuitem quendam, sed indoctum: Ecce, inquit, aureum mancipium: Indoctus, seruus est & cupiditatum, & ceterorum quaæ possidet. Eras. lib. apoph.

Diogenes.

† Nec illud Diogenis dictum absimile, diuitiem indoctum ouem aureo vellere contestam esse dicentis. Laer. lib. 6. c. 2.

De diuitiarum atq. opum contemptu.

Pythagoras.

Qibus, inquit, à corpore solutus non egebis, illa omnia contemne: & quibus etiam defuncto erit opus, illis tibi vacante deos adiutores aduoca precibus. Stobæus sermon. 5.

Diogenes.

Quum murem forte conspiceret in Megarico discurrentem, qui neque cauum quereret, neque turbis terereretur, neque cibum appeteret: Bellum, inquit, libertatis exemplum. Moxque contemptis omnibus, cœpit in dolio habitare. Laer. l. 6.

Idem.

Demirantibus quod nullas habet ædicas ubi cibum capere posset, ostendit Louis porticum, atque Athenienses ipsi magnificam extraxisse aulam, ubi vesceretur. Quod publicum erat, sibi quoque paratum interpretabatur. Neq. potuit optare cœnationem splendidiorem. Ibid.

Idem.

Alexander Magnus inuisens Diogenem, reperit eum in crano sedenti pro dolio, ac laceras schelas glutino committentem. Posteaquam rex multa cum illo collocutus, pararet abire diceretque, Cogita Diogenes quid à me velis petere. nam quicquid optaris, feres: Mox, inquit, de aliis, interim secede paulisper. cum rex secessisset, putans illum velle liberare, diutius silenti reperiit: Pete quod vis Diogenes. Hoc, inquit, volebam. nā prius arcebas mibi solem, ad id quod ago necessariū. Alij narrant illum dixisse, Ne mihi feceris umbram: quod vellet apricari. Laer. lib. 6. Cic. l. 5. Tusc. quæst.

Idem.

Diuitias oblatas recusans, subixit, Indignum se nouerit canis nomine, qui ab opibus & deliciis se cohíbere non potest. Stob.

Aristippus.

Quodam tempore nauigans, ut intellectus nauim esse piraticam, deprœpsit aurum, ac numerare cœpit, moxque abiecit in mare, & grauiter ingemuit, fingens sibi imprudenti & inuito excidisse. Hoc ingenio vita suæ consultavit adempta piratis occidendi vincendive materia. Sunt qui narrēt, illum & hæc dixisse: Satius est ut hæc pereat Aristippus. Laer. l. 4. c. 8.

Idem.

Cum prædiuitem amoenissimum perdidisset, cuidam deploranti tam miserabilem illius casum: Quid, inquit, an nescis tibi unicum esse prædiu- lum, mihi vero tres agros superesse?

Cum

Cum annuisset alter, Quin igitur tuam potius vicem deploramus? sentiens, insipientis esse, dolere amissis potius quam gaudere reliktis. Laert. lib.2.cap.8.

Idem.

Cum vidisset famulum quendam in itinere pecuniam ferentem, onere premi: Abiice, inquit, quo d nimium est, & fer quantum potes. Laert. lib. 2.cap.8. Eras.lib 3.apoph.

Idem.

Præterea cum aliquando perdicem quinquaginta drachmis iussisset emi, cuidam detestanti luxum in philosopho. Et tu, inquit Aristippus, si obolo venalis esset, non emeres? Cum is respondisset, se empturum. Et mihi, inquit, tanti sunt quinquaginta drachmæ. Quod ille luxus nomine damnavat, hic detoxicavit ad laudem contemptæ pecuniaæ. Siquidem qui pretij magnitudine deterretur ab emendo, is non contemnit eibum, sed pluris facit pecuniam. At philosopho nihilò pluris estimabantur quinquaginta drachmæ, quam illi obolus. Aristippus itaque obsonij cupiditate par, superior erat despectu nummorum. Laert. lib. 2.cap.8

Cleanthes.

Pecuniam, quam collegerat aliquando coram familiaribus abiecit, dicens, Cleanthes alterum Cleanthem alere posse, si vellet. Laert. lib. 7.cap.2.

Philoxenus.

In Sicilia fundum ac domum opulentam natus, & animaduertens illum genitum luxum ac delicias: per deos, inquit, haec bona me non perderunt, sed ego potius illa. Moxque cessit aliis hereditatem, & è Sicilia abnauigavit. Eras.lib. 8. apoph.

Anacreon.

*Quinque talentis à Polycrate tyranno Samio donatus, cum per duas noctes pro ipsis sollicitus fuisset, redidit ea, inquiens, Non tanti esse quanta iporum nomine cura labo-

raret: vel, Odi munus, quod vigilare cogit. Stob. serm. 91.

Pelopidas.

In præfectura rei militaris Epaminondæ erat collega: cùmq; amici dicerent, illi rei necessariæ, videlicet colligendi pecunias nullam esse curam: ita per Iouem, inquit, necessariæ, sed huic Nicomedi ostendens hominem claudum ac mancum. Sentit, fortibus vitiis nihil esse opus pecunia. Plutarch. in apoph.

Epaminondas.

Iason Thessalus venerat Thebas belli socius futurus. Is cum Epaminondæ vchemeter egenti aureorum duo millia misisset, aurum non recepit, sed ipsum Iasonem intuitus: Injustis, inquit, imperas, ipse deterior. Ipse verè quinquaginta drachmis à ciue quodā acceptis mutuò pro viatico exercitus inuasit Peloponnesum. Sentiebat, iniquas esse diuitias, quæ possessorēm reddunt deteriorēm: at viri fortes gloria virtutis præmio contenti sunt. Plut. in apoph.

Idem.

* Legati venerunt à rege ferentes aurum, vt eum corrumperent. Inuitati sunt igitur ad prandium ab eo qui intelligebat qua gratia appulissent. A prandio iussit vt causam aduentus explicarent. Apposita fuerat mensa vilis, biberat vinum acidum. Quum quid dicerent non haberent, ille subridens, Abite, inquit, & domino vestro mea prandia narrate, vt intelligat iis me contentum non facile ad proditionem alluci posse. Stob. serm. 5.

Themistocles.

Cum inter deambulandum torquem aureum humi iacentem vidisset, vocans ad se ex pueris quendam, dixisse fertur: Quin hoc tollis & puer, inuentum huiusmodi? nō enim tu es Themistocles. Ostendit autem, homines plerunque diuitiarum cupidissimos esse, quarum ipse adeo contemptor esset, vt inuentos forte hu-

mi thesauros non acciperet. *Aelianus lib. 13. de Varia historia. Plutarch. in apoph.*

Anonymus.

Mos erat apud Lacedæmonios, vt quum rex hostes aggredieretur, præcedebat eum miles coronatus, qui in certamine victor aliquando tulisset coronam. Quum igitur Lacon quidā in Olympiis magnam pecuniæ vim respuisset, & multo cum sudore dejecto aduersario coronam tulisset: cūdā dicenti, quid emolumenti tibi adfert victoria, ó Lacon? ille ridens & alacer respōdit: Ante regem, inquit, coronatus incedens, pugnabo cum hostibus. Generosæ mentis est, laudis honore teneri potius quam pecuniæ. *Plutarch. in Lacon.*

Scipio.

Quum Numantini viderentur in expugnabiles, vt qui multos Romanorum duces superassent, populus Scipionem iterum consulem fecit, ad suscipiendum hoc bellum. Cæterum quum multi gestirent exire in militiam, idque senatus fieri vetuisset, quasi Italia futura esset deserta: ac ne pecunias quidem ex ærario sumere passus est, sed vestigales prouentus, quorum tempus nondum exceperat, assignauit. Scipio pecuniis quidem se negavit egero, suas enim & amicorum satis futuras. *Plutarch. in apoph.*

Idem.

+ Quinquaginta quatuor annorum vita spatiū emensus, neque emit, neque vēdīt quicquam. Adeò paucis fuerat contentus. Cūm autem quidam ei scutum eleganter elaboratū ostenderet, dixisse fertur: Atqui Romanum ciuem par est in dextra spem ponere, non in sinistra. *Aelian. l. ii. de Var. hist. c. 9.*

M. Coriolanus.

Quum ob bīne nauatam operam ante prædē diuisionem ē singulis rebus, equis & captiuis, denos sibi eligeret iuberetur, insuper & equo pul-

cherrimo donatus à consule: *Lator* inquit, à consule laudari, eqñūmque fortitudinis præmium lubēs accipio, cætera non tam decora, quam mercedem, non accipiam, fuitque communī reliquorum sorte contentus. Nec aliud extra ordinem petiit, quam vt Volscus quidam vir probus & æquus, quo hospite & amico fuerat vīs, non venderetur captiūs, sed suæ libertati relinquētur. Huic animo contemptori pecuniæ, & hospitis memori, magis applausum est quam victoriæ. *Plutarch. in Coriolano.*

Anonymus.

T. Labienus cūm equiti strenuo de præda Gallica aurum offereret, omne donum renuens, aurum ad pedes Labieni abiecit. *Erasm. lib. 6. apoph.*

S. Taddeus Apostolus.

Abgaro regi Edesseno, sibi aurum & munera offerent pro doctrina & miraculis, iisdem recusatis, respondisse fertur: Si nostra relinquimus, quomodo accipiemus aliena? *Eusebius lib. 1. Eccles. hist. cap. 15.*

Basilus Magnus.

Præfectus Cæsareæ Basilio blan- diens suadebat, vt in gratiam imperatoris fidem negaret, promittens ei imperatoriam amicitiam & opes. Cui Basilius: Hæc enim homini Chri- stiano, inquit, non conueniunt, sed adolescentibus, & illorum similibus qui talia promissa respiciunt. *Tripar- tur. historiarum lib. 7 cap. 36.*

Anonymus.

Fertur de quodam ē priscis, quod cūm spectasset pomparam sumptuosissimam, ad familiares versus, dixit: Videte amici, quam multis rebus opus non habeo. Philo Iudæus in lib. Quod Deus sit immutabilis. Plutarchus idem de Socrate afferit in Moralib.

*Plura vide infrā apophthegm. de**Munerum contemptu &**de Paupertate.*

De docilitate.

Xenocrates.

AD quendam nec geometriæ, nec musices, nec astrologiæ peritum, ad scholam tamen ipsius commen-tem: Abi, inquit, ansam philosophiæ non habes, hoc est, non es ad philosophiam docilis, nullis instructus disciplinis. Alij ferunt illū ita loquutū, τοῦ μὲν πόνος ἐστιν ἀπίλεγε, id est, apud me vellus non maceratur. La-na rudit non statim traditur vestia-rio, sed fulloni. Laert. lib. 4 cap. 2.

Antisthenes.

Adolescens quidā cūm se in nume-
rum discipulorū ab Antisthene recipi cuperet, patri querēti quibus reb.
esset opus? Libro, inquit Antisthenes,
nouo, nouo stylo, nouaque tabella.
Significans, animum ab omnibus vi-
tis vacuum, studium vigil memoriam
fidelem esse debere, ut doceri probē
posset discipulus. Laert. lib. 6. c. 1.

De doctrina & eru-
ditione.*Thales.*

Dicere solebat, faciem compone-
re non præclarum esse: sed bo-
narum artium studijs animum exco-
lere, lögè esse præclarus. Laer. li. c. 1.

Idem.

Interrogatus, Quisnam esset felix?
Qui corpore, inquit, sanus est, animo
verò eruditus. Ibidem.

Solon.

Ei cūm obiiceretur, quod in fôrō
conduxisset oratorem: Arqui, dixit,
cūm habeo conuiuū, coquū cōduco.
Ant. par. i. ser. 50. Meli. Max. ser. 17.

Socrates.

Interoganti, quodnam esset pulcher
rimum animal, dixit: Homo doctrina
ornatus, Antonius in Melissa, part.
1. serm. 50.

Idem.

Cūm ei sermo barbarus exprobra-
retur, Ego quidem, dixit, barbarus
sum verbis, vos autem moribus. An-
ton. ser. 50. par. 1. Melissæ.

Idem.

Scientiam dicebat vnicum esse bo-
num, contrà vnicum malum, igno-
tantiam: quod quicunque commit-
tunt ré iniustum, hoc peccant, quod
ignorat quid cuique sit tribuendum:
& qui fortes sunt, non alia re fortes
sunt, nisi quod ea expertunt quæ
vulgus existimat horrenda: & qui in-
temperantes sunt, hoc errant, quod
ea putant suavia aut decora, quæ mi-
nimè sunt. Summum igitur bonum
esse dicebat, scientiam rerum expe-
tendarum ac refugiendarum. Erasm.
1. 3. apoph.

Idem.

Videns hominem prædiuitem, sed
planè rudem & indoctum: Hic, ait, e-
quis est argento ornatus. Solēt enim
stragulis, frenis ac auro argentoque
insigniter exornari, cūm tamen re-
uera nihil aliud sint quam equi. Eras.
lib. 8. apoph.

Idem.

Cūm vidisset prædiuitem quēdam;
sed indoctum: Ecce, inquit, aureum
mācipium. Indoctus, seruus est & eu-
piditatum, & eorum quæ possidet.
Eras. li. 8. apoph.

Idem.

Interrogatus, quid in vita suauis-
simum esset? respondit: Disciplina &
virtus, & rerum incognitarum histo-
ria. Antonius in Melissa, par. 1. ser. 50.
Max. ser. 17.

Idem.

Quendam ex discipulis suis ani-
maduertens, agri quidem esse studio-
fissimum, sed actionis negligentem.
Heu tu vide, inquit, ne dum agrum
cicurare vis, animum tuum effe-
rari sinas. Max. ser. 1.

Bion.

Quum intellexisset, quendam ex
familiaribus suis studiosè curantem;

ut imago ipsius similis fieret : Tu, inquit, ut tibi similis lapis fieret, cutasti : at ipse ne lapidi similis fias, non cutas. Putabat etiam sapientissimus vir eos lapidibus haud absimiles esse, qui literis animum non exornarent. Max. serm. 1.

Idem.

Interrogatus, cuiatem se esse dicaret, Coimopolitam se dixit, totius enim mundi incolam & ciuem posse eum arbitrabatur esse, qui omnimodae eruditionis secum reportaret thesaurum. Cicero libro 5. Tusculan. questionum.

Democritus.

Dicere solebat, disciplinam & eruditionem fortunatis quidem ornatum esse, infortunatis autem refugium. Antonius part. i. serm. 50. Melissæ. serm. 17.

Idem.

Audiens quandam contumeliosius quam par est, de literis loquentem: Ignoras, ait, quid dicas. Literæ enim diuitibus addunt nonnihil honestamenti, in opia laborantibus sunt asylum, & vnicum existunt vita præsidium. Stob.

Idem.

Dicere solebat eruditionis radices esse quidem satis amaras, fructum autem dulcissimum. Hoc dictum alij ad Socratem referunt, sed Luscinus Democrito adscribit, Laertius autem Platonii.

Idem.

Dicebat eruditionem & doctrinam non aliter quam aurum, vbius terrarum in maximo solere esse pretio. Stobæus.

Idem.

Cum ignotus venisset Athenas, colloquio de philosophia cum Socrate habito, dixit: Hic philosophus similis est pentathlo: quod calleret naturalia, moralia, mathematica, ad hec disciplinas quas ἕγκεντες vocat, denique omnium artium peritus. Laert. i. 9. c. 7.

Aristippus.

Dicebat, satius esse fieri mendicum quam indoctum: quod ille tantum pecuniis egeat, hic humanitate. Nihilominus homo est, cui deest pecunia: at homo non est, cui deest eruditio. Et tamen cui deest pecunia petit ab obuiis: cui deest sapientia, nullum sollicitat ut accipiat. Laer. lib. 2. cap. 8.

Idem.

Interrogatus, in quo differrent docti ab indoctis? Quo, inquit, equi domiti ab indomitis. Quædam modum enim equus indomitus ad omnem usum incommodus est, ita quoque homo, nisi eruditione & artium studio emolliatur. Laert. l. i. c. 8.

Idem.

Quodam tempore eum ciuibis aliquot suis nauigans naufragio eius est. Cumque in littore vidisset figuræ mathematicæ in arena depictas: Salua, inquit, res est, amici, hominum vestigia conspicio, & ingressus ciuitatem proximam, inuestigauit quinam essent illic disciplinarum studiosi. Cumque his ubi congressus est, summa cum humanitate tractarunt, non ipsum modò, verum & comites illius, arque etiam viaticum ad redditum subministrarunt. Tandem quum hi qui cum Aristippo venerant, pararent redditum in patriam, rogaréntque illum, ecquid vellet suis ciuibis renunciari? Ut, inquit, studeant, sibi huiusmodi parare opes, quæ naufragio non perirent, sed simul cum possidente enant. Refert idem Vitruvius de Architectura lib. 6. addens, Aristippum tunc venisse Rhodum. Laert. lib. 2. Max. serm. 17.

Idem.

Percontanti qua re differret sapientem ab indocto: Mitte, inquit, ambos nudos ad homines ignotos, & videbis. Significauit, sapientem secum in p[er]ge

Atore circunferre, quo se commen-
det quibuslibet. Ibid.

Idem.

Cuidam percontanti qua re esset
melior euasurus filius, si eum cura-
ret literis erudiendum: ut nihil a-
liud, inquit, certè in theatro non se-
debit lapis super lapidem. Amphitheatra
gradus habebat marmoreos,
in quibus sedens populus spectabat.
Lapidem autem vulgo dicebant, ho-
minem indoctum & elinguem. Laertius
libr. 2. cap. 8. Brusonius libr. 3.
cap. 9.

Idem.

Cum Aristippus ab eo qui sibi si-
lium commendarat, quingentas pe-
tissimas drachmas: ac is dixisset, se tan-
ti mancipium coemere posse: Eme,
inquit, & habebis duo. Sensit autem
hominem rudem & literarum igna-
rum nil esse nisi perpetuum vitiorum
& rusticitatis mancipium. Plutarch.

Antisthenes.

Interrogatus, quam ob rem diui-
tes non irent ad sapientes & eruditos
viros, sed hi ad illos? respondit, quo-
nam eruditi sciunt quæ ad vitâ sint
necessaria, illi verò nesciunt: secus e-
num sapientia potius quam pecunia
studerent. Antonius in Meliss. par. I.
serm. 50.

Idem.

Rogatus, quidna utilitatis ex phi-
losophia hausisset studio? Ut mecum
inquit, loqui, siue vivere possim. Sen-
situs vir prudentissimus, doctum &
eruditum hominem nunquam esse soli-
um, qui etiam in solitudine habet
quod animo voluat, quod legat, &
quasi secum loquatur. Laert. li. 6.
c. 1.

Idem.

† Sciscitantis cuiquam à se, quænam
esset disciplina maximè omnium ne-
cessaria? Mala, inquit, dediscere.
Laert. li. 6. c. 1.

Diogenes.

Diogenes rogatus, quod onus ter-

ra grauissimum sustineret? Indoctum
hominem, respondit. Max. ser. 17.

Plato.

Interrogatus, quidnam inter peri-
tum & imperitum interesset? Quid
inter medicum, ait, atque ægrotum.
Brus. li. 3. c. 9. ex Stob.

Aristoteles.

Aristoteles interrogatus, qua re
different docti ab indoctis? Quia vi-
ui, inquit, à mortuis. Sentiens, ho-
minem absque literis statuam esse ve-
rius quam hominem. Laert. li. 5. cap. 1.

Idem.

Illud amicis & discipulis inter dis-
serendum frequenter solitus est
ingerere: Visum accipere lumen à
circunfuso aëre, animam autem à
disciplinis liberalibus. Laert. li. 5. c. 1.

Idem.

Rogatus quid ex philosophia lu-
cratus esset, Hoc, inquit, ut iniussus
ea faciam, quæ plerique per legum
metum operantur. Cic. lib. 5. Tuscul.
q. 2.

Theophrastus.

Dicere solebat, virum eruditio-
ne præclarum vbique inuenire pa-
triam, & in alienis locis nunquam
peregrinum esse. Eruditio enim cum
in omni vita genere plurimum emol-
lumenti adferat, non potest non ubi-
que maximo esse in pretio. Bruson.
lib. 3. cap. 31.

Idem.

Idem moriens accusasse naturam
dicitur, quod cervis & cornicibus
vitam diutinam, quorum id nihil
interesset, hominibus vero, quorum
maxime interfuerit, exiguum dedic-
set: quorum ætas si potuisset esse lon-
ginquior, futurum fuisse, ut omnibus
perfectis artibus, omni doctrina,
hominum vita eruditetur. Cic. li.
3. Tusc. q. 2.

Glycon.

Doctrinam & eruditionem sacrum
asylum, ad quod omnis generis ho-
mines concurrent, esse dixit. Max.
serm. 17.

Metrocles.

Dicebat, res alienas pecunia comparari, ut domum vestemque sed disciplinas liberales emi tempore. Requirunt enim diuturnum studium, quem pecunia data statim fias possessor fundi. *Laert.* l. 6. c. 6.

Cleantes.

Dicebat, homines imperitos sola forma differre a bestiis. Antonius in *Melissa*, part. 1. sermone 50. & Max. serm. 17.

Stilpon philosophus.

* Rogatus quid statua durius esset? homo doctrinæ expers & stolidus, dixit, *Stob.* ser. 4.

Poseidonius.

¶ Vnde dies hominum eruditorum, ait, plus patet, quam imperiti longissima ætas. *Seneca Epist.* 78.

Themistocles.

Expletis centum & septem annis in ipso mortis agone dixisse fertur, se omnes ætatis dies literarum honestissimo ac philosophiæ sacratissimo studio consumpsisse, ad hominem versus: verum se dolere, quod tunc egrederetur de vita, quando ex literarum studio sapere cœpisset. *Bruso.* lib. 3. cap. 31.

Demades.

Dicere solebat, doctos ab indoctis tantum differre, quantum dij ab hominibus. Antonius serm. 50. parte 1. *Melissa*.

Antipater Cyrenaicus.

Cum ex assiduo literarum studio oculorum aciem amisisset, & suam cæcitatem a mulierculis defleri audiisset. Quid agitis, inquit, an vobis nulla videtur voluptas nocturna? *Brus.* lib. 3. cap. 31.

Hieron.

Interrogatus, quid esset à philosophia adiutus? respondit, Ut libenter & iniussus faciam, quæ cæteri legum metu faciunt. *Max.* ser. 17.

Alexander.

Aristotelis philosophi discipulus,

tanti fecit bonarū & laudatissimaru artium studium, vt aperiè pronunciare ausus sit, se malle doctrina anteire alios, quam opibus & dignitate. *Brus.* lib. 3. c. 31.

Cornificia.

Regnante Octavianō Cæsare illustris, dicere solita est, solam doctrinam liberam esse, in quam fortuna tela sua figere non posset. Guido Bituricensis, titulo de *Memoria*.

C. Cesar.

Iunium Syllanum, proneptorē Augusti, quia legnis ingenioque minimè acuto esset, pecudem auream appellabat. *Cor. Facit.* l. 13.

Thedofus.

Cum Arsenio viro doctissimo filios in disciplinam tradidisset, semipiterna memoria dignum & verè imperiale illud verbum proloquutus est: Si tales se præbituri essent, vt mores vitamque suam ad disciplinam & leges Dei componerent, propensum se fore, vt eis imperium in manus tradat, ad ciuium & subditorum commodum & utilitatem accommodatum: sin minus, conducibilius esse, vt sic priuati vitā agerent, quam doctrina nulla cum periculo imperarent. *Nicephorus Callistus libri 12. c. 23. Eccl. hist.*

Carolus quartus.

In scholam Pragensem aliquando ingressus, cū disputantes liberalium artium magistros per horas quatuor audiuisset, idque purpurati molesti ferrent, ac cœnæ tempus adesse dicerent: mihi, inquit, tempus est minimè, nam cœna mea hæc est. Prætuli autem imperator potissimum philosophicas disputationes, conuiuiis etiæ delicatestissimis. *An. Syl. 4. commen de rebus gest. Alphonsi.*

Constantinus Ducas Imp.

† Quamuis esset indoctus, tamen doctrinam amabat, & eruditos colebat, diecere solitus: Malle se ex doctri-

nā, quām imperio nobilitari. Zona-
ras Tom. 3 Annal.

Sigismundus imperat.

Cūm à principibus, qui literas o-
derant, reprehenderetur, quōd homi-
nes obscuro genere natos ob lite-
rarum commendationem fouveret:
Quidni, inquit, amem eos, quos natu-
ra ceteris antecellere voluit? Alij
plurimum tribuunt generis nobilitati.
At Cæsar, vir prudens, intellexit,
in eruditis esse quiddam stemmatis
præstantius. illi habent ædium parie-
tes clypeis & imaginibus depictos, hi
animum optimis disciplinis exorna-
tum. Porrò vt natura animus præ-
stantior est corpore, ita ornamenta
ingenij longè pulchriora sunt exten-
nis bonis. Iacob. Spieg. in Æneam
Sylvium.

Ladislaus.

Quamuis adhuc puer cūm eo tem-
pore quo Fridericus imperialibus
insulis à Nicolao quinto Pont. Max.
cingeretur, Romæ esset, non videri
sibi homines esse dicebat, qui bonas
literas ignorarent. Sensit autem, ho-
minem tum demum à brutis anima-
libus differre, si animum honestis arti-
bus liberalib[us]que disciplinis exco-
luerit. Æn. Sylu. lib. 3 comment. de
Alph. reb. gest.

Alphonsus rex.

Optimos consiliarios nō esse mor-
tuos dicebat, libros videlicet desi-
gnans, à quibus sine metu, sine gra-
tia, quæ noscere cuperet, fideliter audi-
ret. Panorm. lib. 3. de rebus gestis Al-
phonsi.

Idem.

Cūm audisset nonnulos Europæ
reges ad Basiliense consilium desti-
nasce oratores potentes, & progenie
illustres magna cum eorum & co-
mitantium pompa Haud decere aie-
bat, quum de iure humano & diui-
no disceptandum esset, nobilitatem
potentiā me iactare, sed doctrinam
& sententiam. Panor. l. 2. de reb. gest.
Alphonsi,

Idem.

Tantopere amauit bonarum artium studia, vt persancte affirmaret,
se malle perdere quæ posidebat omnia, quām vt tantillum eruditioni
decederet suæ. Anton. Panorm. lib.
1. de rebus gestis Alphonsi, & Æn.
Syl. de eius dictis.

Idem.

Aliquando interrogatus, vtrūmne
armis an libris maiorem gratiam de-
beret? respondit, ex libris se arma, &
armorum iura didicisse. Indicans, se
libris acceptum referre, quæ sciret,
omnia. Panorm. lib. 4. de rebus gestis
Alphonsi.

Idem.

Cūm eruditissimus esset, tanti faciebat
bonarum artium studia, vt di-
uitem sine cultu literarum, aureum
vellus appellare solitus sit. Idem Pa-
norm. lib. 3.

Idem.

Audiens, quendā Hispaniæ regem
dixisse, non decere principes viros
scire literas: exclamauit, eam vocem
bouis esse, non hominis. Non enim
ignorauit quantum prospicimperan-
tibus artibus liberalibus & philoso-
phiæ studiis probè esse instructum.
Eras. 1. 8. apoph.

Iulianus Cardinalis.

Iuliano Cardinali, qui Basiliensi cō-
fisiō interfuit, in bibliotheca lectoran-
ti, cūm Ortho quidam dixisset, Quid
hīc inter mortuos solus latitas? cur
non potius exis ad nos, qui suauiter
viuimus? Imò, Iulianus inquit, hi fa-
ma viuunt: tu verò neq. nomine, ne-
que re viuis. Sensit autē cū Diogene,
vitā sine literis morte esse. Æn. Syl.
lib. 3. commen. de reb. gest. Alphonsi.

Sigismundus Imp.

Georgius Fiscellus cūm esset LI.
docto[r], à Sigismundo Cæsare eque-
stris militiae insignia suscepit. Exim,
cūm Basiliensem synodū adisset, con-
sultante de rebus arduis Sigismundo,
dubius erat, legūmne doctoribus ia-

sum locum coniunctis, an equitib.
item in alium separatis, sese coniungeret. Cūtaq. tandem ad equites inclinaret. Stulte agis, inquit Sigismudus, qui literis militiam præfers. Nā ego milites mille vna die fecerim, docto rem vnum mille annis non fecerim. Doctrinam militiæ prætulit imperator, quod ut ipse linguarum ac literarum peritiā amauit, ita viros eruditio[n]es præstantes semper ornare & prouehere studuit. Aeneas Syl. lib. 4. comment. in res gestas Alphonsi.

De doctrina & eruditio[n]e in pretio habita.

Aristippus.

NAUFRAGIO electus ad Rhodiensem littus, in gymnasium venit, deq[ue] philosophia disputauit, & plurimi munerib[us] donatus est. Dicētibus verò comitibus qui de redditu in patriam cogitabant, Num quid suis nuntiari vellet? iussit dicere eiusmodi possessiones & viatica liberis oportere parari, quæ etiam cum naufragio possent vna enatare. Vitruvius lib. 5. sed Laert. ad Antisthenem refert.

Antisthenes.

Admonebat ea esse paranda viatica, quæ simul cum naufrago enarent. Sentiens, bonas artes vbius gemitum fore in magno pretio, nec posse villa fortunæ tempestate eripi. Laer. li. 6. c. 1. Max. ser. 17.

Diogenes.

Eruditio[n]es omnibus hoc sermone commendabat, quod diceret eam iuuenibus adferre sobrietatem, senibus solatium, pauperibus diuitias, diuitibus ornamentū: propterea quod æstatem, suapte sponte lubricam, coercent ab intemperantia, sene&tutis incommoda honesto solatio mitigent, pauperibus sit pro viatico (non enim egent cruditi) diuitum fortunas operent. Laer. I. 3. ca. 31.

Idem.

Cū ei capto latrones malignè cibum præberent, nec præsentis fortuna, nec illorum immanitate deterritus, dixit, iniquissimum esse, cum procelli agnique venales saginentur diligentius, hominem præstantissimum animal inedia macerari, quasi hoc pacto non redderetur vilior. Itaque accepto quantum sat erat, cū iam esset vendendus inter cæteros sedir, & prændebat bono animo, impatiens etiam proximis. Cūque vnu ex his valde molestus, cunctanter sumeret: Desine, inquit, tristari, & vtere præsentibus:

Nec formosa eibum Niobe non sum p̄st, & eius

Pignora sub testis letho bū sena iacebant,

Sex natae, totidemque pubenti corpore nasi.

Philo Iudæus libr. Quod omnis probus liber.

Idem.

Captus à latronibus & iam venditus, interrogabatur à licitatōrib[us] cuius conditionis homo esset, & quid sciret præ cæteris? respondit: philosophus sum, & hominibus præesse scio. Quæ voce prodebat ingenium generosum, verèque regium animū.* Quū verò iussus esset surgere, ut de corporis statura emptor rectius iudicare posset: Quid? inquit, si piscem emeres, num eum iuberes manere erectū? Plut. & Philo libro supra citato.

Aristoteles.

Dicebat, eruditio[n]em in prospectu esse ornamentum: in aduersis refugium. Laer. I. 5. c. 1.

Stilpo.

* Hic capta patria, amissa liberis, amissa vxore, cū ex publico incendio solus, & tamen beatus exiret, interroganti Demetrio, cui cognomen ab exitio vrbiū Poliarctes fuit, num quid perdidisset? Omnia, inquit, bona mea mecum sunt. Ecce vir fortis ac strenuus, ipsam hostis sui victoriæ yicit,

vicit, &c. Seneca, epist. 9. ad Lucil.

Epicurus.

* Si cui (inquietabat) sua non videntur amplissima, licet totius mundi sit Dominus, tamen miser est. Senec. ead. epist.

Anonymus.

† Puer barbarus cum venisset Athenas, magnus sibi videbatur, quod tres grecas literas et gamma didicisset. Cumque rediisset in patriam, magno populariu[m] fauore exceptus, contra Praetorem quemdam Graece concionantem positus est: qui postquam perorauit, exclamavit puer et gamma: Quo clamore perterritus praetor obmutuit. Barbari vero popolare suum viciisse rati, illum magno plausu domum deduxerunt. Cael. Rod. li 29 ca. 13.

Dionysius iunior.

Pulsus a tyrannide, & rogatus quid illi Plato & philosophiae studiū profuisset? Ut tanquam, inquit, fortunae mutatione a quo animo feram. Plut.

Hieron.

Cum Xenophanes Colophonius poëta Homerum vituperaret, quod famulos haberet interrogavit. curaque is se duos habere respondisset, eosque vix alere posse: tum Hieron, Non te pudet, inquit, Homerum vituperare, qui defunctus etiam amplius quam decem millia nutrit? Maxim. ser. 17.

Sigismundus imper.

Cum aliis multis nominibus, tum illo præcipue commendabilis fuit, quod ut ipse linguarum, ac literarum peritiam amauit, ita viros eruditio[n]e præstantes semper ornare ac prouehere studuit. Quo nomine quum a Germanis principibus, qui Latinas literas oderant, reprehenderetur, quod homines obscuro genere natos ob literarum commendationem fueret: Quidni, inquit, eos amem, quos natura ceteris antecellere voluit? Germani plurimum tribuunt generis nobilitati: at vir prudens intellexit, in eruditis esse quiddam stem-

matis præstantius. Illi habent ædium parietes clypeis & imaginibus depictos, hi animum optimis disciplinis exornatum. Perrò ut natura animus præstavior est corpore, ita ornamenti ingenij longè pulchriora sunt externæ nobilitatis insignibus. Qui nihil aliud habet quam maiorum imagines, opinione nobilis est verius quam re. At qui virtute præditus est, unde manat etiam illa vulgaris nobilitas, germanam ac natuam habet nobilitatem. Erasm. lib. 8. apoph.

Leo.

† Imperator Leo Martiani successor pacis quam belli amantior, vni ex Eunuchis, quod Eulogio Phileso-pho frumentariam tessera daris iussisset, dicenti, militibus potius huiusmodi largitionem esse faciendam, respondit, Utinam is semper sit meorum temporum status, ut mihi liceat stipendia militum in literatum magistrorum transferre. Suidas.

Alphonsus rex.

Cum aliquando tibicines obrepent, Ciceronis lucubrations accipiant, Abite, inquit, musici, abite: ad est enim, qui dulciora nobiscum loquatur, Cicero Romanæ fons eloquentiæ. Panor. & En. Syl.

Vide apoph. de Animi bonis, ac cultu, de Artium utilitate, & de Phileso-phu.

De doctrina factis dis-sentanea.

Diogenes.

EOs qui de virtute loquerentur, nec recte viuerent, cithara dicerat similes, quæ sono prodeßset aliis, ipsa nec sentiret nec audiret quicquam. Hoc dictum non multum abnuit a dicto beati Pauli, de cymbalo tinniente. Laer. I. 6.

Panichidas.

Cum in Atheniensium Academia philosophos multa de virtute dissem-

rentes audiuerit, interrogatus, quales ei viderentur eiusmodi sermones? Quid aliud, inquit, quam probi, sed prorsus inutiles vobis, qui illis non vtimini? Castigauit autem mores Atheniensium, qui virtutem quidem ore praedicabant, factis exprimebant contrarium. Plut. in Laco.

Anonymus.

Quidam Atheniensis indisertus, sed factis strenuus, & artis peritior, quem alius oratione facunda meditataque multa praeclarè polliceretur, Viri, inquit, Athenienses, quam iste magnificè dixerit, ego re faciam. Eras. li. 6. a. poph. ex Plut.

Archelaus.

Interrogatus, qua ratione quis maxime apud homines probaretur? Si dicat, inquit, optima, & faciat honestissima. Plut.

Nestor.

Ab Aiace iurgiis lacesitus: Non incuso, inquit, quod rectè agis, sed quod perperam loquaris. Sophocles.

Ioan. Capocius.

Dissentibus inter se Othonem 4. & Friderico secundo imperatoribus, cum Innocentius tertius pontifex aperte fauisset Othoni primo, deinde post aliquod tempus ad Fridericū studia sua conuertisset, & per Quadragesimæ tempus de more conciones haberet, mirantibus omnibus eius in dicendo facundiam, Ioannes Capocius ciuīs Romanus Otoni de ditissimus: Verba tua, inquit, pater sancte, Dei sunt: ceterum facta, quam verbis longè contraria sunt, diaboli videntur esse. Fulgosius libro sexto, cap. 2.

Diogenes.

Videns cantorem quandam vcordem, ac moribus incompositis, aptare psalterium: Non te tu pudet, inquit, qui sonos ligno aptare noris, vitam verò ad rectam rationem componere nescis? Laer. li. 6.

Idem.

* Cūm in Stoicoru gymnasium retrorsum incederet, ridentibus nonnullis: Non vos, inquit, pudet viuendi iter facere retrogradum, mihi verò deambulando tantum id facienti vitio dare? Stob. ser de Imprud.

Cleanthes.

Peripateticis dicebat idem accidere quod Iyris, quæ cūm aliis bene sonent, seipsas non audiunt. Sentiens nimirum illos, licet aliis verbis, idem docere quod Stoicos, & tamen ipsos id non animaduertere. Potest & ita interpretari, Peripateticos praeclarè docere, sed eorum vitam à doctrina dissidere. Laert. libr. 7. cap. 2.

Idem.

Quum quidam Arcesilaum reprehendisset, quod officia vita tolleret: Cleanthes Asius assistens, Desine (inquit) hominem vituperare. Nam ille licet dictis tollat officia, tamen factis commendat. Notauit hoc dicto philosophus, & turpissimum esse philosopho iudicauit, secus docere quam vivere. Si vita proba est, cur docet diuersa? si doctrina sana est, cur secus vivendo eam refellit? Laer. li. 7. c. 2.

Cleomenes.

Audiens quandam de fortitudine disputantem: interrogatus, Quidnam de disputante iudicaret? Ineptum est, inquit, quenquam de fortitudine magnificis vti verbis, qui ipse nihil fortiter gessit vñquam. Plut. in Laconicis.

Anonymus.

Quum apud Athenienses agerentur panathenæ, Attici senem ludibrio habuere, inuitantes tanquam admissori: ceterum vbi venisset, non admittentes. Verum iam perambulatis ferè omnibus, tandem ad Lacedæmonios senatores quum venisset, omnes è sedilibus assurgentes locum illi cesserunt. Eo facto delectatus populus, plausu, multo

multaque gestuum significatione comprobauit. Inter haec è Spartanis quidam dixit: Per Geminos, norunt Athenienses quae sint honesta, at ea non faciunt. Apud Athenienses maximè florebat philosophia, quæ docet, quid turpe, quid honestum. Spartani non recipiebant eiusmodi disciplinas, sed ex institutione maiorum, virtutem factis ac moribus praestabant. Ita factum est, ut apud Athenienses essent verba philosophiæ, apud Lacones ipsa res. Admonet apophthegma, turpissimum esse scire quid deceat, & tamen diuersa sequi. Plut. in Lac.

De dolo & fraude.

Lysander.

QUAM quidam ei probro daret, quod pleraque dolo & fraude gereret, ridet dixisse fertur, Vbi quis quod vellet non assequeretur leonis exuio, vulpinum applicandum esse. Sentiens, quod honestis rationibus non possit effici, id fraude efficiendum esse. Plut. in Laco.

Annibal.

Quum Fabius simili arte receperisset Farentum, quali Annibal ceperat: Et Roma (inquit Annibal) suum habet Annibalem. Plut. in Annibale.

De dolore.

Chrysippus.

Dicebat quidem sapientem dolere, sed non torquepi, seu cruciari, aut demissio reddi animo. Stob. ser. De fortitudine.

Archytas Pythagoreus.

* In sapientum dolores dicebat carere ratione: sapientum vero non ultra progreedi quam ratio de rebus componendis sollicita permittit. Libr. de doctrina moralis apud Stobæum.

Themistius.

* Dolorem proprium esse homi-

ni asserebat, quod narratione lepida confirmavit. Lutum enim (aiebat) Prometheus ex quo hominem effinxerit, non macerauit aqua, sed lachrymis. Lib. de affect. moderatione apud Stobæum.

Euphrantes Syrus.

* Is amissa vox ore dicebat, O philosophia, tyrannicæ sunt præcepta tuæ: amare iubes, & si quis amiserit quod amabat, dolere prohibes. Sto. ser. 97 de tristitia.

Cleanthes.

* Percontatus, quid esset dolor animæ, inquit, resolutio. Stobæus serm. 106.

Democritus.

* Dolorem immorigerum animæ torpantis ratione expellendum esse dicebat. Ibid.

Chilon.

* Cuidam propter sua mala dolenti dixit, Si aliorum omnia mala perpenderas, minus ageret feres tua. Sto. ibidem.

Anonyma.

* Sotion, libr. de ira dicit suo tempore celebratum fuisse dictum mulieris cuiusdam, dolorem apud illos libenter manere, à quibus alitur & augetur. Stob. eod. ser.

Epictetus.

* Interrogatus, quomodo quis hosti dolorem excitare posset, dixit, si quis ita comparet seipsum, ut quam optimè viuat. Anton. & Max. serm. de dolore.

Idem.

* Quomodo expellendus esset dolor rogatus, respondit, quæ futura sunt sic aestima, ac si iam accidissent. Deinde addebat: Fac dolore vaces, non ut omnino affectibus carens, brutorum more, nec ut rationis expers velut insipientes, sed tanquam virtutis cultor rationem habe pro doloris remedio.

Seneca.

+ Superumacaneum est dolere, si nihil dolendo proficias. Epist. 99.

Idem.

† Dolor imminet. si exiguis est, feramus, leuis est patientia. Si grauis est, feramus, non leuis est gloria. Dura res est dolor: immo tu mollis. Pauci dolorem ferre potuerunt: simus ex paucis. In excerptis.

Idem.

† Plus dolet quam necesse est, qui ante dolet quam necesse sit. Epist. 98.

Franciscus Borgia.

† Poscebat assiduis precibus ut de-liciae in cruciatum verterentur, dolores contraria voluntati essent. Filiam i-taque Lermæ comitissam, cum mæ-stant, agramque videret, & queri-tantem, his alloquiis solabatur: do-lores nolenti Deus immittit, postulan-ti negat. Ribaden. in eius vita. lib. 4. cap. 5.

De Domini præsentia.

Antiquus.

Pugnaturus aduersus Ptolemæi milites, gubernator eum admo-nuit, plures esse naues hostium: Pro-quot, inquit, nauibus suppuras, qui hic præsto sum? Sentiens, ad victori-am plurimum haberi momenti, si strenuus imperator præsens regat exercitum. Ptolemæus autem tum suis non aderat. Plutarc. in regum & imper. apoph.

Anonymus.

Cum quidam corpulentus ac nitidus equum haberet macilentum ac strigofum, regatus quid esset in cau-sa: respondit, mirum non debere vi-deri, si equo suo esset habilior: quan-doquidem ipse se pasceret, equum au-tem curaret seruus. Gellius & Eras-mus in Prouerb. Frons occipitio prior.

Anonymus.

Quidam interrogatus, quæ respon-tissimum saginaret equum: respon-dit, Ocnlus domini. Alter rogatus quod stercus esset optimum? Domi-

ni vestigia, inquit. Vereque autem significauit, domini præsentiam plu-rimum habere momenti ad rem be-ne gerendam. Erasm. loco iam ci-tato.

Seneca.

† Sic cùm inferiore viuas, quemad-modum tecum superiorē velles viuere. Quoties in mentem venerit, quan-tum tibi in seruum, licet, veniat in mentem, tantundem in te Domino licere. At ego, inquis, nullum habeo Dominum. Bona ætas est, forsitan habebis. Nescis qua ætate Hecuba seruire cœperit, qua Crœsus, qua Da-rij mater, qua Plato, qua Diogenes? Epist. 47.

De domus structura & ornatu.

Epiſteiu.

* Si domum cupis, inquit, ut decet Sex truere, imitare Lycurgum Spartanum. Sicut enim ille non mu-ris urbem muniuit, sed virtute ciues instruxit, & urbem perpetuè libe-ram conseruavit: ita tu quoque non magnum vestibulum circunda, nec turres altas erige, sed potius inhabi-tatores benevolentia, fide & amici-tia confirmes, cum nihil noxijs do-mum ingredietur, ne si vniuersa qui-dem malitia turma restiterit. Ne ta-bulis & picturis domum tuam cir-cunda, sed temperantiam ipsam de-pinge. Illud enim alienum est, & oculorum modo iucunda præstigatio. Hoc verò, indelebilis æternusque do-mui ornatus existit. Stob. sermone de temperantia.

Plato.

† Cum viderit Agrigentinos ma-gnis impensis ædificare, eodemque modo cenare: Agrigentini, inquit, ædificant quasi semper victuri, & co-medunt quasi semper morituri. Elia-de Var. histor. libro duodecimo, ca-pite 29.

Secta-

Socrates.

+ Aiebat Archelaum quadraginta minas in domum suā impendisse cōdūcto mercede Zeuxide, qui p̄ studiis eā exornaret, in seipsum verò nihil: Et ob eam causam multos ē lōgin quis terræ partibus magno studio contemplandæ domus causa venire: ipsius verò Archelai gratia neminem in Macedoniam proficisci, nisi si q̄ ē fortè persuaderet pecunijs, & muneribus inescare, quibus tamen honesti bonique viri capi non possunt. Aelian. de Var. histor. libro 14. ea-pite 17.

Vide apoph. de Duciis præsentia.

De dono & muneribus.

Diogenes.

C Vidam pallium à Diogene re-petenti, lepidissimè respondit Diogenes, Si donasti, habeo: si com-modasti, vtor: significans sibi non esse in animo reddere, siue dono, siue commodato accepisset. Turpe est re-poscere quod dono dederis: & inhu-manum est eripere, quo vrenti est o-pus. Laér. l. 6.

M. Antoninus Philos.

+ Confe&o maximo prælio, parta-que insigni victoria, cùm rogatus es-set à militibus, pecuniam tamen non dedit, quod diceret: Si quid plus quam esset constitutum acciperent, id ex sanguine parentum ipsorumq; exadūm iri. Xiphilinus in eius vita.

Se neca.

+ Donabit Sapiens, inquit, aut bo-nis, aut eis quos poterit facere bonos. Lib. de beata vita. c. 23.

Vide apophth. de Munerum corrupcio[n]e, &c.

De dote.

Chilon.

D Icere solebat, Vtorem humi-

lem modico apparatu ducēdam esse, ne coniugē dominati in domum accersas: sat enim dotata venit puella, quæ pudicitiam & honestos mores secum adtert. Propterea hoc erat v-num ex Laconicis institutis, vt virgi-nes sine dote nuptum irent. Laërt. l. r. cap. 4.

Lycurgus.

Interrogatus, cur lege cauisset, ut absque vlla dote virgines elocaren-tur? Vt, inquit, neque propter inopiam vllæ relinquenterunt innuptæ, neque ob diuitias expeterentur. Plut. in La-con. apoph.

Ephori.

Lysander pulchras habebat filias, quarum nuptias quum quidam vi-uentे adhuc Lysandro peterent, eo defuncto, filiarum nuptias recusa-fabant, iis Ephori dixere multam, eò quod quem diuitem esse credentes coluerant, eundem iustum ac probum ex paupertate agnatum con-temnerent. Hoc vt apophthegma nō est, ita salubre est exemplum seuer-ritatis, quod admoneat, in conciliari-dis matrimonii magis spectandam virtutem, quam censem, eōsque per-fidos & inconstantes esse amicos, qui amicitiam commodo metiuntur, cuius spe adempta, protinus recedunt ab amicitia. Quin & illud nos ad-monet, honestius esse fama quam pecunia ditescere. Plutarchus in La-con

Lacena.

Lacena quædam virgo paupercula, rogata quam sponso dotem esset allatura? Pudicitiam, inquit, à maio-ribus traditam. Generosè professa est, eam esse pulchrè dotatam, que mores incorruptos adierret ad nu-ptias. Plutarch in apophtheg Lacenarum.

Themistocles.

Quum ex procis filiæ virum pro-bum diuti prætulisset, quibusdam hoc admirantibus: Malo, inquit, vi-rum absq; pecunia, quam pecuniam absq;

absque viro. Vir strenuus facile parabit pecuniam, ignau pecunia inutilis est. Plutarch.in Themist. & apoph.

Hermocrates.

Antipater Hieropolites quum daturus esset Seueri Cæsaris filiam, forma parum felici: & familiarium quispiam interrogaret, quando latugus esset τετραγλωπήρα (sic appellabant munera, quæ sponsæ amici deferebant sponso, tertio die quo sponsa debebat exhiberi spectanda) Hermocrates lepidissimè respondit, ἐγλωπήρα μηδεν τοιούτῳ λαβάρι: id est, Encalyptria potius, quam tale ducat. αἰτεγλωπήρα est retego, ἐγλωπήρα te go. Quod deforme est, tegi magis oportet quam retegi. Philostrat.in Sophistis.

M. Antonius.

Eius vxor Faustina male audiebat vulgo. Itaque hortantibus amicis, ut eam repudiaret, si nollet occidere: vxorem, inquit, si dimittimus, reddimus & dote m. Dotis nomine signas imperium, quod ab fecero, volente Adriano, adoptatus accep erat. Iulius Capitolinus.

De bono belli duce.

Polydorus.

CVm Argui post illam trecentorum pugnam rursus essent prælio superati, socii Polydorum adhortabantur, ne eam opportunitatem præteriret, sed aggressus hostium muros, ciuitatem illorum caperet. Id enim factu fore factissimum, quum interfectis viris, sole mulieres essent reliqua. His in hunc respondit modum Polydorus: Mihi pari Martis alea rebellantes devincere honestum est. Cæterum quum pro agris pugnarim, urbem velle capere non arbitror esse iustum. Si quidem hoc veni agros recepturus, non urbem occupaturus. Vir excel-

lentis animi, ne cum hostibus quidem putauit agendum secus quam postulabat æquites: quum hominum vulgus sibi in hostem putet licere omnia, in tantum, vt si de frigido oppidulo fuerit concertatio, victor existimet sibi ius esse, regnum universum vieti occupare. Ille etiam turpesibi iudicabat, bellare cum his quibus deerant paria ad bellum præsidia. Talis enim victoria nullam habet virtutis laudem, sed crudelitatis crimen. Plut.in Lacon.

Agesilaus.

Percontatus quid ducem belli præcipue exornaret? Respondit, aduersus hostes audacia, & in oblata opportunitate ratio & consilium. Stobæus scr. 52.

Lysimachus.

Lysimachus dicere solebat, Imperatores, vel belli duces, nulla venia dignos esse, qui in bello errarent. Vbi, si quid offenditur perperam, temeritate, vel in scitia, emendari non potest. Alex.ab Alex.lib.2. c.13 Genial dierum.

Iphicrates.

Oratori cuidam pro cōcionē hunc in modum ipsum interroganti: Quis es, vt tam sublimes geras spiritus? num eques, aut sagittarius, aut scutatus, aut pedes? Nihil horum, inquit, sed qui his omnibus imperare didici. Sentiens, pulchrius esse, bonum præstare ducem, quam quemuis militem. Plut.in apoph.

Idem.

* In sociorum agro castramentatus, cum vallum extrueret & fossam pararet, obiicienti, quid est quod metuamus? dixit. Nulla imperatoris vox deterior esse potest, quam Non putabam. Plut.& Stob.

Chabrias.

Frequenter dicere solebat, eosdem docis munere quam optimè fungi, qui res hostium quam maximè cognitas & perspectas haberent. Plut.in apoph.

Pausa-

Pausanias Plistonactis F.

Percontanti quo pacto possent debellari Thrases? Si, inquit, qui vir optimus est, eum belli ducem delegerimus. Admonens, plurimum ad victoriam momenti esse in imperatore. Quemadmodum in omni negotio magni refert, quales sint quibus gerendæ rei creditur authoritas; Plut.

Albertus Austrus.

In bello quod contra Bohemos prius quam Romanis imperaret, diu tissime gessit, interrogatus, quem copiis præficere statuisset? Si alium, inquit, quam me, ductorem exercitus petitis, frustra me Austræ ducem appellatis. Dux enim re vera est, qui exercitum dicit, & quem acriter pugnantem exercitus sequitur. Æneas Syl.lib.3.commentariorum de rebus gestis Alphonsi.

Vide apoph. de Principe & Imperatore bono.

De duce externo.

Pausanias.

Percontanti cur Tyrteum poetam Spartæ ciuem fecissent? Ne quis, inquit Pausanias, externus nobis dux fuisse videatur. Poëtae apud Lacedæmonios non erant in pretio, nec hoc nomine Tyrteus meruit apud illos honorem: sed quoniam strenuum ducem in bello præstiterat, putarunt eam laudem patriæ vindicandam. Plut.in Lacon.

De duce sene.

Sertorius.

Cum Pompeij milites variè dispersos superasset, multis occisis, audissetque aduentare Metellum senem cum aliis copiis, diremit prælium: reuocatisq; suis dixit, Ego puerum kung, nisi superuenisset anus

illa, verberibus castigatum, domum remissem. Vnde liquet, quantum duces senes, experientia rerum edocti, iunioribus & rerum imperitis sint anteponendi. Plut.in Sertorij vita.

De ducis prudentia & vigilancia.

Chabrias.

Illiud frequenter dicere solebat, Formidabilem esse cœrorum exercitum duce leone, quam leonum duce cœro. Sentiens, totam belli fortunam pendere à virtute & prudentia ducis. Plut.in apoph.

Iphicrates.

Iphicrates, quod sutor patre natus existimaretur erat contemptus, ac tum primùm famam sibi parauit, posteaquā ipse saucius, hostem una cum armis correptum, viuum in tremorem suam deportauit. Is cùm iam amicorum ac sociorum agris haberet exercitum, ac nihil minus & vallum iaceret, & fessam foderet accuratè, cuidam dicenti, Quid metuimus? ait, Pessimam esse ducis vocem, Haudquaquam putarem. Significans in tranquillissimis rebus interdum existere periculum, quod nullus expectasset. Hoc Latini transferunt ad Scipionem Africanum. Plutarchus in Græc. apoph.

Timotheus.

Quum oratores Charetem commendarent à mole & proceritate corporis, censemestalem creari debere Atheniensium ducem: Non ducem, inquit Timotheus, sed qui ducet suas stragulas portet. Dux autem esto qui tum ea quæ ante ipsum, tum quæ à tergo sunt prospiciat. Existimabat vir prudentissimus, ducis virtutes non in corporis proceritate, sed potius in animi magnitudine, solertia, & prudentia positas esse.

Plut.in apoph. & Stob. serm. de Imperat.&c.

Philippus.

Quum in exercitu multo tempore dormisset, experretus: Tuto, inquit, dormiui, vigilauit enim Antipater. Subindicans, non esse regium indulgere somno, præsertim in bello: sed tamen hoc interdum absque periculo fieri, si rex habeat fidum ac vigilantem præfectum. Ita cum laude amici suam excusavit somnolentia m.
Plut.in apoph.

Anonymous.

Numantini cùm à Scipione in fugam essent versi, à senioribus castigati, quia quos toties fugassent, furerent, quandam è iunioribus dixisse ferunt, pecora quidem eriamnum eadem sunt, sed mutatus est Pastor.
Plut.in apoph.

C. Fabricius.

Quum audisset Romanos à Pyrrho deuidos, ad Labienum versus: Pyrrhus, inquit, non Epirotæ vice-runt Romanos. Sentiens, vnius ducis ingenio victoriam acceptam ferrri opertere, non virtuti militum. Hoc pacto Romani nominis ignominiam eleuavit, qui quum Epirotis essent virtute superiores, hoc solo erant inferiores, quod non haberent ducem Pyrrho similem. Plutarch. in Rom. apoph.

Iulius Cæsar.

Iturus in Afranum, se ire dixit in exercitum sine duce: in Pompeium verò, ad ducem sine exercitu. Brus. I. 3 cap.33.

De ducis præsentia, quæ multum confert ad victoriam.

Demades.

Vita defuncto Alexando dixit, se videre exercitum Macedonum, principe orbatum, Cyclopis similem.

sentiers turbam militum, nisi adiūtus cordarus ae vigilans, nulli esse vsui. Quemadmodum Polyphemus adempto oculo, frustra vastum corpus ac vires habebat immanes. Eraf. lib.6 apoph.ex Plut.

Epaminondas.

Conspicto magno exercitu, qui bono & prudente imperatore carebat: Quanta bellua, dixit, absque capite? Stob.ser.51.

Idem.

In nouissima pugna apud Mantinea sauciatus, delatusque in tentorium, vocauit ad se Daiphantū, post que illum Iollidam: at ubi audiuit, eos viros interisse, iussit omitti bellum cum hostibus: quandoquidem iam exercitus duces non habebat, ac verbis ipsa res testimonium præbuit, quod Epaminondas vera dixisset.
Plut.in apoph.

Antigonus.

Suprà, de Domini præsentia.

De duce strenuo & solerte.

Agis.

Vicerat Argiuos prælio Agis, qui post redintegratis viribus rursum ferociores illi occurrabant. Agis itaque conspicatus multos è sociis turbari: Sitis, inquit, bono animo viri. cum enim nos, qui vicimus, trepidamus, quid facere censeris eos qui à nobis victi sunt? Eo dicto, ducis solertia protinus reddidit animū suis.
Plut.in Lac.apoph.

Lysander.

Cum ad Corinthiorum qui defecerant muros peruenisset, videns Lacedæmonios conantes aggredi, ac fortè accidisset, ut lupus conspicetur excitatus transilire fossam: Non pudet, inquit, ò Spartani huiusmodi formidare hostes, quorum meenibus ob ipsorum ignauiam lepores indormiunt? Casum fortitum solertia du-

cis tō sit ad animam addendum mi-
litibus. Plut. in Lacon.

Braſidas.

Egressus ad bellum , hunc in mo-
dum scripsit Ephoris : Quicquid erit
malorum in bello , aut profligabo,
aut moriar : testatus animum fortissi-
mo duce dignum. Nam euentus ho-
minis non in manu. Eras. in apoph.

Epaminondas.

Cūm copias admoueret castris hosti-
um , tonitru faſto , militibus per-
contantibꝫ, quid putaret portende-
re Deum? Artonitos, inquit, esse ho-
stes, quōd cūm tales agros haberent
in propinquō, in talibus castra meta-
rentur. Solertia ducis non ſolum ter-
rorem exemit animis militum , ve-
rūmetiam commoda interpretatione
addidit alacritatem. Plut. in Græ-
corum apoph.

Iphicrates.

Exercitum constituendum eſſe di-
cebat, ceu vnum cōp̄s: ita vt loco
thoracis phalangem habeat, manū
ſocios, pedum equites, capitis autem
loco optimum ducem & imperato-
rem. Stob. ſer. 52.

Philippum.

Aiebar p̄ſtantiorem eſſe ceruo-
rū exercitum imperante leone, quām
leōnum duxore ceruo. Sensit autem
prudentiam & fortitudinem ducis
multum conferre ad recuperandam
victoriā. Stob. ſer. 52.

Alexander.

Si quando in colloquiis aut conui-
niis incidisset contentio de carmini-
bus Homeri aliis alia p̄ſferentibꝫ, s,
hoc ſemper p̄ſdicauit Alexander,
quod ſcriptum eſt Iliad. 7.

*Dux bonus, atque idem validus pu-
gnator in armis.*

Plutarchus in vita Alexandri.

Idem.

Hortante Parmenone , vt noctu-
hostem adoriretur, alioqui ſummum
fore diſcriben, ſi palam cum tanta
multitudine Martem experiretur, ſi
quidem ex fragore prosul , velut ſ

pelago resonante , coniebatant im-
mensum eſſe numerum : Non furor,
inquit, victoram, recuſans tenebra-
rum p̄ſſidio vincere. Plutar. in vita
Alex. & Q. Curtius.

Idem.

Idem Nisam expugnaturus , cūm
videret milites deterrei fluminis
quod ciuitatem p̄terlabitur pro-
funditate, exilit: O me omnia de-
terrimum , exclamans , qui natare
non didicerim , mōxque clýpeo pro
ſubere innixus, primus tranauit. Plut.
& Curtius in vita Alexan.

Pyrrhus.

Ad quendam promittentem ſe tra-
diturum ei aciem inſtruendi artiſ-
cium , qui tamen in acie nunquam
fuerat, dixit: Non opus eſſe ſibi impe-
ratore , cuius aures tubæ ſonus nun-
quam circumierit. Stob. ſer. 52.

Idem.

Quibusdam inter pocula quāren-
tibus vtrum Antigenidas aut Satyrus
melior eſſet tibicē? Mihi fanē, dixit,
p̄ſtare videtur dux, qui multos in-
uitat. Stobæus ſerm. 52.

Hannibal.

Cūm audiffet Stoici cuiusdam ar-
gumenta, quibus probabat ſolum ſa-
pientem imperatorem eſſe, riſit, exi-
ſtimans fieri non poſſe , vt militaris
ſcientia paretur ſine vſu & experien-
tia in rebus iſpis. Stob. ſer. 52.

Idem.

† Cum eo Marcellus aliquoties
ſecūdo Marte dimicauit, cūm autem
ſemel aduerso, nihilq; minus ſuos
ad pugnandum educeret: Hic Han-
nibal: Cum eo nimirum inquit, hoſte-
res eſt, qui nec bonam nec malā fer-
re fortunam poſt, ſeu vincit fer-
ociter, instat vietiſ, ſeu victus, inſta-
rat enim viatoriſbus certamen. Liu-
lib. 57. ab Y.C.

Spartacus.

† Signa cum Crasso confeſſe pa-
ranti, cūm equus eſſet oblatuſ, cūm
enſe confodit ſpectante exercitu, di-
ces: Si in haſc pugna occumbaſ, nul-

Io mihi amplius opus erat equo : sin vero vincam , longè plures generosiores ex hostibus superatis habebo .
Plutarch.in Crasso.

Pompeius.

Roma mos erat , ut equites quilegitimum tempus militassent , equum in forum deducerent ad duumviro , quos censores appellant , & commemoratis expeditionibus ac ducibus sub quibus meruissent , pro meritis aut collaudarentur , aut vituperarentur . Itaque Pompeius cum esset consul , ipse equum ad censores Gallium ac Lentulum deduxit : quibus ex more percontantibus , an omnia militaria munia obiisset ? Omnia , inquit , sub meipso imperatore . Significans , se sic gessisse ducem , ut nihil secus omnines militis partes grauiter praestaret . Idem & imperator bonus , & miles strenuus : qua laude nulla principi potest maior contingere . Plutarc. in apoph.

De duce , qui vita suæ non debet esse prodigus.

Theophrastus.

THeophrastus dicere solebat , eum qui imperat , non gregarij militis , aut gladiatori in arena , sed fortissimi ducis mortem obire oportere . Innuit autem vir clarissimus , Regem fortem esse oportere , non audacem , ferocem , & quasi vita sua prodigum ac contemptorem . Vbi enim imperatoris periculum ipsa rerum necessitas & Reipu. salus postulat , illuc fortis animo pugnandum est : si secus , abstinentiam ab armis . Gladiatores enim honeste quidem cadunt , si viritim certantes , fortiter se contra singulos hostes gerant . Imperator vero pro toto exercitu pugnat . Franciscus Patricius Senensis , de institutione regis . lib. 2. cap. 1.

Timotheus.

Cuidam ostendenti Atheniensibus cicatrices quas in bello pro patria imperator accepisset , ridens inquit : Evidem valde erubet co . quod cum Samum obsidem , iuxta me sagitta fortem eccecidit : qua examinatus , non quasi dux tanti exercitus , sed quasi ignavis tyro cecidisset . Franciscus Patr. Senens lib. 2. cap. 1. de Regis instit. ex Plutarcho .

Scipio Africanus.

Cum quidam obiceret illum parum esse pugnacem : respondit . Bene quidem dicas : Mater enim mea me imperatorem , non autem bellatorem peperit . Quo dictio ostendere voluit , ducis non esse , temere se obnoscere periculis . miles enim gregarius si cadit , habet statim qui sibi succedens contra hostem præterea pugnet . Dux autem si interficiatur fuerit , prosternitur totus exercitus . Ibidem .

De ducis pietate in suos milites.

Phocion.

ADhuc florente Leosthene interrogatus ab oratoribus , quid ipse boni fecisset Reip . Nihil aliud , inquit , nisi quod , donec ego vobis fui dux , nulli dicta est oratio funebris , sed omnes vita defuncti in maiorum monumentis sepulti sunt . Alij actabant cruentas victorias : Phocion existimabat egregij ducis esse sic administrare rem militarem , ut nulli , aut quam paucissimi ciues pereant . Mos autem erat Athenis eo : qui in acie eccecidissent , apud populū laudare , ac eis cenotaphia erigere . Plut. in Phocione .

Pelopidas.

Vxori quæ ipsum ad bellum proficiscentem rogabat mulieriter , ut seruaret se ipsum : Alij , inquit , ut istud faciant monendi sunt . Nam prius cepit ac dux hortandus est potius . ut serueret

seruet ciaes. Vox imperatore digna: eius est , ciuium multorum salutem suæ vnius incolumenti anteponere. Plut.in apoph.

Scipio Africanus.

Dicere solebat se malle vnum ex ciuib[us] suis seruare, quām mille hostes perdere. Brus.li.2.ca.24.ex Plut.

Q. Minutius.

Hortante filio vt locum idoneum paucorum iactura caperet : Visne,inquit, tu ex illis paucis esse ? Admonens, non esse boni ducis, vllijs militis incolumentatem contemnere. Eras. 6.apoph Idem de Scipione ad centurionem dicitur. Vide Plut.in apoph.

Lucullus.

Ad direptionem incitantibus, dixit, se malle vnum militem Romanū ex hostium manibus eripere , quām vniuersas hostium fortunas sibi vendicare. Plutarchus in Lucullo.

M. Cato.

Cūm cuidam militū argenti librā distribuisset , ait , Satis esse multos habentes argētūm, quām paucos habentes aurum , è militia domū redire. Nam duces non alia re quām gloria auctōs è prouinciis redire oportere. Senſit, rem sat fæliciter gestam, si tanta militum multitudo redeat incolmis , vt ex distributis manubiis exigua portio ad singulos redeat potius, quā si multis desideratis , pauci redeant ex præda locupletiores. Quoniam autem rerum præposterè gestarum gloria redit ad duces, hac portione par est illos esse contentos siue multum sit prædæ, siue parum. Plut. in apoph.

Iulius Cæsar.

Cessantibus copiis, quas subseqūtiuſſerat, fruſtra ſæpe accerſit, noctuſſ clam paruolum nauigium ingressus, vt ad relictum properaret exercitum, gubernator cū à ventorum tempeſtate abhorreter. Solle. inquit, ſolue nauem , Cæſarem enim vehis de ſalute ſuorum ſollicitum, Brusoniſſ lib.3.cap.13.

Alex. Seuerus.

Militibus diligenter prospexit de commeatu, dicens, ſe magis seruare milites quām ſeipſum , quod in hiſ ſita publica ſalus eſſet. Facilius eſt enim inuenire nouum imperatorem, quām nouum & exercitatum militem. Alius Lampridius.

Laurentius Almeida Lufit.

† Cum Mahumetanis nauale præliū cōmittens in India, nauis eius prætoria ſummū periculum adiit. Quare monebatur à suis vt in patronū, ad eam rem paratū, defiliret, vñ posſet ad ſuos confugere. Quo conſilio grauiter offenſus, acriter eius auſtoribus minatus eſt. Nec enim ſibi decorum fore dixit, id périculum deuitare, in quo commilitones ſuos deſereret. Se non mortem, ſed dedecus extimescere. Osor.libr.5.Histor. Eman.

De bono duce non facile mutando.

Philippus Maced.

Dicere solebat Athenienses ſib[us] magnopere beatos videri, qui quotannis inuenirent ducem quos belli duces crearent: quum ipſe multis annis vnum duntaxat belli dueema reperiffet, Parmenionem. Significās, inutile eſſe Reipub. ſubinde mutare duces: ſed ſatis eſſe, quem idoneum ac fidum naſtus ſis, eum non mutare. Tum in bello non referre quām multi ſint duces, ſed quām bello ge- rendo accommodi. Plutarchus in a- pophthegm.

De duce ignauo.

Ageſipoli Pausanie F.

C Vidam dicenti ipsum , cū rex eſſet, cum æqualibus suis fuiffe obſideſ: non liberos, aut vxores eorū: Et quidem non iniuria, inquit. Par enim eſt, vt & nos noſtra errata feramus. Indicans, ſi quid calamita-

tis in bello acideret, plerunque dum in scelotia fieri. Par igitur est ut delicti penas etiam dent praeceteris. Plut. in Lacon. apoph.

Anonymus.

An rigontis menses quosdam vidēs thoracibus & galeis induitos sphēra ludere, delectatus est hoc spētaculo, ac dices illos accersi iubet, ut eos coram illis laudaret: verū vbi nuntiatum esset duces bibere, praefecturas illorum militibus dedit, qui sphēra iuferant armati: simul & ducum ignaciam puniēs, & militum strenuitatem honorans. Plut. in apoph.

Vide apoph. de Imperiorum officio, & de imperio reūe administrando.

DE EBRIETATE.

Pittacus.

EGEM tulit: ut qui per temulentiam sceleris aliquid commisissent, duplo plecerentur. Solet enim vulgus hominum ebrietatis obtentu crimen extenuare. Ideo factum ferunt, ut insula vi no abundaret. Laërtius lib. I. cap. 3.

Solon.

* Legem tulit, inter alias, cuius verba eiusmodi erant: Princeps, si deprehendatur ebrius, morte multetur. Fr. Parr. lib. 6. de regno, tit. 26 ex Laërt.

Chrysippus.

† Ebrietatem paruam insaniam esse dicebat. Stob. serm. 18.

Pythagoras.

Ebrietatem dicere solebat insaniam meditationem esse. Stob. ser. 18. Max. serm. 30.

Idem.

* Consultus, quinam vinosus ebrietatem desereret: respondit, Si que per ebrietatem facit, frequens animo voluat. Stob. serm. 18.

Heraclitus.

* Ruditatē celare non ita facilē esse dicebat, præcipue in vino. Stob. *Democritus.*

* Pro sanitate vota (inquietabat) diis homines efferunt, in seipsum penes se ipsam esse: contraria autem per luxuriam facientes, suis libidinibus ipsam amittunt. Stob.

Idem.

Dicere solebat, in vite tres nasci botros, quorum primus esset voluptatis, secundus ebrietatis, tertius iniuria. Anton. in Melissa, parte 1. ser. 39. & 41. Max. serm. 30. Epicteto attribuit.

Anacharsis.

Anacharsis Scytha idem de tribus botris dixisse fertur, nisi quod tertio attribuit molestiam. Sentiens, parcum vini usum esse iucundam, quia sedat sitem largiorem, gignere remuletiam: largissimum, parere rixas, cædes ac morbos. Laërt. libr. I. cap. 9. Stob. ser. 16. Ant. in Melissa, part. 1. ser. 41. Max. ser. 30.

Idem.

Amirabatur illud, quod Græci initio conuiij cyathis pusillis vtereatur, saturi maioribus. Sætiens, potum non in aliud adhibendum, nisi ad secundam sitim. Absurdum igitur esse, tum plus bibere, quem iam sitis esset sedata. Laërt. I. 1.

Idem.

* Dicere solebat, quicunque sobrios fieri vult, turpes ebriorum mores intueatur. Plut. Stob.

Plato.

Negabat oportere inebriari præterquam in festis, in quibus ipse Deus vinum porrigit. Festos dies dicit hilaritas, ebrietas semper fœda est. Laërt. I. 3.

Idem.

Discipulos suos admonebat, ut se ebrios in speculo contemplarentur. Sic enim fore, ut dum faciem suam furibundam & phrenetico similem intuerentur, in posterum ab ebrietatis

tis vitio abhorrent. Fulgo. libro 7.
cap. 2.

Idem.

* Dicebat animi mores in vino apparere, ac gubernatorem ebriosum, & quemuis cuicunque rei præfectum omnia subuertere, siue nauigium, siue currum, siue exercitū, siue quamcumque rem fidei suæ commissam. Stob. serm. 18.

Idem.

Manifestum esse dicebat, non modò senem bis puerum fieri, sed inebriatum quoque. Eod. ser.

Diogenes.

Videns hominis vino deditissimi ædes venales esse, ex ianuæ inscriptione: Minimè dubitabam, inquit, quod vini crapula excussa facile domum euomeres. Bruson. lib. prime, cap. 19.

Idem.

Vinū plurimum in conuiuio quodam dono acceptum effudit. quod quum quidam indignè ferrent: Si, inquit, vinum omne ebiberem, non tā liquorem quām meipsum quoque perderem. Stob.

Idem.

Adolescentem stupidum mero, & prorsus decipientem intuitus: Adolescentule, ait, temulento satus es patre. Stob.

Zeno Citticus.

Sūma verecundia colebat, in pretioque habebat rex Antigonos. Accidit igitur, vt aliquando vino supra modum impletus, obviam Zenoni fieret: quem osculatus est, atque amplexus, vt temulētus. petiitque vt sibi quid iuberet. Et interposito temerè sacramento, confirmauit se, præstirum quicquid postulasset. Tum ille dixit ei: Abi, & euome. Graui sapientique reprehensione simul temulentiam eius taxans, simul verò cauens ne minima comedessatio potatioque ei: nocumentum adferret. Alia. li. 9. de Var. hist.

Sophocles.

* Vitio vertebat Eschylo, quod ebrius scriberet: Nam & si bene scribit, inquietat, nesciens tamen id facit. Stob. ser. 18.

Cleofratius.

* Cuidam ei dicenti, Nō te pudet ebrium fieri? respódit, Te verà non pudet ebriū, monere? Anton. & Max. ser. de ebrietate.

Panyas.

† Baccho tribuebat primam potionem: secundam Veneri, ac denuò Baccho: iniuriae, tertiam, & Atæ. Athen. li. 2.

Leontychidas.

Percontanti cuidam, cur parcè bibent Spartiatæ? Ne, inquit, pro nobis alij consulent. Sensit autem vir clarissimus, eum nequaquam salubriter de rebus consultare posse, cui sanum iudicium à vino ablatum sit. Brus. l. 1. c. 19. ex Plut. in Lacon.

Aristippus.

Iactanti cuidam, quod multum bibere posset, nec inebriaretur, Quid, inquit, magni narras, quum idem faciat quoque raulus? Laér. l. 2. c. 8.

Anonymous.

Quidam Lacon, quum audisset quosdam à cœna cogi ad bibendum: Num, inquit, coguntur etiam ad edendum? Notavit Græcorum morē, in conuiuis compellentium ad certum cyathorum modū, quum id reuera nihilo absurdius sit, quām hominem qui non esurit, ad certum escarum modum cōpellere, nisi quod alterius absurditatē eleuat consuetudo. Plut. in Lacon.

Agisilaus.

Cùm in compotatione quadam sortibus ex more ductis factus esset princeps conuiuij (huius autem partes erat, præscribere quantum quisque biberet) rogatus à pincerna quantum cuique vini deberet apponere? Si multū, inquit, vini paratum est, dato cuique quantum possit: sin ga-

rum, cunctis ex quo diuidito. Hac dexteritate mirè prospexit, ne vel pa-
gata vini copia deesset, quibus place-
get largior potatio: vel ad bibendum
cogerentur, quibus placet sobrie-
tas. Rursus in maligniores vini copia,
per æqualitatem exclusit orationem
murmuris. Etenim cū singulis æqua
vini portio distribueretur, nihil dee-
rat his qui bibeant moderatius: &
qui largius fuerant biberunt, quū ha-
berent quod naturæ satis esset, queri
nō poterat si deerat libidini, eo quod
nemo omnium plus aut minus habe-
ret cæteris. Itaque æquis animis se il-
li quoque ad moderationem compon-
ebant, quibus alioqui placebat lu-
gus. Plut. in Lacon apoph.

Crates.

* Conspicatus adolescentē athle-
ticū ebrietate & gula corpulentiore
fieri: O miser, exclamauit, desine ad-
versus temet ipsum carcerem munire.
Anton. & Max. ser. de incontinentia
circa mensam.

Demosthenes.

Philocrates & Aeschines Athe-
niensium legati ad Philippum Mace-
doniæ regem cum aliis missi, cùm
domum redirent, regemque eo no-
mine laudarent quod strenue bibis-
set: respondit Demosthenes, Ha-
bet hanc virtutem cum spongia com-
paunem. Sensit vir prudentissimus,
regum virtutes non in euacuandis
poculis sitas esse Plutarchus in
Demosth.

Cyrus.

Astyages cùm rogasset Cyrum re-
gem, quamobrem vinum non absor-
buisset? Quod metuerā (inquit) me-
dius fidius, ne in cratero mixta vene-
na forent. Etenim quum tu in natali-
ciis amicos adhibuisti, perspicue di-
dici te eis venena infusisse. Et quo
pasto, inquit ille, ò fili hoe dignou-
isti? Quod videbam vos, respondit, ne-
que corporis esse neque mentis com-

potes, Bruson. lib. i. ca. 9. Xenophon
in Pædia Cyri.

Idem.

Sparamizas Metrodoti cùm per
ebrietatem Cyri mortem aperiuisset:
Recte, inquit, se habet illud,
quod crebro usurpatur à Græcis.
Veritatem in vino esse, Brusonius
l. i. cap. 19.

Idem.

+ Rogatus ab Astyage, vtrum pa-
ter ipsius Cambysis inebriaretur a-
liquando? Minime vero, respondit,
Etenim διφῶν πάντας, sic bibit, ut si-
tire desinat, vel certe, adhuc sitiens
desinit.

Androclides.

Ad Alexandrum regem vino plus
satis deditum, dixisse fertur: Vinum
potaturus, rex, memento bibere ter-
ræ sanguinem, cicutæ homini vene-
num, cicutæ vinum. Brus. lib. i. c. 19.
ex Plinio.

Stratonicus.

Is eitharœdus natione Athenien-
sis, non minus festiuis dicas quam
arte musica celebris, ad quietem itu-
rus, assidue iubebat puerum sibi in-
fundere vinum: Non quod sitiam, in-
quit, sed ne sitiam, Athen.

Plutarchus.

* Dicebat Mundum igne & aqua
corrumpi, luxuriosorum autem opus
amore & ebrietate. Anton. & Ma-
xim. ser. de ebrietate.

T. Quintius.

Democrates cùm temulentus, fi-
nito conuiuio muliebri habitu sal-
tasset, postero die venit ad T. Quin-
tium, petens subsidium contra Mes-
senos, quos ad defectionem ab A-
chæorum imperio pellicere cona-
batur. Cui Titus ait: Minor te ho-
minem vinolentum, meroque ener-
uatū, hujusmodi res molliri, quæ vi-
rorum non mulierum sunt. Bruson.
lib. i. c. 29. ex Plut.

Cicero.

Cicero.

Ei in foro ambulanti cùm ad bibendum aqua oblata esset, vidi fortem L. Cottam censorem, hominem vi no dedictissimum, non procul astantem, cùmque aquam Cicero accepisset iā huius turus, vocatis amicis, Circumtegri me, inquit, ne censor me aquam bibere videat & pro suo iure ratione que officij senatus amoueat. Notauit autem Cotta censoris violentiam, quam in aliis non reprehendere, verū etiam grauter punire debebat. Bruson. libro I. capite 10.

Augustus Cæsar.

Videns equitem in spectaculis bibentem, misit qui illi suis verbis dicaret: Ego si prandere volo, domum eo. Respondit eques: Tu enim non times, ne perdas locū. Augustus sensit, indecorū esse, illic in publico bibere. Eques per iocum sic interpretatus est, Cæsarem sine damno posse discedere ē theatro, quod locus ipsi servetur, equiti non itē. Eras. I. apoph.

Tiberius imp.

Quoniam tyro in castris audius bibebat vinum, militari ioco, pro Tiberio Claudio Nerone dictus est Biberius Claudius Nero. Erasm. libr. 6. apoph.

Firmus imp.

Vini patientissimus fuisse legitur, citra ramen ebrietatem. Quodam autem à barbaro vexillario ad bibendum provocatus, duas vini fistulas hausit, & postea toto coniuio sobrius fuit. Cum verò barbaros diceret, Cur non & facē ebibisti? Stulte, inquit, terra non bibitur, Eras. Rec. I. 6. apoph: ex Vopisco.

Aurelianus.

Bonosus, qui imperator postea fatus est, cùm tantum biberet, quantum hominum nemo: Aurelianus urbanissime dicebat. Non vt vivat, sed vt bibat, natus est. Bruson. lib. I. cap. 19. ex Vopisco.

Vib. Crispus.

Is summus Vitellij imperatoris amicus, cum ob nocturnas comedationes atque compotationes luxuriosissimas in grauissimum incidisset morbum, & ita quidem vexaretur, ut Vitellianis conuiuiis interesse amplius nequiret, postquam paululum conualuisse, ad amicos dixisse fertur, se omnino fuisse peritum, nisi tam grauiter laborasset. Xiphilinus in vita Vitellij.

Anonymous.

Bonosus imperator vir extremæ gule & ebrietatis, cùm se suspendio suffocasset, interrogatus quidam, qui eius mores & vinolentiam nouerat, quisnam esset suspensus? respondit, non hominem esse, sed amphoram, Vopiscus.

Anonymous.

Cùm celebrarentur à Ferdinando rege, Hyppolytæ nurus atq. Alphōsi filij nuptię, apparatu splendidissimo. (erat enim dies decursionis hastarę, flagrabantque sub sole cuncta: conuenerant autem mortales omnis generis ad spectandum) cùmque plurimi ludorum essent laudatores, vel plerique omnes admiratores potius, in media laudantium frequentia & plausu exclamauit Germanus quidam: O Valeant ludi, quibus nemq; bibit, Pontan.

Basilius magnus.

* Quid esset ebrietas, rogatus respondit: Ebrietas dæmon est, sponte admissus in animos per voluptatem. Mater est malitia, impugnatio virtutis, ex forti timidum facit, ex modesto lasciuū, iustitiam ignorat, prudentiam abolet. Et sicut aqua pugnat igni, sic immoderatio vini mente sobrā extinguit. Item, vt fumus fugat apes, ebrietas pellit spiritu alia dona, Anton. & Max. serm. de ebrietate.

Chrysostomus.

* Dicebat ebrietatis esse restarē mentis alienationē, & delirium, & secundum animam sanitatis perditio. Ibid.

O iiiij

De ebrietatis variis effectibus.

Anacharsis.

A B adolescentio in coniuicio pulsatus: Adolescens, inquit, si nunc vinum non feres, ubi senueris, aquam feres. Nam qui bibunt intemperantius vinum, ea præsertim aetate coi magis conuenit aqua, iij frequenter senes ob inopiam coguntur aquam bibere, Laer. li. 1.c.9.

Idem.

Quidam in coniuicio videns uxorem Anacharsidis, Uxori eam, inquit, duxiisti satis deformem. Cui Anacharsis, Prorsus ita mihi videtur: sed heus puer, infunde mihi largius, ut reddam eam formosam. Indicare voluit vir sapientissimus, vinum immoderatius potatum adimere homini rectum iudicium. Atlien. l.9.

Idem.

Interrogatus, num in Scythia essent tibicinae? Respondit, Ne vites quidem. Significans saltationes, reliquaque eius generis voluptates esse vinolentia nasci. Laer. li c.9.

Eratosthenes.

Dicebat, vinum igneum quale habere robur, quod cum virum invaserit, eum veluti boreas vel notus mare Lybicum turbat & confundit: oculata, & quæ profunda mente gerit, apertit, & ostendit, virorumque totam mentem excutit Phauorinus.

Aeschines.

Dicere solebat, Speculum forme esse æs, vinum autem animi. Voluit autem indicare vir sapientissimus, nihil tam secretum esse animo nostro insculptum, quod homo ebrius non effutire audeat: Maxim. serm. 30. & Stob.

Aeschylus.

Ebrietatem tanquam pestem fuigendam suadebat, qui enim potus mensura transgreditur, non amplius mentis & linguae compos est, sed si-

nepudore turpia & indecetia loquiatur, ex viro factus puer. Phauorinus. Verum hoc alij etiam ad Theognidem referunt.

Anonymous.

Quum Philippus Macedonum rex cognitionem exerceret parum sobrius, ac perpetuam aduersus mulierem quandam tulisset sententiam: illa sentiens errorem esse vini, non regis, exclamauit: Prouocamus, inquit, ad Philippum, sed sobrium. Excusit regi muliebre conuicium temulentiam, adtegitque, ut expergescat causam eandem animo præuentiore cognoscere. Eras li. 8. apoph. Val Max. lib. 1. cap. 2.

Anonymous.

Milites aliquot Tarentini interconandum multa liberius dixerant in Pyrrhum regem. Res ad eum delata est. acciti sunt iuvenes, ac periclitabantur omnes, quum factum nec negari posset, nec defendi. Tum unus illorum deterioris ingenij: Imò, inquit rex, & ista diximus, & longè acerbiora dicturi fueramus, nisi nos lagena defecisset: linguae petulantia in temulentiam reiiciens. Itaque mox ira principis in risum versa dimissi sunt. Eras 6. apoph. ex Plut.

Claudius imp.

Clavius Cæsar nunquam adeò animi sui secreta protulit, atque olim dum multo vino madidus esset: ubi dixit, Sibi fatale esse, ut coniugium flagitia ferret, deinde puniret. Quæ vox terorem non mediocrem incitat Agrippinæ. Ex Suet.

Val. Max.

+ Vini usus olim, inquit, Romanis fecundis ignoratus fuit, ne scilicet in aliquod dedecus prolaberentur: Quia proximus à Libero patre intemperatiae gradus, ad incœssam Venerem esse consuevit. li. 2. ca. 1.

Vide apophthegmata de Gula, Incontinentia circa mensuram, Intemperantia & vino.

De

De educatione & institutione liberorum.

Socrates.

Dicebat, optimè natis, ingenuissimum, adhibendam rectam institutionem. Idem enim in his vsuuenire quod in equis, in quibus qui feroce sunt ac generosæ indolis, si statim à primis annis rectè instituantur, egregij & ad omnem usum accommodi euadunt: sì minus, effeferati, intractabiles, & ad nihil viles. Eoque sit, ut felicissima quæque ingenia corrumpantur initia instituentium, qui mox equos vertunt in asinos, quod erexit ac liberis imperare nesciant. Eraf.3.apoph.

Idem.

Dicebat, Muliebrem sexum virili non minus esse docilem & ad disciplinas, & ad omnem virtutem, etiam fortitudinem (quæ tanquam vires propria, Græcis à viro dicitur *avispia*) si diligenter instituatur. Id colligit ex puella saltatrix, quæ inducta in conuiuum, mira arte trochos duodecim in altum proiectos excipiebat, ita temperato altitudinis spatio, numerisque pedum, ut nunquam falleret: eadē inque inter accutissimos gladios, nō sine horrore spectantium, impauida saltaret. Eraf.m.3.apoph.

Idem.

Interrogatus etiam, quam ob rem ipse non administraret Rempubl. quum administrandi rationem optimè sciret? respondit, Eum utilorem esse ciuitati, qui multos efficeret idoneos gubernandæ Reipub. quam qui ipse rectè gubernaret.

Idem.

Adhortabatur iuvenes, ut se subinde ad speculū cōuerterentur: quod si essent egregia corporis forma, cauerent ne quid ea indignum committent: sì minas, quod corpori

deesset, id ingenij cultu morisunque honestate pensarēt. Adeò vir ille uniuscunq[ue] rapiebat occasionē ad virtutis studium adhortandi. Eraf.l.3.apoph. ex Laertio.

Idem.

† Si filij cui, dicebat Callix, pulli equini, aut tauri essent, haberemus aliquem illis pacia mercede præficiendum, qui eos pulchros, & in suo utrūque generē præstantem efficeret, esset autem eusmodi, aut equestrium quispiam, aut agricolarum. Nunc vero cùm filij tui sint homines, quemnam cogitas illis præficere? Plato in Apolog.

Anonymus.

Puer quidam apud Platonem educatus, quum ad patrem ex intervallo redisset, cùmque vidisset effusus ridetem, admiratus dixit, Se tale nihil vñquā apud Platonem vidisse. Tanta res est, iam inde à teneris virtuti assuēscere. Eraf.l.6.apoph.

Aristoteles.

Aristoteles Stagirita aiebat, parentes qui rectè liberos suos instituissent, multo honorabiores esse iis qui tantum genuissent: quod ab his contigisset viuere, ab illis bene viuere. Laer.l.5.c.1.

Idem.

† Non parum differt, inquit, à iuventute, sic, vel sic assuefieri, sed multum. Eraf.l.2.Ethic.

Idem.

† Eius qui ciuitatem legibus constitutere velit, primam, ac maximam docet curam esse oportere in erudienda iuventute, qua sublata, pereat Reipub. necesse est. lib.6.Politic. cap. I.

Aristippus.

Aristippus percontanti, quæ potissimum adolescentibus essent discenda: Quæ viris, inquit, vsuifutura sunt. Hoc dictum & aliis adscribitur. Optima statim discenda sunt, nec ruditæ ætas, quæ maximè docilis est, super-

vacaneis est occupanda. Lact. libr. 2.
cap. 8.

Idem.

Quidam cum Aristippo agebat, ut filium suum suscipere et studendum, sed quum philosophus pro mercede peteret quinq̄etas drachmas, ille de territus magnitudine pretij, Minoris, inquit, emerem mancū pium. At hic, inquit, habebis dō. Lepidē taxauit vulgi iudicium, qui nusquam parcior est quam recte instituendis liberis, plurēque sumptus impedit curandis equis quam filiis. Ibid.

Diogenes.

Quum captus venderetur in Creta, præconi rogāti quid sciret, & quo titulo eum commendaret emptori? Dic, inquit, te vēdere hominem, qui sciat imperare liberis. Quidam Xeniades Corinthius admiratus præconi nouitatem, adiut Diogenem, percontatus num sciret quod profiteretur? ubi ex sermone hominis competit esse sapientem ac doctum, mercatus duxit domum, eisque suos liberos studiendos tradidit, quos ille suscep̄tos liberaliter instituit, primūque tradidit artes liberales, mox docuit equitare, arcum tendere, fundam rotare, iaculari telum. In palestra verò non permittebat, ut pædotribi illos grauioribus laboribus in morem athletarum exerceret, sed hæc tenus, quantum ad ruborem, bonāmq; corporis valetudinem conduceret. Curauit etiam, ut ex poëtis aliisque scriptoribus optima quæque addiscerent: quod ea modò sciamus, quæ memoria tenemus. Breuiter, totius philosophiæ summam illis rediget in compendium, quo & ceteris perciperent, & fidelius memoria complectentur. Eosdem instituit domi ministrare parentibus, cibo leui vilisque & aquæ potu cōtentos esse: cūmque ceteri cœsariem alant ad formæ commendationem, ille ipsissit illos radere comam. & si quando prædeundum esset in publicum, incom-

ptos producebat absque tunicis, in calceatis ac tacitos. Quin & ad venatum illos instituebat, Lacedæmonios imitatus. His rebus factum est, ut à pueris obseruaretur, pérque illos parenti commendaretur. Alij narrant, præconem Diogenis iussu ita prædicasse, Estne quispiam qui velit emere dominum? Laertius lib. sexto.

Lycurgus.

Lycurgus is qui Lacedæmoniis leges condidit, quum conaretor ciues suos à morib⁹ præsentibus ad temperatiōrem vivendi rationem traducere, cōsque virtutis & honesti studiosos reddere (nam erant corrupti deliciis) duos educavit catulos, eodem patre eadēque matre progenitos: quorum alterum passus est domi latrōibus vesci cibis, alterum.edu&ctum venatibus exercuit. Dein quum ambos produxisset in forum apud multitudinem, posuit illic spinas, simul & escas aliquas delicatores: mox emisit leporem, quum vterque raperetur ad assueta, alter ad escas, alter leporem inuaderet. Annon videtis, inquit, ciues, duos catulos, quum eiusdem sint generis, ramen ob diuersam educationem admodum dissimiles inter se evasisse, plūsque ad honestatem momenti habere exercitationem quam naturam? Proinde ne nobis quidem, ô ciues, nobilias, quam miratur vulgus hominum, ductūque ab Hercule genus profuerit, nisi ea gressimur, per quæ ille mortalium omnium clarissimus ac generosissimus extitit, ac per omnem vitam, quæ honesta sunt & discamus & exerceamus. Reperit vir ingeniosus viam, quæ multitudini philosophicis rationibus non satis idoneæ, virtutis imaginem ob oculos poneret. magis enim mouent, ac penetrant in animos, quæ cernuntur, quam quæ audiuntur. Res quidem efficax est natura, sed potentior est institutio, quæ malam natu-

naturam corrigit & verit in bonam. Quales nasconur liberi, nulli in manu est: at ut recta institutione euadat boni, nostræ potestatis est. Eras. lib. 1. apoph. ex Plut. in Lacon. & Brus. lib. 2. cap. 38.

Idem.

Idem obliquentibus, quod eloquentia studio rhetoribus daret mercedem: si quis, inquit, profiteatur se filios meos mihi redditum meliores, non mille drachmas, sed omnium facultatum dimidium effunderem. Plurimum ab hominum vulgo discrepans, qui periisse existimant quod liberis instituendis impeditur. Eras. Rot. 1. 8. apoph.

Eteocles.

Post Agin bello superatum Antipatro postulanti obsides pueros quin quaginta, Eteocles, qui tum ephorum agebat, respondit: Se pueros non daturum, ne si licenter vixissent, fierent indociles patriæ disciplinæ, itaque ne ciues quidem essent: ceterum senes ac mulieres se duplo numero daturum. Verum Antipatro dira minitanti, ni acciperet postulata, populus una voce respondit: Si imperias acerbiora morte, facilius moriemur. Hunc animum in uno altero ciuium reperire, fortasse non ita magni miraculi esse videatur: in uniuero populo tantum esse consensum, prodigiosum est. Hoc exemplo simul admonemur: quanta solicitude debeatur ætati teneræ ad probitatem educandæ, quando licenter educatos iuvenes illi non putarunt habendos pro ciuibas: perinde quasi mater abdicet filium ex se natum, nisi probitate morum maioribus suis respondat. Plut. in Lacon.

Agasties.

Cuidam dicenti, admirari sese quod cum esset auidus discendi, non adiungeret sibi Philopanem, sophistam eo tempore clarissimum: respondit prudenter, Eorum se velle discipulum esse, quorum simul esset

filius. Significans, non minus interesse quos natus sis parentes, quam quos asciscas ut bonis moribus formeris. Plut. Eras. l. 1.

Agelaius.

Eum rogabat quidam, in quibus præcipue rebus pueri institui deberent? Iis, inquit, rebus quibus usuri sint, quum ad virilem peruerint etatem. Rectè censuit, non friuolis artibus instituendos liberos, quæ nec grandibus decori futurae sunt, nec ad seria vocatis utiles. Plut. in Lac. apop.

Leotychidas.

Interrogatus, quid potissimum porteret pueros ingenuos discere: Quæ illis, inquit, ubi ad virilem etatem peruerint, usui sunt futurae. Plut. in Lac.

Leonidas.

Cum proficeretur in bellum contra Persas, uxori Gorgoni roganter, si quid ipsi mandaret? Nihil, inquit, aliud tibi mando, quæ ut nubas, & bonos filios parias. Plut. in Lac. apop.

Hippomachus.

Quum aliquando videret adolescentes, quos exercebat, è foro carnes afferentes, dicebat, se procul agnoscere suos esse discipulos: quod institutio relucat in omnibus dictis ac factis hominis. Erasm. 6. apoph. ex Plutarcho.

Anonyma.

Quum mulier quædam Ionica de texto quodam suo ut pretioso glorietur, Lacena ostensis quatuor filiis quos habebat, moribus compotissimis, Huiusmodi, inquit, decet esse honestæ probæq; mulieris opera, deque his tollere animos, & gloriar. Iones operosis texturis vacant, quæ varia picturarum habent argumenta. At Spartana docuit, nullum opus esse præclarius, quam si filios honestis moribus instituat. His enim melius ornari patriam, quam aulæis aut vestibus. Plut. in apop. Lacenarū.

Themistocles.

Quoniam adolescens feroci mag-

tabilique ingenio videbatur, mirantibus mutatos mores dicere solebat, Asperos & indomitos pullos in optimos equos euadere, si quis illis adhibeat disciplinam, rectamque institutionem. Plut. in eius vita.

Anonymus.

Themistocli paedagogus dicere solebat, Nihil mediocre futurus es tu puer: nam aut magnum bonum eris reipub. aut magnum malum. Generosa indoles, si accedat recta institutio, magno bono est patriæ: sin ad vitia degeneret, ingens adfert malum. Plut. in Themistocle.

Demetrius Phalereus.

Adolescentum fastuosorum sublimitatem dicebat in educatione amputandam esse: sed relinquendam sobrietatem. Docuit vir sapientissimus hæc ingepia non esse desperanda: sed quod redundat, in institutione recidendum esse. Laertius libro quinto, cap. 5.

Philippus.

Alexander etiamnum adolescens, videns fratrem Philippum equum præferocem, nec ullum sessorem tergo patientem, voluit inutilem abiecitum ire: Qualem, inquit, equum isti perdunt, dum illo per imperitiam ac molliciem vii nesciunt? Cumque mira arte sine verberibus tractasset equum, tamen cōscensum ad cursum admisit, tum calcibus vsus est: ac molliter flexis habenis quum equum reduxisset, descendantis caput exosculatus pater: Aliud, inquit, ô fili, tibi per regnum quare, quando iam te non capit Macedonia. Præ sagit vir prudens, tam excelsæ indoli non sufficiutram paternam citionem. Sed equus ille nos admovet, multa bene nata ingemina perire vitio instituentium, qui ferè nesciunt imperare, nisi ex equis generosis reddiderint asinos. Eras. lib. 4. apoph. ex vita Alex. ad Plut.

Senecca.

† Educatio maximam diligentiam

plurimumque profuturam desiderat. Facile est enim teneros adhuc animos componere. Difficulter rescinduntur vitia quæ nobiscum creuerunt. Lib. 2. de Ira. c. 18.

Cornelia Gracchi mater.

Quum Campana mulier illius hospitio utens ornamenta sua, quibus illud seculū nihil habebat pulchrius ipsi ostenderet: traxit eam sermone, donec liberi redirent è scholā, tum. Ethæc (inquit) ornamenta mea sunt. Sentiens, matronæ nihil esse pulchrius, neque pretiosius, quam liberos recte educatos. Eras. 6. apoph. ex Plutarcho.

Anonymus.

Quidam accusatus quod patrem pulsasset, hoc modo defendit impius facinus: & ille, inquit, patrem suum verberauit, & hic (ostenso filio) me verberabit, posteaquam adoleuerit, adeò nobis hoc gentilitium est. Videlimur hoc ferè vulgo evenire, ut qualis quisque fuerit in parentes, tales experiatur in se liberos. Erasm. in lib. 8. apoph.

Anonymus.

Quidam quum à filio pertrahetur, ventumque esset ad domus limē, Desine (inquit) fili: nam & ego partem hue usque. Agnouit se commeruisse, qui sic à filio tractaretur: tantum postulauit, ut esset aqua retaliation. Eras. ibid.

D. Ludovicus.

+ An' equam noctu se daret quieti, sapientib[us] liberos suos ad se vocatos instituebat, propositis factis egregiis, dictisque Regum & Principum antiquorum, eaque monebat ut animis inculcarent, ut iij meliores euaderent. Eos etiam proponebat, qui rapina, superbia, luxuria, aliisque sceleribus redditus suos, remque familiarem pessundebant: Monebatque ut eorum exemplo ab omni flagitio absinserent. Ionui. in eius vita, c. 87.

Vide apoph. de doctrina &

Eruditio[n]e.

De

De educatione filiorum neglecta.

Diogenes.

Rprehendebat homines, quod lucta, alisque ludis semet sedulio exercerent, nullos autem in hoc incumbere, ut probi & honesti reddantur. Laert. lib. 6.

Idem.

Dicebat, plurimos insanire praeter digitum. Nam si quis assidue medium digitum intendat vice indicis, vulgo habetur insanus: si quis indicem, sanus videtur. At plurimi sunt homines, qui gravius insaniunt in rebus seriis, quam si digicium pro dito perrigatur, & tamen hi vulgo non habentur insanii. Nemadmodum & hodie parentes in liberis pro gravi peccato castigant, si laesa pro finistra ventantur: at qui non itidem castigant eos, cum turpia pro honestis eligunt. Laert. 1. 6.

Idem.

Multis verbis in inertiam & insciitiam Megarenseum, pecora sollicitè curantium, iuuentatem minimè (ut quæ ibi luxu & otio diffueret) inuehebatur: dicebatque se Megarensis alicuius arietem esse malle, quam filium. Aelianus libro 12. de varia histor.

Demonax.

Quum Athenis quidam Romanus senator filium ad Demonactem adduxisset, eleganti forma, vestitu delicato, ac deliciis effeminatum, dicere que, Salutat te, ô Demonax, filius meus. Pulcher est, inquit Demonax, & te dignus, & matri non assimilis. vtrunque poterat dici in laudem. Nunc patrem notauit ex filij moribus, & matri similem dixit mollem & euiratum delitiis. Eras. Rot. lib. 8. apoph.

Pericles.

Pericles Atheniensis dicebat, non

porterere in urbe nutriti leonem: si autem sit alitus, obsequi ei conuenire. Monuit autem ut præcipue nobilitatis & concitati ingenui iuvenes resfrentur, nimio verò fauore & profusa indulgentia pasti, quo minus potentiam obtineant, ne impeditantur. Quod stultum sit & inutile, eas obrectare vires, quas ipse foveris. Est autem hoc de Alcibiade dictum, ut refert Aristophanes, & Plutarch. in eius vita. & Valer. Max. l. 7. cap. 1.

Proclus.

Filium habebat intemperantem, gallis gallinaceis, coturnicibus, castellis, & equis aleundis indulgentem, quem pater adeò non increpabat, ut vna cum illo potius lasciuiret. Quo nomine quum ab amicis obiurgaretur: Citius, inquit, desinet, cum senibus colludens, quam cum æqualibus. Phil. in Soph. & Volat. lib. 18. comment.

De eleemosyna.

Democritus.

Peregrinis & egentibus alimoniam ministrandam esse dicebat. Equidem quisquis indigenti viatum negat, is neque ab alio quicquam accipiet, dum eguerit. Stob.

Idem.

Dicebat, beneficium pro tempore exile, ingens reddi iis qui illud in extrema necessitate acciperent. Stobaeus.

Idem.

Audiens quendam magnificis verbis multa cuidam promittentem, sed mendaciter: Coneris, inquit, ad exigua largiendum, quam ad plurima promittendum, esse propensiōr. Nam penuria laboratibus donum, vel per exiguum, prodest, verba autem & magnificæ pollicitationes nulli sunt utiles. Stob.

Idem.

Dicere solebat, si bene mereri de aliquo voles, eis tissimè dā. Mora enim ingratum redditur, & parum amabile quicquid dederis. Stobæus.

Charondas.

† Peregrinum quamuis familiari ter suscipere oportet, ac remittere, Iouis hospitalis memores, ut qui Deus apud omnes communis sit constitutus, & hospitalitatem, ac inhospitalitatem inspiciat. In suis legibus vt refert Stob ser. 44.

Aristoteles.

Cum nefario cuidam homini eleemosynam dedisset, & ob id castigatur à quodam: Non mores, inquit, sed hominem commiseratus sum. Docuit vir sapientissimus, etiam malis & indignis eleemosynam dandam esse in summa rerum necessitate, ne penuria suadente agant quod dedecus est coram Deo & hominibus. Laërt. lib. 5. cap. 1.

Idem.

Reprehensus à quodam quod eleemosynam dedisset improbo: Non homini, inquit, dedi, sed humanæ sorti. Laërt. l. 5. c. 1.

Demosthenes.

Dicere solebat, æquum esse ut pauperes piè foueantur, cum delectu tamen: ita ut dimissis improbis, illorum ratio potissimum habeatur, qui præter culpam egestate premuntur. Stob.

Amedæus Sabaudie dux.

Rogatus à quibuldani oratoribus qui aderant, an etiam haberet canes venaticos? annuit, ut postera die redirent. Cum vero iam adessent, Amedæus è pergola à latere ædium ingen tem mendicorum multitudinem eis ostendit vñā discubentium. Atque hi sunt, inquit, canes mei, quos alio quotidie, quibuscque cælestem gloriā mespero venaturum: Munsterus lib. 2. Cosmographia, vbi de Allobrogū vel Sabaudiæ ducibus.

Placilla.

Theodosij Romanorum Imp. vii. pientissima, cùm reprehenderetur à suis quod ægrotos visitaret, atq; pauperibus etiam liberaliter facultates suas elargiretur, respondit: Imperatori cōuenire, ut aurum id largiatur: se autem manuum opus pro imperio ipso, ei qui id semel contulit offerre. Nicēphorus Callistus libro 12. capite 42.

Vide apoph. de Beneficentia, Liberitate & Mendicitate.

De electione.

Aristippus.

Q Vum Dionysius tres venustas puellæ obtulisset, admonens, ut ex his quam vellet eligeret, omnes apprehendit, dicens: Ne Paridi quidem fuisse tutum, vnam cæteris prætulisse: ac puellas deduxit ad aulæ vestibulum, dimisitque: non minus in contemnendo facilis, quam in amplectendo. Laërt. libro 1. cap. 8. Brus. lib. 2. cap. 31.

M. Cato.

Hispaniam sortitus, cùm hostium audisset miram copiam esse ad belum paratam, ob idque decreuisset Celtiberorum ope vti. potentibus illis ducenta talenta subsidii gratia, atque negantibus aliis conditionem dicentibus, Turpe esse populo Rom. auxilia mercede conducere: vrbane sciéteque Cato, non esse graue, respondebit. nam si vicissent, hostium manubiis se satisfacturum illis: si victi essent, nec eos qui peterent, nec à quibus repeti deberet superstites fore. Brus. l. 2. c. 31.

Aristoteles.

Aristoteles quum iam natus annos feré sexaginta duos, adeò labraret, ut admodum tenuis vitæ spes superesset, conuenerunt ad illum discipuli rogantes, ut ex ipsis aliquem deligeret, qui in locum eius succedeat.

ret. Inter auditores erant duo præcipui, Theophrastus Lesbius, & Menedemus Rhodius. Aristoteles respōdit, se quod petebatur facturum, vbi daretur opportunitas. Paulò post, quum rursus ad eum eadem de causa conuenissent, dixit, vinum quod bibet sibi parum esse commodum, ac quāri iussit exoticum, vel Rhodium, vel Lesbium. Id simulatque curatum est, gustato Rhodio dixit: Firmum hercle vinū, & iucundum. Mox gustato Lesbio: Vtrunque, inquit, egregiè bonum: sed Lesbium suauius est. Id ubi dixit, nulli dubium fuit quin lepidè simul & verecundè successorem sibi ea voce, non vinū delegisset: probavit vtrunque, nec tamen auditoribus eligēdi ius ademit. Laer. lib. 5. c. 1.

Lysander.

Lysander Laced. quum aliquando Dionysius ipsi misisset stolas duas, iubens ut vtram elegisset, eam mitteret filiæ: Ipsa inquit, reūtius eliget. Atque accipit ambas, abiit. In hoc exemplo nihil est imitandum, nec viro Lacedemonio dignum, nec aliud ab hoc duce expectandum ferè, præter malitiosam ingenij vafricię. Plut. in Laco. apop h.

Scipio Emilianus.

Quum Seruius Sulpitius Galba & Aurelius consules in senatu contenderent, ut aduersus Viriatum in Hispaniam mitteretur: ac magna inter P.C. dissensio esset, omnibus quoniam eius sententia inclinare expectantibus: Neutrū, inquit, mihi mitti placet. alter enim nihil habet: alteri autem etiam quod habet, nequam satis est. Äquè malam imperii magistratam iudicans paupertatem, atque insatabilem habendi cupiditatem. Quo dīcto obtinuit, ut neuter in prouinciam mitteretur. Valer. Max. 1.6.c.4.

C. Fabricius.

Cornelius Ruffinus, vir rapax & avarus, cæterum in bello animo in-

gens, manūque promptus, quum bellum immineret in consulatu obtinendo C. Fabricij opera adiutus est, qui ob prauam tamen vitam Ruffine semper infensus fuerat: verū eo tempore ob bellum suspicionem, cùm ignavos desidēsque ipsius competitores videret sententiam mutauerat. Quā obrem Ruffinus miratus, cùm Fabricio impensè gratias egisset, Fabricius dixisse fertur: Noli mirari Ruffine: rapinis enim imminui malo, quām vendi. Quo dicto taxavit Ruffini rapacitatem, & competitorū perniciōsam ignaviam. Ostenditque, satius se ducere, auaro consule, eodemque gnauo homine, & in rebus agendis idoneo rapinis vexari: quām iis ad consulatum cuectis, qui per ignaviam rem prodicuntur essent, vinclum ab hoste venundari. ex duobus enim his malis optimum eligendum erat. Fulg. 1.6.c.2.

*De eloquentia.**Demosthenes.*

Mmodicum eloquentiæ studium Iobiicentibus, ita respondit: Eloquentiæ studium declarare hominem popularem: contrà negligere studium eloquentiæ, esse eorum qui dominari populo quererent: ut qui hoc agerent, non ut persuaderent dicendo, sed ut vi cogerent. Plut. in Demosth.

Idem.

Æschines & Philocrates Athenien- sium legati, cùm Philippi Macedonis eloquentiam plurimū laudasent & commendassent, Demosthenes ait: Si eloquens est Philippus, habet hoc cum multis sophistis commune. Sensit vir prudentissimus, regis virtutes nequam in eloquentia positas esse. Plutarchi. n. vita Demosth.

Æschines.

Quum Rhodi exul recitaret oration-

zionem suam aduersus Demosthemem, Rhodij demitatu sunt, quod talis oratione fuisse damnatus ab Atheniensibus. At desineretis, inquit, admirari, si audissetis quod ad huc respondit Demosthenes, damnationis causam reuiciens in violentiam eloquentiae Demosthenicæ. Philostratus, & Brus.l 4 c 31.

Iphicrates.

Iphicrates in causam obrutus eloquentia patroni, qui Aristophontem defendebat. Aduersariorum, inquit, melior est histrio, sed mea fabula melior. Ut fabula nonnunquam expluditur vitio histrionis, ita saepe melior causa vincitur à peiore, patroni infamia, stultitia. Erasmus libro 5. apoph.

Thucydides.

Thucydides ab Archidamo Lacedemoniorum ege interrogatus, veter esset in palestra superior, ipse an Pericles: Posteaquam, inquit, ego hominem pugnando defeci, ille se negat cecidisse: itaque vincit, & spectatores à sua sententia deiicit. sentiens, se bonis rationibus esse superiorem, sed Periclem eloquentia vincere, & quocunque vellet agere multitudinem. Nam Thucydides vir præpotens, diu in administranda repub. adversatus est Perichi. Eam contentiōnem Archidamus palestram appellavit. Eras.6. apoph.

Messala.

Suprà de Argutè dictis.

M. Antonius.

Marcus Antonius, cui vel primas eloquentiae patrum tribuebat ætas, vir natura præacutus & prudens. Disertos dicebat se vidisse multis, eloquentem omnino neminem. Insidiebat videlicet in eius mente species eloquentiae, quam cernebat animo, sed retamen ipsa non videbat. Cic. in Orat. ad Brutum.

D. Hieronymus.

† Nec rusticus & simplex frater iudeo se sanctu putet, si nihil nouerit:

nec peritus & eloquens, lingua astmet sanctitatem. Multoque melius est, è duobus imperfectis, rusticatem sanctam habere, quam eloquentiam peccatricem. In Epist. ad Nepotianum.

Vide apoph. de Oratoribus & Rhetorica.

De errore & lapsu.

Diogenes.

C Vidam obiicienti, quod aliquan- do falso signasset monetam (nā hanc ob rem iussus est exulare.) Fatoe, inquit, fuisse tempus, quo talis eram, qualis tu nunc es: qualis autem ego nunc sum, tu nunquam futurus es. Notabat eos, qui iuuentutis errores in aliis reprehendunt, quum ipse in senectute quidem corrigant suos. Laert.1.6.

Idem.

Quodam item obiiciente Diogeni, & exilium ob facinus illud ei perpesum exprobrante, respondit Diogene: Tum temporis celerius etiam iuuenis reddebam lotium, nunc non item. Cynica circuitione notauit iuuenilem etatem, quod facilius reddit humorem vesicæ, quum senibus molestia sit dysuria. Laer.1.6.

Anonymous.

Quidā seruo, qui dum putiretur, dicebat, Non volens errauit: Non volens igitur (inquit) poenas dato. Vulgaris quidem, sed frigida excusatio est. Insciens feci. Vigilandum erat, ne quid committeret imprudens. Plut. in Lacon.

Munatius.

Munatius facti pœnitens, quod Fa- bium insimulasset à quo postea esset adiutus: Ad commilitones, Boni(ait) sapientisque viri est, si errauerit, in reliquum tempus, doctorem se sibi adsciscere. Brus.l 5.c.11.

Scipio Afr.

Turpe esse aiebat, in re militari dice-

dicere, Non putaram. Videlicet quia explorato, & excusso confilio, que ferro aguntur, administrari oportere, summa ratione arbitrabatur. Val. Max. li. 7. ca. 2.

De exactionibus & tributis.

Callicratidas.

CVM ad pecunias petendas ad Cyrum iuniorē mitteretur, ad bellum vsum: his regis aulam accessit, & compotationibus eum indulgentem audiuit. Tertiō verò cùm audiisset, & iterum bibere eum, nec se ad colloquium admitti intellexisset, dixisse fuit: Ita curam habēdam pecuniam, ut ne quid tamen committeretur Sparta indignum. Quo dicto docuit, ita ab hominibus exigendam esse pecuniam debitam, ne quid nostrae dignitati & existimationi decedat. Plut. in Lacon.

Dionysius sen.

Exegerat pecunias à Syracusanis, deinde quum videret illos lamentantes, obsecrantes, ac negātes se habere quod darent, indixit alteram exactiō nem, idque iterum ac tertio fecit. At postquam, vbi maiorem summam imperasset, audiret illos in foro ambulantes ridere, & scommata in regem iacere, iussit præfectos ab exigendo quiescere. Iam enim, inquit, nihil habent quandoquidem nos contemnunt. Plut. in apoph.

Tiberius.

Cūm deprehendisset Æmilium Reatum, quem Ægypto præfecerat, nimium à populo exegisse. super ea re iratus, rescripsit: se tonderi veile suas oues, non deglubi. Solent autem principes deglubere oues, cūm grauiores exactiones subditis imponant, quam vlo pacto ferre possint. Dion Nicaeus in Tiberio.

Antoninus Caracalla.

A Iulia matre grauiter obiurga-

tus. quod ingentem illam pecuniam, quam per fas & nefas à subditis vi exegerat, profunderet: gladium euaginatum ostendens, Bono(inquit) animo esto mater: Nobis, quandiu hunc habebimus, nulla vñquam derit pecunia. Dion Nicaeus, & Xiphilinus in eius vita.

Traianus.

† Cum improbat, detestareturque exactiones: Dicebat fiscum esse veluti lienem, quod eo ex crescente, artus reliqui contabescerent. Sextus Aurelius in Juliano.

De exercitatione ingenij.

Diogenes.

Dicebat, vsum atque exercitatio nem quemadmodum in actionibus extraneis, ita & in actionibus virtutis & animi, tum celeritatem quandam, tum facilitatem parere. Laert. lib. 6.

Aristoteles.

Frequenter dicere selebat ad parandam sapientiam tria potissimum necessaria esse: Naturam, doctrinam, & exercitationem. Exercitatio enim nisi natura & doctrina accedat, nil solidæ eruditionis hauries. Laert. li. 5. cap. 1.

Demonax.

Quendam infeliciter declamationem admonuit, vt sese diligenter exerceret: cūmque is respodisset, Nunquam apud me non declamo: Nihil igitur mirum, inquit, si dicis ineptè, qui haec tenus semper stulto auditore solitus sis vti. Eras. lib. 8. apoph.

Cicero.

Cūm M. Crassum pro rostris magno populi applausu laudasset, & eundem postea ex eodem loco acribus conuiciis incesseret: Quid, ait Crassus, an non me nuper ex hoc ipso loco laudasti? Laudaui, inquit, sed exercendi gratia argumentum infame declamans. Solent enim Rhetores

eructare materias & dōξας, velut cūm laudant Busyridem, aut febrim quartanam aut ingratitudinem. Eras. l.4. apophtheg.

De exercitatione corporis.

Socrates.

Dicere solitus est, saltatione motu corporis spatiofa domo opus esse ad exerceendum sese: at qui cātu aut oratione sese exerceat, huic vel stanti, vel accumbenti quemuis colum sufficere. Hoc dicto probabat moderatas exercitationes, præsertim à cibo sumpto turbulentiores improbabat. Eras. lib.3. apoph.

Idem.

Cūm ad vesperam vsque deambulasset strenuē, interrogatus cur id faceret? Respōdit, Quo melius cœnem. Ostendit vir sapientissimus, exercitationem corporis multum prodesse sanitati. Cic. li.5. Tusc. quæst.

Plato.

Solebat admonere, vt neq. corpus sine animo exerceamus, neque animatum sine corpore, vt pariter vtriusq. curam habeamus. Nam alterū athletarum est, alterū inertium. Laert. li.3.

Lycurgus.

E certaminibus ea sola concesserat exercere, in quibus manus non extenderentur in altum. Eius constitutio- nis causam percontanti: Ne quis, inquit, illo: u laborando consuescat de fatigari. Siquidem exercitia ad cōfirmandum corporis robur adhibētur, non ad exhaustendas v̄res. Qui verò subinde delassatur in exercitamētis, quoniam imbecilliores veniūt ad labores necessarios factius deficiūt. Plut.

Anonymus.

Quoniam apud Eteo-demonios in summo pretio erat ius, quod illi nigrum appellat, adeo ut seniores hoc contēti non desiderarent cornes, sed eas iuuenibus cederet. Dionysius Si-

ciliæ tyrannus dicitur huius gratia coquum emissæ Laconicum, tique mandasse, vt sibi hoc ius appareres, nullis parcens impendiis. Quod ubi rex gustasset, ac displicuit, expuit. Tum coquus, Hoc (inquit) ius, ô rex, sumendum est, postquam te Laconū more exacerbis, & in Eurota laueris. Plut. in Lacone.

Vide apoph. de Labore.

De exilio.

Hercules.

* Interrogatus, Argiūs-ne esset, an Thebanus? respondit, Non vnam curo patriam iactare: omnis Græcia mihi patria est. Plut. lib. de exilio.

Democritus.

* Dicebat peregrinationem & exilium vitæ frugalitatem docere: ossa quippe, & thorus herbaceus, famis ac laboris sunt medelæ dulcissimæ. Stob. serm. 38.

Idem.

* Quamlibet terram homini sapienti dicebat esse peruiam: quum fortis animæ mundus vniuersus patria sit. Eod. serm.

Philiscus.

+ Exilium aiebat esse peregrinationem cum ignominia coniunctam: Vnde sequi, vt quando ipsa ignominia per se malum non est, ne exilio quidem mali quippiam accedere posse. Dion Cass. lib. 38.

Idem.

+ Longè præstat (iaebat Ciceroni exili) te nullo flagitio admisso, patria excidisse, quam perpetrato malo aliquo facinore, in ea remansisse: Nam dedecus non in eum, qui in exilium mittitur, sed in eos, qui contra ius eum eliciunt, redundat. Dion Cass. eodem lib. 38.

Demaratus.

Ad eum qui apud regem Persarū parasitum agebat, ac subinde in Demarati exilium dictriis ludebat: Non, inquit,

inquit, amice tecū pugnaturus sum, nam vitæ aciem absumsi. Ludens ex ambiguitate vocis. τάξις enim Græcè tum ordinem sonat, tum aciem. Nullus autem ad pugnam instrutus est, cui nulla superest acies: & ordinē vitæ assumpsit qui ex rege factus est exul. Plut. in Lacon.

Eudamidas.

Cum Alexander in Olympis præconio ius fecisset omnibus exilibus, in suam cuique patriam redeundi, præterquam Thebanis: Infortunatum quidem, inquit Eudamidas, præconium, sed vobis, o Thebani, gloriosum. Solos enim vos metuit Alexander. Ad consolandos Thebanos sic interpretatus est vir animi solerteris. Etenim qui permittit exilibus redditum in suam patriam, non metuit ne moliantur vindictam. A Thebanis igitur solis metuebat. Plutarc. in Lacon. apoph.

Cato.

Cum impetrata esset restitutio Achæorum exulum, Polybius & hoc à senatu petiit, ut restitutis apud suos pristini honores ac magistratus redderentur. Hic Cato rogatus sententiam dixit, Polybius idem facere videtur quod fecit Ulysses, qui Cyclopis speluncam repetere voluit, quo pileum & cingulum, quæ illuc per obliuionem reliquerat, recipet. Significans, abunde multum esse, quod exilibus datus esset in patriam reditus: essetque periculum, ne dum pristinos honores repetunt, etiam à reditu excludantur. Erasm. Rot. libr. 5. apoph.

Theodorus philosophus.

Offensus libertate Theodori, dixit illi, Quoniam istis eras moribus patriæ eiecit. Sanè, inquit, quod me vt Sem. e Bacchum ferre non posset. Sentiens, se maiorem esse, quam vt à malis ferri posset, à quibus tam nō tam suo, quam ipsorum malo pulsus esset. Plutarch. in apoph.

Varro & M. Brutus.

† Aduersus mutationem locorum, detractis certis incommodis, quæ exilio adhærent, & satis hoc remedij putabat Varro doctissimus Romanorum; quod quoque venimus, eadem rerum natura uterum est. M. verò Brutus satis hoc sentiebat, quod licet in exilium eūtibus virtutes suas ferre secum. Seneca ad Albinam.

Seneca.

† Exulabis. Erras cum omnia fecerim, patriam meam transire non possum. omnium una est. Extra hanc nemmo profici sci potest. Exulabis. Non patria mihi interdicitur, sed locus. In qua meumque terram venio, in meā venio. Non eris in patria. Patria est ubiqueunque bene est. Illud autem per quod benè est in homine, nō in loco est. In ipsis, inquam, potestate est, quid sit illud infortunij: Si enim sapiens est, peregrinatur, si stultus, exulat: Idem lib. de rem. fortu.

Stratonicus Musicus.

Seriphagens, hospitem suum per contatus est, ob quam causam illic homines iuberentur vertere solum cùm ille respondisset, frigidos apud Seriphios exilio mulctari: Quin tu quoque, inquit, aliquid flagitijs committis, ut ex his locorum angustiis emigres? Notans regionem esse incommodam, & oppidum frigidum. Eras. lib. 6. apoph ex Plutarch.

*De exilio fortiter ferendo.**Aristides.*

A amico quodam rogatus, quæ ob causam exilium ei ram molestum fuisset respondit, propter ignominiam patriæ, à qua iniuste in exilium missus esset, & ob eam iniustitiam vbique male & ab omnibus audiret. Stob. ex Serino. ser. 37.

Anaxagoras.

Ab Atheniensibus damnatus exi-

lio, & cuidam dicenti, priuatns es Atheniensibus: Imo illi, inquit, me. Sentiens, Atheniensibus magis opus esse Anaxagora, quam contra Laert. lib. 2. cap. 3.

Silpo.

* Quidam noxiūm esse exilium affirmanti, respondisse fertur: Quibus tandem & qualib[us] bonis priuat exilium, animine an corporis, an fortunæ? An iudicādi agēdique dexteritatem aut felicitatem aufert & haud sanne. An fortitudine, iustitia, aut alia quapiam virtute priuat? Ne id quidē. Sed nec villo fraudat corporis bono. An nō & què licet in aliena terra bene valere, viribus pollere, acutū cernere, & audire acutē, interdum verò multò magis, quam si in sua terra quis maneat? fortunæ verò bonis exilium neminem exuit. An non visum est multos, tum domum cū exiles sunt factis, potitos fortunæ bonis spendidioribus? vt Phœnix, Themistocles, &c. Stob. fer. 38.

Diogenes.

Cuidam per conuicium dicenti, Sinopenses te exilio damnarunt: At ego, inquit, illos mansione significans, se quod solum vertere iubetur, nihil infeliciorem esse his qui in patria manerent, nec exilium & quo animo pati possent. Tam enim miserum est manere coactum, quam exulare coactum. Philosophus, cui quævis terra patria est, si iubeatur ire exulatum, vnius tantum ciuitatis exul est. At qui nusquam potest viuere nisi in patria, plurimorum regionum exul est. Hoc ita refert Plutarchus in libello de Exilio: Te Sinoponenses Ponto exulem esse iusserunt: at ego, inquit, illos hanc damno pœna, vt in Ponto extremisque Euxini littoribus inclusi perpetuò maneant. Diogenes murarar patriam, sed melius exulabant potius, qui infelici regioni erant adscripti. Laert. lib. 6.

Idem.

Cuidam illi probro obiciēti, quod exularet à patria: Miser, inquit, istius rei causa philosophatus sum. Siue quod exilium compulisset Diogenem ad philosophandum: siue quod ideò didicisset philosophiam, vt exilium similisque casus & quo animo perpeti posset. Lacrt. 1. 6.

Demetrius Phaleretus.

Cum exularet, ac apud Thebanos inglorius humiliisque viueret, audissetque Cratetem philosophum, qui ipsum inuiseret, multa placide prudenterque de ferendo exilio disputationem: Malè, inquit, fit negotiis & occupationibus, per quas haec tenus talem vitum cognoscere non licuit. Laert. li. 5. cap. 5.

Anaxandridas.

Cuidam exilium acerbè ferenti, respondisse dicitur, Ne horrescas exulare ciuitate. A iustitia enim exulare miserum est. Quo responso sensit eos nequaquam miseros esse, qui præter meritum, vel peculiares quasdam animi dotes, ab imperitis in exilium mittuntur, quibus innocentia semper consolatrix assistit. Plutarch. in Lacon.

Themistocles.

Quum pulsus primum Athenis, & mox tota Græcia, venisset ad Persarum regem, ditissimus ab eo factus est. Porro, magnifica dona, quibus à rege honoratus erat, intuens, dixit: O pueri, perieramus, nisi periissimus. Perire autem videtur, qui cogitur exulare: at Themistocli feliciter cesserat exilium. Plat. in apoph.

Teucri.

Rediens ex Troiana expeditione, quuna ob Aiakis fratris mortem Telamonii patri esset inuisus, atque ab eo exilio multaretur, ad socios conuersus, ait: Patria est, vbi cunque bene est. Cicero. in Tusc. quæst.

Ratiolum.

Consolanti eum cuidam, ac dicenti, instare bella ciuilia, & ob id brevi futu-

futurum vt omnes exules reuerteretur: Quid tibi, inquit, malè feci, vt mihi peiorum redditum quām exitum optares? Malo vt patria exilio meo erubescar, quām redditu mereat. Senec. de benef. l.6.c.37.

De experientia rerum.

Eudamidas.

A Vdito philosopho, qui differuerat, solum sapientem esse bonū belli ducem: Sermo, inquit, mirificus est, at qui eum dicit, fide caret, eo quōd illum nunquam circumsonuit tuba. Probavit sententiam: sed indicauit, neminem cum fide loqui de re quam nullo modo sit expertus. Plut. in Lacon.

Demades.

Rogatus, quo praeceptore esset versus? Tribunali, respondit, Atheniensium. Insinuans, quōd in ipsis negotiis experientia quauis institutione sophistarum melior sit. Stobæus serm. 27.

Antigonus.

Interrogatus, Quem è suz ætatis ducibus præstantissimum iudicaret? respondit, Pyrrhū si senesceret. Non pronuntiavit optimum: sed optimum fore, si rerum experientiam ætas adiungeret. Plut. in vita Pyrrhi.

Tassas.

Interrogatus, Quidnam sapientius esset præ ceteris? Experientia, dixit, Stob. ser. 27.

Columella.

¶ Visus, ait, & experientia dominantur in artibus: neque est illa disciplina, in qua non peccando discatur. Idem in præf. li. 1. de re rust.

Paulus Aemylius.

Quum per loca prærupta irrupisset in Macedoniam, vidissimumque in structam hostium aciem, exhortante Nasica vt protinus inuaderet hostem: Facerem, inquit, si tuz essem ætatis: sed multarum rerum experientia prohibet, ne ex itinere statim cū

instructa acie congregiar. Plutarc. in apoph.

De exprobatione.

L. Volumnius.

A Ppius populo Romano exprobabat, sibi acceptum ferri debere, quōd ex mutuo & elingui facundum haberet consulem: de L. Volumnio collega sentiens. Ibi L. Volumnius: Quām mallem, inquit, tu à mestrenue facere, quām ego abs te scite loqui didicisse. Eras. 6. apoph.

Ser. Galba.

C. Iulium consummatis victoriis in foto ius dicentem, huiusmodi dites ausus est interpellare: C. Iuli Cæsar, pro Cn. Pompeio Magno quondam genero tuo in tertio eius consulatu pecuniam spopodi: quo nomine nunc appellor: quid agā? num dependam? Hac voce palam illi exprobans, quōd Pompeij bona vendidisset, cui fuerat affinitate iunctus. Åquum autem videbatur, vt qui bona generi vendiderat, ea dependeret, quæ nondū orto inter illos bello fuissent contracta. Cæsar hac inuidia cōmotus, æs alienum Pompeij è fisco resolui iussit. Eras. 1. 8. apoph.

Lycinius.

Is Cæsaris libertus solebat patrino, nouum aliquod opus inchoanti, magnas conferre pecunias. Quem morem sequutus Licinius, nouum opus aggressuro centies promisit per libellum: in quo post expressam pecuniæ summam, quæ virgula superducta signabatur, spatium erat vacuū. Hac occasione Cæsar vsus, priori summa quam scriperat libertus, alterum centies adiecit, sua quidem manus patro quod vacabat diligenter expiato, sed affectata literarum similitudine. Itaque duplum accepit pecuniæ, dissimulante liberto. Ceterum ubi Cæsar rursus nouū op' inchoaret, libertus hoc factum illi leuiter obiecit, dato talibello: Conferto ti-

hi domine, ad noui operis impensam, quod videbitur. Non expressit summam modum, ut illi liberum esset scribere quantum vellet, quandoquidem priorem summam duplicasset.

Suetonius.

Turonius.
Augustus delectatus inter cœnam sacerdotum symphoniacis Turonij Flacci mangonis, eosque frumento donarat, quum alios auditos soleret largiter donare nummis. Eosdem quum postea Cæsar inter cœnam requireret, Turonius sic excusauit: Ad molas, inquit, sunt, exprobrans illi frumentarium munus. Et hoc impunè tulit, quod dixerat, non miles, sed mango.

Suetonius.

Valentinianus.

+ Acceperat à fratre suo Valente Ariano literas, quibus auxilium contra Hottios postulabat. Cui ita respondit: Nefas esse homini bellum gerentium Deo opem ferre, cuius temeritas merito coercenda esset. Theodor. li. 4. Hist. Eccl. ca. 28.

Huc referri possunt etiam quadam libere dicta.

DE FAGETE ET iocosè dictis.

Craies.

AMAGISTRATV obiurgatus, quod contra leges & consuetudinem Atheniensium sindone vestiretur, ait: Quid si Theophrastum vobis ostendam sindone amictum? Adduxit igitur eos in tonstrinam, ostenditq. Theophrastū, qui tum fortè tondebatur, linteo amictum, quod Græci à contingendis humeris *μοσχαντι* vocant, submouens faceto responso, omnibus ad usum vti licere. Turpe enim ac inhonestum p̄ esset yti linteis, ne in tonstrina

quidem usus esset. Laer. lib. 6.c.5.

Aristippus.

- Aristippo philosopho cum probro se obiceretur à quodam, quod habere Latem meretricem. Quid tum, ait, si modò non habeor à Laide? Cic. Socrates.

Cuidam dicenti, Antisthenem philosophum matre Threicia natum esse, patre autem non tam barbaro, sed Athenensi: Quid, inquit, an tu putas virum adeò præclarum ex utroque parente Athenensi nasci potuisse? Facetè vir sapientissimus notauit corruptos Atheniensium mores, indicans potius è Thrace Scythave nasci posse virum bonum ac præclarum quam ex Athenensi. & hoc igitur quod habebat virtutis Antisthenes, matri Hybaldi potius ascripendum, quam parenti. Laert. in eius vita. Eraf. l. 3. apoph.

Idem.

Alcibiades Socrati miser at munus præclarum. Id quum Socrates videbatur recusare, Xantippe dissuasit, assuertans donum esse magnificum, & indignum quod respueretur. Tum Socrates Alcibiades, inquit, hæc mitit ambitiō, & nobis nostra est ambitio. Sensiens, interdum esse magnificientius magna contemnere, quam magna largiri. Eraf. lib. apoph.

Anaxarchus.

+ Alexandrum iure ridebat, quod se ipse Deum faceret. Cum autem in morbum incidisset Alexander, & ej medicus sorbitionem fieri iuberet: ridens Anaxarchus: At nostro Deo, inquit, in cochlearis sorbitione spes sita est. Aelia. de var. hist. li. 9.c.37.

Anonymus.

Quum Alcibiaci Atheniensi balneator plurimum administraret aqua, Lacon id videns: Quid hoc rei est, inquit? plus aqua infundit quasi non puer, sed vehementer sordido. Hoc scismaticate notauit Alcibiadis vitam, multa infamia contaminatam. Plut. in Lacon.

Perj.

Pericles.

Subito oborto solis defectu , cùm Pericles Atheniēsis videret alios mul-
tos, sed prēcipuē classis gubernato-
rē, vehementer perturbatos, chlamy-
de sua texit gubernatoris faciem, in-
terrogauitque, Nunquid hoc horren-
dum ostentum existimaret? illo ne-
gante: Quid interest, inquit, igitur, ni-
si quod chlamyde maius est id quod
nunc tenebras inducit? Sensit vir pru-
dens, interuentu lunę nobis abscondi
solem, quemadmodū opposita chla-
myde impeditiebat aliorum aspectum,
nullum autem esse ostentum, quod
natura sit. Erasm. l.5. apoph. Plut. in
Græc.apoph.

Pyrro.

Cùm sororem Philistam vehemē-
ter obiurgasset, malè audiuit eam ob
causam , quòd oblitus esset suę pro-
fessionis (docebat enim omnia esse
indifferentia.) Verū maledicentiū
improbitatē sic elusit , cùm dice-
ret, In muliercula non declarari in-
differentia. Laer.l.9.c.ii.

Diogenes.

Ad puerum Spurium , ex meretri-
ce natum , lapilos iacentem in po-
pulum: Caeu, inquit Diogenes, ne pa-
trem ferias. Erat enim ē scorto na-
tus, atque ob id incerto patre. Laert.
lib.6.cap.2.

Idem.

Cùm furem purpuræ comprehen-
sum vidisset , carmen Homericum in
eū detorsit, ἔλλαβε, inquit, πορφύρης
θάξτος μοῖσα κρατεῖν, id est,

Te mors purpurea apprehendit , vino-
leniāque Parca. Laer.

Idem.

Aliquando stipem poscens , ita ε̄-
πιαρχήν. id est, eum qui stipi erogā-
dē erat præfētus, Homericō carni-
ne compellauit.

Τές αλλαξείρης, διπό οἵ εὐτογεῖς χρή-
χεῖρας, id est,

*Destollia reliqua, teneas sed ab Hecto-
re dexteram.*

Di&i autem huius festiuitas in hoc
est, q̄ pro ἐπαιξίᾳ dixit ἐνδείξει: quo-
rum prius est, da stipem: alterum, ar-
mis spolia : se Hectoris nomine si-
gnans. Spoliat autem, qui munus de-
negat pauperi & egenti. Et solet hoc
hominum genus esse furax. Ibidem.

Idem.

Cùm hominem qui in Olympia
certaminibus subinde pugnare
solitus erat , inuenisset oves pascentem: Quām celeriter, inquit, vit for-
tissime , ab Olympiis, ad Nemea te
contulisti? Allūsit autem quam face-
tissimè ad vocum affinitatem νέμεαι,
quippe certamina à loco dicuntur, ut
Olympia. Nέμαι vero Græcis pasco-
sonat, & νέμαι pascua. Laer.l.6.c.2.

Idem.

Corintho vendendus, interrogan-
te præcone quidnam calleret? respon-
dit, hominibus imperare. Risit præ-
co, & Magnum(dixit)artificem ven-
do, si quis sibi dominum velit emere.
Stob.ser.1.de Prudentia.

Idem.

Videns vetulam quandam nimis
compicē incedere: Si, inquit, ad viuos
properas, falsa es: si ad mortuos, ne
cunctare. Ant. part.2.ser.18.Melisse,
Max.ser.41.

Alexander.

Senem quendam capillos inficien-
tem intuitus, Noli, inquit, capillōs tin-
gere, sed genua hæc incurua potius,
ut facilius & promptius eas. Max.ser.
41.

Agesilaus.

Quidā aspiciens Lacedæmonium
quēdam claudum ad bellum exeun-
tem, cùm ei equum veluti debili ne-
cessarium quereret: Non intelligis,
inquit Agesilaus, in bello opus esse
non qui fugiant, sed qui loco ma-
neant. Plut. in Lacon.

Idem.

Iam senex , persæpe sine calceis &
tunica prodibat in publicum, cum la-
cera veste, idq. matutino tēpore hyc-
mis. Cùm autem quidam eum obiurg-

P. iiiij

garet, quod puerilus ageret, quam
statem deceret, respondit: Iuniores
ciuium, si vestem virilem induam, o-
mnis oculos in me coniicient. Aelia-
nus li.7.de Var. hist.

Idem.

Ex Asia discendes, aiebat se triginta
sagittariorum millibus à rege Asia de-
pelli, tot enim Daricorum aureorum
millibus (Persarum autem hi num-
mi aurei sagittarium habebant in-
sculptum) Athenas ac Thebas depor-
tatis, ac in plebis moderatores distri-
butis. Timeocrates efficerat, ut popu-
lus hostilem animum aduersus mili-
tes susciperet. Plut.in Lacon.

Idem.

Menecrates quidam medicus cum
forte et grotantes aliquot liberasset à
morbis, sibi Iouis nomine inde adscri-
bi passus est. tandem vero epistolam
ad Agesilaum regem scribens, eam
sic exorsus est: Menecrates Iupiter,
Agesilao regi salutem. Verum rex
eum hominis stultitiam esse admirau-
sus hunc in modum rescripsit: Rex
Agesilaus Menecrati sanitatem. Face-
re admonuit hominem, cui mentis
sanitatem planè deesse putabat, qui
homo cum esset, Deorum nomen si-
hi ascriberet. Plut.in Lacon.

Demonax.

Rogatus, an philosophus etiam
placentis vesceretur? Quid, inquit,
num putas apes stultis tantum melli-
ficare? Placentæ melle condieban-
tur, saccari vsu nondum reperto. E-
ras.l.8.apoph.

Idem.

* Quum videret Athenienses hoc
agere, ut Barbarorum exemplo gla-
diatorum spectacula in urbem indu-
cerent, Nolite, inquit, à canes, istam
crudelitatem prius admittere in ci-
uitatem vestram, quam misericor-
diam aram sitis demoliti. Significans
non conuenire, in ea ciuitate in qua
Misericordia pro Dea coleretur, spe-
cari plusquam ferinam crudelita-
tem. Eras.l.8.apoph.

Cleomenes.

Arguis proficiens se priori
conflictus fortunam, in qua victi fu-
erant iterato prælio sarcire velle: De-
miror, inquit, si duarum syllabarum
accessione facti estis meliores quam
eratis prius. Verum huius dicti argu-
tia Latinè reddi non potest. Græcis
enim μέχσθαι pugnare est, αναμάχε-
θαι vero redintegrare pugnam. Plu-
in Lacon.

Anonymous.

Lacon quidam Gymnasiarcha li-
gna ἀνατια ex hibentem, facetissimo
modo incusauit, dicens, quod per eum
ne lachrymas quidem illic effundere
daretur. Fumus quippe mouet la-
chrymas. A capna autem ligna inde-
dicta sunt, quod fumo careant. Eras.
l.8.apoph.

Anonymous.

Lacon quidam quotidie coniuā-
tem quendam, plagiarium ac tyran-
num vocauit per quem ipse tot an-
nis nunquam vidisset mensam suam,
Ioci autem lepos est in faceta fictio-
ne plagiarium appellauit, quod libe-
ralitate sua homines sibi redderet
obnoxios: tyrranium vero, quod per
illū non liceret cuiquam coniuāru-
domi suz viuere. Eras.l.8.apoph.

Idem.

Alius quidam, quum homines de-
fundos in sellis sedentes videret: Ab-
sist, inquit, vt hic sedem vnde senio-
ri assurgere fas non est: ostendit au-
tem facetissimo disterio morte hor-
rorem incutere hominibus, vitam au-
tem omnibus esse dulcissimam. Bru-
son.l.4.c.10.

Idem.

Quidam iratus Agasoni, volebat
cum percutere, quumque is clama-
ret, Atheniensis sum: ad asinum vor-
sus, At tu (inquit) Atheniensis no es,
eique multas plagas inflxit, Plut.de
Cohibenda iracundia.

Anonymous.

Suprà, de Beneficio in indignos
collato.

Phil.

Philopæmen.

Diuertere volebat ad hospitium veteris amici. Quo cognito, iussit hospes apparari quæ necessaria esset alia ab vxore, dum interim ipse obsonia appareret. Inter hæc Philopæmen solus (vt res ipsa ferebat) ad hospitium properat, quem venientem, vt solum, vt deformem, vt qui nihil ornatus haberet eximij arbitrabatur mulier ex administris esse aliquem, qui herum præueniret: cùmque esset de aduentu Philopæmenis mirificè solicita, etiam blandiendo rogauit eum, se vt adiuuaret ad dominum comiter excipiendum. Tum Philopæmen, vt erat perhumanus, cognito mulieris errore, confessim securi accepta, & cuneo, cœpit ligna findere ad coquendam cœnam. hospes interim domum ingressus, cùm animaduerteret Philopæmenem findendis lignis malleo incumbere: Pro Iupiter, inquit, quid hoc Philopæmen? quid agis dux maxime? Ad ea Philopæmen: pro deformitate, inquit, cris, totiū quæ corporis pœnas luo. Voluit ipsem præbere de se hospiti & sibi ipsi risum. Res sanè festiu ac faceto homine digna, quæq; quæ rario, etiam fœrit lepidior. Pontan. ex Plutar.

Stratonicus.

Stratonicus musicus cùm in Pontum nauigans, ad regem Berisadem venisset, diu apud eum moratus, voluit illinc in Græciam adornare fugam. Verùm cùm id rex non videtur passurus: Bene, inquit Stratonicus, cogitas, ô rex, qui statueris hic manere. Quo dicto, facetè suam indicabat fugam, & regis interim consilium probabat, quasi ille de migrando cogitasset, & ipse, non nisi grauius causis commotus, pararet abiitum. Athenæus.

Idem.

Se vehementer admirari aiebat Satyri sophistæ matrem, quæ illum decem menses tulisset, quem nulla ci-

uitas decem dies ferre posset. Erasm. 1.6.apoph.

Idem.

* In sacrificio tibias inflatuò in scito quodam tibicine, Bona omnia me oportet, inquit: libemus iam, atque deos precemur. Athen.1.8.

Idem.

* Cleon citarecedus, cognomine bos, nec rectè pulsabat lyram, & voce plurimùm dissonabat ab eius fidibus: eum cùm audivisset Stratonicus, Asinus (inquit) ad lyrum. adagium clam fuit: nunc autem dicendum, Bos ad lyram. Athen.eod.lib.

Idem.

* Quodam sciscitante, quænam es- sent tutissima nauigia: rotunda, an longa? respondit. quæ in terram subducta sunt. * Rhodi cùm artis specimen exhiberet, applaudente nullo abiit, theatro reliquo, ac dixit, Quandoquidem id vos non præstatis, quod nullius est impédiij, quomodo à vobis sperare munus aliquod viritim possum? * Minnaco calceario demusica pertinacius cum iplo alteranti, animum se non aduertere dixit, properea quod supra pedis malleolum loqueretur. Affine huic dictum est Apellis, ne futor ultra crepidam. Athen. eod.lib.

Idem.

* Ignarum medicum dicebat, & grosques tractaret, uno die ad inferos migrarent efficere. * In agri Milesij opp. do quodam cùm variarum nationum roscellanei homines habitarent, omnia sepulchra peregrinorum esse ac conuenarum intuitus, facesamus hinc, inquit, puer: soli moni videntur hic alienigenæ, ciues autem nulli. * Maroneæ, quæ ciuitas erat luxui ac cōporationib. diffluens, cum quibusdam potans, si per ciuitatem oculis teatris duceretur, quo in loco ciuitatis esset, cognitum se dixit. Opertis deductus oculis, interrogantibus vbinam esset, in cauponā, respondit: tanquam caupona fœ-

ret tota ciuitas. * viatis Sicyone, qui aduersus illum certauerant, in Esculapij delubro trophæum erexit, inscriptionemque hanc addidit, Stratonicus de iis qui citharam male pulsant. Cuidā ipsum laudanti ut non nihil moneris auferret, maioriē se mē dicum esse dixit. * Pellæ ad puteum accedens, an esset potu salubris aqua sciscitatus est: respōdentibus qui hau riebant, illam se bibere: est igitur insalubris, air, quia luctuosi essent incolæ & pallentes. Athen.i.8.vbi alia exiāt eiusdem Stratonicī iocosè dicta, quæ suis locis hoc opere continentur.

Dorian ubicen.

* In Cypro cùm apud Nicocreonem cœnaret, ac populum quodpiam impensisus laudaret, si voles, idem artifex tibi alterum fabricabitur, ait Nicocreon. Tum ille, tibi potius, mihi verò hoc dato. * Tempestatem descriptam à Timotheo quodam cum irriteret, in feruente cacabo illa se vidisse dixit vehementiorem. * In conuiuio claudicantis pedis deformē soleā quā amississet, furi nihil (inquit) grauius imprecabor, quām ut eius pe di calceus meus conueniat. Ath.

Theocritus Chius.

* Defuncta vxore Dioclis helluonis, parato eius causa silicernio, cùm maritus simul & fleret & obsoniis se ingurgitaret, Plorare, inquit, ô miser, desine: nihil helluonatu proficies. * Idem Diocles cùm alienati agri pretium in coemendis obsoniis dissipasset, feruentem pisces mandens, exustum sibi πέρον (hæc vocula & palatum significat, & cœlum) querebatur: tunc, Id tibi reliquum est, inquit Theocritus, mare ut ebibas: sic maxima tria (nempe terram, cœlum & mare) è conspectu sustuleris. Athen.eod.lib.8.

Alexia poeta.

* Eum loculeis quibusdam ob edacitatem arguentibus, ac sciscitan eibus quidnam libentissimè comedet, Spermologos, inquit, tostos. Sper-

mologus & avem significat, & blate ronem ac vaniloquum. Athen.

Stratonicus.

* Aspecto Propide citharœdo Rhodio, proceræ staturæ viro artis indocto, inepti paucique sermonis, interrogatus qualem esse illum existimat, dixit, nullus, magnus, pisces, malus obscurè significas, primum quod esset homo nihili, deinde ampla quidem mole corporis, sed ob infantiam pisces, & præuis moribus. * Idem Mylassam urbem cùm appulisset, delubra multa, homines paucos autem intuitus, in medio foro stans: clamabat, Auditæ tempora. Athen.eod.li.

Anacharsis.

* Accedit in coniuiuū edictis ad risum mouēdum hominibus, solus omnium non risit: post autem adducta simia in risum solutus dixit, natura quidē animal illud esse ridiculū, homines autem arte & studio. Ath.i.14.

Pauson.

* Quum equum volutātem se pingendum conduxisset, pinxit currentem. Stomachante locatore, ridens Pauson, tabulam inverte, dixit. Hic quæ supra sunt infra cernes, & non currere, sed volutari videbitur equus. Plut.li. de Pythiæ oracul.

Publius Syrus.

* Quum puer ad patronum domū esset adducetus, promeruit eum non minus talibus & ingenio quam doctrina. Nam foriè cùm ille seruum suum hydropicum iacentem in area vidisset, increpuissetque, quid in sole faceret? respondit Publius, Aquam calefacit. * Ioculari deinde super cœnam exorta quæstione, Quodnam esset molestū otium: aliud alio opinante, Publius, Podagrici pedes dixit, Ob hæc & alia manumissus & maiore cura eruditus, mimos componere cœpit. L.Cyraldus.

Bias.

* Conseruis demisso vultu mœren tibus, eo quod iam à latronibus capti essent, animaduertens quendam ex asper-

ex aspectu plus satis esseminatum es-
se, accedens inquit, Tu me emito: vi-
ro enim opus habere videris. Ille ca-
uillo pudefactus, in turbam se abdi-
dit. *Pbilo, lib. quod probus liber.*

Diogenes.

* *Dum venundaretur, in præconē
humī iacens iocabatur, ne ad præce-
ptum eius exurgere animum induxit,
sed ei insultans, Quid si piscem, in-
quit, auctionareris? Plut. de tranq.a-
nimi.*

Philippus Macedo.

* *Iudex sedens duorum facinoro-
rum: vnum, inquit, fugiat ex Ma-
cedonia, alter eum insecatetur. Plut.
in apoph.*

Aristippus.

* *Petuit talentū à Dionysio, quūm-
que rex redargundi occasionem na-
tus diceret, nōne tu prædicabas,
Philosophum nō egere? Da, inquit,
& postea de hoc disputabimus. Cūm
accepisset pecuniam: An non, inquit,
recte dixi, philosophum non egere?
Non eget, qui quum opus est, habet
vnde accipiat. Lært. l.2.c.8.*

Diogenes.

* *Hoc adagio scopum attingere,
festiuiter vsus est in puerum saxa in
patibulum iaculante? Euge, inquiēs,
continges tandem aliquando scopū.
Eras. in Adag.*

Idem.

* *Festiuē suā Corintho Athenas
ad denuo Corinthum Atheniis migra-
tionem, contulit regis Persarum, vere
Susis, hyeme Babylone, æstate apud
Medos commorationibus. Plutar. de
virtutis profectu.*

Democrates orator.

* *Ascendens in pulpitum in concio-
ne Atheniensium, dixit, Ego & Athe-
nienses, magnopere inflati, parum
possumus. Plut. in politicis,*

Hadrianus sophista.

suprà, de Auaritia.

Ismenias.

*Canebat in sacrificiis, quūmque
non licaretur, is qui conductus fuerat*

*arreptis tibiis canebat ridiculè: &
hoc canente, litatum est. Incusantib.
autem iis qui aderant. Diuinitus, in-
quit, contingit venustè canere. Die
Ismenias ridens: At me, inquit, ca-
nente Dij voluptrare capti, me mora-
bātur: re verò festinante illos abigere
atripuere hostiam. Plut. lib. 2. Sym-
posiacōn.*

Dionysius.

† *Cūm magni præmii spēm iniecis-
set Citharœdo in spectaculo multitu-
dinem fidibus oblectanti, nihil tamē
inde eluso dedit: quasi gratiā eū audi-
endo retulisset. Quandiu enim tu me
cantu oblectasti, tandiu ego te præ-
mii spe concepta. Plu. lib. de audien-
do & Arist. in Eth.*

Philoxenus.

*Cœnans apud Dionysium, quāna
animaduerteret regi appositura pi-
scem nullum insigni magnitudine,
quum ipsi appositus esset perpusil-
lus, pisciculum auribus admouit. Id
factum admiranti Dionysio, cāusām-
que percontanti, In manibus, inquit,
est Galatea, de qua volebam ex hoc
quādam percontari: Verūm negat
se per etatem quicquam ad hoc sci-
re, sed ait proauum suum istic esse in
tuo disco, qui multa posset commem-
orare, si liceat colloqui. Quo dicto
rex faceram admonitionem intelli-
gens, misit illi suum nullum. Erasm.
Rot. 1.8. apoph.*

Polemon.

*Proconsul quidam torquebat præ-
donem: quūmque dubitaret, quod
supplicij genus esset de illo sumptu-
rus, Polemon fortè superueniens: Iu-
bc, inquit, illum ediscere veterum
scripta. Philost.*

Anonymus.

*Quum legatus nauigaturus in As-
siām, nauem conscendisset, & à quo-
dam interrogaretur, Num metue-
ret, ne naufragio eieetus à piscibus
deuoraretur? Quid, inquit, metuam
à piscibus, qui tot pisces deuorant?
Rot. lib. 8. apoh.*

Fabius Max.

Cum Tarentum Hannibalis præsidio firmatum expugnasset, Scribæ percontanti in direptione vrbis, quid de templorum simulachris statuisse? Relinquamus, inquit, Tarentinis iratos deos. Plut.

P. Licinius Varus.

Africano illi maiori coronam sibi in conuiuio ad caput accommodanti, cum ea saepius rumperetur: Noli mirari, inquit, si non conuenit, caput enim magnum est. Cicer. lib. 2. de Ora ore.

Cicero.

Suprà, de Ebrietate.

Mallius.

Serpilius Geminus cœnans apud Lycium Mallium, qui Romæ pictor insignis habebatur, quum videret filios illius deformes: Haud similiter, inquit, Malli fingis & pingis. & Mallius non mirum, inquit: in tenebris enim fingo, luce pingo. Eras. libro 6. apoph.

Faustus Sylla F.

Cum soror eius eodem tempore doceos moechos haberet, Fulvium Fullonis filium, & Pompeium cognomine Maculam: Miror, inquit, sororem meam habere Maculam, cum Fullonem habeat. Macrobius lib. 2. cap. 2. Satur.

Cicero.

Caninius Rebulus consul in Fabij Maximi demorati locum à C. Iulio Cæsare substitutus, cum per vienni diei spatium fuisset consul: Cicero iocabundus dixisse fertur, Vigilantem sanè babuimus consulem qui in consulatu suo somnum nunquam vidit. Macrobius libro 2. Satural.

Idem.

Præterea cum hunc consulem congratulandis gratia accederent multi ex amicis, idem dixisse fertur: Matremus, maturemus, inquam, ut ad hominem ante finem sui consulatus perveniamus. Plut.

Idem.

*Verrem Romani castratum porcum vocant. Cum autem Cæcilius quidam, Iudæorum superstitioni adhærens, Verri adhæreret, facetè Cicero in eum iocatus dixit, Quid Iudeo cum verre? Plut.

Hannibal.

Quum Minutius Hannibalis insidiis septus in summo esset periculo, ne cum suis copiis periret Fabius Maximus eius collega è monte mouens exercitum, venit illi auxilio, multisque trucidatis hostibus ipsum eripuit. Quo facto, Hannibal Pœnorum dux ad suos dixisse fertur facetissime, Nonne vobis saepenumero prædixi, futurum ut illa montana nobis aliquando tempestatem immitteret? Plut.

Anonymous.

* Thessalus quidam interrogatus, Qui Thessalorum essent placidissimi: Qui bello, inquit, defuncti sunt. Pluteus liber. inst.

M. Lollius.

Videns Galbam eloquentissimum oratorem omni corporis habitu carentem: Pro dolor, inquit, quam male habitat Galba ingenium. Macrobius 1. 2. 6. Satur.

Galba Paratus.

Cum reprehenderetur, quod otiose viueret: Nemo, inquit, cogitur ut sui otii reddat rationem, sed laboris tantum transacti. Facetè innuit, nullos tutius ac quietius viuere posse, quam otio deditos: eo quod facti ratio ab his nulla exigatur. Eras. libro 8. apoph.

Lucullus.

Cn. Pompeius non probabat in Tusculano ædificatam à Lucullo villam, quod ea æstiuæ quidem inhabitioni accommodissima cum esset, hybernæ tamen parum omnino profectum fuisset. Ad quæ iucundissimè magnaque festivitate Lucullus: Num tibi, inquit, Pompei, minus habere cordis videor, quam grues, quam

quām cīcenīz, qui nesciant pro tem-
poribus habitationem mutare? Pon-
tinus.

Cassellius Iuris.

* Mercatori quemadmodum cum
socio nauem dioideret interroganti
respondit, Nauem si diuidis, nec tu
nec socius habebitis. Macrob. libr. 2.
Sat. c. 6.

Idem.

* Vatinius, cām gladiatorium mu-
nus ederet, obstinuerat ut Āediles edi-
cerent ne quis in arenam nisi pomū
missile velleret. Tunc Cassellius consul-
tus, An nux pīœa pomum esset? respo-
dit, Si in vatinum missurus es, po-
mum est. Macrob. ibid.

M. Crassus.

* Cūm testis quidam compellatus
instaret, Dic ergo, Crasse, qualē me-
reris? Talem, inquit, ostendens in ta-
bula pictum infacetissimē Gallum
exerentem linguam. Plin. lib. 35. ca-
pice 4.

Unius.

Cūm audisset Ciceronem glorian-
tem, se humeris reipub. de exilio re-
portatum: Vnde ergo, inquit, tot ti-
bi varices? Macrob. lib. 2. capite 3.
Saturn.

Cicero.

Infrā de Honore momentaneo.

Idem.

Quārenti dein Vatinio, quōd gra-
uatus esset, domum ad se infirman-
tem venire; respondit, Volui in con-
sulatu tuo venire, sed nox me com-
prehendit. Macrob.

Idem.

* Vatinius collo strumoso ad tri-
bunal quippiam petebat à Cicerone
pr̄tore. Quo non concedente, sed
diu consilente: Evidēta, inquit, si
pr̄tor sim non dubitarem: tum con-
uersus, Atqui ego, inquit Cicero, non
habeo tantum collum. Plat. in Cic.

Idem.

* Veconio occurrentis, qui secum
ducebat tres insigniter deformes fi-
nas, submissè ad amicos dixit, Invi-

to Apolline seminavit liberos. Plut.
in apoph.

Idem.

* Quām in ea prouincia quam
Quintus frater rexerat, vidisset cly-
peatam fratris imaginem, ingenti-
bus lineamentis usque ad pectus pi-
ctam (erat autem Quintus ipse sta-
tūræ exiguae) ait, frater meus dimi-
dius est maior quām iotus. Macrob.
lib. 2. Saturn.

Idem.

* Lentulum generum suum, exi-
guæ staturæ hominem oblongo gla-
dio accinctum videns, quis, inquit,
generum meum ad gladium alliga-
uit? Macrob. ibid.

Idem.

Cœnans apud Damasippum & ille
mediocri vino posito diceret; Bibi-
te falernum hoc, annorum quadra-
ginta est: Bene, inquit Cicero, etatem
ferr: iocosè delusoris verba & impo-
sturas taxans. Macrob. lib. 2. cap. 3.
Saturn.

Idem.

Cūm ej testem in iudicio Verris
roganti dixisset Hor̄tensius, Non
intelligo hēc ægnigmata: Atqui de-
bes, inquit, cūm Sphingem domi ha-
beas. Acceperat autem ille à Verre
Sphingem æneam magnæ pecuniz.
Plut. in apoph.

Anonymus.

* Post Mutinensem fugam, que
rentibus quid Antonius ageret, fa-
miliaris eius respondit: Quod canis
in Ēgypto, bibit & fugit. Quoniam
in illis regionibus constat, canes
metu crocodilorum exterritos, cur-
rere & bibere. Macrob. lib. 2. Satur-
nal. cap. 2. Vide Adagium, ut canis à
Nilo.

Mun. Plancus.

Infrā de mortuis non lœdendis.

Anonymus.

Plancus cūm in iudicio quodam
molestem sibi testem destruere vel-
let, interrogat futorem quendam
qui astabat, quónam artificio se cut-

teretur. Qui urbanè respondit, Gallam subigo. Est autem galla sursum instrumentum, quod non infaret in adulterii exprobationem, quamquam obscurè convertit. Nam Plancus in Mænia Gallæ nupta male audiebat. Macrobius lib. 2. cap. 2. Saturn.

Orbilius.

Orbilius Grammaticus insignis, cùm prodiisset in reum testis, interrogatus à Galba monstruoso, quasi eius professionem ignoraret: Quidnam artis exerceret? Respondit facerissimè, In sole gibbos fricare soleo. *Idem* l. 2. c. 6.

L. Cæcilius.

Cum C. Cæsar aliis qui secum pilia lusitabant, centena festertia, illi autem vni quinquaginta dari iussisset: Quid ego, inquit, una tantum manu ludo: & non duabus, ut plus habere possim? *Ibidem*.

Augustus Cæsar.

Cùm inter Virgilium Maronem qui vbique suspirabundus obseruat, & Flaccum Horatium, qui oculorum lippitudine plurimum laborauit, confidisset, rogatus à quidam amicorum, quidnam ageret? Sedeo, inquit, inter suspiria & lachrymas. *Sabellicus.*

Idem.

Videns multos à Cassio Seuero accusatos absoluī, cùm architectus fori Augusti expectationem operis diu traheret: Velle, inquit, Cassius & meum forum accusasset. *Macrobius*, lib. 2. c. 4. *Saturn.*

Idem.

Vestius cùm monumentum patris exarasset, ait Augustus, Hoc est verè monumentum patris colere. *Ibid.*

Idem.

Audiens, inter pueros quos in Syria Herodes rex Iudeorum intra bimatum iussit interfici, filium quoque eius occisum, ait: Melius est Herodis porcum esse, quam filium. Alludebat autem ad legem Iudeorum, quibus

sulla caro prohibita erat. *Macrobius*, eodem loco.

Idem.

Exceptus à quodam cena satis parca, & quasi quotidiana, cùm cena finita valedicens discederet, hoc insuffravuit: non putabam me tibi famiharem. *Ibidem*.

Idem.

Vatinio in prima sua ætate eleganter etiam insultauit. Conuulsus enim ille podagra, volebat tamen videri discussisse vitium, & mille passus ambulare se gloriabatur. *Cui Cæsar:* Nō miror, inquit, dies enim aliquando sunt longiores. *Macrobius* eodem loco. Verūm hoc dictum *Fabius Ciceroni* tribuit.

Idem.

Relata ad Augustum æris alieni magnitudine, quam quidam eques Romanus, dum vixit, excedenter ducentis H.S celauerat, culcitram emi cubicular em in eius auctione sibi iuvisit. Præceptum autem admirantibus, respondit: H. benda est ad somnum culcitra, in qua ille, cùm tantum deberet, dormire potuit. *Macrobius*, l. 2. c. 4. *Saturn.*

Iulia Augusti F.

Cùm in gladiatorum spectaculo iuuenibus quibusdam circumdaretur, reprehēsa ab id à patre Augusto, iocose respondit, Et hic mecum senebant. *Macrobius* libro 2. capite 5. *Saturn.*

Eadem.

Cùm grauem amicum audisset Iulia, suadentem, se melius faduram, si se compoñisser ad exemplar paternæ frugalitatis, ait: Ille obliviscitur Cæsar: m se esse: ego verò memini me Cæsaris esse filiam. *Macrobius*, eodem loco.

Neron.

Audiens Claudiū imperatorem (qui in deorum numerum ab adulatoriis relatus erat) boleto è medio sublatum esse: dixisse festur, hactenus ignorauit, boleum deorum esse cibum,

eibum. Dien Nicæus, & Xiphilinus
in vita Claudij,

Vespasianus.

Cùm paulè ante obitum suum cometam visum audiret, atque animaduertisset quosdam esse qui mortis præsigium interpretarentur: Non mihi, inquit, sed regi Parthorū mortem portendit, ille enim comatus est, ego calvus sum. Xiphilinus.

Idem.

Reprehendenti filio Tito, quòd etiam virinæ vestigia commentus esset, pecuniam ex prima pensione admouit ad nares, sciscitans, Num odo-re offendetur: & illo negante: Atqui, inquit, è lotio est. Suet.

Antoninus Pius.

Antoninus Pius Romanorum imperator, cùm Apollonium, quem Chalcide acciuerat, ad Tiberinā domum, in qua habitabat, vocasset, vt ei M. Antoninum traderet, atque ille dixisset: Non magister ad discipulum debet venire, sed discipulus ad magistrum: risit eum, dicens: Facilius fuit Apollonio philosopho è Chalcide Romam venire, quam è domo sua in Palatium: Capitolinus, & Cuspinianus in consulibus.

M. Antoninus.

Sentiens sibi venenum à medicis in Commodi gratiam clàm propinatum, Tribuno militum signum postulanti, quàm facetissimè respondis se fertur: Abi in orientem, ego enim iam ad occasum commeo. Xiphilinus.

Vibius Crispus.

Is fuit Vitellij luxuriosissimi imperatoris familiaris. cùm autem ob nocturnas comeditiones atque copationes in tam grauem morbum incidisset, vt ad tempus Vitelliano conuiuis interesse nequiret, postquam parumper conualuissebat, ad amicos facie dixisse fertur, se omnino fuisse peritum, si hoc tempore tam grauiter non laborasset. Xiphilinus in Vitellio.

Idem.

* Rogatus, ecquis esset cum Cæsarē in conclave? respondit, Ne musca quidem. Ancipiti ioco Domitianī consuetudinem notans, cui mos erat quotidie sibi secretum horarum capere, nec interim aliud ferè nihil ageret, nisi quòd muscas captas stilo configeret. Eras. in adag.

Hadrianus.

Cionium Commodum, iam adopatum, cùm prætura honorasset, eundemque bis consulē designasset, videns hominem minus sanum esse, sapissime dictasse fertur: Bone Deus, ita quàm caducum parietem in clinauimus! Spartianus, & Cuspinianus in Consulibus.

Iulius Gallus.

Iulius Gallus, Senecæ frater, cùm vidisset Agrippinam atque Neroam Claudii Cæsaris mortem (cuius ipsius authores, tamen dolosi, fuerant) simulatè deflere, Claudiisque laudes decantare, dixisse fertur: Alios necatos in carcere, trahi à sacrificiis in forum magnis quibusdam vincis, & deinde in flauium prolixi: Claudium. verò in cœlum usque unco à suis interfectoribus tractu esse. Xiphilinus in Claudio.

Satellus Quadratus.

* Caluſio Sabino de seruorum multitudine multa pecunia à se coempsa glorianti dixit, Minorī precio totidem scrinia emisses. Idem Sabinum ut luctaretur orabat: cùmque ille diceret, Quomodo luctabor homo æger ac debilis, & vix viuere valens? Noli quæſo, inquit Quadratus, hoc dicere: aspice quos seruos habes robustissimos. Sen. epist. 27.

Spiridion.

+ Ad eos ouile oues prædaturi fu- res noctu venerunt, quos occulta quadam vi illigatos, cùm manè reperisset Spiridion, monuit ut alienis abstinerent, suóque labore vi- etum quererent. Iis nihilominus

arietem donauit, dicens: Vobis illum dono, ne frustra vigilasse videamini. Socrates. Eccl. c. 8. l. 1. hist.

Fridericus imper.

Friderico Romanorum imperatori Amedaeus dux Sabaudiae (quem clerus Basileæ congregatus, Eugenio quarto & summo pontificatu deposito in illius locum sufficerat, Felicemque papam quintum vocauerat) filiam, quæ in domi habebat viduam, iuuenem & forma præstantem, in matrimonium obtulit, similiq; dotis nomine auri nummum ducenta milia, si Eugenio relato, Petri successorem appellaret. Cæsar autem ad suos conuersus: Vendere, inquit, alij pontificalia solent: hic libenter emat, si reperiat venditorem. Æneas Sylvius lib. comment de reb. gest. Alph.

Martianus.

Is Nouatianus episcopus, cum Sabatum Iudæum Christianorum sacris iniuniasset, hominemque nihilominus Iudaicis deliramentis inhærente deprehendisset, quam facete dixisse fertur: Se multo melius fecisse si spinis, quam Sabatio, manum impoñuisse. Nicephorus Callistus, li. 12. Eccl. hist. c. 31.

Basilii magnus.

* Valens Imperator ut eum à constantia & orthodoxæ fidei professione revocaret, misit Demosthenem quandam hominem furibundum & audacem, qui cum blasphemias in Basilium debaccharetur, barbarismo quodam forte lapsus est. Ad quod Basilius risu exclamauit, Vidimus & nos Demosthenem sine literis. Ad eum importunius oblatrancem ita obiungauit, Tu ergo es de pueritariis cogitare, & non diuina dogina a decoquere. Sozom. l. 6. c. 16.

Leontius.

Ise episcopus Antiochenus, cum viuderet Ecclesiam in doctrina disidentem, tangens caput suum iam canum fertur dixisse: Hac nunc soluta, lugum cogetur immensum. Per hoc o-

stendens, quod ipso defuncto, illa discordia populo generaret seditionem. Tripartit. hist. l. 4. c. 35.

Sifnius.

Nouatianorum episcopus, interrogatus à quodam, cur episcopus iam factus, bis in die lauaret? facetè respōdit, Quia ter nō possum. Niceph. Callist. lib. 12. Eccl. hist. c. 12.

Idem.

* Leontiusum asperis verbis excipiens dicebat, Vos Nouatiani templum habere non debetis, cùm pœnitentiam tollatis. Atqui, respondit Sifnius, neminem ita pœnitet ut me. Illo, cuius rei sciscitante: Quod te viserimi, nquit Suidas. Sozom.

Idem.

A quodam percontatus, cur candidam vestem gestaret, quæ episcopum ut aliena minus deceret? Respondit: Tibi ostendendum potius est vbi nam scriptum sit, quod episcopum pulla ueste vti oporteat. Idem Niceph. l. 12. c. 12. Eccl. hist.

Anonyma.

Anus quædam cùm vidisset Iouanum imperatorem forma quidem cōspicuum, sed proceritate atque crassitudine corporis excellentem, atque aliquantulum mente etiam captum dixisse fertur: Odij immortales, quam corpulenta est stultitia. Niceph. Callist. l. 10. c. vlt.

Ephraim Syrus.

Quum aliquando dies multos pro consuetudine sua iejunio transgisset, & minister tempore cibum ei adferret, accidit ut is ollam frangeret. Ephraim verò pudore iuxta & timore correptum illum videns: Bono, inquit, esto animo. Quandoquidem enim obsonium ad nos venire renuit, nos age ad id accedamus: & ad ollæ fragmenta concedens, comedit. Nicephor. Callist. lib. 9. cap. 16. Eccles. hist.

Ludeicus Cræsus Fr. rex.

* In prælio contra Anglorum regem

gem Henricum, ab equite quodam
vrgebatur. Eques apprehenso fræno
equi regij captum esse regem exclamabat. Ludovicus exerto gladio e-
quitem obruncauit, dicens, At ne in
latrunculorum quidem ludo rex sol-
lus capitur. Corrozettus, de dictis &
factis memorab.

Ludovicus XII. Franc. R.

+ Cuidam ob vulnera in facie accep-
ta gloriari, & earum cicatrices ostetanti;
Hę verò ipse inquit, monu-
mento tibi eront in posterum, ne
fugies faciem vñquam auertas. Cor-
rozet. de dict. memorab.

Nicolaus V. Pont. Rom.

Cùm ei renunciatum esset quos-
dam esse Romæ, qui bonos versus
faceret, negauit bonos esse. Cur e-
nīm, inquit, ad me non veniunt, qui
etiam poëtis malis pareo? Moleste-
tulit homo sapiens in vrbe sua es-
se, qui literas scirent, & nescire-
ntur. Hermolaus Barbarus in præfa-
tione Castigationum suarum in Phi-
nium.

Alphonsus.

Venationi admodum deditus cùm
percontaretur Antonium Panormi-
tam, quinam Neapoli nobiles essent
viri venandi studiosi, an item scripto-
res de natura canum aliquid prodi-
dissent? Quum tu, inquit Panormit.
ad latus habeas rex rerum harum
omnium prudentissimum virum, ne
aliunde querites, quippe qui annos
supra quadraginta cum hoc genere
animalium sit ita conuersatus, vt no-
tes quoque ipsas cum canicula cu-
bitauerit: hic tibi & canum naturas
describet, & illorum instituendo-
rum artes tradere potest. Erat autem
is eques Neapolitanus, quem hono-
ris gratia non nominauerit. Cùmq;
his dictis subrisisset: Antonius indi-
cauit, sub canicula nomine uxorem
illius significari, mulierem omnium
clarissimam, pariter & radiosissi-
mam. Pontanus.

Idem.

Dicebat, sibi videri eos maximè in
sanire, qui uxorem fugitiuam perqui-
rerent. Significans, magnæ felicitati-
tis esse ab improba muliere liberari.
Eras.lib.8.apopk.

Idem.

Cùm audisset Senenses, qui à bel-
lo Italico medij extitissent, in natu-
ram partium inclinantes, postea se-
dato bello diuisorum militum præ-
dam esse, dixisse fertur, Senensibus e-
uenisse, quod his solet qui medium
domum incolunt, vt ab inferioribus
fumo, à supernè habitantibus vrina
vexentur. Panormit. libro 4.de reb;
gest. Alphonsi.

Idem.

Cùm à Iacobo Alamato, homine
quidem Christiano, sed Iudeis paré-
tibus nato, diui Ioannis aureum si-
mulachrū venale exhiberetur, quin-
gentorum aureorum pretio coēmen-
dum. Non tu sanè ineptus es, inquit,
& maiorum tuorum longè dissimi-
lis, discipuli & seruuli imaginem
tanti estimás, cùm illi Ioannis ipsius
magistrum & dominum, & regem
Iudeorum triginta non amplius de-
nariis vendiderint? Panor.libr.1.de
reb.gestis Alphonsi.

Idem.

De improbo efflagitatore qui nul-
lum petendi finem faceret: Vereor,
inquit, ne uxorem etiam demuna-
meam peccitus sit. Ibideq.

Idem.

Iacobundus quispiam, vel tenta-
bundus potius, cùm dixisset, ad Al-
phonsum (de somniis autem erat di-
sputatio) nocte præterita somnissee,
dono se ab rege accepisse fasculum
zureis grauidum. Alphonsus face-
rè respondit: An ignoras, nullam esse
Christiano homini fidem somniis
habendam? Pont.

Idem.

Cùm audiret Trispodium iuri-
consultum, qui deformosissimam
habebat uxorem, crescentos aureos



furto amisisse, ad amicos dixisse fetur: Trisponio melius esset, si fures uxorem quam pecuniam abstulissent. Panor. de rebus gestis Alphonsi. libr. 1.

Anonymus.

Coloniæ Agrippinæ pictor quidam insignis, sed prodigus ac piger, & amator vini, quam plures Christi imagines cauponibus pignori dedit, easque hoc pacto perdere quam vendere maluit. Interrogatus autem, cur non potius venderet? Ergo, inquit, me Iudæum quam Christianum esse ma- uultis. *A. S. l. 1.1. comment. de reb. gest. Alphonsi.*

Anonymus.

Alexander, qui ex ducibus Marouïæ erat, egregius bibulus, cum mortem obiulset Viennæ, diemque illi (ut vocant) tricesimum in templo domini Stephani cui præfuerat, canonici multique viri nobiles celebrarèt, sacerdos quidam, qui sitibundus cellam vinariam præposituræ intraberrat, vidisse se inter dolia deambularem asseruit, & ecclesiam reuersus, cum orantes adhuc compresbyteros inuenisset, Quid hic Alexander infelix (inquit) agitis? Ille in suo templo latet agit bibique, vos autem siti arescitis. *A. Syl. l.1.1. comment. de reb. gest. Alphonsi.*

Anonymus.

Quidam cum in tabernam venisset, ibidemque hospitis uxorem cum ancillis plus satis rixantem, in prandio ferre nequirit, hospes conuersus ad hominem, Ecqua, inquit, haec est tua impatentia? duos ego & triginta nunc annos huius clamores & insaniam dies nocteque pertuli, tu vero ne horam quidem eam ferre posse? Quo dicto & hominis impatiens lenuit, & uxorem ab ira in risum commouit. Adrian Barlandus.

Anonymus.

+ Quidam coquus Ducis Mediolanensis ipsum Duxem rogabat, ut se atnum faceret. Stultus petitionis can-

sam cum quereret Princeps: Video eas omnes, respondit, quos extulisti, præsuperba & ambitione, in asinos evasisse: adeò ut asinorum vita & codditio, suavis omnino, perq. iucunda mihi esse videatur. Poggiosi facet.

Ludouicus undecimus Gal. res.

* Audiens indoctum quandam instructissimam habere bibliothecam, dixit, Eum similem esse gibroso, qui molem in dorso portans eam nunquam aspiceret. Corrozertus, dedicit. & fact mem.

Nicolaus Florent.

+ Mediolanensem eq. item plurimis aureorum torquium circa collum spiris incedentem cum intueretur: Ceteri ristulti, inquit, unica vineti catena tenetur. Huius autem tantus est furor, & insania, ut plurimus coerceri possit.

De fama bona.

Socrates.

Rogatus, quo pacto quis posset honestam alsequi famam? Si talis, inquit, esse studeas, qualis haberet velis. Veluti si quis bonus tibi ceteri haberi cupiat, ea præstet oportet, quæ à probatis tibicinibus fieri viderit. Quemadmodum qui medendi est imperitus, non ideo medicus est, quod pro medico ascitus est, & vulgo medicus appellatur: ita non statim princeps est, aut magistratus, qui populi suffragis declaratus sit, nisi sciat artem gubernandi ciuitatis. *Eras. l.3. apo.*

Idem.

* Pulchritudinem famæ dicebat citò macilescere ex inuidia, ecce morbo quodam. *Stob. ser. 38.*

Epictetus.

Interrogatus, quo pacto quis honestam famam alsequi posset? respondit, Si bene vis audire, discito bene loqui: & cum bene loqui didiceris, recte facere conator, & hoc modo bonam famam acquires. *Stob. serm. 3. de Temper.*

Idem.

Idem.

* Si cupis, inquit, bene audire, dice bene dicere. Doctus autem bene loqui, da operam ut recte agas: atque sic perfrueris bona fama. Stob. serm. de virtute.

I S o c r a t e s .

* Plus tibi curæ sit ut honestam famam, quam diuitias ingentes liberis relinquas. Nam haec mortales sunt, illa vero immortalis. Stob. serm. 46.

A g e s i l a u s .

Interrogatus; qua ratione potissimum quis assequi posset, ut apud homines honestam haberet famam? Si loquatur, inquit, quæ sunt optima, & faciat quæ sunt honestissima. Quid dici poterat breuius? ac rursus quid absolutius? Siquidem fucis parta gloria, ut non est vera gloria, ita nec diuina est. Plut. in Lacon apoph.

S c i p i o .

+ Appio Claudio censuram cum ipso petenti, dicentique se posse absque nomenclatoris opera cives nominatim salutare, cum vix ullum ipsum cognosceret, respondit: R. & tu quidem dicas, Claudi: In hoc semper enim elaboravi, non tam ut multos cognoscerem, quam ut nulli esset in cognitus. Plut. in apoph.

De fama & rumore falso.

T h a l e s .

Interrogatus ab amico quodam, quantum veritas absit à mendacio? Quantum, respondit, oculi distant ab auribus. Voluit significare, ea non semper certa esse, quæ communis fama sparguntur in hominum ceterua. Fama quippe (ut Maro ait) mobilitate viger, virisque acquirit eundo quo sit, ut falsa multoties veritati adiungantur. Veriora igitur sunt ea quæ presentibus oculis insuemur, quam quæ ab aliis falso re-

lata audiemus. Erasm. l. 8 apoph.

S t r a t o c l e s .

Quum de parta quadam victoria nuntium accepisset, protinus ad populum retulit: utique supplicatio diis immortalibus decerneretur persuasit. Aliquando post, quum certior nuntius adferretur acceptæ clavis, populo indignante quod delusus esset: Ecquis, inquit, vestrum quicquam damni accepit, quod totum hoc triduum mea opera bilares latique fūisti? Eras. l. 6. apoph. Fulgosis lib. 4. cap. 18. ex Plutarc.

P h o c i o n .

Rumor cum incerto autore obortus esset de morte Alexандri Magni, moxque Rhetores profilarent, horantes Athenienses ut statim bellum susciperent: Phocion expectare iusserit, donec certius aliquid cognosceretur. Nam si, inquit, hodie mortuus est, cras & perendie etiam mortuus erit. Grauiter admōnens, ne incertis rumoribus fiderent, & se temerē in summum periculum præcipitarent; Plut. in apoph.

De fame & siti.

S o c r a t e s .

Dicere solebat, Cibi condimentū esse famem, potionis sitim. Cicero libro 5. Tusc. q̄est.

I d e m .

* Arbitrari se dicebat, idcirco sues homines effectos à Circe, quod famis & siti impatientes, vario cibo & potu nutriuisset: Vlyssen autem partim Mercurij consilio, partim abstinentia sua, hoc periculo se exemisse. Xenoph. libr. 1. de dict. & fact. Socratis.

C r a t e s .

+ Veneris cataplasma Famem appellabat. Clement. Alexand. libr. 2. Strom.

D i o g e n e s .

In foro manibus operans, Utinam

Q u i j

inquit, liceret sic perfricato ventre non esurire. Brus. l.2.c.41.

Anonymus.

Apud Laconas ius, quod nigrum vocabat, cum maximè celebraretur, fuit Dionysius tyrannus, juris ipsius gratia Lacoicum emisse seruum. Et iussisse id sibi preparari, nulla impēse habita ratione, sed quoniam guttas set, indignabundus expuisse dicitur. Tum verò equus, ô rex, inquit, hoc iusti tibi sumendum est, cum te Iaconicè exercueris, in Eurotaque lauris. Brus. lib.2.c.41.ex Cic.l.5. Tusc. quæst.

Antiphanes.

* Dicebat famem omnia dulcia reddere præter seipsum: & paupertatem mortem esse magistrum. Stob. ser.93 vide apoph. de paupertate.

Darius.

In fuga cum aquam turbidam, & eadaueribus inquinatam bibisset, negavit vnguam se bibisse iucundius. Nunquam autem, vel perraro ficiens biberat. Cicer. libro 3. Tuscul. quæst.

Artaxerxes.

Artaxerxes quum in fuga quædam direpto illius commeatu, aridis fiscis & hordeaceo pane vesceretur: Dij boni, inquit, cuiusmodi voluptatis hastenus inexpertus fui? Plutarch. in Reg. & imp. apoph.

Idem.

Artaxerxi iam siti deficienti, Peribarzanes eunuchus, quum aliud non liceret, à rustico quopiam sordidum vtre detulit, putris aquæ cotilas o- & continentem: eam aquam cum sex ebibisset, se nunquam vinum potasse iucundius, nec vllam aquam quamvis purissimam sibi visam suauorem, confessus est. Erasm. libro 5. apoph.

Lysimachus.

Lysimachus superatus à Dromichele in Thracia, quum seipsum totumque exercitum propter sitiū tradidisset, postquam captiuus biberat,

Odij, inquit, quām paruæ voluptatis causa meipsum ex rege seruum esse? ci. Brus. l.7.c.6.ex Plut.

Pto'omeus Lagi F.

Quum peragranti Ægyptum, comitibus nō consequutis, cibarius in cata panis datus esset, negauit vllum cibum vñquā sibi visum suauorem. Aderat enim optimum condimentum, fames. Erasm. l.6.apoph. Cicero li.5.Tuscul. quæst.

Stratonicus.

Ad quietē iturus, assiduè iubebat puerum sibi infondere vinum: Non quod sitiam, inquit, sed ne sitiam. Athenæus.

C. Marius.

Quum castra metatus esset aduersus Teutonas, in loco qui minimum habebat aquæ, militibus dicentibus se sitire, ostendit illis flumen proximè hostium vallum lambens, Illinc, inquit, nobis potus sanguine venialis est. At illis iusserunt, vt se quod vellet duceret, donec liquidū haberet sanguinem, nee totus adhuc præ siti dirigiisset. Plut. in Rom. apoph.

M. Cato.

In oratione quam habuit ad populum tumultuantem de frumento diuidendo, ait, Perdifficile esse, ad parentem auribus venterem verba facere. Venter quippe cibi auditus, præcepta non audit. Plut. in Catone.

Iul. Cæsar.

Dicere solitus est, sibi idem esse consilium aduersus hostē, quod plerisque medicis contra morbos corporum, fame potius, quām ferro superandi. Nam medici non nisi tentatis omnibus, ad sectionem descendunt. Hic mos & hodie manet apud Italos: aduersus omnes morbi genus indicant inediam. Huic simile est, quod dicere solebat Dominus Corbulo, hostem dolabra, id est, sensim esse vincendum. Securis statim incidit, dolabra paulatim idem efficit. Erasm. l.4.apoph.

Alyphon-

Alphonsus.

Videns rusticum quandam humi prostratum vuas comedentem audiē, ad suos conuersus: Vtinam mihi, inquit, isto otio comedere Dij dedif- fent, Panor li. 2. de reb. gest. Al- phonsi.

De familiaritate.

Lacides.

ACersitus ab Attalo rege, respon- dit, imagines eminus esse spe- standas. Innuens, arctam assiduāmq. familiaritatem s̄pē minuere virtu- tis admirationem. Laér. I. 4. c. 8.

Cato Uticensis.

Munatio quārenti, quōd in Cypro Catonem adiens, parum civiliter re- pulsus esset, quum nihil esset negotiū, sed intus cūm Canidio fabularetur: sic se purgauit Cato, vt diceret, Se vereri, ne iuxta Theophrasti senten- tiā, nimia amicitia causam aliquan- do daret odio. Eraf. I. 5. apoph.

De fastu.

Diogenes.

* **F**astus (inquit) tanquam pastor quoquo libet vulgus hominum ducit. Stob. ser. 22.

Anisthenes.

Inuisens Platonem aduersa vale- tudine laborantem, ac vīla pelui in quam vomuerat: Bilem, inquit, Pla- tonis video, fastum non video. Sole bat enim quemadmodum Diogenes, Platonis arrogantiam notare. Itaque quum in pompa quadā equestri, qui dam equus crebro hinnitu ferociā- que spiritus excelsos testaretur, eōq; vehemēter à Platone laudaretur, ver sus ad Platonem: Videris, inquit, & tu bonus equus futurus. Laér. I. 6. c. 1.

Plato.

* Dicebat, sicut aerem ex vtribus quippiā infusuri exigunt: sic exhauiendam ex animis iuuenium falsam spinionem & fastum: secus enim fa-

stu turgentes, nihil boni aut solidi mittunt. Stob.

Idem.

† Cūm videret quandam erga pa- trem suum fastuosius agere, Non des- sines, inquit, adolescens, illum cōtem- nere, cuius gratia altum sapere vis? Stob. serm. 79.

Demetrius Phalereus.

Hominum fastuorum sublimi- tatem dicebat amputādam, & relin- quendam sobrietatem. Talia enim ingenia non sunt desperanda, sed quod redundat, recidendum est. La- erius I. 5. c. 5.

Vide apoph. de Arrogantia, & Su- perbia.

De fato.

Thales.

I nterrogatus, quid in tota rerum natura esset robustissimum? respō- dit, Fatum, cūcta enim superat. Laér. lib. I. cap. 1.

Solon.

* Dicebat, fatum mortalibus ad- ducere mala simul & bona. Stob. ser. 9. Sacra autem philosophia afferit, mala ex peccato, bona ex Dei gratia oriri.

T. Vespasianus.

Quum à duobus clarissimi ordi- nis esset in ipsum coniuratum, ac faci- nus è processisset, ut iam inficiari non possent, deduxit illos in spe- ctaculum, atque inter illos medius con- sedit, ac petitis de industria mirmil- lorum gladiis, velut exploraturus a- ciem, vnum vni, & alterum alteri cō- misit, tanquam prouocans ad id quod moliebantur. Illis autem perculsis, & animi p̄äsentiam admirantibus, Vi- detisne, inquit, principatum fato da- ri, frustaque tentari facinus potundi- spē, vel amittendi metu? Eraf. lib. 8. apoph.

Ascleptario.

Ascleptario mathematicus à Domi- tiano imperatore interrogatus, quis

Q. iii

exitus vita ipsum expectaret? summa-
pit, fore ut breui laceraretur a canib.
Domitianus igitur è vestigio inter-
fici illum iniperat, atque accuratissi-
mè tepliter, ad artis derisionem. Sed
serpentina tempestate deiecto fune-
re, semiustum cadaueret canes discer-
perunt. Brus.l.2.c 38.

Zen.

† Cùm seruum in furto deprehen-
sum cæderet, siq; inter verbera iden-
tidem clamaret, in fatis fuisse, vt
furaretur, subintulit, in fatis etiam
fuisse, vt cæderetis. Laert.lib 9.

Cosmus Flor. dux.

Alphonso Aragonum regi malè
pacatus vir, alioqui magnus & illu-
stris, cùm Alphonso dono mitteret
Titi Liuij librios vt que præclaros,
reclamatum est à medicis, qui ade-
rant, ne per immortales deos librum
attrectaret, ab hoste missum, veneni
suspectum. Rex prima facie visus est
medicis assentiri, illis animo illudens.
Nam cùm Liuius in medio constitu-
tus esset, illum manibus accepit, legit
& evoluit. Subinde médicos, qui con-
tinuè aduersarentur, rogitans, vt de-
sinerent ineptire. Regum quidem a-
nimas non priuatorum libidini sub-
iectas esse, sed sub Dei cura & tute-
la, sacras lætasque agere, inquiens.
Panor.l.6.de reb.gest. Alphonsi.

De fauore.

Orontes.

A Rtaxerxis regis gener, quum ab
Airato rege reieetus, & condem-
natus esset: Quemadmodum, inquit,
supputatorum digitii nunc infinitum
numerum, nunc vnum tantum pos-
sunt ponere: sic regum amici nunc
quiduis possent, nunc quam min-
imum. Olim digitis subducebatur ra-
tio, quemadmodum nunc calculus.
Plut.in apoph.Regom.

S. Ieron.

Suprà titulo de Amicitia regum
& principum.

Iul. Cæsar.

Postquam Publius Mimus in sce-
na superasset omnes, & in his Laber-
ium, ita pronuntiavit: Fauente tibi
Cæsare viðeus es Laberi à syro. Pu-
blius enim conditione seruus, natio-
ne Syrus erat. Longè à tergo relin-
quitur, qui fauente iudice superatur.
Eras.l.apoph.

De fauore, arte & largitio- nibus captato,

Dionysius iunior.

S E multos quidem alere liberaliū
Sartiū doctores dicebat, non quòd
illos admiraretur, sed quia per illos
ipse aliis admirationi esse vellet. Scie-
bat, populū de illis, tanquam de viris
ornatissimis, magnifice sentire, &
hac persuasione callidè abutebatur,
ad conciliandum sibi multitudo nis
fauorem. Simili arte hodie fortassis
principes quidā alunt in palatiis suis
viros eruditionis & sanctitatis opini-
onie venerabiles, vt populus arbitre-
tur horum consiliis geri pleraque. E-
ras.l.5.apoph.ex reg. & imp.apoph.

Darius.

Suprà de Clementia, & infrà de re-
gno virtute stabiliendo.

Philippus.

A lexander Magnus cùm fauorem
suorum cipium sibi conciliare cupe-
ret, largitionibus eos corruptit. Ve-
rū cùm hac fama ad Philippum
parentē delata esset, filiū illīco acce-
rit, & grauiter his verbis obiurgavit:
Quæ te malū, ô fili, ratio in ista
spem induxit, vt eos pures tibi faue-
re, quos pecunia tibi deuinxisti? Plut.
in apoph.

Glaucia egr Libo.

Celebratur Glauciae dictum in
Metellum. Villam habes in Tibur-
te, cortem in palatio. At cors villa
solet esse contigua. Notauit autem
illum, quòd multos sibi cibō largi-
tionibusque deuinçiret. Idem aliis
verbis

Antisthenes.

Interrogatus, quid esset dies festus? Galæ irricamentum, & luxuriae occasionem esse dixit. Stob. & Max. serm. 27. Antonius in Melissa, part. 1. serm. 39.

De fide seruanda.

Anaxarchus.

CVM à Nicocreonte grauius torqueretur, ut consciens proderet, post multa in tyrannum conuictia, linguam sibi ipsi dentibus abscedit, commanducatam in tyranni faciem expuit, his prius verbis emissis: Non erit hæc corporis pars tuae ditionis. Voluit vir constantissimus, potius sibi ipsi amputare linguam, & perire penitus, quam non seruare silentij fidem. Laer. I. 9. ca. 10.

Zeno Eleates.

Accusatus quod in perniciē Nearchi tyranni coniurasset, ductus ad tormenta ut coniuratos proderet, indicauit eos qui tyranno omnium amicissimi erant, neglectis consciis: qui postquam pœnas dedit, interrogatus à tyranno, num quis præterea occidens superesset? Tu solus, inquit, Reipub. perniciē superes. quibus dictis, dentibus linguam abscidit, & in tyranni faciem expuit. Maluit enim mori quam indicare eos qui occiso tyranno saluam cuperent esse rempublicam. Laer. II. 9. c. 5.

Eurycratidas.

Percontanti cur Ephori per singulos dies de conuentis & contractibus ius dicerent? Ut inter hostes etiam, inquit, mutuam fidem inueniamus. Maiore Reipublicæ discrimine patra violantur in bellis: sed illic quoque violentur ab his, qui domi consueverint fallere. Plut. in Laconicis apoph.

verbis Libo obiecit Galba. In corte aluntur animalia domestica. Eras. li. 6. apoph.

Antigonus II.

+ Iuueni, q[uo]d parentem virum fortē habuerit, cūm esset ipse ignavus, stipendium poscenti, quod patri Antigonus pendere solebat: Ego verō, inquit, adoleſcens propriæ virtutis, non paternā mercedem ac præmia tribuo. Plutar. in apoph.

Anonymus.

Quidam dixit, eum qui primus populo Romano dedit epulum & congiarium, exiū causam illi fuisse. Unde Cæsar Augustus cogitauit aliquādo de tollēdis cuiusmodi largitionibus. Insincerus fauor est, qui donis emitur: quæ si minuas, ingens murmur: si tollas, seditio grauius oritur. Eras. I. 6. apoph.

Consule apoph. de Benignitate, & Benevolentia, Humanitate, &c.

De feriis & diebus festis.

Diogenes.

LACEDAMONE peregrinum quendam cōspiciens sele studioſe ad festum diem componentem: Quid facis, inquit? An non quilibet dies virō bono festus est? Sensit, hunc mūdum esse phanum Deo dignum, in quo constitutus homo semper honestè, vclut in conspectu numinis omnia cernet, versari deberet. Detorsit hoc præverbiū quo dicitur, Pigris semper est. festum. Laert. I. 6.

Idem.

+ Virum probum existimare debere dicebat, dies omnes vitæ sibi festos esse. Plut. de animi voluptate.

Plato.

+ Dij, inquit, genus hominum laboribus naturā pressum miserati, remissions laborum ipsis statueront, solemnia videlicet festa vicissim in ipsorum Deorum honorem instituta præbentes. Li. 2. de Leg.

Alexander.

Quidam cùm rupem teneret inexpugnabilem, vt putabatur, semet Alexandro dedidit: at Alexáder non solum eius ditionis principem esse iussit, verùm etiam addidit, dicens: Hic homo mihi videtur sapere, qui se maluit bono viro, quām lero munito concredere. Et sic fidem hosti sanctissimè seruare voluit. Plutarch. 6.apoph.

Hanno & Ro.Cos.

Amissa nauium classe prope Siciliam insulam omnū fertilissimam, Carthaginenses de pace cum Rōmanis ineunda consultabant. Hamilcar cùm negaret se iturum esse ad consules Romanos, timens nē idem accideret ipsi à populo Romano, quod Pœni feceran: Cornelio Afinæ consuli Rōmano (qui contra ius gentium catenis vinclitus est) Hanno fidem Rōmanorum considerans, profectus est in urbem vt pacem impetraret, qui dum liberius legationis suæ rationes exposuisset, à tribuno audiuit: illi posse accidere, quod accidisset Cornelio consuli. Verùm cùm vterque consul tribunum compescuisset, responderunt: isto metu Hanno te fides nostræ civitatis liberat. Eras.lib. 6.apoph.

Fabricius.

Pugnaturus contra Pyrrhium regem à medico regis epistolam accepit, qua promittebat se regem veneno necaturū esse, si iuberet. Verùm eam epistolam misit Fabricius ad hostem crudelissimum, & admonuit vt sibi caueret ab insidiis potius amicorum quām hostium. Quis non admittetur Fabricij erga hostem immanissimum fidem, quem amicè monuit vt tutè periculum evitaret? Secus faciunt hodie duces, qui clām insidiās hostibus struunt, contra justitiam, fidem, & omnem æquitatem, vt victores etiam ex coempta victoria domum gloriabundi redeant. Valerius Maxim.

Cicero.

Dicente illi Metello, plures testimonijs peremisti, quām patrōnij seruasti: Nempe, inquit Cicero, plus est mihi fidei quām eloquentiæ. Plut.

Pompej Centario.

Captus à Pompej socero Scipione, cùm isto modo ei salus darerut, si se futūrum Cn. Pompej militem affirmasset, ita respondit: Tibi quidem Scipio gratias ago, sed mihi iniusta conditione vita non est opus. Maluit autem Pontius mori, quām fidem Cæsari datam frangere. Bruson. lib.2.ca. 35.

Alphonsus.

Sæpenumero dicere solitus est: Tantum valere ad fidē debere principum verbum simplex, quantū priuatorū hominum iustificandum. Turpissimum enim est fidem fallere, in regib⁹ vērō longè turpis. Pan.li. 5. de Alphonsi reb. gest.

Theodosius R.

† Auticum percharum habebat, quamvis rectæ fiduci cultorem. Sed cùm is, suo vt Rēgi Atriano gratificaretur, ab Orthodoxis ad Arrianos defecit; Quò cognito, Rex eum capite plect: iusit, dicens, euto qui Deo datam fidem non seruasset, non facile sibi fidelem fore. Cedrenus in Anastasio.

Sigismundus Imp.

† Exiginti promissa veterano militi cum diceret, At immoderata fuit petītio tua, respondit milès, Poteras negare cùm peterem. Nunc sine turpitudine fidem rescindere non potes. Tum Imp. si è duobus alterum ferre oportet, facilius rerum, quām fidei, famæque iacturam subibo. A.n. Syl.li.3 Com.in Panor.

Emmanuel R. Portugal.

† Autores seditionis Castellaniorum in suum regem excitat: quod rebus suis dissiderent, per legatos ab Emmanuel auxilium expetebant, Castellæ regnum offerentes. Eos admonuit

monuit ut discerent fidem erga reges conferuare, & modum cupiditati statuere. Quod verò ad oblatum regnum attinebat, dixit se nunquam ullum imperij additamentum fide & officio antiquius habiturum. Oforius l. 12. de reb. eiusdem.

De fiducia sui.

Themistocles.

Cum Eurybiades baculum sustulisset in Themistoclem obstrepatem: Percute, inquit, sed tamen audi. Præsens animus, & suo fidens consilio. Plut. in Græc. apoph.

Bion Barrythenes.

+ Nauigans cum perditis hominibus, in latrones incidit, percussisque metu dicentibus. Peribimus, si agnoscatur: At ego, inquit, nisi agnoscatur. Laert. l. 4. c. 7.

Epaminondas.

Postquam Alexandrum Pheræorum tyrannum Thebanis infensum, Athenienses sibi fecissent amicum ac socium. isque polliceretur illis, se perfectum ut minam carnium emerent semiobolo: videlicet significans se immensum numerum pecudum ac iumentorum adductorum è præda: Epaminondas, At nos, inquit, Atheniæ sibus ad coquendas istas carnes ligna gratis suppeditabimus. Nâ sylvas ipsorum succidemus, si se plus satis admisceat nostris negotiis. Plu. in apoph.

Xerxes.

Cum importarentur ad eum Atticæ cariaz venales, negavit se illas esurum, donec regione potitus esset, quæ illas ferret. Tam ingens erat excelsi pectoris fiducia. Plutarch. in apoph.

Fabricius.

Pyrrho hortanti ut apud se age ret, imperij socius futurus: Ne tibi quidem istuc expedierit, inquit. Nam Epirotæ nostrum utrumque perno-

rint, mihi regi quam tibi parere malent. Plut. in apoph.

Scipio Maior.

Cum obsideret oppidum humili loco situm, prominentे illinc Veneris templo, iussit illuc profiteri vadimonia, tanquam tertio post die ius ibi redditurus. Et quod se factum prædictum fecit urbe capta, tanta erat fiducia victoria Plut. in apoph.

Sylla.

Cum ad sociale bellū magnis cum copiis missus esset circa Limernam, è vasto terræ hiatu magnus ignis emicuit, cuius flamma ad cœlum perueniens constitit. Id vates interpretati sunt, quod vir bonus, aspectu eximius & admirandus principatū adeptus, præsentibus turbis ciuitatem liberaturus esset. Hoc audito Sylla, Ille, inquit, ego sum. Nam illi erat peculiare, comam habere auream, cognitisque concolorē: nec se ait suæ virtutis pudere, qui res tam multas, tamque præclaras gestisset. Plutarc. in Sylla.

Idem.

Cum Athenienses ad eum duos trésve misissent de pace acturos, atque illi nihil adferrent quod ad incolumitatem ciuitatis faceret, sed Theseum, Eumolpum, & res aduersus Medos gestas verbis inanibus iactarent: Abite, inquit, ô beati, ista sq. orationes vobiscum referte, non enim discendi cupidus huc missus sum à populo Romano, sed ut rebelles subuertam. Plut. in Sylla.

M. Crassus, & Parth. legati.

Cum Parthi denuntiassem Crasso per legatos, ut suæ arati consulentes, à bello abstineret, iam sexagenarius, respondit: in Seleucia istis mandatis responsum dabimus. Hic Agidis legatorum unus, sublata manu medium palmam ostendens: Prius, inquit, in hac manu nascentur letæ, quam tibi Seleuciam conspicendi sit futura potestas. Plutarchus in Crasso.

In. Cesar.

Cum Romæ maximi pontificis dignitatem ambiret, co-petitore Qu. Catulo, primæ apud Romanos dignitatis ac potentiaz viro, matri ipsum ad fores deducenti: Hodie, inquit, ò mater, aut pontificem maximem habebis filium, aut exultem. Excelsa indoles, omnisque repulsa impatiens. Plutarchus in Roman. apoph.

Pompeius.

Qibusdam se videre negantibus quomodo posset Cæsar in petum sustinere, hinc vultu vetuit illos hoc de re esse sollicitos. Nam simulæ, inquit, solum Italiz pede pulsavero, exilient affatim equestres pedestresque copia. Præfens quidem animus, si fortuna respondisset. Plutarch.

Anonymous.

Maximus quum nimium fidebet corporis viribus, quidam in theatro ipso præsente Græcos versus recitauit, quorum haec est sententia:

Elephas grandis est, & occiditur.

Leo fortis est, & occiditur.

Tigris fortis est, & occiditur.

Cave multos, si singulos non timeres.

Qui ab uno non potest occidi, à multis occiditur, Capitolinus.

Anonymous.

† Quidam incola Heremi ærate valde prouectus, ad alium sen. inveniens dicebat, se huic seculo mortuū. Cui ille: Ne confidas in te, inquit, donec egrediaris è corpore. Nam & si te mortuum existimes, diabolus tamen nondum est mortuus, cuius innumerabiles sunt artes malæ. In vitis Patrum.

De fiducia artis.

Antigonus.

Cum scitè cancas populo minus probaretur: Mishi, inquit, cano & Musis admonens, profus esse contempnendum imperitæ multitu-

dinis iudicium, quum artis abundare magnum præmium sit ipsa conscientia. Eras. l.6.apoph.

Anacharsis.

Cum ex patria Athenas ideo profectus esset; vt apud Solonem philosophiæ studiis animunt excoletet: reversus in patriam, leges Scytharum iuxta consuetudines Græcorum formare voluit, ob quam causam à fratre in Venatione occisus est Verum cum iam moreretur, in hæc verba prorupit: Ego ob eruditioem ineam incolmis e Græcia dimissus sum, & nunc per inuidiam, in propria mea patria trucidor miser. Laert.libro 1. cap 9.

Euripides.

Quum populus Atheniensis tumultuaretur, offensus sententia quādam in illius tragœdia, quæ tum agebatur, & a thore efflagitaret ut eam mutaret, progressus in scenâ dixit, Se vt populum doceret, non vt ab eo disceret, fabulas tollere cōponere. Eruditio sibi conscientia cōtempnit multitudinis iudicium. Eras.lib.6.apoph.

Idem.

Apud Alcestidem tragœdiarum scriptorem aliquando questus est, quod summò tituli labore adnixus, non potuisset nisi tres versus absoluere. Contrà Alcestidi glorianti, quod ipse perfaciè centum absoluisset uno die: At tui, inquit, ad triduum modo, mei in omne quum duraturi sunt. Eras.l.6.apoph.

Collige quedam hue spectantia, de Eruditio fructu.

De fiducia & abusu Potestatis.

Dionysius.

Cum obiurgaret filium, quod ciuis cuiusdam syracusani uxorem stuprasset, cum hoc tam indignum facinus à paréte suo nunquam vel vidisset, vel audiisset etiam ab aliis:

allis, respondit filius: Verum est pater, hoc abste nunquam andui: sed id accidit, quod nunquam patrem regem habuisti. Ad quem pater Nec tu quidem mi fili, nisi haec facere desinas, nonquam habebis filium regem. Quod mox contigit. Nam cum Dionysio seniori filius successisset, haud multo post ob indigna facinora Syracuseus pulsus est. Fulgosius libro 7. cap. 2.

Antoninus Imp.

Cum pecuniam multam partim à plebe, partim etiam à senatoribus minus atque vi extortam profudisset obiurgatus à matre, quæ aliquam pecunia partem in alium usum conferre conabatur: Desine, inquit, sollicita esse de pecunia, & ostendens gladium nudatum: Quandiu hunc habebimus, nihil deerit nobis. Fretus enim sua potentia, nihil in toto imperio esse sibi ipsi persuadebat, quod armata manu rapere non posset. Dion Nicæus, & Xiphilinus in Antonino.

Idem.

Idem quum propter nefaria quædam facinora se à senatu contemni animaduerteret: Certo, inquit, scio vos rebus à me gestis minimè contentos fore: propterea in armis sum, habeo que apud me milites, ut possim rumores, qui sparguntur de me, contemnere. Dion, & Xiphilinus.

De senectutis fiducia, vide apoph. h. de Senectute.

De fiducia meritorum.*Socrates.*

Quum iudices inter se discreparent, qua pena dignus esset Socrates: Ego, inquit, ob ea qua feci dignum me censeo, qui ex publico aclar in Prytaneo. Nam hoc honoris habere solebant, qui præclarè de Republica fuissent meriti. Cicero lib. 1. de Oratore,

Epaminondas.

Quum Lacedemone reuersus, cum suis commilitonibus capitibus postularetur, eò quod præter legem Boeoticæ prefecturæ menses quatuor addidisset, iussit ut duces in ipsum reiicerent crimen, tanquam vi compulsi. Ipse autem pro se dixit, non habere se sermones factis meliores. Sentiens, ipsas res gestas reo patrocinari debere. Quod si, inquit, omnino aliquid dicendum est apud iudices, pero ut cum me occiderint, columnæ damnationis titulum ascribant, quo Græci videant, quod Epaminondas Thebanos nolentes coegerit, Laconicam, quæ per quingentos annos capi non poterat ac Messenam incoluerat, anni 230. igni ferroque populari: tum Arcades inter se conciliare r̄isque illorum componere: denique Græcos libertati restituere: Hæc enim omnia sub ipso gesta erant. His auditis, discesserunt iudices, & calculos de illo ferre non potuerunt. Plutarch. in apoph.

M. Æmilius Scaurus.

† Cum pro rostris accusaretur, quod à Rege Mithriditate ad Rempubl. prodendam pecuniam accepisset, causam suam ita egit: Est quidem iniquum, Quirites, cum inter alios vixerim, apud alios me rationem vim reddere. Sed tamen audabo vos, quorum maior pars honoribus, & actis meis interesse non potuit, interrogare: Varius Sucronensis Æmilius Scaurus regia mercede corruptum imperium populi Rom. prodidisse ait: Æmilius Scaurus huic se affinem esse culpæ negat: Vtri creditis? Cuius dicti admiratione populus commotus, Varium ab illa dementissima actione, pertinaci clamore depulit. Val. Max. I. 3. c. 7.

Scipio maior.

Scipioni Senatus decreuerat, ut pecunias sumeret ex ærario, at quum quæstores ærarij negarent se eo die

aperturos, ipse (inquit Scipio) aperte-
riam, quando mea causa clauditur,
qui tanta pecuniarum vi repueuerim
erarium. Vacua non clauduntur, ideo
Scipio per iocum dicebat, sibi hoc
laboris suscipiendum, ut aperiret,
qui fuisset in causa ut tam diligenter
clauderetur, ut questores dici spa-
tium quererent ad recludendum.
Exemplum ingentis fiduciae meritis
questae. Plut. in apoph.

Idem.

Quum à Petilio & Quinto tribu-
no pleb. multis nominibus accusa-
retur apud populum Romanum, ni-
hil ad crimina respondit. tantum
hoc dixit: Hac die Quirites Hanni-
balem & Carthaginem deuici, pro-
inde ascendo in Capitolium Ioui
opt. maxim. sacrificaturos. Si quis
de me suffragium ferre velit, ferat.
Hac loquutus, ascendebat ad Capito-
lium, relictis accusatoribus, non-
dum perorata causa. Tantum val-
let egregiorum in rem publicam me-
ritorum fiducia, ut repente iudicij
vigor versus sit in orationem, &
reus pro supplice egerit triumphan-
tem. Plut. in apoph. & Plin. iunior de
Viris illustribus.

De filiis, siue liberis.

Agesilaus.

Cum miro esset affectu erga libe-
rios suos, dicitur aliquando arun-
dine pro equo conscientia, vna cum
pueris lusisse domi. Id ex amicis il-
lius quodam vidente, rogauit, ne cui
hoc quod viderat diceret, prius-
quam ipse quoque liberorum parens
faetus esset. Festivè subindicans,
eum lolum nequaquam leuitatis,
sed amoris fuisse. Plutarc. in Lacon.
apoph.

Creslus.

Quum Cambyses se cum patre
Cyro conserret, amicis illum patre
præstantiorem affirmantibus: Cœ-

sus respondit, illum nondum patri
æquandum, qui nondum reliquis-
set filium. Sentiens, & hoc esse non
insimum erga rem publicam meri-
tum, si non solum ipse te præstiteris
egregium virum, sed aliquem tui si-
milem gignas, educésque patriæ, E-
rasm. lib. 6. apoph.

Themistocles.

Filium suum quem mater adama-
bat, atque in deliciis habebat, pluri-
num omnium Græcorum posse col-
ligebat in hunc modum: Athenienses,
aiebat, dominatur Græcis, ego Athe-
niensis, mihi mater, mari flius.
Plut. in apoph.

Augustus.

Cum audisset inter pueros, quos in
Syria Rex Iudeorum Herodes intra-
bimatum iussit interfici, filium quo-
que eius occisum, ait: Melius est He-
rodis porcum esse quam filium: Eò vi-
delice quod Iudei carnibus suillis
abstinerent. Macrob. li. 2. Satur. c. 4.

Cæsar.

Quum Romæ videret peregrinos
quosdam locupletes, canum ac simi-
larum catulos in gremio circum-
ferentes, eosque habere in deliciis,
percontatus est. Num apud illos fœ-
minæ parerent liberos. Sentiens, nul-
los catulos esse iuveniores infantib-
us. Plut. in vita Periclis, tametsi
non indicat, cuius Cæsaris hoc di-
ctum sit: suspicor esse Augusti.

Antoninus Pius.

Biduo priusquam moreretur, ad-
missis amicis, aperuit sententiam
suam de filio, eandem quam Philip-
pus de Alexandro, dicens: Se æquo
animo mori, cum filium relinque-
ret. Capitolinus.

De filiorum pietate in parentes.

Thales.

Filios subinde admonebat, ut pa-
rentibus benefaceret, his verbis:
Quale

Quale primum rependeris parentibus tuis , tale à liberis tuis expectato . Laér.lib.1.

Pittacus.

Filium a Imonens , ne cum patre in iudicio litigaret , his verbis vñsus est . Si patre iniquiora dixeris , damnaberis : sin æquiora , vel ob istud damnari dignus es . Stob.fer.177.

Telecrus.

Cuidam nuntianti , patrem de eo male loqui : Nisi , inquit , illi dicendum esset , haudquam diceret . Maluit in se trāsferre culpam , quām committere vt pater quicquam emere loqui videretur . Habes & pietatis simul & modestiæ exemplum . Plut.in Laco.

Idem.

Percomanti , quare mos esset apud Spartanos , vt iuvenes assurgant senioribus : Vt , inquit , affueti honorem habere nulla propinquitate iūcis , magis honorent parentes . Optima ratio consuefaciendi ad debitum officium , si ultra quām debetur doceamus præstandum . Veluti si quis assuescat cum vxore verecundè castèque conuiuere , multò minus improbus erit apud alienas . Plut. in Laco.

Agis.

Agidem vltimum regem Laco-num huius nominis , cùm rogassent parentes , vt sibi in re quapiam iuiste adesset , recusauit aliis aliquandiu . Verùm cùm instarent , hunc in modum respondit : Donec essem apud vos , nullam omnino tenebam sc̄ientiam . Verùm vbi me patriæ tradidistis , patriæque legibus , conabor huic magis obtemperare quām vobis . Plut.in Laco.apoph.

Scytha.

Dario totius regni vitibus subin-de impetu faciente , Scythæ paulatim cedentes , ad vltimas solitudines peruererant . Interrogati tandem ab eo , quem fugiendi finem essent faciūti responderunt se nec agres , nec

villas , nec vrbes , pro quibus dimicarent ; habere : cæterū cùm ad parentum suorum monumenta peruentum esset , tum denique sciturum Darium , quomodo Scythæ solerent præliari . Eras.6.apoph.

Alexander.

Cùm sibi multa de matre scripsisset Antipater : Ignorat , inquit , Antipater matris vnicam lachrymā multarum calutaniarum epistles dela-turam esse . Plut.

Demetrius Phalerœu.

Admonebat adolescentes , vt in solitudine seipso in via obuios , & domi parentes diligenter reuererentur . Laér.lib.5.cap.5.

Epininendas.

Ex omnibus quæ præclarè & ho-nestè gessisset in vita , illud sibi dicebat esse iucundissimum , quod viro-que parente viuo Leuctrica pugna vicisset Lacedæmonios . Vir pius non tam sibi gratulatus est eam obtigisse gloriam , quām hanc voluptatem ex se contigisse his , quibus vitam suam acceptam ferebat . Plutarc.in apoph.

M.Cato.

Adolescens quidam patris vita defuncti inimicum mox in ius vocauit , vltusque est . quem Cato obuium comiter amplexus , Sic oportet , inquit , non agnis hædisve , sed è malorum lachrymis ac damnationibus parentum exequias celebrare . Eras. lib 5.apoph.

Coriolanus.

Cùm meritò iratus ingrato populo Romano , exitium vrbi molitur , nec à legatis , nec à sacerdotibus exorari posset : Veruria mater vñ cum vxore filij ac liberis in castra venit . In cuius complexum quāta accurreret Coriolanus : Sane , inquit illa , prius sciām , vtrum ad hostem an ad filium venerim , & vtrum capriua an mater in castris tuis sim . Hęc aliaque quāta dixisset , matrem complexus , Expugnasti , inquit , & vi-

cisti iram meam. Patriate, quamuis
mihi merito iniuriam, huius precibus
dono. Liuius.

Anton. Gera.

Quum Antonini Getæ pater Se-
uerus destinasset omnes diuersarum
partium occidere, inter suos dicere
totius est. Hostes vobis eripio. adeò
contentiente Bassiano, ut liberos etiā
illorum suaderet necari, Geta puer
interrogavit, quantus esset occiden-
torum numerus? eum quum pater e-
didisset, rogauit, num isti haberent
parentes ac propinquos? quum respo-
sum esset, Habere, & quidem multos:
Plures ergo, inquit, in civitate tristes
futuri sunt, quām leti, quōd vicimus.
Valuissest cordatum pueri dictum, ni-
fi quorundam crudelitas obstitisset.
Aelius Spartanus.

De filiorum impietate in parentes.

Solon.

Interrogatus, cur nullas leges ad-
Iuersus eos qui parentes verbera-
sent constituissest: Quōd nullos, in-
quit, tales exstirpos existimabam.
Auto. in Melilla, parte 2. ser. 11. Max.
serm. 23.

Diogenes.

Ad eum qui patrem despiciebat:
Non te pudet, inquit, eum contemne-
re, cui debes hoc ipsum quōd tibi
places? Dīcti gratia sita est in allusio-
ne contrariorum. Pugnant inter se, &
despectui esse, & sibi placere. Laert.,
lib 6.

Plato.

Videns quandam erga patrem suū
fastuosius agere: Non d. fines, inquit,
adolescens illum contemnere, cuius
gratia altum sapere vis? Stob. ser. 77.
& Max. ser. 33.

Anonymous.

† Damascius, Syrus Simplicius ex
Sicilia, & alii docti viri conuenerant,

vt in Persicem ad videndum Chos-
roen regem vnā proficiscerentur. In-
de redeentes, cadauer inhumatum in
agro reperiunt: illudque, Persarum
inhumanitatem detestati, sepeliunt.
Noctu vnus ex eo cōmitatu obserua-
ri vidit ob oculos speciem hominis
senis ac venerandi, hæc dicens: No-
li inhumatum corpus humare, per-
mitte canibus, ac feris lacerandum.
Terra vniuersorum mater, matris cor-
ruptorem hominem non suscipit.
Ille expergefactus, aliis somnum ex-
posuit. Itaque manè in agrum re-
gressi, viderunt corpus nudum in
campi superficie iacere. Agathius lib.
2. Græc. Epig.

De filiorum abdicatione.

Aristippus.

Ncusante quodam, quōd filium
sic abiiceret, negligeretque, quasi
ex ipso natus non esset: An non, in-
quit, & pituitam & pediculos è no-
bis natos, velut inutiles, procul à no-
bis abiicimus? Senxit, eos non haber-
dos pro filiis, qui nihil haberent alio-
qui, quo iē parentum aff. & ui com-
mendent, nisi quōd ab ipsis progeni-
ti sint. Ita senex in comedie: Tanti-
sperte volo meum, dum id quod te
dignum est, facias. Laert. l. 2.

Anonymous.

Lacena quædam, filium qui pre-
fectus in militiam, in acie loco fuge-
rat non tantum ut ignavum & inobe-
dientem abdicavit, sed occidit peni-
tus. De qua hoc extat apud Plutar-
chum in Lacenarum apophthegmepi-
gramma.

*Germen iners ab eas ad rariara, tēque
perosus.*

*Eurotas, certus nec de aqua timedit.
Ignarus catulus, mala fors, hinc vade
sub oreum.*

I, Sparta indignus, quæ nec ego peperis.

Damaria.

*Cùm filium haberet, qui se in bel-
lo non*

Io new streave gessisset, domum redeuntem non abdicavit tantum, sed occidit etiam: dicens, Nequaquam conuenire, ut ex forefissimis parentibus natus filius, ignarus iuperstes esset. Plut. in Lacenarum apoph.

Teleutia.

Quum Chij exules venissent Spartam, quam plurimi multis hominibus incusabant Pædaretum. Eos mater Teleutia ad se accersit. ex his vbi cognouisset, quix filio obliigerent, videreturque filius in culpa esse, scriptis illi in hunc modum: Mater Pædareto. Aut melius viue, aut illic mane. Virago mortem minata est fil.o, ni mores corrigeret suos. Plutarch. in apoph. Lacenarum.

Alexander.

Reprehensus ab uxore, quod si illum inutilem abdicasset, dicereturque ex eo esse, cum expasset in terram, Et hoc, inquit, ex me est, at non utile. Max. serm. 23.

Augustus Cæsar.

Iuliam filiam ac neptem relegat: deinde Aetrippam, prius adoptatum, post ob scordidum ac ferox ingenium abdicatum. Ad omnem horum mentionem solebat exclamare versu Homericu:

εἰδέ τις οὐρανός τε ωψέν, αἴγονος τ' ἔπολέθει. id est,
O vitam cœlēbs vixisse orbisque perisse.

Nec aliter illos appellabat, quam tres vomicas, seu tria carcinomata sua. Soorum enim mortem leuius ferebat quam dedecuta. Quin & testamento erat, ne si quid accidisset Iuliæ filiæ & nepti, sepulchro suo inferrentur. Erasm. li. 4. apoph. ex Suetonij Augusto.

De fine vbique spe-
ctando.

Agesilaus.

A vdiens quandam Persarum regis adhuc iuuenis admirari fe-

licitatem, respondit: Nondum vita finis adest, vis optime. Nam ac Primum quidem quum eius esset ætatis erat infelix, qui tamen miserè iam senex in Troiano incendio extremū clausit diem. Plut. in apoph.

Epaminondas.

Interrogatus, quem arbitraretur ducem præstantissimum: seipsumne, an Chabriam, an Iphieratem? Id, inquit, iudicatu per difficile est, donec viuimus. Alludit ad Solonis dictum, qui siam houinis utique spectabat. Quam diu enim vivit homo, potest ad meliora proficere, & ad detestaria degenerare Plut. in apoph.

Fridericus imper.

Percotatus aliquid quando quid homini optimum possit contingere? respondit, Bonus in hac vita exitus. Æneas Sylvius lib. 4. commentariorum in Alphonsi res gestas.

De fœlicitate.

Thales.

C Vidam querenti quis esset felix? Qui corpore, inquit, sanus est, animo eruditus, sive castigatus. Cupiditates enim animorum morbi sunt. Laert. lib. 1. ca. 1.

Anaxagoras.

Ab homine quodam milite sane interrogatus, quinā fœlices essent? respondit, Nemo sane ex iis quos tu fœlices existimas, sed is quem tu miserum credis. Val. Max. li. 7. c. 2.

Diogenes.

Vnicam fœlicitatem esse existimat, qua fieret ut reuera latemur, nec unquam tristemur, quoconque in loco aut tempore. Stob. ser. 101.

Idem.

Veram fœlicitatem esse dicebat, quæ faceret ut mens & anima in perpetua tranquillitate hilaritatēque collocentur. Stob. serm. 101.

Anstoleles.

+ Felicem eum censet appellandum, qui ex perfecta virtute operatur, externisque bonis abunde instrutus est, non quolibet tempore, sed perfecto. Lib. i. Ethic. c. 10.

Ariston.

* Vt nihil iuuat (inquit) ægrum leitus quem pedes aurei fulciunt: sic neque stultum felicitas externa. Sto. ser. 101.

Democritus.

Eum felicem esse dicebat qui cum exiguis pecuniis hilaris esset. In felicem autem, qui inter magnas opes tristaretur. Stob. ser. 101.

Socrates.

Interrogatus quid esset felicitas? Voluptas, dixit, quem paenitudo nulla sequitur. Stob. 101.

Idem.

Interrogantibus quinam essent felices? respondit: Illi qui mentem bonam & rationem possident. Stob. ser. eodem.

Idem.

* Polus quidam ab eo sciscitabatur, verum Magnus Persarum rex felix esset? Nescio, inquit, an eruditio & iustitia sit instructus. In hoc enim hominis felicitas consistit. Et miser homo est, si iniustus. Plato in Gorgia.

Plato.

Rogatus à Cyrenensibus ut ipsius leges scriberet, ac Republicæ statum componeret, recusauit dicens: Per difficile esse condere leges tam felicibus: indicans eos non facile pare re salubribus monitis, qui successu rerum elati, sibi felices viderentur. Laer. 1.3.

Antisthenes.

Rogatus quid esset mortalibus beatissimum? Felicem, inquit, mori. Hæc sententia consentit cum illa Solonis: Qui feliciter absoluit vitam, huic nihil sinistri potest accidere, quod felicitatem ægritudine aliqua contaminet. At quibus res sunt secun-

dæ, ij nihil magis optant quam diuturnam vitam. Laertius libro 6. capite 1.

Solon.

Cœsus Lydius rex omnium ditissimus, accitum ad se Solonem, in congressu rogauit, An quis esset se felicior? Cui Solon, Tellum ciuem suum feliciorem, qui filios habuerit probatissimos, & pro patria fortiter occubuisse, dixit. Cœsus autem, putans è olonem omnium urbanitatum expertem, iterum contendit: Num post Tellum, alium beatioré nosset? Cleobœ dixit, & Bitonem, Argiuos, qui mirifico inter se amore, tu summa in matrem obseruantia se feliores esse ostenderant. At Cœsus iratus, interrogauit etiam, an in beatorum numerum non meritò reponeretur? Solon respondit: Non dum te felicem prædicamus, adhuc enim es in fortuna & affectuum potestate. Quamprimum autem mortuus fueris, tum demum videbimus quam felix fueris. Plut. in Solone.

Demetrius Cynicus.

Dicere solebat, nihil sibi videri infelicius eo, cui nihil in vita accidisset aduersi. Nō licuit enim illi se experiri ut ex voto illi fluxerint omnia ut ante votū: malè tamen de illo dij. iudicauerunt. Indignusque visus est, à quo vinceretur aliquando fortuna, qua ignauissimum quemq; refugit. Sen. lib. quare bonis mala accidentant.

Iamblichus.

* Felicem eum esse dicebat, qui Deo, quatenus fieri potest, similis fœrit, perfectus, simplex, purus, & se paratus ab humana vita. Stob. ser. 101.

Sylla.

Sylla cognomento Fœlix, inter felicitates suas, duas præcipuas ducebant: alteram, quod Pium Metellum haberet amicum: alteram quod urbem Athenarum non subuertisset. Plut. in Rot. apoph.

Vide apoph. de Beatitudine vera,

& Fortuna.

De fœnore.

Petratus.

QVÆSITUM VBIQUE LUCRUM IN-
EXPLEBILIS ESSE DICEBAT. Stob.
serm. 10.

Periander.

* DICEBAT QUÆSTUM TURPEM ESSE
GRAUEM THESAURORUM Eod.serm.

Socrates.

* INTERROGATUS, QUINAM AUARI ES-
SENT? QUI TURPIA VENANTUR, INQUIT, &
NECESSARIOS AMICORUM NEGIGUNT.
Eod.serm.

Polianus.

* FENERATORES PECUNIAS HABERE &
NON HABERE DICEBAT. NÅ DUM OMNIA
AD VSURAM TRAHUNT, NIHIL HABENT, &
QUOD HABENT ALIUS HABET. Ibid.

Vide apoph.de Avaritia, Injustitia,
Lucro & Vsura.

De forma & pulchritu-
dine corporis.*Zion.*

FORMAM DICEBAT ESSE BONUM ALIE-
NUM. SENTIENS, EXTRA HOMINEM
ESSE, QUOD IPSE SIBI NEC DARE POTEST,
NEC TVERI DATUM. ANIMI BENA VERÈ
NOSTRA SUNT. Laert. lib. 4. cap. 7.

Zeno Citticus.

FORSIAM AIEBAT ESSE VOCIS FLOREM:
AUT CONTRÀ, QUEMADMODUM AB ALII
REFERTUR. VOCEM ESSE FORMÆ FLOREM.
NAM LOQUENTIS ORATIONEM COMEN-
DAT FORMA, & RURSUS ORATIO COMPO-
SITA GRATIAM ADDIT FORMÆ. Laert. lib. 7.
cap. 1.

Idem.

DICENTI FORMO SO CUIDAM, NON VI-
DERI SIBI AMATORUM SAPIÉTEM: NIL,
AIT, VEBIS FORMOSIS EST INFELICIS.
Bruson.lib. 2. c. 44.

Socrates.

VOCABAS FORMAM MODICI TEMPO-
RIS TYRANNIDEM. Bruson. libro 2. 63;
pits 44.

Plato.

CÙM EXPRIMERE TENTARET, QUID-
NAM FORMA HOMINIS ESSET? NATURÆ
PRIVILEGIUM VOCAVIT. Bruson. lib. 2.
cap. 44.

Diogenes.

FORMOSUM ADOLESCENTEM FORMÆ
CAUSA AMARI CONSPICATUS DIXIT: QUIN
OPERAM DAS ADOLESCENS, VT CORPORIS
AMATORES AD ANIMAM TRANSFERAS? AN-
TONIUS IN MELISSA, serm. 60. part.
1. HOC AUTEM STOBÆUS AD AESOPUM
REFERT.

Idem.

CONSPECTO ADOLESCENTE MOLLIAS
COMPPIO, DIXIT: SI VIRIS QUIDEM TE
ORNAS, INFÆLIX ES: SIN MULIERIBUS, IN-
IUSTUS. Anton. in MELISSA, part. 1.
serm. 60.

Idem.

SPECIOSA SCORTA REGINAS APPELLA-
BAT, MULTOS ENIM FACERE, QUÆ PERCEP-
PERINT. Stob. ser. 63.

Aristoteles.

ARISTOTELES CÙM ADOLESCENTEM SE
COMERE VIDISSET: NON CRABESCS, QUÒD
CÙM NATURA TE VIRUM FECERIT, TU TE-
IPSUM EFFEMINAS? Antonius in MEL-
LISA, part. 1. serm. 69.

Idem.

CÙM IUVENIS QUIDAM FACIE FORMA-
SUS, SED MORIBUS PETULANS, INTER ALIA
CONVITIA EI DICERET: SI TAM EXOSUS ES-
SEM CIUIBUS, VT TU ES, LAQUEO VITAM
FINIREM, RESPONDIT: EGÓ VERÈ LAQUEUM
TRIBI INFERREM, SI ITA ME CIUES AMA-
RENT VT TE. NOTAVIT AUTEM ADOLESCEN-
TIS PETULANTIAM ARISTOTELES, CUI OS-
TENDEBAT, QUAM TURPITER OB TAM IN-
SIGNEM CORPORIS FORMAM A CIUIBUS
ADAMARETUR. Antonius in MELISSA,
parte 1. ser. 60.

Idem.

PERCONTANTI QUÆ FIERET, VT CUM
FORMOSIS DIUTIUS AC LUBENTIUS CONFABU-
LEMUR? RESPONDIT, EAM PERCONTATIONEM
ESSE EXCI. CÆCUS ENIM NON
SENTI FORMÆ ILLECEBRAM, NIHIL MAGIS
QUAM COLORUM GRATIAM. Laert. lib.
3. cap. 1.

R

Idem.

Pulchritudinem dicebat quavis epistola efficacorem ad commendationem. Sunt qui hoc ascribant Diogeni, Aristotelem verò formā solitū appellare donum, quia gratis contingit à natura. Eandem Socrates appellauit exigui temporis tyrannidem, quod forma gratia mox deflorescat: Plato naturæ prærogatiuam, quod paucis contingat. Laert. libro 5. cap. 44.

Iſocrates.

Eos qui pulchrum habent corpus, animam autem malam, dicebat optimam habere nauim, gubernatorem autem malum. Antonius in Messilla parte 1. ser. 60.

Agesilaus.

Interrogatus cur aleret comam? Quoniam inter ornamenta, respondit, minimo constat. Stobæus seru. 63.

Carneades.

Sciscitatus, quid forma hominis esset? Regnum sine satellitio, respondit: quoniam formosi impetrant quicquid volunt nulla vi adhibita. Laert. Stob.

Theophrastus.

Pulchritudinem nihil aliud esse dicebat, quam tacitam deceptionem, aut silentem fraudem, quod absque verbis persuadeat. Laert.

Demosthenes.

Aschinē & Philocratem, ex decem illis legatis haud postremi nominis, ab Atheniensibus ad Philippum Macedoniae regem missis & formam Philippi regis plurimum laudantes irrisit Demosthenes, dicens, Quid in Philippo admodum formam laudaris, id haber cum aliis mulieribus commune. Sensit vir prudentissimus, regis boni virtutes nequaquam in forma corporis positas esse, sed in animo recte composito. Plut.

Æſopus.

Æſopus ei qui corporis forma male vtebatur. Pulchra ueste (inquit) in

dutus, malè eam exuis. Max. ser. 44.

Idem.

Idem cùm per conuicium facie deformati esse, ac turpi notaretur, ad cù à quo continebatur: Iniquus planè censor es, inquit, qui de forma mea pronuntiatur, vultum damnas, animi autem speciem non intueris. Stob. Anton. & Max.

Antifthenes.

Quidam adolescentis curarat sese ex ære sculpendum, & ad eam imaginem sese conformabat. Huic Antifthenes: Si æs posset vocem edere, qua de re potissimum gloriaretur? De pulchritudine, inquit adolescentis. Nō, inquit, igitur erubescis, qui non in animo gloriaris? Voluit autem significare, de forma non gloriandum esse, quæ facile varii casibus ac morbis gratiam amittit. Laert. li. 6. c. 1.

Theocritus.

Theocritus cùm diu multumque cogitasset, quo p. & o. ostendere hominibus posset, quidnam pulchritudo corporisq; venustas esset: Demum eburneum detrimentum esse pronuntiavit: quod grata quidem sit aspergi, sed multorum incommodorum causa. Stobæus.

Philopæmen.

In Philopæmenem cùm iocaretur Titus Flaminius, d. formitari corporis eius illudens, diceretq; vultu quæ maximè iocoſo & hilari: Quid hoc Philopæmen, cum pulchras manus, crura etiam perq; à pulchra habeas, quod ventrem ipse nō habeas? Ad ea Philopæmen: Quid, ò Romanorum imperator eximie, cùm egregios pedites, strenuos maximè equites habeas, quod pecuniam minimè habeas? Nam & Flaminius persæpe inopia rei pecuniariz laborabat, quemadmodum Philopæmen tenuitate ventris, ac medijs corporis graciilitate. Pontanus ex Plutarcho.

Domicius.

Nec quicquam gratius hominib. esse dicebat, forma & decoro: nec quic-

quicquam etiam breuius. Brusonius
l.2.cap.4+.

L.Crassus.

Apud Perpennam iudicem defen-
debat Aculeonem , quem accusabat
L. Ælius Lamia, homo deformis. Is
quum interpellaret odiosè : Audia-
mus , inquit Crassus , pulchellum
puerum. Huic dicto quum esset arri-
sum. Ingenium, inquit Ælius, ipse mi-
hi fingere potui, formam non potui.
Tum Crassus : Audiamus igitur, in-
quit , disertum. Multo arrisum est
vehementius. Cic.l.2.de Orat.

M. Lælius.

In Galbam oratorem eloquentia
clarum, sed gibbo deformem, ita lu-
fit M. Lælius, ut diceret, ingenium
Galbae male habitare. Nam animi
domiciliū est corpus. Eras. l.6.apoph.

Cicero.

Cicero cum Voconium fortè ob-
uium haberet cum filiabus tribus in-
signiter deformibus , tacitè ad ami-
cos dixit versicolum Græcum,

φοιβὸς ποτὶ μηδεῶν τοὺς ἐπειρκα τέκνα.

id est,

*Phœbo haud sinente hic seminavit libe-
ros.*

Sentiens, illum inuitò Apolline li-
beris operam dedisse : siue quod A-
pollo pulcher à poetis singitur, siue
quod oriente sole fœtus existimat
concipi fœliciores. Plutarc. in Rqm.
apoph.

Barth.Capranus.

Bartholomæus Capranus , Medio-
lanensis ecclesie antistes , idcirco se
ministros forma præstantes quaesi-
se dicebat, quoniā turpes animi tur-
pia corpora incolerent. Improbata-
tem autem in egregia forma perra-
rò compertam esse. Æneas Syll. l.2.
comment. reb. g. st. Alphonsi Con-
stat tamen Aspasio Rauennati , ma-
gistro epistolarum imperatori, Ale-
xandri Mammeæ F. hoc etiam dicto-
rium adscribi.

*Vide apoph. de Corporis forma & pul-
chritudine.*

De fortitudine dome-
stica.

Zeno.

A Ceusatus , quod coniurasset in
perniciem Nearctyranni, cùm
in eculeo inberetur edere nomina
coniuratorum, nominauit plerosque
illi amicissimos. De his sumpto sup-
plicio, rogatus à tyranno , num quis
supereffet etiam : Tu solus, inquit,
Reip. pernicies. Tandem & linguam
dentibus ampliatam in os tyranni,
quod ob iracundiam hiabat, expuit,
Laert.li.9.cap.5.

Bion.

Frequenter dicere solebat, Senum
esse, valere prudentia : iuueniam ve-
rò, fortitudine. Laert. lib.4.c.7.

Coriscus.

* Ille admodum senex, cùm à quo-
dam graui morbo conualuisse: Apa-
ge , inquit , quām inuitus reuersus
sum , iam magnam partem itineris
emensus , quod absoluere omnino
debet. Et sanè fortitudinis pars me-
lior in moderato mortis contemptu
consistit. Stob. serm.7.

Bias.

Crœsus rex cùm contemptim at-
que minaciter Biantem allocutus es-
set, hominem in aduersis rebus infra-
ctum, iussit eum cepas edere, fletum
civiliter indicans , quandoquidē ha-
rū esus ciet lachrymas. Adeò sapien-
tes arbitrabantur nihil esse æquè re-
gium, ac virtutem, cuius instituta per
totam vitam fortiter atque infraicto
animo sequuntur , nec imperatis a-
liorum terroristur. Philo Iudæus lib.
Quod omnis probus liber.

Idem.

Conseruis demissō vultu mœren-
tibus, eo quod iani à latronibus ca-
pti essent, animaduertens quædam ex
aspectu plus satis effeminatum esse,
accedens inquit: Tu me emito , viro
enim opus habere videris. Sic ille pu-

defactus canillo, quod non esse va-
num erat sibi conscientius, in turbam se
abdidit: ceteris audacem coniecto-
rem. sed veridicum stupentibus. Phi-
lo Iudeus. eod. l.

Socrates.

* Interrogatus, quid esset fortitu-
do & robur, dixit, Notus animo cum
corpore Stob.ser. 7. de fortitud.

Nemocruus.

* Quid efficeret fortitudo, scisci-
tatus: dispendia minuit, inquit. Item,
fortis est, non qui hostes modò supe-
rat, sed & qui voluptatibus superior
existit. Nam licet aliqui ciuitatib. im-
perent, mulieribus seruiunt. Eod. ser.

Theodorus Philos.

* Minabatur ei tyrannus morte, &
quidem insepulta. Habes, inquit
Theodorus, cur tibi placeas: hemina
sanguinis in tua potestate est. nam
quod ad sepulturam pertinet, ô te
ineptum, si putas interesse, supra ter-
ram an infra putrescam. Senec. l. de
tranquil. animi.

Plato.

* Interrogatus, quomodo affectum
esse conueniat aduersus calamitates:
ita (dixit) ut prouidens aliquis non
incidat in eas: si tamen inciderit, con-
demnationem etiam sui non curet.
Stob.ser. 7.

Aristoteles.

* Quid esset fortitudo, sciscitatus,
Est (inquit) virtus animosi, per quam
non facilè mortis metus ingruit.

Lacones.

Apud Lacones erat orationis ge-
nus simplex & affectatum, nihil habens
molle ac delicatum: nec in aliis ver-
sabatur argumentis, quam vel in lau-
dibus eorum qui fortiter ac generose
vitam exegissent, quique pro Sparta
occupuerint, & ob id ab omnibus ut
beati celebabantur: vel in vituperá-
dis his qui metu periculorum nihil
egregij gessissent, & qui ob ignorantia
à morte cruciabilē infelicemque vitā
viveret, vel in pollicitatione per glo-
riæ studiū accedente animes ad vir-

tutem, ad cuiusque statem accom-
modata. Itaque tres erant apud illos
chori, iuxta triplex etiam discriben-
tibus: festis simul constitutis, se-
num chorus incipiens canebat,
Nos fuimus olim strenui iuuencti.

Secundus, in quo erant viri robustæ
usta: ita respondebat:
At nos sumus: si uero facito periculum.

Porrò tertius, qui erat puerorum,
ita canebat:

Præstantiores nos futuri olim sumus.

Plut. in Lacon apoph & Lycurgo.
Anonymus.

Lacon quidam noctu præteriens
monumentum, quum videret spe-
ctrum, accurrit lancea traieaturus, &
in hoc nitens: *Quo me fugis, inquit,
bis moritura?* Plut. in Lacon.

Cleomenes.

Cum sophistam quendam de for-
titudine differenter non admodum
attentis auribus audiret, & ob id à
quodam reprehenderetur: Ineptum
est, inquit, quenquam de fortitudine
magnificis uti verbis, qui ipse nil for-
tier gessit vñquam. Plut. in Lacon.

Alexander Makedo.

* In Ilio sacra facienti Alexandro,
sacerdos dixit, se ostēsum Paridis
Lyram. at ille, Imò Achillis (ait) si ha-
bes ostende, ac ante Lyram potius
haftam. Stob.ser. 7.

Socrates.

* Morti adiudicatus, & proximus
quidam Apollodorus eum accedens, ait,
At istud ô Socrates, ægerimè fero,
quod te iniuste damnatum video. Tunc
Socrates, An tu (respōdit) malles me
iuste quam iniuste dānatum? Similq.
risisse dicitur. Cum autem Anytū fal-
sum testem prætereunre videret, di-
xit, Vir ille triumphat, quasi facinus
magnum & præclarū egerit, me ita
occiso. Sed quam stultus & impro-
bus est? ignorat enim uter nostrum
in omne zūum vñlior & melior ex-
itterit. Xen. in Apol. pro Socrate.

Agesilaus.

Fortitudinis in rebus aduersis in-
signe

signe dedit specimē. Conō & Pharnabasus per classem regiam mari potiti, obsidebant maritimas Lacedæmoniorum regiones, quum interim Atheniensium ciuitas moenibus esset cincta. Itaque Lacedæmonij Pharnabozo donante pecuniam, pacē ineunt cum rege: mittuntque ciuem Antaleidam ad Tiribazum, Gracos Asiaticos, pro quibus bellum gesserat Agesilaus, tradentes regi. vnde euenit, vt huius ignominia portio recideret in Agesilau. Antalcidas enim inimicus erat Agesilao: ideo pacem quacūque occasione cōfecit, inuidēs illius gloriæ, quū videbat bello crescere, redīque maximum, ac maximè celebrem. Nec tamen hæc infelicitas deiecit illius animum, quin etiam cūdam dicēti, quod Lacedæmonij Medifarent, ita respōdit, imò Medi potius Laconissant: significans indolem sue gentis corrumpi fortuna nō posse. Plut. in Lacon. apoph.

Idem.

Seiscitatus, vtra virtus esset præstantior, fortitudo an iustitia? grauius respondit: Fortitudinis nullū esse vsum, nisi adsit iustitia. Quod si omnes essent iusti, nihil opus foret fortitudine. En animū summo dignum duce, qui nihil prater æquum iudicarit faciendū: re&q. perspexerit, plurimum interesse inter audaciā & fortitudinem. Plut. in apoph. Lacon.

Gorgone Leonida uxoris.

† Filio in bellum proficiscenti, scutū cūm daret, dixit: aut hoc, aut super hoc. Laconicūs illum hortans, vt mortem potius oppeteret, quām vt clypeo hostis potiretur. Stob. ser. 7. & Plut. in Lacon.

Zeuxidamus.

Suprà tir. de D. spitationibus, aut questionib. friuolis, atque inutilibus.

Alexander Mannea F.

Cūm audisset Artaxerxem Persicū regem magno militum exercitu Romanum inuasurum imperium: Fortes, inquit, viros atque moderan-

tos decet optima quidem optare, sed ferre etiā quęcūq. accidit cōtra animi votum. Fortitudinis quippe est, rebus prosperis non extollī, infaustis nequaquam delici animo. Herodian. li. 6.

Anaxarchus.

* Dicente ei Alexandro, suspenderam te: Minare his, inquit, è vulgo: mea autē nihil interest, super terrācine, an infra computresem. Stob. ser. 7.

Anaxarchus.

Alexandro mortuo, quum Anaxarchus tempestate esset delatus in Cyprū, Nicocreon memor contumeliae philosophū arreptum in mortarium coniecit, ac ferre cispistillis cōandi iussit. Hic illam vulgō celebratam vocem em. sit: ἀνύτε τὸν αἰαχάρχον θύλακον: αἰαχάρχον δ' ἡ ταύτης, id est, Tunde Anaxarchi manticā, nam Anaxarchum non percutis. Sentiens, corpus non esse partem hominis, sed animi domicilium tantum. Animas autem non potest tundi. Laer. 1. 9.c. 10.

Demetrius Cynicus.

Graui calamitate affectus dixit, Hocvnum dij immortales queri possum, quod non antehac mihi voluntatem vestram notam fecistis. Prior enim ad ista venissem, ad quæ nunc vocatus adsum. Vultis liberos sumere? illos vobis sustuli. vultis aliquam corporis partē? sumite. Non magnā rē promitto: citò totū relinquā. Vultis spiritum? quidni? nullā morata faciam, quo minus recipiatis quod dedistis. A volente feretis, quicquid petieritis. Quid ergo est? Malūscem offerre, quām tradere. Vide reliqua apud Senec. l. de prouidentia, seu quāre bonis viris mala accidunt.

Paulus Æmilius.

Cn. Cornelius Lentulus in clade Cannensi tribunus militū, quū equū Paulo Æmilio in saxo sedenti, cruentrēq. oppleto adduceret: Tu quidem, ait Paulus, magis virtute Cornelii e-

sto: sed caue ne frustra miserādo, exiguū tempus ē manib⁹ hostiū eua-
dendi absumas. Plutar. & Liu.

Ac. Caro.

Quibusdam effērentibus hominem
int̄consultē audacem, & in rebus bel-
licis strenuū, aī plurimum referre,
vt rōm̄ quis virtutē magno c̄stimet,
an vitam non magni faciat. sentiens,
non eos statim esse fortis, qui quo quis
modo vitā contemnunt, sed qui tanti
faciunt virtutem, vt huius gratia vi-
tam alioqui charam negligat. Nā se
met in vitā discrīmen concere, aut
infelicitum est, & quos vitæ iā tādet:
aut immanium, & bellū similiū.
Eras. l.5. apoph. ex Plut.

M. Crassus.

Quum Publius Crassus filius fortis-
simē in bello & pugnasset, & cecidis-
set, hostes caput iuuenis hastā impo-
situm gestantes, proximē ad Roma-
nos accedebant, insultantes, rōgan-
tēsque quo genere iuuenis ille fuis-
set ortus, neque enim fieri posse, vt
ex patre tam ignauo & imbelli talis
filius nasci posset. Hoc tam tristī spe-
ctaculo nihil commotus Crassus, per
omnes ordines concionatus est, cla-
mans, Meus hic priuatus dolor est
Romani, mea hāc calamitas, meus
hic peculiaris ludus: cāterūm publi-
ca civitatis salus & gloria in vestra
incolumitate vestrāque virtute sita
est. Plut. in M. Crasso.

Scipio.

Scipio Pompeij sacer, quum nauē
suam teneri ab hostibus vidisset, fer-
ro se transuerberauit, & quārētibus
vbi Imperator esset? Imperator, in-
quit, bene se habet. Brus. l.2. cap. 1. ex
Appiano.

Canius Iulus.

*Cum Caio Cāsare diu altercatus,
postquā abeūti Caius dixit, Ne fortē
tibi inepta speblādiaris, duci (ad sup-
pliciū) te iussi. Gratias (inquit) ago,
optime princeps. Dū autē suppliciū
illud Canius moratur, verisimile nō
est quā vir ille dixerit, quā fecerit,

quām in tranquillo fuerit. Ludebat
trunculis, cūm Centurio agmen
periturorum trahens, & illum quo-
que citari iubet. Vocatus numerauit
calculos, & sodali suo, Vide, in-
quit, ne post mortem meam mentia-
ris te viciſſe. Tum annuens centu-
rioni: Testis (inquit) eris, me uno an-
tecedere. Amicis aurem tristitia af-
fectis dixit, Quid mōsti estis? Vos
quāritis an immortales animæ sint?
Ego iam sciam. Ad supplicij locum
peruētus, à philosopho quodam per-
contatus quid cogitaret, respondit,
obseruare (inquit) velocissimo illo
mortis momento, an sensurus sit ani-
mus, exire se, prom̄ sitque si quid ex-
plorasset, circumiitrum amicos, &
indicaturū quis esset animarum sta-
tus. Senec. l. de tranquil. animi.

P. Thraseas Petu.

Cūm post multa crudelia Neronis
facinora atq. Agrippinæ mortem, in
senatu Romano de Neronis rebus
ageretur, cui mirū in modum sena-
tores assentabantur, dicere solebat: Si
me tantū Nero interfectorus esset,
magnam haberem adulatoribus eius
gratiā: sed si eos à quibus maximē
laudabatur, sustulit, sublaturūsque
est, cor oportet frustrā turpiter & ser-
ui luer mori, cū munus naturę exple-
re liceat, retenta libertate? De me e-
nim, inquit, aliquis sermo habebitur
in posterum, de iis nullus, nisi tan-
tummodo eos imperfectos fuisse. Xi-
phil. in Nerone.

Idem.

Dicere solebat, Nero pro innata
sua crudelitate occidere me potest,
lādere autem non potest. Innuens,
corpus quidem hominum crudelita-
ti expositum esse, animum autem ne-
quaquam. Xiphil. in Nerone.

Agrippinus.

*Quondam ei iamiam pransuro,
superuenit qui diceret, Nero te pro-
serbit: tunc illuc. Ergo, inquit, in Ari-
cia prandium sumemus. Stobæus ex
Epicteto.

Peregr.

Pertinax Imp.

Suprà apoph. de Conscientia bona, & infra tit. de Morte contempnenda.

Philo Iudeus.

Cùm aliis iudeis ex aula C. Caligula electus, eo quòd Cæsar diuinos tribuere honores recusasset, ad suos conuersus dixisse fertur: Bono animo estote viri, non deerit nobis auxilium: ubi autem humanum cessat, diuino non destituemur. Euseb. l. 2. Eccles. hist. c. 5.

Athanasius.

Quū ei indiceretur à Juliano imperatore exilium, mœrentibus cunctis qui discessum eius graueriter ferebant, inque ipsum oculis coniectis: Bono estote animo filioli, inquit, nubecula est, quæ breui evanescet. Niceph. Call. l. 10. Eccl. hist. c. 29.

D. Ambrosius.

Postquam aduersus Arianos & Iustinam Augustam in templo multa disputasset, atque orthodoxam fidē contra aliorum blasphemias fortiter defendisset, à Valentiniano Iuniori, iussus templum exire, respondit: Lubens id quidē non fecero, neque enim lupis ouium caulam prodam, neque blasphemis templum diuinum concedam. Quod si necare me vis, in ipsa ecclesia in meensem aut cuspidem stringe, perliberenter enim cædem eam tulero. Theod. l. 5. c. 13. & Niceph. scholast. l. 12. ca. 19. Eccles. hist.

Achemenides.

Achemenides, qui & Hormidas appellatus est, cùm in Persia Christianam religionem in maxima piorū persecutione profiteretur, vocatus à Tarane rege, & obiurgatus ob fidei confessionem, quam in homine extinguere minis conabatur, respondit: Impia atque difficultia à me petis rex, qui vniuersitatis Deum nequaquam abiuro, vt tuus maiestatis siam amicus. Maius enim est crimen, diuina quā regiam lèdere maiestatē. Niceph. l. 14. c. 29. Eccl. hist.

Idem.

Vestimentis quibusdam donatus à rege qui eum beneficiis vincere conabatur, excaescens, tunicam conscientiā abiecit, & voce magna exclamauit: Si huius, inquit, gratia me religionem longè optimam mutaturum putas, en munus tuum vñā cum impietate habe. Rex autem tam forti illum animo esse cernens, nudum regia exegit. Nicepho. codem loco.

Ad domesticam fortitudinem spectac ea quæ sunt sub apoph. de Patientia, In turia ferēda, Animi moderatione, Doloris patientia, Mortis contemptus, &c.

De fortitudine heroica & militari.

Antisthenes.

Dicere solebat, hostibus à diis omnibus aptanda esse bona excepta fortitudine: quòd illa omnia aliquādō futura sint eorum qui fortitudine præcellerent, non eorū qui possiderent, quod ob ignauiam ea tueri non possint. Sensit, frustra paribona, si quæ quid paravit, tueri nesciat. Laert. l. 6.

Idem.

Siquam vidisset mulierem egregiè cultam, adibat ædes illius, iubebatque virum proferre arma & equū: quæ si placuissent, patiebatur mulierem indulgere deliciis, quòd esset qui defenderet: sin minus, suadebat vt eum ornatum deponeret, ne p̄adæ fieret aliis. Laert. l. 6. c. 7.

Diogenes.

* Cernens Megarenses longos muros educere, O homines nihil, inquit, non molem murorum curate, sed eos qui super muris collocantur. Stob. ser. 7.

Musonius.

* Dicebat mortem honestam dum licet, arripiendam esse: ne (inquit) paulò post mori quidem tibi nefes;

Se sit, at honeste non amplius liceat.
Eod.ser.

Synnidas.

Ante pugnam Leu&ricam quibus
dam dicentibus illam ipsam diem o-
stensurā fortē virum: Multifaciēn-
dam , vrbānē inquit, diem esse, quæ
virum fortē monstrare posset. Plut.

Anonymous.

Lacon quidam adbuc impubes ca-
ptus, clamabat: Pugnans quidem ca-
ptus sum , seruire nolo. Verū cūm
paulò pōst iuberetur seruili fungi mi-
nisterio , elisum parieti caput rupit.
Senec. epist. 11. Plu.autem, se è textō
principitem dedisse ait.

Idem.

Alius ægro corpore in aciem pro-
grediebatur. cūm autem quidam eū,
quorū ita affecto corpore profi-
ciceretur, interrogarent, respondit:
Ad moriendum pro Reipub. nostræ
salute. Max.ser.4.

Idem.

Alius claudus ad militiam profi-
ciscens, quum ab aliis rideretur: Non
opus est fuga, sed viribus, inquit, qui
bus milites subsistant, locūmque in
acie tueantur. Plutar,in Lacon. Max.
ser. 4.

Lacones.

Quum quidam fortē obuij Laco-
nibus dixissent, Fortunati estis, ô La-
cones: nā modò hinc latrones abie-
re: Non nos, inquiunt, per Enyalium
(sic enim illi Martem vocant) sed illi
potius fortunati sunt, qui in nos
non inciderunt. Adeò gens ea ḡcre-
bat animos ad omnia impavidos, quæ
vulgas hominum formidat. Plut. in
Lacon.

Anonymous.

Quum ex Atheniensium sociis qui-
dam contumeliæ causa rogasset ca-
ptiuum Laconem , num qui in præ-
lio occubuisseret, fuissent strenui
viri? Magni profectō, inquit Lacon,
faciendum fusum (sagittam intelli-
gens) si strenui ignauisque discriminem
posset. Significans, illiç ybi res sagit-

tis aut saxis agitur, nullam esse for-
tis & ignavi discrimen: sed ubi co-
minus res geritur , ibi deum appa-
ret, qui sint viri, qui non. Erasm. 6.a.
popht.

Idem.

Lacon quidam oculorum morbo
laborans, ad bellum proficisciēbatur,
sed quibusdam dicentibus, quò abis
sic affectus? aut quid facturus? Si a-
liud, inquit, nihil ego, hostis saltem
gladium hebetabo. Plut.

Idem.

*Philippus ante Spartæ mures ca-
strametatus, misit nuntios, multa &
dira minitans, ni facerent imperata.
Quidam aurem ex Lacedæmoniis,
minis auditis, gratiam, iacuit, habe-
mus Philippo, quod non prohibeat,
id quod in pugnacionem potestate si-
tum est, mori. Stob.ser.7.

Ariston.

Cūm Atheniensis quidam apud A-
ristonem recitaret funebrem oratio-
nem conscriptam in laudem eorum
qui fuerant à Lacedæmoniis in bello
cæsi: Quales igitur, inquit, nostros
esse putas, qui istos vicerunt? Plu-
tar.in Lacon.

Anonymous.

Miles quidam Lacedæmonius, in
pugna prostratus hostem eius tergo
insidente, rogauit ut se verteret, & in
pectus potius stringeret ensem, ro-
gatus, Quid ita? Ne amasius, inquit,
meus erubescat, si viderit auersis cō-
fossum vulneribus. Plutarchus in
Lacon.

Androclidas.

Ad eum qui quærebant, cur brevi-
bus Spartiatæ pugionibus in bello
vteretur? Quia cūm hostibus, inquit,
cominus dimicamus. Plut.

Archileonida.

Hæc Brasidæ mater, filiuto in præ-
lio occubuisse audiens, nil prius in-
terrogauit, quam an filius honeste
occubuisse? Thracibus illius virtu-
tem collaudantibus, dicentib[us]que,
Non esse apud Lacedæmonios alium

illi parem: Ignoratis, inquit, hospites, quales sint Lacedæmonij. Erat quidem vir bonus Brasidas, ceterum Spar ta multos habet illo præstantiores. Vtrum in hac feminâ magis admirari conuenit? animâ generositatem, quæ de filij morte quod obtigis. set honesta, gloriandum etiam putaret, tantum abest ut muliebriter defleuerit: an modestiam, & in patriam affectum, quæ non passa sic ita filium prædicari, ut reliquorum Spartani- rum gloriæ decederet aliquid? Plut. in Lacon. apoph.

Pædaretus.

Pædaretus enidam dicenti, magnum esse numerum hostium: Tan- to, inquit, plus gloriæ referemus, quoniam plures interficiemus. Quod alter adferebat ad persuadendâ ignauiam, ille vertit in calcar fortius agendi. Eodem telo repellî possunt, quicunque difficultatis causatione dehortantur ab honesto. Plutarch. in Laconicis.

Anonyma.

Lacæna filium claudum in aciem proficiscentem deducens: Fili, inquit, singulo quoque gradu fac virtutis memineris. Aliis claudicatio- nis vitium solet formidinem incu- tere: at hæc monuit, ut ex ipso vicio sumeret animum ad rem fortiter ge- rendam: ita cœgitans, nihil est in fu- ga præsidij clando: aut vincendum est, aut moriendum. Plut. in apoph. Lacænarum.

Alia.

Lacæna clypeum imponens filio, sic illum adhortata est: Fili, aut hunc, aut super hunc. Laconica breuitate sentiens, sic rem gerendam in bello, ut aut viator clypeum referret, aut mortuus in clypeo domum reporta- retur. Plutar. in apoph. Lacænarum. Stob. tribuit dictum illud Gorgoni, Leonidæ vxori. ser. 7.

Alia.

Alia rursum filio ad bellum profi- ciscenti, clypeum imponens, Hunc,

inquit, tibi pater semper seruavit, proinde tu fac serues eundem, aut ne sis. Ibidem.

Alia.

Alia filio dicenti, quod breue ha- beret gladium: Tu, inquit, adde gra- dum, significans, nihil obfuturam gladij breuitatem, si proprius ad ho- stem accederet. Ibid.

Alia.

Lacedæmonius quidam sic in bel- lo vulneratus, ut ingredi non pos- set, sed quadrupedum more ambu- larét, quum ob id derisus erubesceret, à matre reprehensus est his ver- bis: Quāto præstabat fili de fortitudine gaudere, quām de studio risu pu- descere? Simile narrat Cicero de ma- tre Sp. Claud. Plut. in apoph. Lacæn..

Anonymus.

Lacon quidam in clypeo pro insi- gni gerens muscam, eamque nō ma- iorem vera: quibusdam irridétabus, dicentibusque quod in studio fecis- set quod lateret: Imò, inquit, ut sim conspicuus. Tam enim propè acce- do ad hostes, ut ab ipsis insigne cuiusmodi sit, videri possit. Salsissime conuicium ignauie vertit in argumen- tum fortitudinis. Plut. in Lacon.

Antiochus.

Supra de Argutè dicit.

Leonidas.

Contra Persas propugnaturus, per- contatus, quid facere st̄ tuisset? Nil aliud, ait, facturus sum, quām reuera pro Græcis moriturus pugnādo. Plut. in Lacon. apoph.

Idem.

Vbi peruenisset Thermopylas, sic commilitones affatus est: Aiunt barbaros in propinquó esse, nos autem tempus terimus. Nunc enim per- uenimus ad barbaros: quos aut vin- camus oportet, aut vici moriamur. Plut. in Lacon.

Idem.

Quodam ita dicente, Præ iaculis barbarorum nec solem videre licebit: An non, inquit, lepidum fuerit;

Af cum illis sub umbra, pugnaturi sumus? Quid hoc animo fortius? Ad mortem eunti, etiam iocari libuit: sed ludens interim, metum exemit suorum animis. Hoc apophthegma refert M. Tull. Tuscul. quæst. lib. 1. velut de ignoto: E quibus (inquit) vnum quum Perses hosti in colloquio dixisset gloriens, Solem præ iaculorum multitudine & sagittarum umbra non videbitis: In umbra igitur, inquit, pugnabimus. Plut.

Idem.

Cum alius quidam militum de hostib. dixisset, Sunt proponos: Et nos inquit, prope illos, significans, ob id non minus imminere discriminis hosti, quam ipsi. Plut.

Idem.

Cuidam dicenti, Sic ne cum paucis aduerius multos bellum fortunam experturus huc venisti? Si putatis, inquit, me multitudine fretum huc venisse, ne Graecia quidem omnis satis sit, siquidem ea ad barbarorum multitudinem collata, exigua portio est: sin virtute, & hic numerus sufficerit. In bello indicauit plus habere momenti quales ducas milites, quam multos. Plut.

Idem.

Quum ei Xerxes scripsisset, Mitte arma: rescripsit, Veni & cape. Maluit armis mori, quam traditis armis turpiter de vita cum hoste pacisci. Plut. in Lacon.

Agis Archidami F.

Dixisse fertur, Lacedæmonios non oportere percontari quot sint hostes, sed ubi sint. significans, non à militum numero pendere victoriam, sed à fortitudine. Plutarch. in Lacon. apoph.

Idem.

Infrà de Vrbium munitionibus.

Idem.

Cuidam sciscitanti, quot essent Lacedæmonij? Quot satis sunt, inquit, ad propulsandos malos: ostendens, referre quam fortes viros habeat ci-

uitas, non quam multos. Plut.

Idem.

Fertiter & illud dixisse fertur, Lacedæmonios non oportere percontari quot sint hostes, sed ubi sint, significans, non à militum numero pendere victoriam, sed à fortitudine, reisque gerendæ celeritate. Statim enim congregdivult, qui querit ubi sint hostes. Plut. in Lacon.

Iaem.

Paratum cum hoste configere, belli duces admonuerunt, expectaret reliquos socios: Num adsunt, inquit, qui pugnaturi sunt? At nescitis, eos solos cum hostibus pugnare, qui reges verentur ac metuunt? Non putauit eos expectandos, qui ad præscriptum ab Imperatore tempus non adessent: reliquos, etiam si adsint, non pugnare. Ibid.

Idem.

Milites sic adhortatus est: Ita prandete commilitones mei, tanquam apud inferos coenaturi. Hæc vox ignavis ademisset animum ac viris fortibus addidit, admonens, ne cibo vinovque graues venirent ad prælium, aut certè pro patria fortiter occumberent. Plutarch. in Lacon. Id etiam Leonidæ tribuitur.

Idem.

Damadi dicent, quod enses Lacedæmonici ob breuitatem à circulatoribus deuorentur: At qui his, inquit, ensibus Lacedæmonij assequuntur hostes longioribus armatos gladiis, declarans, non referre quo quid apparatus fiat, sed quantum efficiatur. Si quidem hoc specior victoris gloria, quo minus habet præsidij præter virtutem. Plut. in Lacon. apoph.

Cleomenes.

Percotanti cuidam, quam ob causam Spartiatæ non dicarent diis spolia ab hostibus detraacta: Quoniam, inquit Cleomenes, à timidis venerunt. Porro quæ parta sunt ab his qui ob timiditatem capti sunt, neq; decet intueri iuuenes, nec diis con-

secreta reponi. Sensit, in bello aut vincendum, aut fortiter occubendum: adeoque rem ignominiosam iudicabat metum mortis, ut alienæ quoque timiditatis monumēta putaret ab iuuenium oculis submouenda. Plut. in Lacon.

Idem.

Quidam ei pollicitus est dono gallos qui pugnando interirent, tum urbani respondit: Non ego istis, sed iis qui dum alios pugnando conficiunt, superstites ipsi maneant. Plut. in apoph.

Idem.

Augure illum dehortante, ne exercitum educeret ad urbem Argiorum, alioqui redditum illinc fore turpem: postquam admouisset ciuitati copias, ac portas videret clausas, & mulieres in incēibus: Hic, inquit, redditus tibi turpis videtur, in quo vires mortuis vxores occlusere portas? Fortis animus, si cum æquo bonoque fuisset coniunctus. Plutarch. in Lacon.

Agesilau.

Quum apud Mantineam pugnaretur fortissimè, admonuit Lacedæmonios, ut cæteris omissis omnibus in unum Epaminondam intenderent vim prælij, dicens, Solos cordatos esse viros fortes, hōisque solos esse auctores victoriæ. Itaque si hunc, inquit, ceperimus, facile cæteros in potestatem vestram redigemus, ut pote recordes, nulliusque pretij, quod & euenit. Nam inclinante ad Epaminondam victoria, quum non nullorum fuga fieret, adhortanti illi suos, & à fuga reuocanti, Lacedæmonius quispiam lethale vulnus inflxit. Eo prostrato, qui erant cum Agesilao, à fuga reuersi, iam anticipati Marte cum hoste depugnarunt, sic tamen, ut multo inferiore Thebani, multo præstantiores Lacedæmonij viderentur. Hac arte prudentia ducis consuluit incolumenti suorum, qui fuerant haud dubiè peri-

turi: simul illud docuit, in bello plus habere momenti unum verè prudentem & cordatum, quam turbam imprudentium. Plutarch. in Lacon. apoph.

Idem.

Cum transmisso Hellesponto iter faceret per Thraciam, nulli quidem barbarorum supplex fuit, ut daretur transitus: sed missis ad singulos nautis rogabat, utrum per hostium an amicorum regionem iret, ac cæteri quidem illum amicè recipiebant venientem, ac discedentem deducebant. Cæterum qui Troadenses appellantur, à quibus, ut fertur, Xerxes datis muneribus transeundi copiam emerat, transirus mercedem postulabant ab Agesilao, centum argenti talenta, totidemque foeminas. At is irridens eos, rogauit, cur non protinus venissent, accepturi quod postulabant? Admonuit exercitum, & congressus cum iis qui se obiter collocauerant in acie, omnes vertit in fugam, compluribus trucidatis. Itaque sibi ferro viam aperuit. Plut. in Lacon. apoph.

Idem.

Cum hostes Agesilai exercitum fossa cingerent, id quod facile poterant ob multitudinem, ac Nectabius, cui suppetias ferebat, censemper erumpendam, & cum hoste conferendas manus, ne institutum perficerent: ille negabat impediendos hostes, qui pares hostibus esse studebant, non superiores. Siquidem fossa utrisque adimebat configendi copiam. Porro cum parum abesset quin fossa coiret, per hoc angustum interuallum instrutis reliquis militibus, ac inter pares commissa pugna, vertit illos in fugam, hostiumque ingentem stragem edidit paucis militibus, quos secum habebat, atque ex præda magnam pecuniarum vim misit Spartam. Plutarchus in Agesilao.

Epaminondas.

Cum esset sibi municiatum, exercitum ab Atheniensibus nouis ornatum armis in se missum: Quid igitur, inquit, Antigenidas gemit, cum Teljen nouas tibias habeat? Hic enim malus, ille optimus erat tibicen. Plut.

Idem.

Cuidam obiicienti, quod Agamemnonis gloria emularetur, Falleris, inquit, nam ille, totius Graeciae praesidiis vsus, decem annis vix unam cepit urbem: ego vnius huius urbis praesidiis, uno die profligatis Lacedemoniis, totam Graeciam liberaui. Eras. apoph. ex Plut.

Idem.

In Mantinea pugna lethaliter vulneratus, non prius ferrum eduxit, quam audiisset Thebanos vicisse: tum, Satis, inquit, vixi, invictus enim morior: & educto ferro protinus efflavit animam. Val. Max.

Idem.

Quæsiuit, an clypeus esset saluus? ut audiuisset saluum, rogauit, an hostes essent deuicti? Audiens penes Thebanos esse victoriam, ita loquutus est militibus: Non finis commilitones vita meæ, sed melius & altius initium aduenit. Nunc enim vester Epaminondas nascitur, quia sic moritur. Val. Max.

Idem.

Pugnaturi cum Lacedemoniis cum sella succubuit, militibus rem male ominantibus: Imo, inquit ille, sedere prohibemur, animosque militum restituit Brus. l. 2. c. 43.

Dercyllidas.

* Pyrrho exercitum ducente contra Lacedemonios, & multa minante, Dercyllidas, unus ex senioribus exurgens in concione dixit: Si quidem Deus est qui minatur, non timeamus, nihil enim iniuste egimus: sin homo, norit quod viris minetur. Stob. serm. de fortitudine.

Archidamus.

Vbi vidisset iaculum catapulta mittendum, id temporis primum ex Sicilia aduecum, exclamans, inquit: Hercules, perii viri virtus. Quoties enim instrumentis bellum geritur, quæ missa telo laxoꝝ procul feriunt, minimum interest inter fortē virū & ignavum: verū vbi minus res geritur, tum apparet qui viri sint, qui non. Plut. in Lacon.

Idem.

Cuidam querenti quam spatiōsam regionē obtinerent Spartiatæ: Quantam, inquit, hasta possunt assequi. Allusum est autem ad mensores agrorum, qui decempedis aruorū spatia metiuntur. Plut. in Lac.

Idem.

In bello quod gerebatur cum Philippo, quibusdā suadentibus ut procul à patria pugnaretur: Haud istud spectandum est, inquit Archidamus, sed bene pugnantes hostibus erimus superiores: significans, non perinde referre vbi configas cum hoste, vt quam strenuè se gerat dux aut miles in bello. Plut. in Lacon.

Pelopidas.

Domo egrediens, lachrymante uxore, ac dicente ut scipsum saluum redderet: ò mulier, inquit, priuatum est hæc admonere, ducum autem & imperatorum alios saluos facere. Plut. in apoph.

Braſidas.

Cum bellum aduersus Ephorus susciperet, hostibus prius scriptis huc in modum: Quicquid malorum uspiam erit, profligabo, aut moriar. Verū cùm in instituto suo pergeret, & iam Graecos Thraciam incolentes liberaret, fortiter pugnando occubuit. Plut. in Lac. apoph.

Calliocrates.

Aduersus Mardonium Xerxis dum pugnaturus, sagitta percussus ac propemodum exanimatus: Ego, inquit, mortem nihil lugeo, seu quod domo

domo proficisciens ut pro Græcia morer, huic veneris, sed angor animo quod nec strenue, nec fortiter dimicans oppeto. Plut.

Agesilaus Atheniensis.

* Is ad exercitum Persicum expolorandum missus, comprehensus est & ad Xerzem perductus. Cumque is immolatus esset bouem super aram Iolis. Agesilaus dextram iniecit manum: & cum sine gemitu pertulisset angustiam illorum tormentorum, dixit, Tales sumus omnes Athenienses: sin fidem non habes, etiam sinistram immittam. Stob. ser. 7. de fortitudine. Eadem refert Livius & Plutarch. de Mutio Scœuola Romano.

Antigonus.

Cum circa Andrum nauale institeret præium, dicens quodam, multo plures esse hostium naues: Me autem, inquit, aduersus quod oppones? Plut.

Porus.

Porus Indorum rex, inuadente Indiam Alexandro, suadentibusque amicis, ut societatem cum regibus finitimis iniret ad propulsandum Alexandri impetum: Si mihi, inquit, tantæ vires non sunt, ut sine socijs saluus esse non possim, melius profectò est omnino non regnare, & fortiter mortem oppetrere pro salute meorum. Curtius & Arrianus.

Idem.

Idem suadentibus amicis, ut faceret rem diuinam, nec Alexandro postea transitum per flumen concederet: Non est, inquit, arma tentantium supplicare. Ex iisd.

Idem.

Dicentibus amicis, si supplex Alejandro cessisset, non esses victus: respondit, si Alejandro supplex cessisset, futurum erat ut ipse me ignauum seruum: si armatus restisset, generosum regem iudicaret. Bruson. li. 2. cap. 43.

Lycurgus.

Roganti, qua de causa veriusc oppugnari turces: Ne, inquit, à fecmina, puerōve, aut ab alio quopiam homine puer acfeminæ non dissimili, viri præstantiores occiduntur. Non probavit prælij genus, in quo virtuti locus non eset. Et turribus verò puer aut mulier deiecta saxonum potest virum quantumvis fortè interimere. Quis igitur locus virtuti in bellis nostris, in quibus præcipias partes agunt bombardæ? Plutarch.

Xerxes.

Cum à trecentis Lacedæmoniis ad Thermopylas vexatus esset, tantam militum dicens multitudinem, hoc se deceptum aiebat, quod multos quidem homines haberet, milites autē per paucos. Sentiens, non perinde referre quāt̄ multos educas, sed quā exercitatos. Eras. 5. apoph.

Darius.

Missis legatis ad Alexandrum ei decem millia talentorum, cunctam Mesopotamiam, filiæque matrimonium, cum amicum se sociumque futurum pollicebatur. Literis perlebris Parmenio: Si Alexander (inquit) essem, has ego conditiones acciperem. Cui subridens Alexander: Et ego medius fidius, ait, si essem Parmenio. Plut. Q. Curtius Arrianus.

Lacones.

Philippo, quum peruenisset in agros Lacedæmoniorum, scripsissetque, Vtrum vellent ipsum venire hostem, an amicum: responderunt, Neutrū. Unico verbo absoluerunt sententiam, quod erat Laconum: ac similipler negantes regi transitū, quod erat virorum fortium. Plutarch. in Lacon.

Alexander.

Quum Darius numerosissimum exercitum instruxisset, Alexander profundissimo somno correptus est, adeò ut nec interdiu potuerit expergisci. tandem imminenti periculo

amici ingressi; regem excitarunt. Qui quum dicerent, se mirari in eo rerum statu tantam regis securitatem: Magna, inquit Alexander, animi molestia me Darius liberauit, qui vires suas omnes in unum contraxit, ut licet vno die de summa rerum decernere. Plut. in vita Alex. Q. Curtius. Arrianus.

Idem.

Philippus Macedo, quum Alexander filio dixisset, num vellet regiam edificare domum, ornatam auro, electro, eboraque: Minime, inquit Alexander, sed potius hostium spoliis. Brus. l. 2. c. 43.

Idem.

Insultantibus in eum Scythis, conuicisque trans Tanaim fluuium lacessentibus, tranare decreuit, sed dissuadente Aristandro vate, qui dicebat, prodigiis hoc prohiberi: Satis est, inquit, periculo me offerre, quam tota penè Asia subacta, Scythis ludibrio & contemptui esse. Brus. lib. 2. cap. 43.

Idem.

Idem cuidam ciuitati partem agrum & dimidium rerū omnium promittenti. Eo, inquit, proposito in Asiā veni, non quidem ut id acciperem quod dedisset, sed ut haberetis quod reliquissim. Brus. lib. 2. capite 43.

Idem.

Vulnerato in pectore, in expugnatione cuiusdam arcis, quū ab amicis reprehenderetur, quod tā prope accessisset, Seniorem quandam Bœotiu dixisse ferunt, Virorum est, ô Alexander, magna facinora aggredi: sed qui præclarè quicquam facit, necesse est & pari. Brus. l. 2. c. 43.

Idem.

Eundem cum amici hortarentur, ut noctu hostes aggredieretur: Non est, inquit, regium victoriam furari: Q. Curtius, Plutarchus.

Idem.

Cum vidisset quandam, idem cum

ipso nomen habentem, sed timidum adolescentem, inquit, aut nomen, aut mores mutato. Sensit autem, eum Alexandri nominē nequaquam dignū esse, nisi qui militari facinore fortē se militem & infractum ostenderet. Q. Curtius. Max. ser. 4.

Idem.

Cum ei ad bellum gereendum proficisci diceret Aristoteles, expectandam esse perfectam etatem, & tum demum bellandum esse: Vereor, inquit, ne dum perfectam etatem expecto, audacem perdam iuuentutem. Eod. ser.

Idem.

† Cum Ilium venisset, & omnia studosè contemplaretur, quidam Trojani lyram Paridis ostendit. At ille, pluris faceret, inquit, hac Alexandri, lyram Achillis, si eam mihi posses monstrare. Desiderabat nimis fortissimi ducis instrumentum, quo usus erat in præstantium bellatorum laudibus celebrandis: Non effeminati, qui infames tantum amores canebat. Älian. lib. 9. de Var. hist. cap. 38. serm. 7.

Timotheus Athen.

Prospera fortuna per omnia credebatur vti, dicebatque, Fortunatum rerum bene gestarum causam esse. Timotheū vero nullius. Proinde pictores dormitantem eum in castris taxates fingeabant, atque fortunam supra caput pendentem, ciuitates quasi in rete quodam conducere. Älia. lib. 14. de Var. hist.

Anonyma.

*Eubuli & Aristo phantæ Siculo-rum vxores, cum maritis adu. Phalarium tyrannum Agrigentum conspirauerant. Deprehensa, tyranno omnia ingenuè factæ sunt, & simul cum maritis strenuā operam dedisse, vte tollerent. Sciscitante Phalarique ob iniuriam, Ob nullam priuatam, verū ob publicam responderunt. Communem enim iniuriam esse quod liberæ ciuitates seruitute premerentur.

Rursus

Rursus eo interrogante, quo tandem suppicio affectæ meritas pœnas luerent huiuscce odij : capit is dixerunt, Phalaris tanta animi fortitudine per motus , eas dimisit liberas. Stob. sermon. 7.

Pyrrhus.

In pugna Tarentina Romanorum militum virtutem ac ducum prudenter admiratus, exclamauit, O quam facile erat orbis imperium occupare, aut mihi Roman. militibus aut me rege Romanis! Ita Florus in Epit. libro 3.

Coriolanus.

In bello aduersus Volscos, quum rogaretur ut labore ac vulneribus eger se in castra recipere : Non est, inquit, victoris labore, móxq. hostem fugientem insectatus est. Victoriae dulcedo excutiebat omnem molestiæ sensum. Eras. l. 6. apoph.

Scipio.

Scipio, qui quinquaginta quatuor annorum spatiū emensus, neque emit, neq; vendidit quicquam, quum quidam ei scutum eleganter apparatus ostenderet, dixisse fertur: Atqui Romanum cīvem par est in dextra spem ponere, non in sinistra. Inquit autem, Romanos semper cæteris fortitudinis præstantiores fuisse, qui in bellica virtute omnium paucis annis domini facti sunt. Elian. l. II. de Var. hist.

Q. Fabi, & Carthaginem.

Sagunto à Pœnis contra fœdus oppugnata, Romani legatos misere Carthaginem, in quibus erat Q. Fabius, exploraturos an id publico consilio factum esset. Ad id quum quidam Carthaginem princeps ferocius respondisset, Romanus sīnu ex toga factō, En, inquit, vobis bellum & pacem apportamus, utrum placet sumite, quum Pœni ferocius reclamarent, daret utrum vellet: Romanus effuso sīnu, Bellū, inquit, damus. Responderunt Pœni se accipere, eoque

animo gesturos quo ille daret. Eras. 1. 6. apoph.

Scipio junior.

Postquam se intra muros urbis ceperat, Carthaginensibus ex arce se defendentibus, ac Polybius suaderet ut in mari, quod interiacebat non valde profundum, murices spargeret ferreos, aut tabulas aculeatas iniiceret, ne transmissio mari hostes pro aggeribus pugnarent: aiebat esse ridiculum quum mœnia tenerent, & intra urbem essent, dare opera nē cum hostibus confligerent. Plut. in Rom. apoph.

Idem.

Numantia capta, quom iterum triumphasset, incidit illi controvèrsia cum C. Graccho, tum pro senatu tum pro belli sociis. Id molestè ferebatur populus, tumultuabatur : Scipio verò consenso suggestu, Me, inquit, nec castrorū vociferatio vñquam terruit, nec tumultus hominū terribit, quibus Italiam scio nō matrem esse, sed nouercam. Significans, eos qui publicis patriæ cōmodis obstreperent, non esse verè Italos, sed alienigenas. Valerius refert illum dixisse: Numquam eos metuam solutos, quos huc alligatos adduxi. Denotans, eos ad ductos fuisse captiuos, qui in victoriē ferocirent. Plut.

P. Licinius.

P. Licinius consul, imperator eque stri pugna superatus à Perseo Macedonum rege, bis mille & octingentos milites amissit, partim intersectos, partim captos. Cum verò post pugnam Perseus mitteret oratores auctueros de fœdere ac pace : Licinius, qui vietus erat, victori præscripsit, ut si pacem vellit, quæ haberet in sua potestate, daret in fidem Romanorum. Ne cala mitas quidem fortissimi viri spiritus potuit imminuere Nec ignorauit Perseus, quibus cum viris ipsi res esset: eoque fecit victor quod vici solent facere. Plutarchus in Roman. apoph.

Sylla.

Apud Orchomenum quum milites lōgius euagarentur, ordinibūsq; perturbatis fugam caperent: Sylla ex equo desiliens, arrepto vexillo in hostē conuolat, ita vociferans: Mihi qui dem o Romani milites, hīc pulchrū est mori: vos interrogati quo loco dū cē vestrum amīteritis, memineritis dicere apud Orchomenū. Haç voce suō reuocauit. Plut. in Syll.

Pomponius.

Pomponius miles Romanus captus à Mithridate sub Lucullo imperatore, multis saucius vulneribus, ro-gatus à Mithridate, An curatus ei fo-ret amicus: Ero, inquit, perlibenter, si tu prius Romanis amicus fueris. sin inimicus, me quoque inimicum ha-bebis. Brus. I. 2. c. 1.

M. Brutus.

Vltimum prālium initurus, dehor-tantibus quibusdam ne se tanto dis-crimini committeret: Hodie, inquit, aut recte erit, aut nihil curabo. Si-gnificans se aut victorem fore, aut nō victorum. Mors autem adimit omniū malorum sensum. Plut. in Bruto.

Idem.

Post Cæsarī cōdem periculis cir-cundatus, scr̄psit ad Atticum, opti-mo in statu mentem suam locatam esse: aut enim se victorem Romanam Rēpubl. liberaturum, aut animam suo de corpore, Bruson. libro 2. ca-pite 43.

Cyanenses.

Cū M. Bruto tota ferè Lusitania sese dedisset, solaq; vrb̄s Cyania per-tinaciter arma retineret, tentatū est per Bruti legatos, vt data pecunia per feueraret esse sui iuris. Verūm his po-pulus Cyanensis vno ore respondit, si di ferrum à maioribus relictum, quo vrbem tuerentur: non aurum, quo libertatē redimerent. Val. Max. lib. 6. c. 4.

Pompeius.

Cū Syllanæ factio se addixi-

fet, non absque spoliis, nec sine em-enta victoria imperatori se copias ex-hibitorum esse dicebat. Nec prius ve-nit ad Syllam, quām multis confli-ci-bus hostium duces superasset. Plut. in Rom. apoph.

Iul. Cæsar.

Post attritos Tigurinos, ad vrbem quandam sociorum proficiens, cū audisset Heluetios in itinere occur-re, in locum quendam munitum se recepit. Ibi congregatis copiis, in-structaque acie, vbi equus illius cui solebat insidere adductus est: Hoc, inquit, post victoriam vtar in perse-quendis hostibus & pedes aggressus est Heluetios. Plut. in Cæs.

Idem.

Videns aequaliterum terga dantem hostibus, fauibus comprehensum ho-minem, in hostes manus conuertit, atq; iit: Quorsum abis ignauissime, an non illos esse vides quibus cum dīamicamus? Brus. I. 2. c. 43.

Idem.

Potentiam duabus potissimum re-bus parari, pecunia scilicet & militi-bus, atque deinde eam potentiam e-iusmodi rebus conseruari & augeri, dicere solebat. Existimauit autē, hęc duo sese mutuò consequi posse, exer-citum commeatu retineri, rufsum cō-meatum armis comparari. Xiphilinus in Cæsare.

Idem.

Dyrrachij expectabat, vt illuc è Brundusio milites mitterentur. Id cū tardius fieret, clām omnibus conseensa scapha exigua, tentauit transmittere pelagus, cūmque nauigium vndis obrueretur, gubernatori am animum despontenti, quis esset aperuit, dicens: Confide fortunæ, sciasque te Cæarem vehere. Tanta erat asimi præstantia, quasi fortu-nam ac deos in manu haberet. Ac tum quidem tempestate ingrauescen-te, veritus est quod instituerat pera-gere: Milites autem vbi resciuere fa-ciat, concursum fecerunt ad Cæ-sarem,

sarem , grauitérque ferebant si alias expectaret copias , velut ipsis diffus . Plut.in apoph.

Anonymus.

Cum Antonius appararet classe cū Cæsare configere , quidam tribunus militū , vir fortis , & armis exercitatus Antonio prætereunti corpus suum multis cicatricibus insignitum ostendit , dicens : O imperator cur his vulneribus , aut huic gladio parum fidis , inque lignis fragilibus spem reponis ? Sine Phœnices & Ægyptij classe pugnant , nobis Romanis terram da , in qua consueuimus vel hostem vincere , vel mortem oppetere . Plut.in vita Antonij .

Turbo.

Turbo Adriani Cæsarīs præfectus , admonitus ab eo ut curā haberet suę valetudinis , sibi q; daret vacationem à negotiis , respondit . Nō decere Cæsarīs præfatos , nisi stantes mori . Ignauum esse sentiens , in lecto incubentem expirare . Eras . 6.in apoph .

Zisca.

Ioannes Zisca , Hussitarum dux & imperator belli cosíssimus , cùm in pueritia vnum oculū amisisset inter æquales ludens , altero etiam in obfídione cuiusdam castri priuatus est . Sed neque oculo vtroque cassus imperio se abdicavit : Is post multa cōtra Bohemios & Theutones egregia facta , cum in morbum lethalē incidisset , ac iam propè moriturus interrogaretur : quomodo sepeliri vellit ? Pellem , inquit , mortuo demite : reliquóq; feris cadavere , ex ea tympanū facite , quo in præliis vtmimi . Nam vt hostes viuentis aspectum nō ferebant , ita mortui sonitum nō ferent . En . Sylu . lib . 3 . commentariorum de reb . gest . Alphonsi .

Alphonsus.

Videns naufragos auxilium implorantes , suos adhortatus est , vt illi co subuenirent , qui dum pertimescerent periculū maris tam horredunt , dicentes , melius esse vnam quā vni-

uersas triremes perditum iri : Rex ipsomet soluit prætoriam nauem , Satius esse inquiens , vñā cum sociis viris fortissimis occumbere , quām illos videre ante oculos extrema pati . Panor . l . 2 . de reb . gest . Alphonsi .

De fortuna .

Socrates.

* **M**aximam ceu minimam spe-
ctandam esse dicebat , & quod abest nō desiderandum : neque enim , inquit , ad te pertinet . Stob . ser . 5 .

Diogenes.

Solebant olim à periculis seruati in templis suspendere donaria , velut incolumentem suam diis acceptam ferentes . Proinde quum Samothracē profecto Diogeni ostenderent donaria , quæ à bello , morbo , nauigatio ne , aliōve discrimine seruati , dicārant : Atqui , inquit Diogenes , multa plura essent , si qui seruati non sunt , ista dedicassent . Sensit opinor , eos qui seruarentur , casu seruari , nō deorum beneficio . Quod si diis imputandum est si quis seruaretur , iisdem imputandum est quod plures pereunt quām seruantur . Sunt qui hoc tribuant Diagorę Melio , impio . Samothracos autem magna in hisce rebus superstitione laborabant . Laer . Nullā autē fortunam summi dei respectu , agnoscit vera Religio . fortuna nobis est , quæ in Deo prouidentia dicitur .

Idem.

† Aiebat se obicere fortunæ confidentiam , naturam legi , perturbacioni rationem . Laert . li . 6 .

Seneca.

† Omnes cum fortuna eopulati sumus , aliorum aurea catena est , & saza , aliorum arcta , & sordida : Sed quid refert ? Eadem custodia vniuersos circundedit . alligatisq; sunt etiam qui alligauerint . Nisi fortè leuorem in sinistra catenam putas , De transquill . cap . 10 .

Anonymus.

+ Glorianti euidam mercatori,
quod multas naues in omnem oram
maritimam dimisisset, Non sanè o-
ptabilis ista, inquit Lacon, rudenti-
bus apta fortuna. Cic. 5. Tuse.

Plato.

* Dicebat Deum quidem omnia, &
fortunam opportunitatemque simul
cum deo cuncta humana gubernare.
I.4.de legib.

Epictetus.

* Malum vinculum esse dicebat,
corporis quidem fortunam, animæ
autem vitium. Siquidem qui corpore
quidem liber, anima verò vincitus, is
seruos est. Rursum qui corpore ne-
xus, anima verò solutus, is liber est.
In Enchiridio.

Architas Pythagorus.

* Quemadmodum (inquit) refulgens
lux perstringit aciem oculorum: sic
etiam nimia fortuna intellectum a-
nimæ. Stob.ser.1.

Demetrius.

Aristophanes in comedìa Plutum
inducit cæcum. At Demetrius dice-
bat, non solum plutum, id est, diui-
tias, esse cæcum, verùm etiam Fortu-
nam, Pluti ducem, ut iam sit illud
proverbij, Cæcus cæco dux. Fortuna
sepe largitur indignis sua munera.
Laert. lib. 5. cap. 5.

Theramenes.

Theramenes, unus triginta tyran-
horum, domo, in qua multi accum-
bebant, in cœnantes illapsa, solus in-
columis evaserat. Hanc ob rem quom
ab aliis fœlic prædicaretur, ille ma-
gna exclamans voce: O fortuna, in-
quit, cui me occasione seruas? Sensit
vir prudens, se non esse seruatum,
sed majori malo reservatum. nam a-
liquanto post imperfectus est. Eraf. 6.
apophtheg.

Demosthenes.

* Dicebat rerum eventus omnibus
hominiis esse obscuros, & parua
occisionum momenta causas exi-
gere ad res maximas: ideo in secun-

da fortuna moderatum animum, fu-
turique prouidum esse adferendum.
Orat.ad Leptinem.

Plutarchus.

* Fortuna, inquit, sagittarij more
collimat, interdum in nos iaculans
tanquam in scopum quandam, inter-
dum in ea qua nobis adberent Ant.
& Max. ser. de fortuna bona & mala.

Vide apoph. de Fœlicitate & Infelicitate.

Defortunæ inconstantia.

Thales.

Sciscitatus, quemadmodum quis
calamitatem optimè ferre posset:
Si, inquit, hostes videat in maiori
versari miseria. Max. ser. 18.

Chilon.

Chilonis sententia huic non absi-
milis est, qui dicebat, infortunatum
non irridendum esse: fortuna cum in-
constans sit, & nostræ etiam fœlicita-
ti inuideat. Stob. ser. 109.

Idem.

Ab Aesopo interrogatus, quid a-
geret Iupiter? respondit: Excelsa de-
primit, depressa extollit. indicans, ar-
bitrio numinis res hominum sorsum
deorsum volvi, reueluque. Laert.

Aesopus.

Quærenti, quid dij facerent? dixit,
eos alia struere, alia diruere. Stobæus
serm. 103.

Bion.

Interrogatus, quis esset in vita ma-
xime anxius? Qui in maximis, in-
quit, rebus cupit esse fortunatus. Is enim
mille curis distractus, ut af-
sequatur ardua: & assequutus, æquè
torquetur ne amittat, Laert. lib. 4.
cap. 7.

Idem.

Dicere solebat, Fortunam diuiti-
bus pecunias non dono dedisse, sed
mutuo. Haec enim, cum suis bonis
extra omnem spem nos euehit, suó-
que pro arbitrio mox deprimit in-
cautos. Stob. ser. 103.

Sophocles.

Socrates.

Dicebat, idem esse in secunda fortuna altum sapere, & in lubrica via cursu certare. Stob. ser. 103.

Idem.

* Idem est (dicebat) languenti onus imposuisse, & indeo bonam fortunam. Stob. serm. 4.

Idem.

* In foro ignem; in vtraque fortuna mentem splendere pulchrum esse dicebat. Ant. & Max. ser. de fortuna bona & mala.

Bias.

* Eum demum infortunatum esse pronuntiabat, qui infortunium suū aequo animo ferre non posset. Max. serm. 18.

Idem.

Interrogatus, quid esset difficile? Mutationem, inquit, secundæ fortunæ fortiter ferre. Max. ser. 18.

I Socrates.

Suos admonere solitus erat, ne cuiquam suam calamitatem obiicerent. Communem enim fortunam esse: nec quid futurum nobis sit, modò spectari posse. Stob. ser. 190.

Democritus.

Dicebat, nullam esse adeò muniam diuitiarum portam, quana fortunæ occasio aperire nō posset. Stob.

Teles.

* Fortunam, seu poetriam quandam dam, dicebat multas inducere personas naufragi mendici, exulis gloriofi, obscuri, itaque, inquit, decet, virū bonum rectè agere; quacunque ei fortuna dederit personam. Naufraguses factus: bene representato naufragum: pauper ex diuite: bene agito pauperem. &c. Sto. ser. 106.

Plutarchus.

Fortunam assimilabat malo certaminum præfidi. Nam s̄epe coronat illos qui non vicerunt. Ant. & Max. ser. de fortuna bona & mala.

Anonymus.

Diagoras cùm Olympicis vidisset filios suos vītores coronari, atq; ex

fillā filiōque nepotes, eāq; remulta lātaretur. Lacedæmonius quidam dixisse fertur. Nūc ò Diagora pulchrū esset moriendi tēpus. Ostendens, fieri non posse, vt tantus fœlicitatis cūfulus, alicuius rēi infelicitate ante mortem non compensaretur: & tunc moriendum esse, cum viuentem plus vita delectat, Fulgos. l. 7. c. 2.

Leotychidas.

Roganti, quo modo quis maximē præsentia bona tueretur? Si non omnia, inquit, fortuna crediderit. Brus. lib. 2. cap. 37.

Dionysius junior.

Amisso imperio Corinthi agens, si quis ipse molestus esset, dicebat, Quām beati sunt, qui à puero infelices fuere. Stob. ser. 109. de Insperatis euentibus.

Idem.

Conuerterant aliquando Dionysius secundus & Philippus Amyntas F. cùmque in diuersos sermones incidissent, Philippus inter alia Dionysium rogabat, Quomodo cùm tantū regnum accepisset à parente, non id defendisser & conseruasset? respondens, Non mirum est, ait: quoniam quum reliqua mihi pater omnia reliquisset, fortunam solam qua ea parauerat, & tutatus fuerat, mihi non tradidit. Älian. lib. 12. de Var. hist. & Bruson. lib. 2. c. 37.

Democritus.

* Etiam bonum gubernatorem ad liquando naufragium facere, & virum bonum vel industrium etiam infortunatum euadere dicebat. Ant. & Maxim. serm. de fortuna bona & mala.

Aristonymus.

* Vitam humanam theatro comparabat, vbi sepius pessimi quique honorissimum inter homines locum obtinent. Stob. serm. de illis qui indignè fortunati sunt.

Idem.

* Dicebat periti naucleri esse ventorum se mutationibus accommo-

dare: viri autem sapientis, fortunæ.
Stob. serm. 3.

Pausanias.

Simonides ad conuiuum à Pausania, vocatus, rogabatur inter conuiuandum, ut quidpiam ex philosophia arcana in medium asserret hominibus, quod documento esset omnibus. Is itaque respondit Pausaniam: Memineris te hominem esse. Vedit vir sapientissimus, Pausaniam ex nimia felicitate superbientem, quem hoc dicto sui officij admonere voluit. Sed Pausanias contempnit philosophi dictum. At cum iam in Charceaco & cum fame luctaretur, iamque contumeliosissimam morte præoculis corneret, in memoriam philosophi dictum reuocans: O Cee hospes, ait, magnum quiddam in tuo erat sermone: ego vero nimium fortunæ meæ fidens, eum nullius momenti esse putabam: vnde nunc miserrime interire cogor. *Aelian.* libro nono de Varia hist.

Craesus.

Consultus à Cyro de bello suscipiendo contra Tomyrin regiam, à qua tandem occisus est: Si tibi, ait, esse videris immortalis, nihil est opus ut meam tibi sententiam dicam. Si vero te quoque agnoscis hominem, illud in primis discito, talem humarum rerum circulum esse, qui rotatus, eosdem semper fortunatos esse non sinit. *Brus.* l. 2 c. 37. ex Herod.

Demetrius.

Illum qui sinistram fortunam ferre nequeat, ne dextram quidem posse ferre dicebat. *Ant.* in *Meliss.* part. 1. serm. 70.

Idem.

Nemo Demetrio fuit utraque fortuna exercitator. Itaque frequenter solebat in fortunam illud *Æschylus* dicere: Tu me extulisti, tu ipsa rursus delicas. *Plutarch.* in *Demetrio.*

Darius.

Darius Xerxis pater, in sui laudem dicere solebat, se se prælijs ac rebus

asperis reddi prudentiorem. Atq[ue] talis prudentia nimio constat reipubl. Præstat principem è philo-phiæ præceptis haurire sapientiam, potius quam experimentis miseram, ut vocant, colligere prudentiam. *Erasm.* libro 5. ex *Plutarch.* apoph.

Philippus.

Cum Philippo Macedoni nūtium esset allatum, vno die multas res fecerunt ac prosperè gestas esse (nam eodem tempore vicerat in Olympiis, & Parmenio Dardanenses prælio fuderat, & Olympias ipsi masculum fætum erat enixa) porrectis in cœlum manibus exclamauit: Et ô fortuna, inquit, pro tot tantisque bonis leui quopiam malo me affice. Vir cordatissimus non insolenter gestit ob resum successum, sed fortunæ indulgentiam suspectam habuit, cuius ingeniū esse nouerat, ut quibus exitum molitur, his prius noua rerum prosperitate blandiatur. Huc pertinet quod de Polycrate Samiorum tyranno refert *Plinins.* *Plutarchus* in apophtheg. *Fulgosius* libro 7. cap. 2.

Apelles.

Interrogatus, cur sedentem fortunam pinxit? respondit, Quia loco stare non potest. *Stob.* serm. 102. *Max.* serm. 67.

Romulus.

Infelicitatem hominibus plurimam prodesse dicebat, eo quod in rebus aduersis doceamur de rebus antea nobis ignotis. Multi enim cum ratione futura præuidere non possunt, patiendo res intelligunt demum. *Anton.* in *Melissa*, part. 1. ser. 70.

Idem.

Eum nequaquam beatum prædicandum dixit, qui propter amicos, aut alias fortunæ dotes exultaret. hæc enim sunt fallacia & caduca omnia, quæ fortuna in sua potestate habet. *Max.* ser. 18.

Annibat.

† Cum suam ac Romanam aciem comi-

cominus dimicarent , immissa bistrē
pestas impedisset , Dixit potius
sibi vrbis Romæ, modò mentem non
dari, modò fortunam. Liuius lib. 26.
ab VC.

Paulus Aemylius.

† Cùm Perseus R. in acie vietus,
captus, ad se fuisse adductus, flens
que nihil ad interrogata responde-
ret, conuersus ad suos Paulus, Exem-
plum insigne cernitis , inquit, muta-
tionis rerum humanarum. Vobis hoc
præcipue dico iuuenes: ideo in huma-
nis rebus nihil in quenquam superbè
ac violenter consulere decet, nec præ-
senti credere fortunæ, cùm quid ves-
per ferat incertum sit Is demum vir-
erit, cuius animum nec prospera fla-
tu suo efferet, nec aduersa infringet.
Liuius li. ab VC.

Fabius Max.

Cùm audiret Minutum collegam
ab omnibus mirum in modum col-
laudari , quòd nonnullos hostes iam
deiecisset se magis secundam Minu-
tij fortunam , quām aduersam perti-
mescere dicebat. Non ignorabat e-
nī quām variaz essent fortunæ vi-
ces, &c. Plut. in vita Fabij Max.

C. Mariu.

Non sanæ mentis hominem esse
aiebat , qui se fortunæ committeret.
Brus. l.i.c.37.

Anonymus.

De Mario tyrannorum septimo
diſtū est, quòd vno die factus est im-
perator , altero visus est imperare,
tertio interēptus est à milite qui per-
cussurus illum dixerit. Hic est gla-
dius quem ipse fecisti. Fuerat enim
opifex ferrarius. Allusit autē interē-
ptor ad illud proverbiū , Tuō te
gladio iugulo. Trebellius Pollio.

Seuerus imper.

Celebratur Seueri imperat. diſtū;
Omnia fui , sed nihil expedit. Sen-
tiens, sese ex humili loco per litera-
rum ac militiaz officia plurimis gra-
dibus fauore fortunæ ad imperij fa-
stigium fuisse perductum : sed nihil

feliciter cessisse , aut nulla in re sibi
placuisse. Ælius Spart.

Vide apoph. de Fælicitate.

*De fortuna aduersa æquo
animo ferenda.**Chilon.*

Q Vum quidam propter sua mala
doleret, dixit: Si aliorum om-
nium mala perpenderis , minus ægide
feres tua. Stob.ser.18.

Pittacus.

Prudentum virorum esse dixit, ne
quid mali fiat cauere: fortium autē,
id quod factum est , moderatè ferre.
Stob.ser.18.

Diogene.

In casus quosdam aduersos quum
incidisset, dicebat, Bene factum ô for-
tuna, quòd tam viriliter mihi p̄fue-
ris. Idē in huiusmodi casibus alta vo-
ce cantillabat. Stob.ser.106.

Zeno.

Naufragiū passus, opibus omnia cū
amisisset, immobili vultu: Euge, in-
quit, fortuna quām opportunè nos
ad hoc palliolum redigisti. Max.
serm.8.

Socrates.

Xantippe dicebat , cùm infinitæ
mutationes & Rempub. & ipsos oc-
cupassent, in omnibus se similem vi-
disse Socratis vultum, & exentis do-
mo , & denuò redeuntis. Ad omnes
enī fortunæ vndique ingruentes
procellas moderatus & concinnui-
erat. Stob.ser.106.

Idem.

* Dicebat , idem est in gymnaco
certamine vitum contumeliaz a-
ctionem aduersario intentare : & in
vita vitum à fortuna, eam accusare:
quasi nescias quo iure quibūsque le-
gibus in vitæ certamen cum ipsa de-
scenderimus. Stob. ser.de pusilliati-
tate.

Archytas Pythagoreus.

* Dicebat non difficile esse aduer-

sam fortunam commodè ferre, sed prosperam. Omnes etenim, inquit, quandiu in miseria permanent, ut plurimum moderatis modestisque moribus esse videntur, in rerum auctem successu elatis animis, &c. Stob. ser. de virtute.

Seneca.

* Ad utrosque casus sapiens aptus est, honorum rector est, malorum visor. Epist. 86. ad Lucil.

Idem.

* Illis, inquit, grauis est fortuna, quibus est repentina, facile eam sustinere potest, qui semper expectat. Et: Neminem aduersa fortuna communiuit, nisi quem secunda decepit. lib. de Consol. ad Albinam. cap. 4. & 5.

Catharina Aragonia.

* Eam Henricus VIII. vt Anna Bona pellice potiretur, cùm repudiasset, incredibili animi constancia, fortunæ inconstantiam, & casus aduersos superauit. Solebat autem sèpissimè apud suos dicere, fortunam te, nec a sperrimam, nec lenissimam, si daretur opio, electuram, cùm viraque suas tentationes ac pericula habeat: sed medium potius ac temperatam. Si tamen alterutra eligenda esset, malle se tristissimam, quam blandissimam: infelicitibus enim rarò deesse consolationem, fortunatissimis ferè temperamentem. N. Sanderus li. 1. de Schis. Angl.

Vide apoph. de morte suorum non deplenda, de Animi moderatione, Fortitudine, Felicitate, Infortunio, Parvitia, Incuria, Ultione neglecta, &c.

De fratribus.

Aniſthene.

Fratres qui essent concordes, omni pariete dicebat esse fortiores. Laer. li. 6. c. 1.

Iſocrates.

* Dicebat, non decere fratres, ut lances in statera, altero humilitato

alterum extolli. Ant. & Max. serm. de amore fraterno.

Socrates.

* Eos qui fratribus præteritis alias sibi amicos acquirunt, iis similes esse dicebat qui reliquo suo agro alienum colunt. Stob. ser. 82.

Plutarchus.

* Dicebat, nullam esse fratris amissi recuperationem, ut neque manus ablare. Anton. ser. de amore ac odio in fratres.

Idem.

* Musas dicebat nominatas quasi θύμα τοις, id est, simul degentes, propter sororiam animorum coniunctiōnem. Stob. ser. 8.

Euclides Soraticus.

* Cùm fratre dicente audiuisset, Disperatā nisi te virtus fuerit; respondit, Et ego, nisi vt nos ames tibi persuaserim. Plutarch. libr. de fratre amore.

Sotion.

* Fratrum amantem & pauperem dici præstat, inquit, quām fratrum osorem & diuitem. Stob. ser. 82.

Idem.

* Fratri in fratrem insurgentem, dicebat, Canem tibi infensum mitigare conaris, vt fiat benignior erga fratrem verò idem non facies. Eodem sermone.

Aristippus.

* Ad fratrem reconciliatum dixit, Memineris te dissensionis, me reconciliationis fuisse authorem. Ibid.

Hieroclēs.

* Sicut oculi manusque, si animæ & mentis per se compotes fierent, reliquas partes omni studio curarent propter intercedentem ipsius communionem: quoniam ne ipsæ quidem functionem suam recte administrare possunt citra præsentiam aliarum partium: ita nobis etiam, inquit, qui homines sumus, & animam habere nos fatemur, omnibus viribus annitendum est, ut fratribus decenter vagamur, &c. Stob. ser. 82.

Insapher.

Incapernis uxori.

Dario permittente ut unum ex suis eligeret, cuius vitam sibi donari vellet, fratrem elegit. demirante rege, causamque sciscitante: Alius, inquit, maritus, alij liberi, si Deus voler pos sunt contingere: alium fratrem parentibus vita defunctis, non est quod sperem. Eras. 6. apoph.

Eumenes.

Eumenes insidiis petitus à Perseo, credebatur extintus. Is rumor cum Pergamū esset perlatus, Attalus eius frater imposito sibi diademate, ductaque fratre vxore, regnum occupauit. Cæterū cum adisset illum viuum, ut solebat profectus est illi obuiam vñā cum satellitibus, hastam gestans. Eumenes autem amanter illum amplexus, dixit in aurem, Ne festines ducere, priusquam me mortuum videris: nec præterea per omnem vitam, ullam offensi animi significationē vel dicto, vel facto dedit: quin etiam moriens, fratri & vxorem & regnum reliquit. Cuius animi memor Attalus, cum multos ex se liberos haberet, nullum tamen regno educauit: sed Eumenis filio posteaquam adoleuissest, adhuc viuens principatum tradidit. Plut. in reg. apoph.

Antiochus.

Antiochus cognomento Accipiter, cum fratre Seleuco pro regno bellum gerebat. At ubi Seleucus à Galatis vixsus nupsquam appareret, sed interfecitus in prælio crederetur, deposita Antiochus purpura, pullam vestē induit: rursus paulo post cum audisset illum esse incolumem, pro leto nuntio diis immolauit, fecitque ut ciuitates ipsi subditæ coronas gerstant. Solent fratum iræ, si quando inciderint, esse acerrimæ: solet regni cupiditas nihil impium aut nefarium ducere. At hic ea moderatio ne regnum ambiit, ut fratrem vellet incolumem. Plut. in regum. apoph.

Caracalla.

Bassianus præfetus suadebat Ca-

racallæ, ut ad mitigandam inuidiam parricidij, fratrem Getam appellaret diuum: Sit, inquit, diuus, dum non sit viuus. Et sic fratrem in diuos retulit. Arque ita regnandi cupiditas nescit iura pietatis. Ex Ælio Spartan.

Vide apoph. de Concordia.

De frugalitate.

Crates.

Emetrio Phalereo indignat⁹ est, quod ipsi panes ac vinū misisset, dicens: ut tinā fontes etiam panes ferrent. Sentiens, Vino nihil opus esse philosopho: atq; hoc ipsum esse subiectum, quod panis non æquè parabilis esset, ac potus, Laert. lib. 6. cap. 5.

Idem.

Stilpon Ceij dedit caricam, simulque proposuit quæstiunculam. Cum Cynicus protinus nucem deuorasset: Caricam, inquit Stilpo, perdidi. hinc Crates, Non caricā modō, sed & quæstiunculā cuius illa fuit arrha. Sentiens, se frustra captatū munusculo ad respondendum. Laert. libr. 2. cap. 12.

Idem.

Cum in forum incidisset, alios ementes, vendentes alios contemplatus: Illi, inquit, quod rē inter se contraria agunt, se beatos esse iudicāt: at ego me, quod vtriusque, tum emēdi tum vendendi, sim immunis. Stob. ser. 1. de Prudentia.

Socrates.

Dicebat, eos qui frugaliter viuerent, longè plus habere voluptatis, ac minus cruciatum, quam si indulgerent genio. Laer. l. 2. c. 5.

Idem.

Aduocarat diuites aliquot ad eam, ob id solicita Xanippę, quod apparatus esset perquā exiguis, Bonō animo esto, inquit: nā si frugiter: peratique sunt, boni consulet: si minus, nulla bonis horum cura debet esse. Hoc dilemma nobis merito excuteret operosam & sumptuosam am-

S. iij

bitionem in excipiendis conuiuiis,
Laer. I.2.c.5.Stob.

Idem.

Dicere solitus est, cum esse diis summum, qui quam paucissimis egeget, cum dij omnino nullius egeant rei. At vulgus diuites diis proximos existimar, quorum deliciis nihil sat. est. De his enim dictum est in commedia Terentiana, Quam vos facilimè agitis. Hoc autem Homerus diis tribuit, quos appellat πάντας, id est, facillimè viuentes. Facillimè autem viuit, qui paucissimis contentus est. Laer. I.2.

Idem.

Dicebat, qui suauiter ederet pañem, huic non esse opus obsonio: & qui suauiter biberet quemlibet potum, hunc non desiderare poculum præter id quod adest. Fames enim & sitis optimè condit omnia. Ibid.

Idem.

Admonere solebat, quod apud alios diceretur edere aut conuiuari, apud Athenienses dicitur ωχεῖδης: qua voce dicebat nos admoneri, eo temperamento sumendum cibum, ut nec corpus nec animus oneretur. Huc o pinor alludens, quod ωχεῖδης sonet vehi, vide ὁ σχεῖων vehiculum, quamquam ωχεῖων dicatur & cibus: eoque additum οὐ, ne sarcina iusta grauior imponeretur corpori. Eras. I.3.apoph.

Idem.

Xantippe cum increpante, quod tenuiter se ad amicos accipiendos præpararet, dixit: Si nostri fuerint, nihil curabunt; si alieni, nos de ipsis nihil curabimus. Max. ser. 13.

Idem.

Dicebat quoque optimum condimentum esse famem, quod & optimè educaret omnia, & nullius esset impedij. Vnde ipse semper iucundè edebat ac bibebat, quia neutrum faciebat nisi pruriens ac sitiens. Laer.

Idem.

Dicere solebat, multos in hoc viuere ut ederet & biberet, se autem

contrà, ob id bibere & edere, ut viueret: quod his rebus non ad voluptatem, sed ad necessitatē vteretur, quādoquidem natura paucis contenta sit. Eras. I.3. apoph. ex Stob.

Idem.

Per forum obambulans, cum asperceret mercium copiam quæ illic vendebantur, ita secum loqui consuevit: Quam multis rebus ego nō egeo! ast alij cruciantur animo, ita cogitantes, Quam multa mihi de sunt! Sibi gratulabatur, quod iuxta naturā viuens, ac paucis assuetus, aurum, purpurā, gemmas, ebner, aulæa, reliquāsque diuitum delicias, nec cuperet, nec egeret: quas dicere solebat magis necessarias agendis tragœdiis, quam ad vivum vitæ. Laer. I.2.

Idem.

Quendam ex amicis conquerentem, quod Athenis omnia magno venirent (vinū enim Chium mina, purpuram tribus minis constare, mellis heminam quinque drachmis) manu illius prehensa, dixit in forum farnarium: Obolo, inquiens, semisextarius venit, utilis igitur annonā est. Hinc ad olearia deducens: Duobus, inquit, æreis sextarius, non magno igitur in vrbe veneunt omnia. Qui paucis ac necessariis contentus est, sibi facit vitem annonam. Eras. I.3.a. apoph. ex Plut.

Idem.

Quodam pro foribus deambulanti contentius usque ad vesperam, cum præreuntiū quā spiam dixisset, quid agis Socrates? Obsonium, inquit, mihi comparo in cœnam, de fame sentiens, quam agitatione corporis excitabat. M. Tullius sic explicat: Quo melius cœnem, obsono ambulando famem Laert.

Idem.

Ad famē ac sitim tolerandā exercuerat sele, post sudorem enim palestra collectum, cum alij potum vehementer appetunt, nunquam bibebat de primo cratero, rogañus quā ob

ob rem id faceret? Ne consuescam, inquit, obsequi affectibus. Interdum enim, licet sitias, noxiū est bibere. hic cū ratio suadet abstinentiam, affectus hortatur ut bibas, magis obtemperandum est rationi. Laert.li.2.

Diogenes.

Cū aliquando à Cratero Alexātri Magni p̄festo ad cœnam invi- tatus esset, respondit: se malle salem Athenis lingere, quām apud Craterū adipata frui mensa. Laert.li.6.

Idem.

Quibusdam obiciētibus, quōd in foro cibum caperet: Quid mirum, inquit? in foro esurio. ratiocinatus à relatiūe oppositis. Si fames non vr geret hominem in foro, fortassis ab- surdum esset in foro vesci. Sed eodē colore se tueri potuerat, in foro de- riens aluum, aut vrinam reddens. Laer li.6.

Idem.

Quum aliquando vidisset puerum eau a manu bibentem: Hic puer, inquit, me frugalitate superat, qui sup- pellestilem superfloram mecum cir- cumferam, & eductum ē pera pocu- lum ligneum abiecit: Nesciebam, inquiens, & in hoc nobis prouidisse naturam. Quum alterum puerum vi- disset vasculo fracto, cauo panis ex- cipere lenticulam, abiecit & catinum ligneum, vt superuacaneum. Hęc pa- tiar videri ridicula, modò fateamur, immodicum simplicitatis exemplum in hoc esse vtile, vt nos nostri luxus pudeat. Laert.li.6.

Idem.

Quum in publica via pranderet, multique cingerent illum ob specta- culi nouitatem, ac subinde acclama- rent, Canis canis: Imò, inquit, vos po- tius estis canes, qui prandentem cir- cūstatis. nam id canibus cū primis familiare est. Laer.1.6.

Idem.

Quum primum cœpisset philoso- phari, ac in dolio, sicco mucidóque pane vescens solus, audiret totam yr-

bem lætitia perstrepenē (erat enim dies festus) sensit animo nonnihil tæ- dij, d'ūque secum de relinquendo vi- tæ instituto cogitauit. Sed quūm tan- dem mures videret adrepentes, pa- nisque micas edere. Quid tibi dispi- cet, inquit, ô Diogenes? sat magnifi- cus es: ecce etiam parasitos alis. Laer- tius li.6.

Idem.

Panem album nactus, è pera ciba- riū eiecti, hunc verum perloquēs: Hespes tyrannis è vita decedito. Sto- serm. 15.

Idem.

Quum in opiparo conuiuio vide- ret Platonem nihil attingentem lau- titiarum, sed oleis duntaxat vescen- tem: Quid accidit, inquit, vir sapientissime, vt cū ob huiusmodi mēfas in Siciliam profectus sis, hic à paratis abstineas? Ad hęc Plato: At hercle Diogenes, & in Sicilia huiusmodi fe- ré cibo contentus eram. Quid igitur, inquit Diogenes, necesse erat Syracu- fas nauigare? An tum Attica non fe- rebat oleas? Hoc dictum quidam ad- scribunt Aristippo. Laer.1.6.

Timotheus Cenonii F.

Omissis opiparis cœnis, & epula- tionibus imperatoris assumptus à Platone ad cœniū Academicum, & frugali modicāq; cœna exceptus, reuersus ad suos dixisse fertur: Qui cum Platone cœnant, etiam postero die bene habent. Vituperavit cœnas splendidas & onerosas, quæ omne se- quentis diei gaudium & hilaritatem p̄scinderent atque præripserent. Älianuſ li.2.de Varia hist.& Plut. in Symposiacis.

Leo Euth. F.

Interrogatus, quam quis vrbem incolens tutus sit? Vbi inquit, neque plura neque pauciora inhabitantes possideant. Plut. in apoph.

Antisthenes.

Quum Diogenes ab Antisthene peteret tunicam, iussit vt duplicaret palnum, sic eum tunica speciem

præbiturum, admonens, oportere paucissimis esse contentum. Laert. lib. 6. cap. 1.

Epicurus.

Dicere solebat, ei cui pauca non sufficiunt, nihil omnino satis esse. Idem, se paratu esse de felicitate etiam cum Ioue certare, si aquam & offam haberet. Laudauit, frugalitatem his dictis: quo animo autem voluptatem laudauerit, ex aliis disces. Elia. lib. 4. de Varia hist. & Stob. ser. 15.

Idem:

Gratias naturæ habendas dixit, quod ea quæ ad vitam hominis sub-leuandam spectant, parabiliæ fecerit: difficultia autem paratu non necessaria. Stob. ser. 15.

Idem.

+ Panis cibarius, inquit, & aqua sumمام voluptatem afferunt, cum egens quis illa in cibum sumit. Itaque simplicibus & non magnificè paratis cibis assuescere, & salubritatis est, & hominem ad vitæ usus necessarios impigrum reddit, ac splendidis, si per interualla sumantur, nos commodiūs aptat, atque aduersus fortunam interritos facit. Laert. li. 10.

Iſens.

Interrogatus, quis piscis, aut quæ avis esset ad vescendum suauissima, mīravimus, inquit, ταῦτα σπούδαζεν id est, ista curare desij, Philostratus in Sophistis.

Apolonius.

Frugalitatem non ideo commendari hominibus dixit, quod tanti res viles ac minime sumptuosas faciamus: sed ut hoc pacto animi magnitudinem augeamus Stob. serm. 15.

Alcamenes, Telecri F.

*Obiurgatus à quodam quod parè nimium ac tam frugaliter viueret, cum camen amplissimas possideret diuitias: Decet, inquit, eum qui multa possidet, pro ratione non pro libidine viuere. Plut. in Laconicis.

Idem.

Idem, percontantibus quam ob-

rem statuisset, vt ad ædium culmen imponendum fabri securi vierentur, ad fores verò addendas sola serra nec ullo alio instrumento? Ut, inquit, cives medioeritatem seruet in omnibus quæ in ædes inferunt neque quie quam habeant earum rerum quæ apud alios sunt admirationi. Videbatur enim indecorum, si per ostium rude ac ciuale supellex inferretur exotica, pretio cara, arte operosa, id ne fieret, ipse quodammodo fores admonebant. Hinc aiunt accidisse, quod Leotychidas primus apud Lacones rex cum cœnaret apud quendam, cernetque teatrum domus sumptuoso apparatu factum, ac lacunariis ornatum, rogabat hospitem, num ligna apud eos quadrata nascerentur. adeò luxum esse putabat, naturam artificio corrumpere. Plut. in Lacon.

Ageſilaus.

Thasiorum genus vt copia rerum abundabat, præcipue vini præstantia nobilis, ita deliciis erat adductior. per horum agros cum exercitu proficiunti Ageſilao, Thasij honoris gratia miserunt farinas, anseres, bellaria, liba ex melle condita, & item omnis generis alia maximi pretium esculentia, tum poculenta. At ille præter farinas nihil accepit: reliqua domum referri iussit ab his qui attulerunt, tanquam sibi suisque prorsus inutilia. Ceterum cum illi precibus & obtestationibus virgerent omnino, vt acciperet xenia, iussit ea inter Helotas distribui: id erat apud Lacedæmonios mancipiorum genus. Eius facti causam sciscitabitibus, respondit: Non decere qui virtutis ac fortitudinis studio tenebrentur, id genus delicias cupidiæque recipere: propterea quod istiusmodi res quibus inescarentur ingenio seruili nati, oporteret à liberis procul abesse, grauiter taxans Thasiorum mores, qui dum voluptatibus seruirent, nec ingenuos se præstarent,

arent, nec liberos: & sapienter ostendens, nihil esse seruilius abieciisque, quam gulæ ventrissimque voluntatibus obnoxium viuere. Plu. in apoph.

Idem.

Cum audiret quendam admirari cur rex cum ceteris Lacedæmoniis tam frugali cibo & vestitu uteretur: Optimam messem metimus, inquit, libertatem, quæ sine frugalitate esse nequaquam potest. Plut. in apoph. Lacon.

Lysander.

Lysandro in Ioniā proficisciendi, hospites quos habebat in Ionia, cum aliis multis, etiam bouem & placentam dono miserunt. Qui placentam contemplatus rogabat, quid nam illud cupediarum esset? Cui cum is qui attulerat, responderet, ex melle, caseo, aliisque quibusdam confectum esse: Sed hoc, inquit Lysander, dandum est iis qui nouerunt. Non enim hic est liberi & ingenui hominis cibus. Ælian. libro 3. de Varia historia.

Pausanias.

Quum Medos vicisset, iussit Persicam cœnam præparatam sibi apponni, in qua quidem quum magnus inesset sumptus, Perdeos, (inquit) Lurco Persa erat, qui cum tot haberet, ad nostram venerit polentam. Bruf. lib. 3. ca. 1.

Epaminondas.

Coniuans cum collegis ducibus, in fine coniuij bibit acetum. Perstantibus num id conduceret ad sanitatem? Nescio, inquit: illud scio, bonum esse ad hoc, vt quis meminerit domesticæ diætæ, siue domesticorum negotiorum. Sentiens, conducere aduersus crapulam, & conferre sobrietati: simul indicans, se domi parcissimo vietu agere solitum. Plut. li. 2. Symposiacion.

Anonymus.

Quidam ingressus diuersorum, tauponi dedit obsonium, vt appararet,

quum ille posceret caseum & oleum, Quid? inquit Lacon, si caseum habarem, iam non egerem obsonio. Capo caseum & oleum petebat ad conditum pisces, Lacon id videns, cui sufficiebat vietus sim. lex, supervacuum existimabat cibum cibomiscere, quum alter per se satis esse posset. Quantum absunt ab huius Laconis animo, qui centum rerum species in unum miscent discum? Plut. in Lacon.

Anonymus.

Quidam Lacon cum duas amygdalas duras duplo vendi consipererat: Suntne hic, inquit, rari lapides? Quasi nihil interesset inter silicem & amygdalam. Adeò Lacon deliciarum erat rudis, vt nesciret, sub gemino cortice latere nucleus. Et appetet hoc genus arboris non quibuslibet regionibus fuisse nouum, quando Plinius dubitat, an ætate Catonis fuerit in Italia. Plut. in Lacon.

Phocion.

Filium suum, qui plura solito obsonia coemerat, obfurgans, ita comminatus est ei: Si plura quam secundum naturam vesceretur, vel ingurgitaret, ipsum condignas pœnas luiturum. Docuit filium vir sapientissimus, frugaliter esse viuendum, cum natura paucis contenta esse soleat: quæ si obsonio obruitur nimio, pœna statim in promptu est, quæ in variis morbis illico fœse ostendit. Stobæus serm. 15. & 20.

Epaminondas.

Tam tenui vietu vrebatur, vt aliquid quando vocatus ad cœnam a vicino, quum reperisset belliorum, obsoniorum, & ynguentorum apparatus: confessim abierit, dicens: Ego te sacrificare putabam, non deliciari. Plu. in apoph.

Idem.

Quum coquus collegis Epaminondæ de impendiis aliquot dierum rationem redderet, non alia de re dignabatur, quam tantum fuisse con-

sumptum olei, demirantibus autem collegis negavit se offendi sumptu, sed moleste ferre, tantum olei exceptum intra corpus hominū. Sentiens, oleum esse natum foris vngendo corpori, non intus expiendo: Inunctum reddit corpus firmius, & iniuriæ patientius: infusum in viscera, reddit delicatius ac segnus. Plutarchus in apoph.

Idem.

Quum festum diem celebraret ci-
vitas, omnésque compotationibus &
libidini indulgerent, cuidam è fa-
miliaribus factus est obuiam squal-
lidus & cogitabundus. Admirante
illo, rogantēque, quid tandem esset
rei, quod solus ad eum affectus mo-
dum obambularet? Ut vobis, inquit,
omnibus ebrios ac fōcordes esse li-
ceat. O vocem principe dignam!
tum maximè vigilandum est prin-
cipi, quum populus maximè indulget
genio. At non oportet ipsi vnquam
vacare, aut genialiter viuere. Plut.in
apoph.

Alexander.

Quum regina Carum Ada illud
haberet studio, ut assidue mitteret
Alexandro obsonia, bellariāque per
alium rerum architectos coquōsque
magna arte parata, Alexander ait, se-
ipsum habere meliores obsoniorum
artifices: ad prandium quidem, no-
cturnum iter: ad cœnam verò tenuē
prandium. Plutarch. in reg. & imp.
apoph.

Cyrus.

Rogatus ab hospite, quid ad pran-
dium apparari iuberet? Nihil aliud,
inquit, quām panem. nam spero me
prope riuum cœnaturum. Mira fru-
galitas in rege barbaro, cui panis e-
rat pro obsonio, & sitim aquæ spe
deferebat in cœnam. Refert Ammia-
nus lib. 21.

Ptolemaeus Lagi F.

Plerunque apud amicos & cœnare
solebat, & dormire. Quod si quando
illos vicissim acciperet cœna, amico-

rum rebus vicibatur, commodato su-
mens ab illis pocula, aulæ & men-
tas. Ipse verò sibi non parabat plura
quām exigeret necessitas: sed rega-
lius esse dicebat ditare, quām diuitem
esse. Plut. in Reg.apoph.

Prodicus.

Dicere solebat, optimum condi-
menium esse ipsum ignem. Sentiens,
bono stomacho satis esse, obsonium
esse coctum, etiam si nihil accedat de-
liciarum. Erasmus libro sexto a-
poph.

Scipio minor.

Narrant eum annis quinquaginta-
quatuor, quibus vixit, nihil vendidis-
se, nihil emisse, nihil ædificasse: libras
autem argenti triginta treis, auri
duas in ampla domo reliquise, quā-
vis potitus esset Carthaginē, milités-
que ditasset plus ceteris ducibus om-
nibus. Plut. in apoph. Mira etiam nar-
rantur ab eodem de M. Catonis fru-
galitate.

M. Curius.

No nullis arguentibus, quod ex
agris bello partis partem exiguum v-
nicuique militum distribuisset, ma-
gnam verò reipub. optauit à diis, ne
quando existeret quisquam Romanus
cui ager exiguus videretur, qui pos-
set alere dominum. Sentiens, eum nō
esse Romano dignum nomine, qui
plus appeteret, quām quod ad vi-
tum frugalem satis est. Plutarch. in
apoph.

Plinius junior.

+ Vocatus fuit à quodam ad cœ-
nam, qui diversa vina, & cibos, ami-
cis, domesticis & seruis satis malignè
apponebat: Qui Plinio assidebat
proximè enī rogauit, an id proba-
ret? Negavit. Tu ergo, inquit, quam
consuetudinem sequeris? Eadem, re-
spondit Plin. omnibus pono: ad cœ-
nam enim, non ad notā, inuitō: cu-
ritisque rebus ex æquo quos mensa &
thoro æquaui. Etiamne libertos? in-
quit ille. Etiam: coniuctores enim
tunc, non libertos, puto. Et ille, ma-
gno

zno tibi constat. Minimè, inquit hic. Tum ille, Quā fieri potest? Quia sci-
cet, inquit hic, liberti mei non idem
quod ego bibunt, sed idem ego quod
liberti. Idem 1.2. Epist. 6.

Augustus Cæsar.

Nulli ferè ad conuium vocanti
negare solitus est. Exceptus igitur à
quodam cœna perparca, ac penè quo-
idiana: quum à conuiuatore dimis-
seretur, hoc illi tantum insurrauit:
Non putabam me tibi tam familia-
rem Alius tam ierūnum apparatum,
contumeliam fuisse interpretatus:
ille eriam pudori consuluit multa o-
ris, familiaritati tribuens, ad quem
n' aurem, ne cæteri putarent expro-
riatam parsimoniam. Quid hac co-
nitatem amabilius in tanto monarcha
qualem nunc vix triginta reges æ-
quent? Bruf. lib. 2. c. 2. & Macrob. lib.
. c. 4. Saturn.

Idem.

Populo de inopia vini caritatéque
querenti dixit: A genero suo Agrip-
pa productis pluribus aquis satis pro-
fum, ne sitirent homines. Fuit au-
tem Agrippæ vigilissimum stu-
rium, vndique prospiciendi vrbi de
quarum copia. Augustus autem se-
rè populum ad aquas à vino reuo-
avit. Suet.

Iulius Cæsar.

Coquos omnes eiecit è palatio. Ro-
atus au- em cur hoc fecisset, Non o-
us est coquis, ait, quād simplicissi-
mis cibis contentus esse possum. Eras.
b. 8. apoph.

Taritius.

Factus Romanorum imperator,
am luxum omnem maximè dam-
aret, continuò dicere solebat: Fru-
ales mensulas, holusculis & legu-
nibus Pythagoricis instruas, iulio gratiore esse quam Mylesiorū
imptuosa fastidia. Et dicebat, se la-
tuarum vsu somnum mercari. Vo-
liscus Sabellicus- Ennead. 7. libro
ptimo.

Huc refer quedam, que annotata
sunt apoph. de Abstinentia,
Temperantia, &c.

*De fuco.**Archidamus.*

CHius quidam, aetate proiectus,
venit Lacedæmonem: & cum al-
lias turgeret superbia, propter seni-
oritatem reverenter habebatur, pro-
inde canos occultare conabatur tin-
ctoria. Itaque cum in conspectum La-
cedæmoniorum prodisset, ostendo
tali capite, exposuit quorum gratia
venerat. Consurgens itaque Archida-
mus rex Lacedæmoniorum: Quid,
inquit, hic sani diceret, cuius non
solum animus, verum etiam caput
fucis contaminatum est? Et explosit
eius dicta: ingenium Chii redargueret,
ex iis quæ oculis cernebantur. Älian.
1.8. de Var. hist.

Philippus.

Ex Antipatri amicis quendam Phi-
lippus Macedonia rex in iudicium nu-
merum ascripserat. Verum post, vbi
cognovit illum tingere barbam &
& capillum, submouit eum, dicens:
Qui in capillis fidus non esset, eum
maneribus gerendis non videri di-
goum, cui fideretur: lusit homony-
miā vocis. Fuco vtebatur in tingens
discapillis vbi non multum erat lu-
cri: multò magis usurpus erat fuco
publicis negotiis, vbi dolus interdū
ingens adfert emolumentum. Plut. in
apoph.

Vide apoph. de Vnguentis.

*De fuga.**Diogenes.*

Quam eius seruus Mathes, quem
vnicum habebat, aliquando au-
fugisset, hortareturque ut reduce-
ret, negauit: Turpe est, inquit, Ma-

then sine Diogene vivere posse, Diogenem sine Mathe non posse. Laert. & Stob.

Idem.

Videns serum fugitium ad puteum sedentem: Cau, inquit, ò adolescens, ne incidas, ad fugam alludens. Laert. & Stob.

Aristides.

Themistocli s̄pēnumero dixisse ferunt, non esse soluendum pontem, sed alium potius faciendum quo abiaret Xerxes atrocissimus. Plut.

Agesilaus.

Agesilaus videns claudum quendam militem, quārentem equū quo veheretur debilis, dixisse fertur: An non intelligis in bello opus esse, non qui fugam adornent, sed qui fortiter pugnantes loco maneant? significare voluit vir clarissimus, eos demū bello esse utiles milites, quibus non decreatum est ex periculo fugere, sed aut vincere in prælio, aut oppetere mortem. Plut. in Lacon.

Callieratidas.

Quum nivali pugna esset cōflictus, atque Hermon nauclerus dicere, bonum esse ab eo loco soluere, eo quod Atheniensium triremes numero longè plures essent: Quid, inquit, eum postea? fugere non tantum ignominiosum, sed damnosum etiam Spartanis est, contraria fortiter pugnare & vincere, honestissimum. Plut. in Lacon. apoph.

Anonyma.

Lacena quādam cū filios suos ē prælio fugam adornasse audisse, domum venientes vehementer ob iurgavit, dicens: Quòd itis ignava & fugitiua mancipia? & ostenso ventre, Num hunc, inquit, denuò subituri unde emeristis? Plut. in apoph. Lacenarum.

Alcibiades.

Quum accepisset se vna voce à populo Atheniensi morte damnatum, vitassetque carcerem, nam statim ut accusatus est, è patria aufugit. At e-

go, inquit, ostendam illis Alcibiadē vivere. Brus. l. 7. c. 14.

Pyrhus.

Quibusdam dicentibus hostes ita circumueniendos esse, ut ne fusa vitam eripere possent: respondit, Hostibus nequaquam intercludendam, sed aperiendam potius esse viam quo citius magna cum ignominia fugiant. Plut.

Attolius Cos. R.

+ Cūm in acie superiores essent Samnites, obstitit suis profuse tendentibus in castra. Quòd pergis, inquiens, miles? Et hīc arma, & virōs inuenies: nec viuo consule tuo, nisi vīctor cattra intrabis. Proinde elige, cum ciue, an cum hoste pugnare malis. Liu. lib. 10.

Scipio Afr.

Dicere solebat, hōsti non solum dandam esse veniam fugiendi, sed etiam muniendam. Fuga enim hōstī paratur salus mīlitum fortiter pugnantium. Plut. in apoph.

Cicerō.

Fabricius cūm demisso capite à iudicio recederet, v̄rbanè Cicero in oratione pro Cluentio ad illius fugam alludens: Respice, inquit, hominum fortunam, respice C. Fabricij senectutem. Brus. l. 2. c. 45.

Anonymus.

Post Mutinensem fugam, percontantibus quid ageret Antonius? Quādam è familiaribus eius respondisse fertur, id quod canis in Nilo, bibit & fugit. Contra enim in Ägypto canes in Nilo currentes bibere: nimis metu crocodilorum eo in flumine regnantium. Macrobius hb. 2. cap. 2. Saturn.

Cornificiū.

Cornificius poëta, videns milites in bello quod inter Augustum & Antonium gerebatur, freq̄enter fugere, appellauit eos lepores galeatos. Eras. 1. 8. apoph.

Cicerō.

Cūm à Cæsarī partibus discessis-

ser, Pompeiisque ignauiam contemneret, vrbane: Quem fugiam, inquit, noui, ad quem autem fugiam, haud aquam. Plut. in apoph.

Idem.

Quidam à Cæsare ad Pompeium transfugiens, dicebat se festinandi studio equum reliquisse. Cicero dixit, illum melius de equo quam de se statuisse. Sentiens, longè rectius factrum fuisse, si & ipse mansisset apud Cæsarem. Plut. in apoph.

Iul. Cæsar.

Pomponio militi ostentanti ore exceptum in seditione Sulpitiana vulneris, quod se passum pro Cæsare pugnarem gloriabatur: Ne vñquam fugiens respexeris, inquit Cæsar. Eras. li. 4. apoph.

Idem.

In prælio quodam, Martiæ legonis aquiliferum iam ad fugam consersum, faucibus apprehensum in contrariam retraxit partem, dextraque ad hostem porrecta: Quorsum, inquit, tu abis? Illuc sunt, cum quibus limicamus. At manibus quidem vñ militem correxit, voce autem tam atri legionum omnium trepidationem discusus, vinciq. paratas vincere douit. Eras. 1. 4. apoph.

Augustus Cæsar.

Militem saxo in expeditione perussum ac notabili cicatrice in fronte leformem, nimium tamen sua gesta astantem, sic leviter taxauit. At tuum fugies posthac nunquam post e respexeris. Macrob. lib. 2. ca. 4. Saurn.

Pertinax.

Ab amicis suis admonitus, atque iuratus etiam, vt militum prætorianorum crudeles insidias, qui imperatorem è vita tollere conabantur, effueret, populique auxilium imploraret, respondit indecorum esse ac illigerale, minimèque dignum imperatoria maiestate, atque antea ñta vita, atebris aut fuga salutem querere. Herod. li. 1.

Aurel. Probus.

Cùm equus esset ipsi oblatus, qui ob miram currendi velocitatem admodum laudaretur, (centum enim ad diem millibus passuum currere dicebatur, éreditibus hoc omnibus) Fugitiuo, inquit, militi potius hic equus quam fortis conuenit. Vopiscus.

Alphonsus.

Laudare eum maximopere solebat, quicunque fugientibus hostibus argenteum pontem extruendum dixisset. Existimabat enim, vel multo optabilius esse hostes in fugam vertere, quam occidere: vel hostes pecunia sollicitandos, vt ab acie discederent. Panor. lib. 4. de reb. gestis Alphon. Eras. 8. apoph.

De fuga excusata.

Demosthenes.

Demosthenes clypeo suo literis Daureis inscriperat αγαθὰ τύχη, id est, bona fortuna. Attamen cùm ad pugnam ventum esset, illico proiecto clypeo aufugit. Id cum illi probro daretur quod φίλασσις esset, elusit vulgato versiculo:

αἵρε φόλγων καὶ παλιν μεχνούσαι.

Id est,

Vir fugiens redintegrabit prælium.

Indicans, utilius esse patriæ fugere, quam in prælio mori. Mortuus enim non pugnat, at qui fuga quæsivit salutem, potest in multis præliis patriæ usui esse. Plutarch. in Demosth.

Theodorus philos.

Interrogatus, cur Athenis profugus venisset ad Lysimachum regem? Non profugi, inquit, sed idem mihi accidit quod Herculi: nam vt ille ob peculiares quasdam virtutes ab Argonautis fuit expositus: sic ego propter magnanimitatem, quam Atheniensium rectores non valebant assequi, sum vrbe exclusus. Philo Iudæus in lib. Quod omnis probus liber.

Xenonetus.

Ciuibus exprobrantibus sibi, quòd imperator exercitus fugisset in bello: At vobis cum, inquit, ò cara capita, probrum cum exprobrantibus communicans: neque enim dux persistere potest absq. militibus. Et turpiter obicit alteri vitium à quo ipse non est immunis. Plut. in Politicis.

Alcibiades.

Cùm ad causam pro capite dicendam è Sicilia vocaretur ab Atheniensibus, obtemperare noluit: Stultum est, inquiens, iudicium quærere, non fuga sibi consulere, cùm fugere possis. Et cùm quidam diceret, An non credis te ipsum patria respondit: Imò ne matri quidem crederem. Timorem enim, ne fortè per imprudentiam, aut errorem veritatis, nigrum calculum pro candido submitteret, Alian. lib. 13. de varia historia. Plut. in Alcibiade. Huic haud absimile est Germanorū tritū prolerbum, Auf der vrreiten ist gut tädigen. Cùm licet fugere ne queras item.

Antigonus.

Aliquando cedens hostibus inimicentibus, aiebat se non fugere, sed opportunitatē à tergo sicam persecui. Sentiens, non esse turpe fugere quoties magis expedit hosti dare locum, quam conserere manus. Didi gratia in hoc est, quòd cùm fugere & persecui sint contraria, ille fugiens interpretabatur, se persecui magis quam fugere. Persequitur enim hostem, & persequitur id quod studiosè expetimus. Plut. in apoph. Stob. ser. 52.

Defurto & furibus.

Democrats.

Farem ab undecim viris abduci videns, Vah miser, inquit, cur tantu la furatus es, & non potius magna, vt tute etiam abduxisses alios? Stob. ser. 11.

Zeno Cittium.

Seruum in furto deprehensum cædi iussit: cùmque is se sic excusaret, vt diceret, si bī fuisse in fatis, vt furaretur: Et cædi, inquit, Laërt. libro 7. cap. 1.

Diogenes.

Harpalum, celebratissimum furē, contra Dcostimonium dicere aiebat, quòd in ea fortuna tamdiu viueret. Laërt.

Idem.

Conspicarus duci quandam, qui phialam ex ærario furatus sustulerat (ducebatur autem à magistratibus, quos illi ἐγγύημονας appellant) Magni, inquit Diogenes, fures paruum ducunt. Vtinam hoc non possit vere dici in magistratus aliquet Christiano, à quibus ad laqueum adigitur interdum, qui decem drachmas sustulit: ipsi impunè magis furtis, vel peculatu potius ditescunt. Laërt. libro 6.

Demosthenes.

Ad furem inquietem, Nesciebam quòd tuum hoc esset: At tuum non esse satis sciebas, respondit. Stobæus ser. 11.

Idem.

+ Fur, cui nomen erat Chalco, id est, æreo, cùm publicè vigilias eius elucidabtiones perstringeret: Noui, inquit, molestum tibi esse, quòd lucernam habeam accensam. At vos nolite mirari, Athenienses, si furia committantur, cùm fures æreos, parietes autem luccos habeamus. Plut. in Demosth.

Anonymus.

Lycurgi legibus cùm furta permetterentur, solisque qui deprehenderetur, pœnas negligentiaz daret, puer quidam vulpeculam furatus, ad uenientibus qui amiserant ad quærendum vestibus occuluit. Feram vero sequentem, ac pueri ipsius latus ad intestina usque lacerantem, tantisper soleravit. Dum autem quarentes abi-

rent,

tent, reprehensis à pueris quibusdā, dicentibus melius fuisse manifestare vulpeculam, quām usque ad mortem oculere. Minimē, inquit puer: sed multo satius est mori, quām in furto deprehendi. Plut. in Lacon.

Anaxander Euryer. F.

Roganti cuidam, cur Spartani non colligerent pecūrias in ærarium publicum? Ne, inquit, corrumpantur, qui facti fuerint illarum custodes. Quām malē consulunt integritati suā, qui priuatim pecuniarum vim in arcā recondunt, si vir prudens ciuium suorum moribus timuit, à pes- nia publica, cuius tantū erant custodes futuri, non domini. Plutarch. in Lacon.

Catulus.

Dicente Philippo, quid latras? Fe-
stiūe, furem se videre respondit. Bru.
lib. 2. cap. 40.

Cato.

† Priuatorum furorum fures, aie-
bat, in neruo atque in compedibus æ-
tatem agunt: Fures verò publici, in
in auro atque in purpura. A. Gell. li.
11. cap. 18.

Anonymus.

In seruum furacem ita iocatus est,
vt diceret eum solum esse, cui domi-
nihil sit nec signatum nec occlusum.
Intelligimus autem, nec illi seras nec
signa obstare, quominus furetur.
Scrinia claudimus: olim verò & cadi-
lagenæque solebant ob-signari. Eras.
lib. 6. apoph.

Alex. Seuerus.

Adeò vindex furti finit, vt per pre-
conem sāpe edixerit: Nemo salutet
principem qui se furem esse nosceret.
Æl. Lampridius.

Idem.

Dicere solebat, solos fures de pau-
pertate conqueri, dum ita student
scelera vita suæ tegere. Iactabat &
sententiam notam furibus.

ὁ πολλὰ κλέψας, διάτησες, επιφύγεις:

Id est, (fugit:

Qui multis furatur, & pauca dat, ef-

Notans quosdam, qui tantū fu-
rantur, vt habeant quod corrūpant
iudicem, aut actorem. Æl. Lamprid.

Idem.

Idem furti suspicione infames nec
intueri sustinebat: adeò vt quum Se-
ptimius Arabinus, qui famosus crimi-
ne furorum sub Heliogabalo fuerat
liberatus, inter senatores principem
salutatum venisset, exclamarit, O nu-
mina, ò Jupiter, ò dij immortales: A-
rabinus non solum viuit, sed etiam
in senatum venit, fortassis de me spe-
rat? tam fatuum, tam stultum me es-
se iudicat? Lamprid.

D. Ludouicus Franc. R.

† Furari pessimum esse dicebat:
nam furto res ablatas iustis dominis
reddere, adeo molestum est, vt ver-
bum ipsum dum profertur, os & lin-
guam exulceret, propter concursum
R. quod Gallicè apertius est, rendre,
Ionui in eius vita. cap. 94.

Vide plura apoph. de Peculatu.

DE GARRVLLI- tate & loquacitate.

Zeno Cittieus.

 VDIENS adolescētem
nimis garrulum: Aures
(inquit) in linguam de-
fluxere. Ostendit autem
adolescentis esse, audire
quidem multa, loqui autem pauca.
Laerit. lib. 7. cap. 1. Stob. Ser. 36.

Idem.

Alium multa garrientem, hoc ali-
eto Zeno corripuit: Ob id binas ha-
bemus aures, & os vnicum, vt pluri-
ma audiamus, loquamur autem pau-
cissima. Ibidem.

Idem.

Adolescenti confidenter loquenti:
Non dixeram, inquit, ò adolescentis,
quaæ mihi succurrunt: Significans ex
sermonis procacia colligi merum

impudicitiam. Ibidem.

Idem.

E discipulis suis aliquos dicebat esse φιλολόγους, id est, variæ rerum cognitionis studiosos: alios verò λογοπλάγους, id est, loquendi tantum studiosos. Stob.ser.36.

Idem.

Quum percontatus esse à quodā homine satis contentioso, An virtus utilis esset? renuit, non volens verbis respondendo ei occasionem dare litigandi. Eod.serm.

Idem.

Adolescenti in Academia de rebus friuolis garrenti, dixit: Nisi lingua in mentem intincta disserueris, adhuc multò amplius dicēdo delinques. Stob.eod.ser.

Clearchus.

Quæ nolis audire (inquit) ea etiam ne dicio: quæ nolis dicere, ea ne auditio quidem. Aurium enim & linguæ magnum est periculum. Max. ser.de temeritate linguæ.

Plato.

Cùm Antisthenes aliquādo in diaatriba longam orationem habuisset: Ignoras, inquit, quòd dicendi modus non penes loquentem, sed audiētē est? Stob.ser.37. Max.ser.47.

Theophrastus.

† Citius credendum esse dicebat in frāni equo, quām verbo incomposito. Laert.lib.5.cap.2.

Menedemus.

Quendam friuolis nugis obstrepentem, rogauit, num fundum haberet? Vt is respondit, sibi plurimas esse possessiones: Abi, igitur, inquit, & illas cura, ne turpiter eas perdas. Rogauit autem hominem inaniter garrulum, qui ad agros colendos magis esset idoneus, quām ad dicendum. Laert. lib.2.c.16.

Apollonius.

Dicere solebat, Loquacitatem quidem multos habere errores, silentium autem tutum esse. Stobæus ser.37.

Idem.

* Interrogatus, qui essent hominū optimi? qui in dieendo (inquit) sunt breuissimi. Linguaces autē si tantum molestia caperent, quanta reliqua afficiunt, hanc sanè lóngos sermones facerent. Ibid.

Nicostratus.

Si continenter, inquit, multa & celester loqui, sapientiæ signum esset hirundines dicerentur nobis multic sapientiores. Max.ser.47.

Demosthenes.

In conuiuio cuidam multa loquenti: Si tam multa, inquit, sapuissest nunquam tam multa loquutus essem. Eod.serm.

Idem.

Rogatus, eur vnam habeamus linguam, aures verò duas? Quia, inquit, duplo plus audiendum, quam loquendum. Eod.ser.

Eusebius philos.

* Dicebat homines magnum poscidere vallum dentium ad coercendos leues sermones. Nos in omni iudicio mentis indigere, quæ si verb nondirexerit, sèpius ante consultationem effugiunt: & tanto vallo neglecto, citra iudicium ante tempus foras ruunt. Eod.ser.

Nicostratus.

* Si continenter & multa & celester loqui, sapientiæ signum esset, hirundines (inquit) dicerentur & essent hominibus sapientiores. Anton. & Max.ser.de temeritate in dicendo.

Lycon.

* Oratores ranis similes esse dicebat: has enim in aqua clamare, illo verò ad clepsydram. Eod.ser.

Idem.

* Dicebat quemdam modum hirundines perpetuo garritu familiaritatib; voluptatem perdunt: sic garrule perpetuè obtundentes molestos essent auditoribus. Eod.ser.

Democrats.

Auaritiam quandam esse dicebat omnia velle dicere, & nihil audire

Stob

Stob.serm.36. & Max.serm.47.

Isocrates.

Cum locutuleius quidam nomine Careon, in disciplinam eius recipi vellet, duplicem mercedem postulavit. Illi vero causam interroganti, dixit: Alteram quidem peto ut loquaris, alteram autem ut tacere. Stob. et.36. Ant. Meliss.par.2.ser.40. Max. serm.47.

Archelau.

Tonsori garrulo subinde roganti, Quomodo te radam, ô rex? Silendo, inquit. Alter aliud responsum expectabat, & hinc dilepos. Quidam autem in curatione morosi, Archelao atis erat, si fileret. Nobis autem interdum etiam cum ebriis pariterque aquacibus res est. Plut.in apoph:

Anonymus.

* Iurisconsulto loquaci dixit, non portere multis verbis pauca dicere, sed paucis multa. Ant. & Max.serm. le temeritate in dicendo.

Hieron.

Hieron, qui Geloni successit in regnum: neminem qui liberè apud se queretur, importunū aut molestū esse dicebat: ceterū qui arcanum efferrant, eos existimabat etiam illos edere, apud quos effutirēt, eò quod dimis non solum illos qui efferunt, uæ nollemus illis auditæ esse.

Vide apoph.de Lingua & Loquacitate.

De generosè dictis.

Polydorw Alcamenis F.

N eum qui non cessabat hostibus minitare, Non intelligis, inquit, te maximam vindictæ partem frustra onlumere? Nam qui cupit inimum vicitici, nihil aliud efficit mihiando, nisi ut præmonito inimico, ibi ipsi maiores struat insidias. Plut. n Lacon.

Astycratidas.

Postquam Agis superatus est apud

Megapolin in prælio aduersus Antigonum, cuidam dicenti, Quid nunc tacturi estis Lacedæmonij? Macedonib[us]ne seruituti? Quid tandem, inquit? num Antigonus veterate potest, quo minus in pugna pro patria mortem oppetamus? Ibid.

Agasicles.

Cuidam dicenti, Admirari se sed quod cum discendi tam audius esset, tamē nō adiungeret sibi Philosophanem sophistam: regali prorsus indole respondit: Eoru[m] discipulus esse volo, quorum sum & filius. Significans non minus interesse quos nauctus sis parentes, quam quos informatores & educatores adsciscas. Ibid.

Eudamidas.

Infrā de laudis cupiditate.

Anonymus.

Thebanj cùm debellatis ac fugatis apud Leuctra Lacedæmoniis, ad ipsum venissent Eurotam, & quidam gloriab[us]dus dixisset: Vbi nunc sunt Lacones? Spartanus ab illis captus: Non adsunt, inquit, alioqui vos huc non venissetis. Ne victus quidem & captiuus potuit indolis Laconicæ obliuisci, nec tulit victoris iactantiam. Ibidem.

Ephori.

Cum Lacedæmoniorum rex policeretur se funditus eversurum ciuitatem quandam, quæ s[ecundu]m numero Lacedæmoniis negotiū exhibuerat, non permiserunt Ephori, dicentes: Nequaquam abolebis iuuenum contem. Vrbē infestam appellabant contem iuuentutis, eò quod hostib. semper præsentibus ipsa iuventus acueretur ad bellandi peritiam. Ibid.

Anonymus.

Mos erat apud Lacedæmonios, ut rex hostes aggredieretur, præcedente quopiam gestante corónâ, qui in certamine viator aliquando tulisset coronam. Cum igitur Lacon quidam in Olympiis magnam pecuniæ vim respulisset, & coronam prætulisset, cuidam dicenti: Quid emolumenti tibi

ad fert victoria? ridens respondit,
Ante regem, inquit, coronatus ince-
dens pugnabo cum hostibus. Ibid.

Anonymus.

Apud Lacedæmonios duo pueri
cùm in er se pugnassent, & vnu al-
teri lethale vulnus inflixisset, puer-
rum sodales sauciam iam moriètem
consolantur, ac pollicetur vltionem.
At ille. Nequaquam, inquit, de vltio-
ne cogitandum est: quandoquidem
ego idem facturus eram, quod fecit
ipse, si potuisssem. Ibid.

Anonymus.

Lacon quidam sagitta percussus,
cùm animam ageret, dicebat: Non
me mouet quòd morior, sed partim
quòd ab imbelli sagittario, ac mu-
lierculae simili, partim quòd nullo
facinore edito morior. Plutarch. in
Lacon.

Paulus Aemylius.

Infrà de Hostibus non crudeliter
tractandis.

Scipio Africanus.

Quibusdam calumniantibus, quòd
parum strenuus pugnator esset: Im-
peratorem, inquit, me mater, nō bel-
latorem genuit. Plut. in Scipione.

Agesipolis.

Suprà de Concordia.

De gesticulatione.

Chilon.

Dicere solebat, inter loquendum
non esse mouendum manus: id
enim esse vacordiam. Laertius libro
a. cap. 4.

Lesbonax.

Histriones ac gesticulatores, ap-
pellare solebat ἀφεσθέφεις, quòd ma-
nibus saperent, non lingua. Erat au-
tem choreæ genus, quo graues hi-
storiæ citra vocem vel recitantis,
vel tibicinis solo corporis gestu sic
repræsentabatur, vt spectatores pro-
pe plus intelligerent ex saltatione,
quam si quis recitasset. Erasm. libr. 8.
apoph.

Polemon.

Polemon sophista, histrionē Tra-
gædiarum, qui in Olympiis. O Iupi-
ter pronūtiarat, ostensa terra: O ter-
ra, manu in cælum proiecta: submo-
uit à præmiis (præsidebat enim ei
certaminī) dicens, Hic manu com-
misit solœcismum. Ex Philostrato.

Domitius Afer.

Manium Suram multum in agen-
do discursantem, salientem, manu-
iastantem, togam deiicientem ac re-
ponentem, non agere dixit, sec-
satagere. Actio enim oratoris est
Satagit autem qui frustra miseréqui-
conatur. Eras. 1.6. apoph.

Cicer.

M. Callidius Gallum accusauit
M. Tullio defendantem, químqu
accusator affirmaret, se testibus
chirographis, quætionibus pro-
baturum, sibi à reo fuisse præpa-
ratum venenum: sed interim ren-
tam atrocem, remisso vultu, langui-
da voce, ac reliquo gestu parun-
concitato pronuntiaret: M. Tullius
Tu, inquit, nisi fingeres M. Callidi-
sic ageres? Ex actione colligēs, illun
non ex animo loqui. Erasm. liber
4. apoph.

Casar.

Testius Penatius in dicendo men-
tum intorquebat, in hunc Cæsar ita-
iocatus est: Dic, si quid velis, ait, qui
nucem perfregeris. Notauit incom-
positos perorantis mores, ac gesticu-
lationes parum decoras. Nam qu
habet in ore nucem duram, in rum-
pendo mentum solet intorquere
Bruso. lib. 4. cap. 31.

Augustus Casar.

De duobus Pantomimis inter se
commisisis, vt alternis gestibus certa-
rent, alterum dixit saltatorem, alte-
rum interpellatorem: quòd ille im-
modicè gesticularetur, alter non ge-
sticulari, sed saltantem interpellare
videretur. Erasm. lib. 4. apoph. theg
ex Suetonio.

D

De Geometria.

Socrates.

Socrates admonebat, dandā esse operā Geometrię, donec quis posset mensurā terrę & accipere & trahere. Opinor eum sensisse, modera-
tus agros esse parandos, quos & tibi
commodum sit à maioribus accipere, & hæredibus tuis tradere. Nam
immodicæ possessiones ut non sine
negotio parantur, ita non absque lite
perueniunt ad hæredes. Dicti argu-
ia est in verbo γεωμετρεῖν, quod an-
teps est ad artem Geometricam, &
id agrorum mensores. Laert.libro 1.
cap.5.

Diogenes.

Cuidam ostendenti horoscopon:
Bellū, inquit, herclē instrumentum,
ie frustremur cœna. sentiens, inuti-
es esse artes Geometricas cum cœ-
teris. Laer.1.6.

Sensca.

† Metiri me Gemetres docet lati-
fundia. Potius doceat, quomodo me-
diar, quantum homini sit satis. Epist.
88.

De gladio, gladiatoriibus, atque armis.

Agū.

Demadi dicenti, quòd enses La-
conicis ob breuitatem à circula-
toribus ac præstigias imitantibus de-
uorarentur: Agis iunior respondit,
His ensibus Lacedæmonij assequuntur
hostes longioribus armatos gla-
diis. Plut.in Lacon.apoph.

Demonax.

Videns Athenienses hoc agere, vt
barbarorum exemplo, gladiatoriū
spectacula in urbem induceret: No-
lite, inquit, ô ciues istam crudelitatem
prius admittere in civitatem vestrā,
quàm Misericordiæ aram sitis demo-
nisi. Voluit autem significare, nequa-

quam conuenire in ea ciuitate, in qua
Misericordia pro dea coleretur, spe-
ctari plus quàm ferinam crudelita-
tem. Eras.lib.8.apoph.

Antalcidas.

Suprà de Fortitudine heroica.

De gloria & eius amore.

Bion.

Gloriam dicebant esse matrē an-
norum, ob id opinor, quòd cùm
hominis vita sit brevis, honesta me-
moria in multa secula propagatur.
Laer.1.4.c.7.

Heraclitus.

* Viam ad gloriam maximè com-
pendiariam esse dicebat, si quis bo-
nus esse studeret. Anton. & Max.ser.
de gloria.

Socrates.

Hanc viam ad gloriam proximam
& quasi compendiariam dicebat, si
quisque id ageret, vt qualis haberet
velet, talis esset. Cic.1.2.Offic.

Idem.

† Cùm disruptam pallij sui partem
vertisset Antisthenes, & inspectan-
dam omnibus dedisset: Aspicio, in-
quit, per scissuram pallij tuam vani-
tatem. Laer.1.1.2.

Democritus.

Democritus fertur & illud solitus
dicere, λόγη ἐπὶ συνή, id est, Oratio
operis est umbra. Significans, ex egre-
giis factis nasci laudes hominum e-
loquétium, non contra. Primam igitur
eportet esse curam factorum,
quam gloriam consequitor vltro.
Laer. lib. 9.cap.7.

Agesilaus.

A quodam interrogatus, Qua ra-
tione perpetuam sibi gloriam para-
re posset? Si mortem contempseris,
ait: nihil enim præclaræ rei gerere
eum, cuius animum mortis metus
occupauit. Plut.in apoph. Lacon.

Themistocles.

Adolescens, in compotationibus
ac mulierum amoribus volutabatur.

At postquam Miltiades apud Marathonem deuicisset barbaros, iam nulus offendit illum quicquam agētem præter decorum. Per eontantibus autem vnde sic esset repente muratus? Miltiadis, inquit, trophæum non patitur me dormire, neq; cessare. Gloria studium excusit amorem voluntatum: clauum, ut aiont, clavo. Plut. in apoph.

Idem.

Ad Olympiæ certamen profectus, cum in stadium processisset, omnes neglectis certaminibus oculos in ipsum intenderunt, in eoque complexando diem totum consumperunt, ac Themistoclem illum cum plausu & admiratione peregrinis ostenderunt. Ea re vir gloriæ omnium cupidissimus, dixit amicis, se eo die laborum quos pro Græcia suscepisset, omnium fructum amplissimum reportasse. Plutar.

Anonymus.

Ex Indi quendam sagittandi arte eam primis celebrem, adeo ut etiam per annulum sagittam mittere dicetur, quum in bello cepisset, iussit artis sua specimen edere: recusantem iratus rex necari iussit. Quum duceretur homo, dixit his à quibus ducebatur, se multis diebus non exercuisse artem, eq; timuisse ne ab erraret. Id ubi renuntiatum est Alexander, quod non contumacia, sed ignominia metu recusasset, admiratus ingenium gloriæ studiosum, dimisit illum donatum: eo quod mortem oppetere maluisset, quam fama sua videri indignus. Hic apparuit, non omnino vanum esse quod proverbio iactatum est, Simile simili esse amicum. Alexander gloriæ supra modum appetens, similem affectum in alijs amabat. Plut.

Phryne.

Quum Alexander Thebanorum moenia diruisset, Phryne meretrix pollicita est de suis impendiis reporturam, modo ciues paterentur hoc

insculpi elogium:

Αλέξανδρος μὴ πετίσκαψε, αὐτός οὐκ
δὲ φρύνη. id est,

Alexander quidē subuertit, sed Phryne restituit. Hic merito quis dubiter, utrum sit admiratione dignius, an quod scortum corporis usura tantas opes collegerit: an quod tanto nominis amore, teneretur, ut titulum tam carè voluerit emptum. Nam ut præclarus est restituere, quam demoliri: ita speciosior fuisse laus Phrynes scorti, quam Alexandri regis. Eraf. l. 8. apoph.

Epaminondas.

Venerat Thebas, bellum socius futurus. Is cum Epaminondæ egenti, due aureorum millia misisset, non accepit, sed ipsum Iasonem intuitus: Injustis, inquit, imperas, ipse deterior. Sentiebat autem, iniquas esse opes, quæ possessorem facile seducunt. At viros fortes gloria, virtutis premio, contentos esse debere putabat. Plut. in Græc. apoph.

Percles.

Quum Thucydides vociferaretur apud populum aduersus Periclem, quod in picturas ac statuas summorum artificum profunderet rei publicæ census, ipse assurgens rogauit populum: Videreturne multum impendisse quo respondente, Plurimū: Age, inquit, ut igitur hæc mihi impensa, & non vobis: atque ipsis donariis deorum, meum tantum nomen inscribam. Hæc vox subito mutauit animum populi, iussitque ut publicis impendiis pergeret, nec ullis parceret sumptibus. Eraf. lib. 5. apoph. ex Plutar.

Idem.

* Eum iam morientem quum necessarij mœsti deplorarent, ac præras commemorarent, potentiam, & quæ trophæa, quas victorias vrbésq; Atheniensibus partas relinqueret; paululum sese erigens, reprehendit eos, quod communes multorum, & fortunæ magis quam virtuti debitas

laudes retulissent, pulcherrima, & maxima, ipsique propria hac laude prætermissa. Quod propter ipsum nemo Atheniensium nigram vestem vñquam sumisset. Plut.

Epaminondas.

* Meneclida quodā oratore ipsum aliquando traducente, vt qui de se quām de Agamēnone amplius sentiret: facio, inquit, hoc propter vos, Thebani, quorum solorum opera La cedemonium imperium vñica die e uerti. Plut. I. de fūi laude, &c.

Phocion.

* Leosthene adhuc rē feliciter gente interrogatus ab oratoribus quidnam beneficij in urbem contulisset? nihil, inquit, quām quod me prætore vos orationē funebrem nullam habuisti, sed quotquot mortui sunt, in sepulchrīs maiorum sunt humati. Plutar.

Antigonus.

Quum mitteret filium suum Demetrium cum numerosa classe, magnaque militum vi ad Græcos librandos, dicebat: Gloriam à Græcia, velut à specula in orbē terrarum accendi, iuuenē gloriæ studio extimulans, vt strenue rē gereret, quod eius laudis rumor non intra Græciæ fines esset continendus, sed ob Græci no minis celebritatē, per omnes mundi plagas dimanaturus. Plut. in Regum apoph.

Antigonus iunior.

* Is cetera fasto vacuus & princeps moderatus, in nauali quodam prælio amicorum quodam dicente, Non vides quanto plures sint hostium naues? Me verò ipsum, inquit, quæ naibus opponis? Plut. in apoph.

Scipio junior.

Censor creatus, adolescenti cui dam equum ademit, quod eo tempore quo Carthago oppugnabatur, splendidè cœnatus librum in urbis similitudinem figuratum, cui Carthagini nomen indiderat, conuiuis diripiendum proposuisset. Iuvene verò cau-

sam sciscitante, cur equo priuatus es set? Quoniam, inquit Scipio, me prior Carthaginē diripiusti. Plut. in Rom. apoph.

Iul. Cæsar.

Postquam milites, qui Scipionem in Africa sequebantur, fugissent, & Cato vietus sibi necē Uticæ consi set: Inuideo, inquit Cæsar, ô Cato tibi mortem istam, quando tu mihi salutem tuam inuidisti. Ibid.

Basilius.

* Si gloriam quæris, inquit, & cu pis superior multis videri, & in reb. mundanis clarus fieri, sis iustus, temperans, prudens, fortis & patiens in aduersis pro religione suscipiendis, &c. Ant. & Max. ser. de gloria.

Ant. Sylueria. Lusit.

† Præpositus erat arcii Dienisi, ad quam oppugnandam cùm classem maximā Turcarum ab eorum Imperatore accedentem videret, ad nobiles qui ad spectaculum conuenerant, perquām serena fronte cōuersus: En, inquit, viri, tempus, acceptam à maioribus gloriam bellicam, debitam que cum Deo, cum Regi nostri o fidem nobis ob oculos proponendi. Horum vtrumque si attentis animis intuebimur, profecte labores omnes atque pericula, quæ ex hostili tanto tamq. multiplici apparatu nobis impendet, præ officijs ac fructu pietatis leuia dum cemus. Profuit præsens Dueis animus in dicendōque grauitas ad obtinendam de tanta classe victoriam. I. P. Maffei. Hist. Ind. lib. 11.

Vide apoph. de ambitione.

*De gloriæ contemptu.**Crates.*

Dicebat, se pro patria habere gis triæ neglectum & paupertatem in quæ nullum ius haberet fortuna. Laërt. I. 6. c. 5.

Democritus.

* Vnus, siebat, mihi pro populo est, & populus pro uno. Senec. ep. 72.

T. iiiij

Anonymus.

* Quum quæreretur, à quodā egre-
gio opifice, quo quanto diligentia ar-
tis spectare ad paucissimos peruen-
tūr: satis sunt, inquit, mihi pauci, sa-
tis est vñus, satis est nullus. Ibidem.

Diogenes.

Cùm præconem in Olympiis ita
pronuntiantem audiuisset, Doxippus
vicit viros, correxit Diogenes: Hic,
inquiens, mancipia potius vicit: O-
stendens, eos nequaquam esse viros,
qui in his certarent spectaculis, sed
mancipia potius gloriæ. Ibid.

Socrates.

Cùm audiret recitare Lyfidem Pla-
tonis: Deum, inquit, immortalem,
quàm multa de me mentitur adole-
scens, siue quòd ob modestiam non
agnosceret laudes quas ei tribuebat
Plato, siue quòd in dialogo multa de
Socrate fingeret. Era. 3. apoph.

Epicurus.

* Quum vni ex confortibus studio-
rum suorum scriberet: Hæc, inquit,
ego non multis, sed tibi: satis enim
magnum alter alteri theatrum su-
mus. Senec. epist. 7. ad Lucil.

Metrocles.

Libros suos excusit, dicens:
Ταῦτα δέ εἰς οὐείσων γε τέρπων φαντάσματα.
Sunt inferorum hæc somniorum i-
magines. Sentiens, esse nugas, ac de-
liramenta, quæ scripserat. Laer. libr.
6. cap. 6.

Seneca.

† Gloria fugientes magis ac magis
sequitur. li. de benef. c. 1.

Idem.

† Gloria, vmbra virtutis est: etiam
innitos comitabitur. Sed quemad-
modum aliquando vmbra antecedit,
ali quando sequitur, ita gloria aliquā-
do ante nos est, visendāque se pre-
bet, aliquando in auerso est, maiór-
que quo senior, vbi inuidia secessit.
Epist. 79.

Frontinus.

Véritate sibi extrui monumentum,
his verbis: Impensa monumenti su-

peruacanea est, memoria nostra du-
rabit si vitam meruimus. Excelsi a-
nimæ est, quum præclara gesseris, glo-
riam contemnere. Erasm. libro 8. a-
poph.

*Degratitudine.**Chilon.*

Dicere solebat, Beneficij dati ob-
liuisci decet, accepti meminisse. vulgus hominum contra facit. Si
quid cui beneficerunt, sine fine præ-
dicant, sinéque modo exaggerant: si
quid in ipsis collocatum fuerit offi-
cij, mox aut obliuiscuntur, aut dissim-
ulant, aut eleuant. Laer. li. c. 4.

Diogenes.

Acceptis paucis nummis à Dioti-
mo Carylio, homine sibi amicissimo,
cùm non haberet vnde munus tam
amplum rependere posset, ad Dioti-
mum dixisse fertur: Dij tibi largian-
tur tantum, quantum animo tuo co-
gitas & cupis. Älian. libr. 4. de Varia
historia.

Democritus.

Dum quendam ad gratificandum
aliis studiosissimum, vilem nihilo-
minus, vicissim videret compensa-
tionem accipere: Ohe, inquit, qui be-
neficia perdideris, num te non pudet?
Gratias quæstus gratia prostituere?
quæ virgines esse dicuntur. Stob.

Idem.

Dicere solebat, Si facultas adest a-
liis gratificandi, ne differas, nosti e-
nī, quām mutabilis sit rerum om-
nium status. Ibid.

Diogenes Pythag.

† Gratiam referendam aiebat, nō
habito respectu ad pretij magnitudi-
nem, sed ad ingenium, & voluntatem
conferentis. In libr. de Regno. Stob.
ser. 48.

Seneca.

† Hæc, ait, beneficij inter duos lex
est: Alter statim obliuisci debet da-
ti, alter accepti nonquam. li. 2. de be-
nef. c. 10.

Si me-

Simontdes.

Rogante quodam vt sibi conscriberet encomium , & gratiam se relaturum inquiete,argentū autem non dante : Duas, respondit , arcas domi habeo,vnam gratiarum, alteram argenti:& cùm necessitas exigit,gratia rum quidem arcam aperiens,inā nem ipsam reperio , alteram verò solūm mihi commodam.Stobæus ser.de In iustitia.

Artaxerxes,

Rusticus quidam videns ad regem Artaxerxē varia deferri donaria,nec aliud habens quod largiretur , vtra que caua manu hauftam è proximo flumine aquam illi obtulit,vultu ala cri. Rex lxtatus, iussit illi dari phialam auream, ac mille Daricis donauit hominem.Plu.in Regum apoph.

Philippus.

Hipparcho Euboico vita defuncto , Philippus præ se ferebat quāni illius mortem acerbè ferret. Itaque cuidam volenti dolorem ipsius mitigare dicentique: Attamen ille tempestiuè decessit,iā natu grandis: Sibi quidem ipsi, inquit Philippus, tempestiuè decessit : sed mihi præpropre rē. Mors enim illum anticipavit priusquam à me beneficium acceperit, nostra dignū amicitia. Perquām rarū est, principem sentire gratiarum affe ctus, sed amicis plerique non aliter quām equis vtuntur. Dum vsui sunt, curant, inutiles factos abiiciunt, cōque spoliant citius quām beneficio iuant. Plut.

Augustus Cæs.

Veteranus quidam cùm vocatus in ius periclitaretur, adiit in publico Cæsarem Augustum , rogans vt sibi vellat adesse : Cæsar è comitatu suo selectum illico dedit , eique litigatorem commendauit. Hic miles vociferans, At non ego Cæsar, periclitante te Attico bello, vicarium qæsi ui, sed pro te ipse pugnaui, simūlque derexit cicatrices. Erubuit Cæsar, atque ipse descendit in aduocationem,

veritus ne non modò superbus, verū etiam ingratus videretur. Eraf. li.4. apoph.ex Suet.

Vide apoph. de Beneficiis, & Beneficentia.

De gratitudine in Deum.

Python.

A Theniensibus ob res feliciter gestas ipsum admirantibus , ac prædicantibus , quòd Cotyn regem interemisset : Diis, inquit, habenda est gratia, quibus authoribus hoc facinus præclarè gestum est , nam ipse nihil aliud quām manum & operam meam commodaui. Euentus rei in manu Dei est, & huic debetur gratia si quid feliciter cesserit. Sed interim vult nostram operam accedere. Eraf. li.6.apoph.ex Plut.

Cassiodorus.

† Omnis profectus est ad diuinitatis munera referendus: quia nihil cōstat fore bonum, nisi quod ab ipso dīgnoscitur esse collatum. In Epist.

Placilla.

Placilla Theodosij Romanorum Imperatoris vxor , cùm videret maritum à pietatis veræque religionis studio alienum, magis esse , quām Imperatorem deceret , subinde ad eum dixisse fertur: Considerare te oportet suauissime coniunx , quis ante fueris , & in quem locum te euerterit vniuersitatis huius Deus. Si enim perpetuam eius rei obtinueris memoriam , non prorsus te ob accepta beneficia erga eum ingratū præstabis: sed ex præscripto legum Dei quod ab eo accepisti, gubernabis imperium, & ita eum, qui tibi, vt fideli ministro commisit, ritè coles. Nicephorus Callist.li.12 c. 42.

De grauiter dictis.

Bion.

Frequenter dicere solebat: Quem admodum proci Penelopes, quo-

niam cum Penelope commisceri non potuerunt, cum illius ancillis rem habuerūt: ita qui philosophiam assequi non possunt, in aliis fruolis disciplinis semet exercent. Laert.lib. 4.cap.7.

Solon.

Percontatus, Cur in parricidas nullam promulgasset legem? Non expectabam, inquit, hoc scelus vnguā in hac ciuitate posse committi. Laert.li. 1.cap.3.

Thales.

Adultero sc̄scitanti, an abiuratus esset adulterium? Thales Milesius ait, Non est periurium adulterio peius. Laert.li.1.c.1.

Zeno Cittieus.

Dicebat, plerosque philosophos in multis sapere, sed in fortutis vulgaribusque rebus esse imperitos. Laer.li.7.ca.1.

Democritus.

Dicere solebat: Si corpus animatum in ius vocaret, haudquam futurum, ut ille moneris male administrati crimen effugeret. Animus in corpore veluti praesidio collocatus est, & tamen pleraque mala corpori ab animo veniunt. Laert.li.9.ca.7.

Empedocles.

Videns ciues suos voluptatibus deditos sumptuosissime edificare, dixit: Agrigentini sic indulgent voluptatibus, quasi postridie morituri: sic edificant, quasi semper victuri. Idem lib.8.ca.2. Idem de Rhodiis dicit Plut.

Anaxagoras.

Cum absens morti addictus esset, id nuntianti: Iam olim, inquit, istam sententiam tulit natura æquè in illos atque in me. Laert.li.1.c.10.

Antisthenes.

Infra de Inuidia, quæ plerunque felicitatis & virtutis comes est.

Themistocles.

Simonides poeta Themistoclis prætoris operam pro amico in re iniqua petenti, respondit Themisto-

cles: Nec Simonidem fore bonum poetam, nisi mensuram modumque in canendis carminibus, quæ scriberat, curaret: neque se bonum prætem habitum iri, si legibus ac iustitiæ alicuius gratiam præposuisset. Fulgosius lib.6.

Socrates.

Grauiter dicere solebat, nec à mortuo petendum colloquium, nec ab auaro beneficiū. Eraf.li.8.apoph. ex Stobæo.

Idem.

Cum Athenis causam diceret, defensionemque ei Lysias à se cōpositā qua in iudicio vteretur recitasset, demissam ac supplicem, imminentique procellæ accommodatam: Aufer, inquit, quæso istam. nam ego si adduci possem, vt eam in ultima Scythia solitudine perorarem, tum meipsum morte multandum concederem. Spiritum contempsit, ne careret grauitate: maluitque Socrates extingui, quam Lysias superesse. Cic.libr.1.de Orat. Laert.in vita Socratis, & Valer. Max.li.6.cap.4.

Agù.

Suprà de filiorum potestate in parentes.

Agesilaus.

Audiens scelerosum quendam hominem fortiter pertulisse tormenta, ait: Quām miser est homo, qui tolerantiam in res flagitiosas ac turpes collocat. Plut.in Lacon.

Idem.

Allato nuntio, illustrissimos viros prælio circa Corinthum commisso occubuisse in acie, Spartiatas autem cecidisse perquam paucos, multos verò ex hostibus: nullam lætitiam præ se tulit, sed ingenti edito gemitu, Heu Græciam, inquit, quæ tot viros ipsa perdidisti, quot si incolumes sint, profigare acie cunctos queant barbaros. Plutarch. de Agesilao.

Idem.

Iam senex, cur per hyemem solo pal-

pallio tectus obambularet absque tunica, interrogatus: Ut, inquit, iuuenes hanc vitæ rationem imitentur. Ibid.

Idem.

Illud cùm primis sibi gloriæ duce-re solebat, quòd cùm rex esset, cæterisque consilio prospiceret, nihil secius in laboribus obeundis nemini cederet, quòdque sibi ipsi imperaret. Ibid.

Idem.

Notans corruptissimos eorū mo-
res, qui Asiam incolebant, dicere so-
lebat, inter illos qui improbi essent,
eos non esse liberos: contra qui pro-
bi, eos esse seruos: quòd vbi vitiis li-
cerent omnia, virtus haberetur odio.
Ibid.

Idem.

Quum secum haberet Xenophon-
tem, iussit, vt filios suos accerseret
Lacedæmonem, docendos artem o-
mnium pulcherrimam: videlicet im-
perare, & parere imperio. Plutar. in
Lacon.

Idem.

Ostendebat quidem Agesilao ci-
uitatis cuiusdam muros editos, quum
que rogasset, viderenturne pulchri?
Pulchri, inquit, per Iouem, verum ap-
paret in hoc paratos, vt mulieres in-
habitent, non viri. Ibid.

Alcmenes.

Infrà de Imperio administrando.

Agaciles.

Quum sciscitaretur, quo pacto
posset quis statim imperare, nullo sti-
patus satellitio? respondit. Si sic im-
perat suis, quemadmodum pa- er im-
perat liberis. Plut. in Lacon.

Leonidas.

Cum proficeretur ad Thermopylas, cum Persis conflictatus, vixi
interroganti, quidnam manda-
ret? Vt bono, inquit, nubas, & pro-
bos liberos parias. Plutarchus in La-
con.

Idem.

Iamiam cum hoste conflicturus, &
admonitus ut reliquos expeditaret so-

cios, An nō adsunt, inquit, qui pugna-
turi sunt? An nescitis eos solos cum
hostibus pugnare, qui reges veretur?
Plut. in Lacon.

Theopompus.

Dicente quodā, ideo seruari Rép.
Spartanam quòd reges scirent impe-
rare: Imò potius, inquit, quòd ciues
sciant parere. Plut. in Lacon.

Teleucus.

Suprà de filiorum pietate in pa-
rentes.

Pædaretus.

Pædaretus Spartanus, nobilitate &
sanctitate præstans, in petitione ma-
gistratus victus, maximè sibi esse læ-
titiae prædicauit, quòd aliquot patria
sua meliores viros haberet. Quo ser-
mone repulsam honori adæquauit.
Plut. in Lacon. Valer. Max. lib. 6. ca. 4.

Syagrus.

Legatus, quo tempore Xerxes ex-
pectabatur, ad Gelonem tyrannum
Syracusanum missus, vt in eo bello
opem ab eo peterent: Geloni offe-
renti ducentas triremes, duo equi-
tum & octo peditum millia, & præ-
terea grandem pecuniam, ac vim ma-
gnam frumenti. si Græci in eo bello
ducem eum creare vellent, respon-
dit: Ad quærendos milites, & non ad
sumendum ducem missus sum. Fulg.
lib. 6.

Themistocles.

Cum ad mare descendisset, vt oc-
cisorum Persarum stragem inspe-
ret: posteaquam vidit interfectorum
sparsos torques, & armillas aureas,
ad amicum conuersus ait: Tu quī
Themistocles non es, ista collige.
Grauissimo verbo conditiones offe-
dens, quibus hominum gradus discri-
minantur, eas esse, quæ faciant vt ali
quid agere aut deceat, aut non. Fulg.
lib. 6.

Demosthenes.

Lacessitus conuiciis, Committor,
inquit, in certamen, in quo qui supe-
rior eualerit inferior est: & qui viceg-
rit, vicitus est. Plu.

Epaminondas.

* Quum aliás solitus esset vñcto corpore hilarique vultu prodire in publicum, postridie eius diei quo feliciter pugnatum est ad L. eu&tra, processit squalidus ac summissus. Amicis autem sciscitantibus, ecquid illi molesti accidisset? Nihil, inquit, sed heri sensi me plus æquo mihi placuisse: eius gaudii intemperantiam hodie castigo. Plut. in apoph.

Philipus.

* Græcia potitus imperio, ad reffrenandum animi fastum, puer dele gavit hoc munus, ut singulis diebus mane ter acclamaret, Philippe, memento te esse hominem. Aelian. lib. 8. de Var. hist.

Alexander.

Darius rex, cùm iam ex uno atque altero prælio Alexandri regis militarem virtutem esset expertus, filiam in matrimonium cum decies centum millibus talentum, ac magnam simul regni partem obtulit. Parmenione autem dicente, se, si Alexander esset, usurum ea conditione: respondit Alexander: Et ego vterer, si Parmenio essem. Curtius lib. 4. Arrian. lib. 2. & Val. Max. lib. 6. c. 4.

Galli.

Gallorum legati ad Alexandrum regem profecti, ut eius pacem & amicitiam peterent, interrogati ab Alexandre, quam ob causam ipsius amicitiam eo tempore postularent? putans dicturos, eius rei præpotentes ipsius vires causam esse: subridentes responderunt, Se metuere, ne in ipso rum caput cœlum rueret, & tamē ingentis animi regum amicitia magnificere. Fulg. l. 6.

Scip. Emilianus.

Cùm haberet consortem censuræ Mummiū, ut nobilem, ita eneruis vitæ, pro rostris dixisse fertur: Se ex maiestate Reipub. omnia gesturum si sibi ciues vel dedissent collegam, vel non dedissent. Plin. c. 58. de Viris illustr. Val. Max. l. 6. c. 4.

Idem.

Seruius Sulpitius Galba & Aurelius consules in senatu contendebant, ut aduersus Viriatum in Lusitanā mitteretur. ac magna inter P. C. dissensio erat, omnibus quónam eius sententia inclinaretur expectantibus. Neutrum, inquit, mitti placet. Alter enim nihil haber: alteri nihil satis est. Æquè malam licentis imperij magistram iudicans in opiam atque auaritiam. Quo dicto, ut neuter in provinciam mitteretur obtinuit. Valer. lib. 6. c. 4.

Scip. Maior.

Dicere solebat, iij quibus sunt equi ferociores, tradunt eos domitoribus, ut his facilitioribus possint vti. Sic homines secundis rebus effrenatos, sibique præsidentes, tanquam in gyrum rationis duci oportet, ut prospecta rerum humanarum imbecillitate ac fortunæ varietate, reddantur mode: ratores. Plut.

Pescennius Niger.

Rogatus, quidnam de Scipionibus sentiret? respondit, illos sibi videri felices magis, quam fortes, quod vterq. domi iuuentutem parum sancte transfigisset. Aeli. Spartanus.

Cyanienses.

D. Brutus cùm penè totam Lusitaniam subegisset, ac sola gentis huius vrbs Cyana pertinaciter arma retineret, tentata pecunia redemptione, propemodum uno ore legatis Brutis respondit: Ferrum sibi à maioribus quo vrbem tuerentur, non aurum quo libertatem ab imperatore auaro emerent, relictum. Val. Max. libr. 6. cap. 4.

Manlius.

Manlio cùm omnium consensu apud Romanos consulatus deferretur, oculorum aduersæ valetudinis causam præexit, quo honorem oblatum commode recusaret. Instantibus autem cunctis: Alium, inquit Manlius, quærite Quirites, ad quem hunc honorem transferatis. Nam si

me

me gerere cum coegeritis, nec ego
mores vestros ferre, nec vos mecum
imperium perpeti poteritis. Plin. ca.
28. de viris illustribus. Val. Max. li. 6.
cap. 5.

Q. Fabius.

Minutius quum gloriaretur, ipsius
opera multum decepsisse Fabianæ di-
gnitatis: Fabius respondit, O Minu-
ti reputa tibi cum Hannibale certa-
men esse potius, quam cum Fabio.
Plut.

P. Rutilius.

Suprà tit. de Amicitia atque ami-
co bono.

Augustus Caesar.

Quum forte ad ædes Catonis Vti-
censis venisset, ait: Quisquis præsentē
Remp. mutari non vult, is & ciuis &
vir bonus est. Plut. in Rom. apoph.

Ti. Gracchus.

† Nemo me (aiebat) iniuria affi-
gere, aut insectari contumelia potest,
propterea q; nihil ago quod reprehē-
di mereatur: ea vero quæ de me falso
dicuntur, prorsus negligo. Xiphilin.
in eius vita.

Demetrius.

Domitianus Romanorum impe-
rator, cum philosophos mathema-
ticosque omnes ex Italia pellendos
statuisset, multique iam ex philoso-
phorum schola in Lybia Scythiamq;
confugissent: Demetrius philosoph.s
expulsus, instituta cum Apollonio
sermocinatione, dolenter dixit & gra-
uiter: Cicadis licet impunè canere,
nobis autem ne mutire quidem fas
est. Philostratus, & Cuspin. in Con-
sul.

Frontinus Conf.

Domitiano imperante cum omni-
bus liceret inimicos suos accusare,
Frontinus consul dixisse fertur: Ma-
lū esse imperator em habere sub quo
nulli liceret aliquid facere: sed peius
sub quo omnibus omnia. Dion apud
Cuspinianum in Consulibus.

Cantacuzenus magnus.

Quum res ei feliciter succede-

rent, fortunam non lacescivit, ne-
que immodicè supercilium erexit:
sed retenta animi grauitate intra
modestia limites immotus manet.
Nunc verò, inquit, me sobrium esse
oportet, cùm alij non ebrij esse non
possunt. Prosper enim successus hu-
mana ingenia cum primis explorant,
& recordes tam insolentes reddunt,
quam cordatos constantia & gra-
uitatis laudibus cumulant. Nicephor.
Gregoras, lib. 6.

Alphonse.

In contentione inter Franciscum
Sfortiam & Nicolaum Picinum,
cùm interrogatus esset à Matricien-
ibus legatis, utrum ex his in amicitia
admittere vellet? respondit, Utro-
que tanquam amicos habendos esse,
sed ab utrisque tanquam inimicis ca-
uendum. Sensit autem rex prudentissi-
mus, quam parum tutum sit, ita
parare amicos, ut hostes & inimicos
interim alios sibi infensos non reddas.
Panormitan. libro 1. de rebus gestis
Alphonsi.

Idem.

Improbo cuidam ac recordi ia-
stanti, reperisse se virum sapientem:
Et qui fieri potuit, inquit, ut sapien-
tem dignosceret stultus? Erasm. 8. a-
poph.

Philippus R. F.

† Eorum studium inane castigans,
qui Ludionum & histrionum nugis,
ac præstigiis delectantur, aiebat, hi-
strionibus & alijs huius farinæ circu-
latoribus pecunias dare, nihil aliud
esse, quam Dæmonibus sacrificare.
Vincent. in Specul. histor. libro 29.
cap. 41.

Ludouicus XII. Gall. Rex.

* Quo die Carolo octavo in re-
gno suffectus est, amicorum vni pe-
tentis sibi dono dari fortunas Aure-
lianensis ciuis, qui in Ludouicum
hostili semper animo fuerat, stren-
uè id negavit, atque alia maiora
pollicitus est, inquiens, Merito esse

ridendus Galliarum rex, si Aurelianensis ducis (de seipso autem loquebatur, quum antea esset Aurelianus dux) iniurias vlcisceretur. Fulgosius lib. 4. cap. i.

Caroline V. Cesar.

+ Bello Africano Algerensi non ex animi sententia successorum prælium cùm præuideret, Malle se dixit vnum Christianum seruare, quām mille Mauros, Turcas, Pœnoscve occidere. Gulielmus Zenocharus in eius vita lib. 3.

Henr. Dandulus.

Is postea dux Venetiis creatus, ad Manuelem Comnenum imperatorem Constantinopolitanum, Veneto nomini infestissimum, missus orator, cùm multa alia prudenter apud eum principem locutus esse dicitur, vt illum patriæ reconciliaret: tum verò illud grauissimè addidit, vt meminisset Sibyllini carminis iam pridem vulgati: futurum non multo pòst, vt Adria orti Constantinopolitani imperij fasces sceptraque ad se traherent. Quo tam graui dicto ad eo excanduit Manuel, vt illi intra cubiculum euocato, æneum vas condens obiecerit, quod inspectare diutius voluit, vt eum oculorum lumine priuaret. Quam pœnam ita passus est, quamvis grauiter laboravit, vt præcipius ille author fuerit imperij ad Gallos transferendi. Ioannes Baptista Egnatius, libri sexti, capite 40.

Stephanus Contarenus.

Creatus hic in Petri Zeni locum, Senatus iudicio, qui maritimæ rei recte peragendæ in Benaco, lacu præcesset, quando res aduersæ nuntiarentur, statim suscepta prouincia, domum est profectus, euocataque de superiore ædium parte vxore: Scias, inquit, me Benacensi oræ præfectum, Senatu ita iubente: tu igitur omnia domi parato, curatōque ut præstè sint, quæcunq; mibi necel-

saria futura sunt. Atque intra paucos dies au: lætum à me partæ victoriz nuntium expectato (id quod campaniæ sonitus ex Marciana turri tibi significauerit) aut mortis meæ literas, quibus tu cadauer hoc ipsum a uitæ sepulturæ mandes. Quæ vox que so grauior esse potuit, ad testandam suam in patriam charitatem? cuius dignitate & gloria nihil sibi charius aut iucundius esse profitebatur. Ioannes Baptista Egnatius l.6.c.4.

De gubernatione.

Socrates.

Diebat vehementer absurdum esse, cùm artes sedentarias nemo prositeatur absque dedecore, qui eas non didieerit: neq; quisnam serinium faciendum locet ei, qui ruditus sit eius opificij: ad publicos magistratus admitti, qui nunquam derunt operam disciplinis: sine quibus nemo potest rectè magistratum gerere. Cumque nemo non detestaturus sit eum qui clavo alsideret, ignarus artis nauticæ: multò magis detestandos, qui Reipublicæ capesset ignari politicæ philosophiæ. Neque eum putabat appellandum impostorem, qui à quopiam pecuniam aut vasculum acciperet, quod non posset reddere, sed illos magis impostores habendos dicebat, qui dolo persuaderent se idoneos gubernandæ Reipublicæ, cùm sint homines nihil. Hoc dictum multo magis ad principes, magistratus & episcopos Christianos pertinet, quām ad Ethnicos. Eras. l.3.apoph.

Idem.

Illum imprudenter facere dicebat, qui cùm boues efficceret pauciores, postularet tamen haberi bonus bulbus: sed multo absurdius esse, si quis haberi velit bonus Reipubl. gubernator, cùm ciuium numerum immittiat. Hoc dictum tersit in Cri-

etiam & Charilem, qui multos ci-
vium crucidarāt. Nec illos id latuit.
Critias enim illi minatus est, ni file-
ret, fore ut ipse quoque ficeret bo-
ues pauciores: & quod minatus est
verbo, re præstitit, nam huius opera
Socrates perit. Laertius in vita So-
cratis.

C. Gracchus.

† In oratione quam habuit ad po-
pulum, in qua rationem administratę
Sardinę reddidit, ait se ita versatum
biennium in prouincia, ut nemo pos-
set verè dicere, assēm, aut eo plus in
muneribus accepisse, aut sua opera
quempiam sumptum fecisse. A Gell.
lib. 15. c. 12.

Franciscus Borgia.

† Qui cæteris præsident, dicebat
non vna omnes qui parerent, regula
metiri oportere: sed bonos milites i-
mitari, qui pro fistula captu machi-
nam illam bellicam sulphureo pulue-
re implent, ne dissiliat. Ribaden. li.
4. vitæ eius c. 8.

Huc refer apophtheg. de Magistratu,
Principatu, vel Principe, & Reip.
Administratione, &c.

Degula.

Anonymus.

* Ybarites quidam quum Spar-
tae in phiditiis coniuaretur,
Merito vitæ contemptores esse dig-
xit Spartanos: quisquis enim sanæ sit
mentis, decies millies mori prius eli-
geret, quām huius parcitatis esse par-
ticipes. Athen. lib. 4.

Galienus Cæs.

* Quum ei relatum esset, populum
Rom. indignè ferre, quod Valerianus
pater eius apud Parthos seruiret, con-
uersus ad adstantes: Ecquidnam ha-
bemus, inquit, quod prandeamus?
Treb. Pollio.

Augustus Cæs.

Quum ad Augustum delatum es-
set, Erotem Ægypti procuratorem

emisse coturnicem, in pugna superā-
tem omnes, ac prorsus inuidi, eam
que assam deuorasse: iussit accersiri
hominem, & discussa causa, confessum
malo nauis affectu iussit: vita iudicantis
indignum, qui ob tantillam
gulæ voluptatem non pepercisset a-
ui, quæ pugnando diu multisq[ue] po-
tuisset esse voluptati: prætegea quæ
læto quodam omni Cæsari perpe-
tuam in bellis prosperitatem porten-
deret. Plut. in Rom. apoph.

Seneca.

† De sui æui hominibus voluptuo-
sis conquerens, Non sunt, inquit, ad
popinam, dentibus, & ventre & ore
contenti, oculis quoque gulosi sunt.
Quod nimirum ex morte piscium o-
culis voluptatem haurirent. Lib. 3.
Nat. Q. c. 19.

Huc refer apophtheg. de Delicijs, Ebrie-
tate, Intemperantia, Vo-
luptate, &c.

D E H Ä R E T I C I S
F V G I E N D I S.

Polycarpus martyris.

 LIQVANDO Marcio-
ni obuiam factus, atque
oratus ut eum agnosce-
re vellet: Agnosco, in-
quit, primogenitum Sa-
tanæ. Tanta tunc Apostoli atq[ue] eorum
discipuli in religione cautela vtebā-
tur, ut ne verbi quidem communio-
nē cum aliquo eorum qui à veritate
declinauerant, habere paterentur. I-
bidem. Eusebius libro quarto Eccl.
hist. c. 14.

Idem.

* Si fortè impia dogmata audiret,
aures obturans continuò exclama-
bat, O bone Deus, in quæ me tem-
pora reseruasti, ut hæc patiar? atque
ex eo loco quo vel sedens - vel stans
ea audiuerit, ex templo planè aufu-

giebat: Eusebii libro 5. histor. Eccl.
cap.19.

Alexander episcop. Alexandr.

* Pár est (inquietabat) vt nos qui sumus Christiani , omnes qui contra Christum loquuntur, animóque sunt ab eo alienato, tanquā Dei hostes & corruptores animarum deviremus , &c. Socrat. histor. Eccles. libro 1. cap.3.

S. Ioannes Apostolus.

Suprà de Conuictu & conuersatione.

D. Paulus.

† Hæreticum hominem post vnam & secundam correptionem deuita : sciens quia subuersus est, qui eiusmodi est, & delinquit , cùm sit proprio iudicio condemnatus. Ad Titum capite 3.

De hilaritate.

Zeno Cittium.

Rogatus cur quum esset natura lieuerus, in conuiuio tamen hilariseret? lepidè respondit : Et lupinū quum sit suapte natura amarum, tamen aqua maceratum dulcescere. naturale est , cibo potúque rigato corpore, discuti tristitiam. Laërtius lib.7.c.1.

Socrates.

Iam morti addictus , carceris ministrum in poculo cicutam porrigen tem, interrogauit, Quomodo sumendum esset hoc pharmacum, quòd eius esset artis peritus. Alludens ad ægrotos, qui à medicis quando, & qua ratione diæta sit sumenda , discunt. Rogauit præterea an diu aliquid de suo potu libare liceat , iuxta morem conuiorum. quod cùm negaretur, Certè, inquit philosophus, fas est, & oportet orare deos vt felix & fausta mea sit migratio. Et sic Socrates, cùm aduersus omnia mala, animi fortitudine armatus esset, in ipsa etiā morte hilaritatē ostendit. Laërt. in eius vita.

Idem.

Quum puer Socratem in ipso fere mortis agone detexisset, quòd illi iā frigerent præcordia : Debemus , inquit, ô Crito, gallum Aesculapius, quē persoluere ne neglexeris: perinde quasi sumpta potionē medica conualuissest. adeò inerat Socrati nativa quædam hilaritas, vt moriens etiam eam ostenderet. Hanc enim postremam vocem fuisse ferunt. Laërt.

Plato.

Negabat oportere inebriari, præterquam in festis, in quibus ipse Deus vinum porrigit. Festos dies autem decet hilaritas, ebrietas autem in his locum habere nequaquam debet. Laërt.l.3.

De historia.

Demetrius Phalerus.

Ptolemaeum regem adhortari solebat, vt sibi pararet libros de re gno , déque militari imperio gerendo tractantes, eisque euolueret: propterea quod ea, de quibus amici non audent admonere reges, in libris scripta habeantur. Plut. in Græc.apoph. & Laërt.l.5.c.5.

Theopompus.

Dicebat eum quidem optimū rerum bellicarum scriptorem esse , qui quā plurimorum certaminum ciuilium particeps fuerit , & quamplurima etiam pericula coram expertus sit. Innuere autem voluit, eum tātum reuera esse bonum historicum , qui de his scribat rebus quibus ipse interfuit. Polyb.l.12. hist.

Seneca.

† Consumpsere se quidam, ait, dum acta regum exterritorum componunt, quaque passi inuicem , auctique suni populi. Quantò satius est , sua male extinguere quā aliena posteris tradere? Quantò potius Deorum operē celebrare, quā Philippi aut Alexandri latrocinia ? In præf.lib.3. Nat.Q

Ver

*Virginius.**Suprà tit. de Conscientia bona.**Alphonsus.*

Capuz laborans aduersa valetudine: medieis multa medicamenta ad hibentibus, in grauissimo morbo, Quinti Curtij historias de Alexandri magni rebus gestis descriptas legere cœpit, cuius lectio delectatus cū omnem morbi improbitatem superasset, sanitati restitutus: Valeat, inquit, Auicenna, valeat Hippocrates, & alij medici: & viuat Curtius, restitutor sanitatis meæ. Anton. Panor. de reb. gest. Alphons. & Aeneas Syl. de eius dictis.

De hypocrisi.

Diogenes.

C Vidam sibi placenti, quod leo nis exuvio teatus ingredere tur: Non tu desines, inquit, virtutis stragulas pudefacere? Indecorū esse censuit, quod homo mollis, Herculis amictū sibi vendicaret. Idem dici potest iis, qui prodigioso amictū proficiuntur vītā sanctimoniam, vita non respondent. Diogenis dictum extat apud Laert. l. 6. c. 2.

Alexander.

Nonnullis Antipatri frugalitatem laudantibus quod alienam ab omnibus deliciis austèramque vitam ageret: foris, inquit, Antipater albo vittatur pallio, intus verò totus est purpureus. Notans fictam illius parsimoniam, quem esset alioqui ambitiosissimus. Plutar. in reg. & in apoph.

Fridericus III.

Quum audiret quendam dicensem, abiturum se aliquando in ea loca in quibus nulli planè hypocritæ essent, respondit: Ultra Sauromatas ergo, & glaciam oceanum tibi eundum est. Sed cùm eò veneris, non omnino carebit hypocrisi locus, si modò & tu homo non Deus es. Inter mortales enim nemo est, qui non ex aliqua parte fictus fucatusq; sit.

Alphonsus.

Cùm post Africanam victoriā in Ænariam insulam venisset, audiens Antonium Picentem, ordinis heremitarum, magnum hypocritam, iactando plurima in Christum & virginem eius matrem, vermiculis acerbissimo morbi genere absumptū, animam expuisse, dixisse fertur: propterea Neum tantoperè in hypocratas fæuire, quod dum homines decipiunt, interponant Deum ipsum tanquam sceleris mediatorem. Ideoque ut plurimū viuentes adhuc plechi in oculis hominum, quos Dei nomine fecellissent, ut intelligent mortales, à talibus monstris maximè cauendum esse. quod Deum ipsum nō tantum post mortem, sed etiam in ipsa vita haberent indubitatum vtio em. Anton. Panorm. de rebus gestis Alphonsi, & Aen Syl. de eius dictis.

De homine.

Solon.

I Nterrogatus olim, Quid esset homo? respondit, putredo est in exortu, bellua in omni vita, esca vermium in morte. Anton.

Thales Milesius.

† Trium maximè rerum causa gratiæ se fortunæ agere dicebat, Primo quod homo, nō bellua: deinde quod vir, non mulier: tertio quod Graecus natus esset, non barbarus. Laert. li. 1.

Euphanus Pythag.

† Deus hominem pretiosissimum animal, inquit, in mundum collocauit, suæ quidem naturæ æqualem, inspectorem verò rerum ordinatio- nis futurum. quamobtem ille rebus nomina imposuit, quæ notæ ipsarum essent: literas etiam inuenit, memoriarum thesauros institutus. & Stob. ser. de felicitate.

Diogenes.

Quoties considerabat in hemispha- vita ciuitatum gubernatores, medi-

cos aut philosophos, nullum animal dicebat esse hominem sapientius. Idem contemplas somniorum interpretes, coniectores diuinos, & huius generis ceteros, aut qui gloriae diuitissime seruirent: aiebat, sibi nihil hominem videri stultius. Indicans hominis ingenium ad res optimas accommodum si exerceatur: sin ad vitia degeneret, longè esse infra mutas pecudes. Laert. lib. 6.

Peritione Pythagorea.

* Dicebat, conditum & compositum esse hominem in hoc, ut contempletur natura rerum ipsiusque sapientiae rationem: eidemque laborem esse iniunctum comparandi comprehendique rerum quae extant sapientiam. Stob. serm. de virtute.

Plato.

* Hominum mansuetum animal esse dicebat. Quod si recta disciplina institueretur in mansuetiss. & diuinum prorsus animal euadere: sin vero non satis aut non bene esset educatus, ferocissimum omnium quae in terris nascuntur animal reddi. lib. 6. de legibus.

Musonius.

* Quid esset homo describens, Homore (inquit) omnium in terra degentium Dei imago est, & similes ei virtutes habet. Nam ne inter deos quidem praestantius aliquid excogitari potest, quam prudentia, iustitia, fortitudo, & temperantia, &c. Stob. ser. 116.

Cyrus.

Dicebat eos homines qui sibi prodesse nollent, cogi oportere, ut aliis sint vsui. Significans, seruili animo natos, ubiq; inutiles imperio adindos, ut aliorum commodis inferuiat. Plut. in apoph.

Seneca.

+ Cum voles (ait Lucilio) veram hominis estimationem inire, & scire qualis sit, nondum inspice, ponat patri monium, ponat honores, & alia fortunae mendacia: corpus ipsum exuat,

animum intuere, qualis, quantusquis sit alieno, an suo magnus. Epist. 76.
Idem.

+ Fac me victorem, inquit, vniuersarum gentium. Delicatus ille Liberi currus triumphantem usque ad Thbas à solis ortu vehat, Iura regis Persarum petant. Me hominem esse tum maxime cogitabo, cum Dei vnde consalutabor. lib. de beat. vita cap. 25.

Vide apoph. de Hominis Fragilitate.

De hominibus suum officium non facientibus.

Diogenes.

Qvodam tempore lucernam atq; censam gestans, obambulabat in foro clarissima luce, querenti milis. Rogantibus quid ageret? Hominem, inquit, quero, notans publicos ciuitates mores vix homine dgnos. Laert. lib. 6.

Idem.

In foro stans, clamabat, Adeste homines: veluti concionatus apud populum. Quumque iam frequenter conuenissent, nec ille desinaret clamare, Adeste homines: quidam indignati, En adsumus, dic aliquid. Tunc Diogenes baculo illos abigens: Homines, inquit, adesse iussi, non sterilinia. Non putauit hominis cognitum competere in eos qui non viuerent iuxta rationem, sed brutorum in morem agerentur affectibus. Laert. lib. 6. Eraf. li. 3. apoph.

Idem.

Eos qui in coquos, nepotes, scortae & adulatores facultates suas profunderent, similes dicebat aiboribus per precipita nascentibus: quarum fructus nullus hominum gustaret, sed a coruis & vulturibus ederentur quo dicto innuit, eos nequaquam esse homines, qui ventri & gulae servirent. Laert. li. 6.

Idem.

Idem.

Quum è balneis redeuntem qui-
am rogassent, num illic esset multū
ominum? negavit esse. Rursus per-
sonatus, an illic esset multa turba?
tinuit. significās vocabulum in pau-
os competere. Laert. lib. 6.

Idem.

Redeuntem ex Olympiis quidam
interrogabant, vidissētne illuc mul-
tam turbam, Turbam, inquit, pluri-
am, sed homines per paucos. Laert.
br. 6.

Idem.

Conspecto adolescentulo, cultu
estūque parum virili: Non te pudet;
inquit, qui peius tibi velis, quām ipsa
atura voluit? Siquidem illa te vi-
am fecit, tu te ipsum refingis in fœ-
minam. Laert.

Stilpon.

Quum omnium oculi coniecti es-
tū in Stilponē, quidam: Isti, inquit,
stilpon mirantur te vt belluam. Ne-
raquam, inquit ille, sed vt verū ho-
inem. Solent peregrinæ bestiæ in
spectaculum produci: vulgares ho-
mines nemo miratur. Sed philoso-
rium plerique spectabant, non vt
temuis hominem, sed vt hominem
rum: nam id spectaculum est rarissi-
num. Obiter notauit interpellato-
m, quod ipse nō esset verus homo,
c spectatu dignus. Laert. l. 2. c. 12.

Lycurgus.

+ Putasne, aiebat, quicquam aliis
estare feris hominē? Non tantillū,
si forma. Prona sunt cetera, hoc au-
m eretū animās. de improbo maxi-
ē loquebatur. Stob. ser. de malitia.

Archite.

Dicebat, Quemadmodum, etiam si
niam diligentiam adhibeas, ta-
en pīscem sine spinis non inuenias:
neque hominem inueniri posse,
i non dolosum spinosūmque quid-
m habeat admixtum. Aelian. l. 10.

Var. hist.

Alphonsus.

Licet locordi & obtuso ingenio

homines patienter audiret, solitus ra-
men est eos tantū, quorum proba-
ingenia esse sciebat, homines appell-
are: Ennianum illud leui voce sub-
murmurans: Vulturis (sic enim in no-
minatiō, vt nos Vultur, loqueba-
tur) in sylvis miserum mandabat ho-
monem. Bellissimè enim non homi-
nes, sed homones, Ennium eos voca-
se dicebat, quos vidisset ex homine
nihil præter effigiem possidere, Pan;
lib. 1. de reb. gest. Alphonſi.

Idem.

Sæpen numero dicere solebat, Si nul-
lam aliam præter Calabriam prouinciā
haberet, se malle priuatum quām
regē vivere, ne illis imperare cogere-
tur, qui nihil omnino hominis habe-
rent præter figuram & nomen. Pa-
nor. l. i. de reb. gest. Alphonſi.

De hominis miseria & fragilitate.

Biat.

Dicere solebat, sic metiedam esse
ab homine vitam, quasi & mul-
tum & parum temporis vieturus sit;
Max. serm. 67.

Crantor.

Senarium hunc ex Bellérophonte
Euripidis probare solebat:
Oīus, tīd cīui ūntīd rōi; mērōdāuīp;
Eheu, quid heu nobis, quid hominū
est, accidit.

Sensit, quicquid vlli hominum ac-
cidit, hoc vnicuique posse accidere.
Nihil igitur nec inexpectatum vide-
ri oportere, nec intolerabilē. Laert.
libro 4. cap. 5.

Anacharsis.

* Rogatus à quodam, quid homi-
nibus esset infestum? Ipsi, inquit, sibi-
ipsis. Stob. ser. 2.

Solon.

Solon legum Atticarū conditor
dicere solebat, Vrbes ac oppida ni-
hil aliud esse quām humanarum &
rumnarum domicilia, quibus luctus;

mætiores, tristitia mortalium, quasi septis includerentur. bene quidem, nam si iusti ratiocinatores esse voluntus, & rem æqua lance perpendere, haud dubie iudicabimus hominis vita nihil miserius, nihil calamitosius.

Beroald. de Terræ motu ex Plutare.

Socrates.

Dicere solebat, si omnes hominū calamitates in viuum conferrentur, mōxque singulis ex eo aceruo portiones quæcūq; distribuerentur, ita fore, ut suas quisque calamitates recipere malit, quam æquam ē communiportionem. Hoc aduersus vulgares hominum mores, qui alienæ inuident, suam deplorant sortem. Erasm. lib. 3. apoph.

Idem.

Interrogatus, quomodo quis sine molestia vitam ageret? negauit ullo modo id fieri posse. Non enim licet, inquit, ciuitatem aut domum inhabitanū, & hominibus conuersanti, sine molestiis degere. Stob. ser. 97.

Idem.

Dicebat, se putare, quod dij semper rideat, vana hominum studia inspicentes, quibus peractis perpetuò se victuros putent: cùm mox hinc tam nobis migrandum sit, omnibus relictis. Stob. ser. 96.

Zeno.

Canem eum inuidentem quum repulisset, reprehēsus à quodam ob id, Perdifficile est, inquit, prorsus hominem exuere. Volut autem ostendere, hominem nunquam esse tā cautum, quin aliquando ostendar se quoque hominem esse affectibus obnoxium. Laert. li. 9. c. 5.

Democritus.

Interrogatus quid de hominum sorte sentiret? Misera homini fortunam esse dixit, cùm bona quæretibus vix obtingant: mala autem non tantū non exquisita, sed extra omnē etiam expectationem. Stob. ser. 96.

Idem.

Admonere sacerdotumero solitus

est suos, vt humanam imbecillitatem experderent, quod ei per mediocrem possessionem prospiciatur, & miseria in rebus necessariis menseatur. Stob. ser. 96.

Aristonymus.

Hominis vitam theatro similem esse dicebat, vbi pessimi homines ferre semper primatum obtinent. Ant. in Meliss. par. 1 ser. Max. ser. 67.

Antiphon.

Hominis vitam carceri vnius diei similem esse dixit, & totum vitæ spatium vni diei æquale proponendum per quem intuiti lucem, posteris deinde vitam tradimus. Stob. ser. 96.

Simonides, & Pausanias.

Cùm Simonides conuiuio lautissimo à Pausania exceptus rogaretur ut quippiam ex philosophorum arcans in medium preferret, vidēs Pausaniam nimium rebus suis fidere, ei quod iam ad Medorum partes se applicuisse: respondit. Memento te iūta rerum felicitate hominem esse. At Pausanias parum animaduerti quod à philosopho dictū esset. Cūnque iam in summo vitæ discrimis esset, & mortem præ oculis esse intelligeret atrocissimam, altissima vice exclamasse fertur: O Cee hospe quā salutare tuum erat consilium. Ego autem adeo captus eram in persuasione, vt mihi nequaquam tam admonitionem conuenire putarem, vnde miserè nūc perire cogit. Alian. l. b. 6. de Var. hist.

Neopolemus.

Sciscitatus, quidnam ab Aeschyl aut Sophocle, aut Euripide dicto admiraretur? Nihil quidem (inquit) istorum se in admirationem trahre: sed quod ipiē vidisset Philippus Cleopatræ filiæ suæ nuptias magnifice celebratiem in cœna amplissima, cùm tertius decimus Deus appellaretur, postridie in theatro iugulum & projectum. Stob. ser. 16.

Phaorinus.

Homines partim esse ridicule parti

partim odiosos, partim miserabiles dixit. Ridiculos quidem qui per audaciam ad maiora aspirant. Odiosos, qui ea consequuntur: miserabiles vero. qui spe frustrantur. Stobæus sermone 4.

Mercutius Thrism.

* Homo (inquietus) animal est imperfectum, membris imperfectis constantes, & ex multis diuersisque corporibus constitutum corpus gerens. Stob. ser. 11.

Aristoteles.

Interrogatus, quidnam esset homo? respondit, imbecillitatis exemplum, temporis spolium, fortunæ lusus, inconstantia imago, inuidie & calamitatis trutina: reliquæ vero, pituita & bilis. Stob. ser. 96.

Plotinus.

Amelio roganti, ut corporis formam pateretur effungi, non passus est. Quid, inquit, an non satis est nos hæc imaginem circumferre, nisi & imaginis imaginem relinquamus posteris ostentandam? Iudicauit cum Pythagora, corpus esse thecam mentis, ut cunque eam experimentem. Minimum autem hominis videre eum, qui nihil aliud videret quam corpus. Eras. lib. 8. apoph.

Ephraim Syrus.

Amissa vxore dicebat, O philosophia, tyrannica sunt præcepta tua: amare iubes: & si quis amiserit quod amabat, dolore & moerore affici prohibes. Stob. ser. 97.

Xerxes.

Cum vidisset vniuersum Helle-sponentum nauibus suis conformatum, omnia littora atque Abydenorum plana hominibus referta, laetavit se beatum, morisque fudit lachrymas. Tam subitam mutationem admiratus Artabanus regis patruus, qui dissuaserat eam expeditionem, ausus rogare causam, Tum Xerxes, Subit, inquit, animum meum cogitatio, quam brevis sit hominum vita, quando ex tam numerosa multitudine post annum

centesimum nemo superfuturus est. Plut. in apoph.

Philippus.

Postquam apud Cheroneum Atheniensem profligauit opes, adeò ex nimia felicitate efferre cœpit, vt se hominem fortunæ malis obnoxium esse non cogitaret amplius. Verum cum intelligeret, quid mali ex tanta superbìa sibi immineret, ex aulicis pueris vni id muneric iniunxit, vt ad solis exortum in suum cubiculum ingressus inclamaret Rex, memineris te non Deum, sed hominem esse multis fragilitatibus, ærumnis ac malis obnoxium & expositum. Cælius Rhodiginus 1. 19. c. 33. lectionum antiquarum.

Alexander.

Cum Deus ubique ob res feliciter gestas vocaretur: Se, quod mortalis esset, dubius potissimum rebus deprehendere dicebat, somno videlicet & coitu. Hæc enim præcipue produt hominis imbecillitatem. Somnus enim quid aliud est, nisi (vt ille ait) gelida mortis imago? coitus item quid aliud, nisi species morbi comitialis? Plut. in Alexand.

Idem.

Dum in obsidione cuiusdam urbis infirmissima monium quererit, sagitta grauter iactus est: nec tamen ab instituto destitit, sed mox quem represso sanguine siccii vulneris dolor cresceret, & crux equo suspensus paulatim obtorpuisset, coactus quod ceperat omittere, ac chirurgum accersere: Omnes, inquit, me prædicant Louis esse filium, sed vulnus hoc hominem esse me clamat. Plutar. & Q. Curtius in Alexandro.

Stratonius.

Quum audisset partum matris Timothei regis: Si, inquit, opificem perisset, non deum, quales emisisset voces? Irradiens quorundam fœdum adulationem, qui regum filiis tribuerant diuinitatem, quem vox parientis regē æquè miserabilis sit, ac par-

Eusientis quemlibet plebeium. Ipse autem Stratonicus filius erat opificis. Athenaeus.

Silanus.

A Mida captus, rogatus est quid esset homini optimum? diu silentium tenuit. tandem adactus ut diceret, respondit: Optimum esse nunquam nasci; proximum, quam ocyssimè abiendi. atq. hoc pretio dimissus est. Plutarch.

Isocasius Quaestor Leonis Imp.

+ Eum Imp. ob quædam crimina præfecto tradidit examinandum. Cui cum ille habitu condemnati in prætorium adducto, dixisset, vides Isocasius quo in statu sis? Ille respondit, videre se, neque videri sibi nouum, si homo scimus esset, humanis casibus subiaceret: illumque ita sibi ipsius dicere monuit, ut secum dixisset. Zonaras go.3. Annal.

Scipio Africanus.

Dicere solebat: Ut iij quibus sunt equi ferociores, tradunt eos dominatoribus, quod his facilioribus possint vti: Sic homines præ secundis rebus effrenatos, sibique præsidentes tanquam in gyrum rationis ac doctrinæ duci eportere, ut perspecta rerum humanarum imbecillitate, varietateq. fortunæ, reddantur moderatores. Plut. in vita Scipionis.

Hadrianus Imp.

Cuidam illos Vergilius versus ad Venetum accommodanti, Manibus date lilia plenis, &c. Cum risione respondebat: Ego mihi diuum adoptavi, non filium. Huc alludens, quod imperatores referri soleant in numerum diuorum, sed a rego. Dion in Hadriano.

Aeneas Sylvius.

Audiens disputantes de vita humanae miseria: Comœdia, inquit, est vita nostra, cuius ultimus actus in morte agitur: bonus autem poeta nemo habetur, nisi ad finem usque actus omnes prudenter explicet. Sylvius lib.3. commentariorum de reb. Alfonsi,

De honestate.

Pythagoras.

* Ac ea, inquit, quæ iudicaueris esse honesta, etiam si postquam feceris, inglorius futurus sis. Omnis enim honestæ rei malus iudex est vulgus: quorum igitur laudes contemptui haberet, eorundem vituperia quoque sperne. Stob. ser. 44.

Plato.

* Optimum sanè, inquit, hoc diutum est eritque semper. Quod ytile, simul etiam honestum est. Stob. serm. 1. de virtute.

Socrates.

* Equus generosus (dicebat) iudicabitur, non quidem sumptuosè ornatus, sed eximius natura: item nec vir honestus, qui opibus prædiues, sed qui anima egregius erit. Eo. serm.

Antisthenes.

Dicere solebat, ea demum honesta & pulchra esse, quæ bona sunt: turpia verò quæ mala. Laertius libr. 6. cap. 1.

Lacones.

Lacones, si quando suos inuocarent Deos, nihil petebant aliud, quam ve adderent dij ceteris bonis etiam eas, quæ honestissima essent, tantum valebat apud homines gentiles rerum honestas. Huius rei testis est Plut. in apoph. Lacon.

Seneca.

+ Est videlicet magna in ipso operi merces rei, & ad alliciendas metes hominum ingens honesti potentia, cuius pulchritudo animos circuifundit, & delinitos admiratione luminis, ac fulgoris sui rapit. li.4. de benef. cap. 22.

De honore, virtutis præmio.

Antisthenes.

Sic sitatus, quæ res portenderet ciuitatibus exitium? Quando in his, inquit,

quit , nullum esse potest bonorum malorum discrimen. Senties, eam empublicam non posse consistere, bi nec esset honor virtuti, nec poena elerosis. Laer. 1.6

Theophrastus.

Percontatus, quānam re communis hominū societas conseruari posset respondit, Si poena mali coercentur à Republica, boni inuitentur honorum præmiis. Stobæus sermon. 41.

Anaximenes.

Dicere solebat, Qui zelo affecti, etè facta dictaque nullo neque præponio nec honore dignantur, quem ro fructum ipsi ex suis benefactis perare audebunt? Stob.

Q. Fabius.

Fabio iam sene, filius illius consul factus est : qui quum publicitus multis audientibus habuisset orationem, Fabius consensu equo præcelebat. Quin autem iuuenis licetum misisset, qui patrem iuberet e quo descendere, alij quidem factum hoc aduersati sunt, at Fabius ab equo desiliens, non habita etatis ratione occurrit, ac filium complexus, Euge, inquit, fili sapi, qui intelligas quibus imperes, & quām magnum magistratum suscepferis. Plutarch. in apoph.

Iocrates.

+ Verissimos honores esse existimat, siebat Nicocli, non qui in propatulum cum timore fiunt, sed quando subditi apud se soli mentem tuam potius quam fortunam secum admirantur. Stob. serm. 48.

Anonymous.

Titus Labienus equiti strenuo de præda Gallica aurum donavit. Id videntis Scipio, dixit equiti: Habebis donum viri diuitis. Hac voce auditâ, eques aurum ad pedes Labieni abiecerit. Idem quum audisset Scipionem dicentem, Imperator te armillis argenteis donat: alacer gaudio abiit. Miles aurum contempnit, ho-

norem amplexus est. Eras. 6. apoph.

M. Cato.

Aiebat, populum Romanum non tantum purpuræ, verum etiam virtuti plurimæ conducere. Quemadmodum enim tintores eum, potissimum colorem inducunt, quo vident homines maximè delectari, ita iuuentus ad ea studia potissimum incumbit, quibus populus defert honores. Honos enim non solum artes, verum etiam virtutem. Hoc pacto monebat populum, ut magistratus his demum committerent, qui de se virtutis specimē dedissent: ita fieri, ut quām plurimi fese ad egregia studia conferrent. Erasm. lib. 5. apoph.

Idem.

Qui virtutem honore suo fraudarent, eos dicebat ipsam virtutem à iuuentute auferre. Sentiens, præmiis animos iuuenum ad virtutem accendi: quæ si detrahias, ipsa virtus elanguescit. Plut. in apoph.

Scipio Africanus.

Socraticum Xenophontem in mænibus semper habebat, cuius in primis laudabat illud, quod diceret, Eosdem labores non esse æquè grandes imperatori ac militi, quod ipse honos laborem leuiorem faceret imperatorum. Cicero libro 2. Tuscul. question.

Cicero.

Sibi propriè & solum honorem estimari dicebat, quem quis neque majorum commendatione, neque per alterius calamitatem assecutus sit. Cicero in Philippicis.

Alphonsus.

Amico ac familiari cuidam suadenti ut tranquillè & voluptuosè, dum posset, vitam ageret, nec corpus tot tantisque periculis obiectaret, respondisse dicitur: Non temere à Romanis, illis quidem sapientioribus, Honoris templo Virtutis templum coniunctum esse, in quod nisi per Virtutis templum in-

croire nemini licet. Ut intelligerent mortales, ad honoris fastigium non voluptatum via (quæ deliciis atque illecebris affluens esset) sed virtutis, illa quidem aspera & salebrosa, emitendum esse. Panorm. l. i. de reb. gest. Alphonsi.

Idem.

Suprà apoph. de Ambitione.

De honore artibus & eruditione exhibito.

Demetrius.

DEMETRIUS Antigoni filius, cùm Rhodum obfideret, vrbemque iam cepisset, tabulam quādam Protagonis manu depictingam studiosè seruari sibi præcepit, dicens: se citius parentis imagines, quām eam picturam aboliturum Plutarch. in Demetrij vita.

Neocles.

ARAO destinanti tyrannorum cōmuni odio abolere tabulam insignis artificij, quæ Aristratum in curru victorem habebat: Neocles supplex intercessit, vt opus incolume seruaretur, dicens: Cum tyrannis non eum tyrannorum imaginibus beligerandum esse. Eras. lib. 6. apoph. theg.

Scipio minor.

Vbi ciuitatē comperit statuis deorum Græcanis ac monumentis, è Sicilia deportatis differtam, per præconem pronuntiari publicē iussit, vt qui illarum essent vrbium, agnoscerent illa, ac referrent domum. Plut. in Rom. apoph.

Cicero.

† Honos alit artes, omnésque inceduntur ad studia gloriae, iacentque ea semper, quæ apud quosque improbantur. l. i. Tuscul. quæst,

Sigism. Imp.

Suprà apophtheg. de Doctrina & erudit.

De honore negato.

Phaor. Philosophus.

Athenienses Phaorini æneam statuam deiecerant, vt hominis Cæsaris inimicissimi. Eāt enim Athenienses vestigales Adriano Cæsari. Id posteaquam philosopho denuntiatum est, nihil commotus dixit: Vtilius erat Socrati ab Atheniisibus ærea priuari statua, quām bibere cicutam. Philostratus.

S. Ludeucus R. Franc.

† Orabant eum nonnulli, cām es- set in Syria, vt nobilem quandam Saracenum, qui tecens Sulhanum interfecerat, militem crearet; At ille respondit. Absit à me, vt vel proseruanda vita, vel morte declinanda, quemcumque à Christiana religione alienum, militari baltheo donare velim. Gaufrede de bello loco in eius vita.

De honore ex necessitate oblato.

Paulus Ämilius.

ITerum petens consulatum, repulsa tūlit: cāterūm cùm bellum aduersus Perseum ac Macedones, imperitia segnitięque ducum iam longum duceretur, eidēmque consulatum detulissent, negavit se illis habere gratiam, non enim se ob id tum designatum imperatorem, quod ipse desideraret imperium, sed quod ipse imperatorem. Plutarch. in Romano. apoph.

Iul. Casar.

Cūm triumphans subsellia tribunitia præteriret, Pontius Aquila non assurrexit vñus omnium: id adeò indignè tūlit, vt proclamarit. Repete ergo Aquila à me rempub. tribunus? nec deinde per cōtinuos aliquot dies cuiquam quicquam pollicitus est, nisi sub hac exceptione: Si tamen per Pōtium

tium Aquilam licuerit. Erasm.lib.4.
apoph.

De honore momentaneo.

Cicero.

IN Vatinium, qui paucis diebus cōsul fuit, ita iocatus est: Vatinij an no magnum ostentum fuit, quod eo consule nec bruma, nec ver, nec æstas, nec autumnus fuisset. Nam his horis annus totus distinguitur, quarum unaquæque tres menses occupat. Nec scio an hoc ipsum sit quod aliter refert Pollio in Marino tyran no. Consul qui sex meridianis horis consul fuerat, ioco Ciceronis aspersus est: Consulem habuimus tam se uerum tamque censorium, ut in eius magistratu nemo pransus sit, nemo cœnauerit, nemo dormierit: nisi forte videatur hoc magis ad Camnium Reuiliū pertinere. Macrob.

M. Porcius Cato.

Cum audiret Caiū Seruiliū per vnam tantum diem consulem fuisse, in Flaminum præsentia dixisse fer tur: Antea Flamines, nunc verò con sules diales creatos esse. Alludit autem ad Flamines Diales, à Romulo, vel, ut alij volunt, à Numa Pompilio creatos, qui à gestatione filiorum Flamines dicti sunt. Flamini autē Diali iurare non licebat, & iniurato crede batur, &c. Macrob. libro 2. Saturn. cap. 2.

De honoris priuatione.

Aristoteles.

CVM quidam ei decretum Del phis honorem eripuisse scri bens de his ad Antipatrum, inquit: Ea quæ Delphis mihi decteto sunt assignata, quibusque nunc priuatus sum, animum meum afficiunt: ut neque magnopere mihi cordi sint, neque tamen omnino non cordi sint. Sapientissimè autem putauit, non es se simile dignitatem aliquam susci-

pere: & cum iam acceperis, ea spolia ri. Non enim graue est non adipisci: at cum adeptus sis, rursum amittere, id satis quidem molestum est. Aelianus lib. 14. de Varia historia.

† Nonnullis mirantibus cur statuē Catoni nou ponerentur, & in id elab orantibus, respondit ille: Malo querant homines quare Catoni non fuerint erectæ statuæ, quam cur erectæ fuerint. Plut. in apoph.

Irene.

† Nicephoro, qui se de solio detur barat, & insuper fraudulenter the sauros extorquere conanti: Heus tu, dicebat, Deum ego agnosco fuisse, qui me ad hoc Imperium euexerit: Me verò meis delictis meruisse, ut eo exciderem: In his omnibus laus sit nomini diuino. Cedrenus in Ni cephoro.

De honore absque vtilitate.

Alphonsus.

Interrogatus, quid sibi sine vtilita te honor esse videretur: Consimile id sibi videri respondit, vt si peracutum & peracte quis cernat, sed offendens caligine aberret in tenebris. Notabat autem eos, qui ad magnos honores aspirant: quibus impetratis, non habent quo honoris titulo satis faciant. Tales sunt hodie equites etiā aurati, qui post profectiōnem ad diuum Iacobum, aut Domini sepul chrum, se auratos equites nominant, ac insignia pīcta ostendunt, cum vix habeant viaticum ad vnum atque alterum miliare, pedes ire soliti. Panormitanus libro secundo de rebus gestis Alphonsi.

De honoris contemptu.

Diogenes.

Athenienses per adulationem decreuerant, ut Alexander pro

Libero patre haberetur & coleretur. Hunc honorem irridens Diogenes: Et me, inquit, Serapin facite. Ut enim Bacchus inter atyros est, ita Serapis ab Agyptis specie bouis colitur. Lacrt. li. 6.

Aristoteles.

Præcipuum dignitatem esse dicebat, non fungi honoribus, sed ab aliis dignum honore iudicari. Stobæus.

Alexander.

* Capta Petra, arce inexpugnabili in India, Alexandrum amici eius iactabant supergressum rebus gestis Herculem: At ego, inquit, res gestas meas cum imperio non existimo esse vni Herculis verbo æquiparandas. Plut. in apoph.

Python.

* Eum, quod interfecisset regem Cotyn, magni faciebant Athenenses & honorabant: Sed ille, Deus hoc (inquit) manu vsus mea perpetrauit. Plut. in præcept. politicis.

Agesilaus.

Agesilao quum nationes, quæ id temporis Græciam incolebant, decrevissent, in clarissimis quibusque civitatibus honoris causa statuas extigi, rescripsit illis hunc in modum: Mei nulla sit imago, neq; pīcta, neq; ficta, neque vlo alio artificio parata. Ac principū vulgus hoc honoris generi se diis æquiparari credebat, summumque rerum bene gestarum præmium arbitrabatur. Agesilaus ipso honesto contentus, negligebat eiusmodi adulaciones, verius malens insculpi prudentum ac bonorum hominum peccoribus, quam in foro æreus aureusve stare. Eximiam virtutem sponte suum consequitur decus. Nec vlla speciosior statua quam honorifica bene atque vita memoria. Plut. in apoph. Laco.

Idem.

Quū moraretur in portu qui Menelai dicitur, mandauit iis qui aderant, ne quam statuam aut imaginē

in eius honorem erigerent. Si quod, inquit, præclarum facinus gesu, hoc erit monumentum mei: sin minus, ne omnes quidem statuæ, quum sint vilium ac nullius rei opificum opera, Plut. in Laco. apoph.

Idem.

Thasijs quoniam intelligebant Agesilaum de ipsis optimè meritum, templis ac diuinis honoribus illum dignati sunt: atque hac de re legationem ad illum miserunt. Iis vbi legisset honores, quos legati ad illum detulerant, percontatus est, num illorum patria potestatem haberet ex hominibus faciendi deos. Quum illi respondissent habere: Agedum, inquit, primū vos ipsos deos facite: id si præstiteritis, tum vobis credam, quod me quoque deum facere poteritis. Vtrum hic prius admirari convenit animi celsitudinem, adeo contemptus oblatum, ob quod Empedocles philosophus semet in Ætnam coniecit, quodque tot eruditissimis principes tot artibus & impendiis ambierunt: an ingenij solertiam, qua Thasiis vel summam stultitiam vel abiectionem adulacionem suam in oculos ingressi? Plutarchus in apoph. Laco.

Anonymus.

Quidam quum in peregrinatione vidisset homines in sellis curulibus sedentes: Absit, inquit, vt in talibus sedeam sellis, vnde non licet assurgere seniori. In his enim sedebant delicati porrectis cruribus, ac cœlum imminens capiti prohibebat exurgere. Apud Lacedæmonios vero scelus erat, iuuenem non assurrexisse seni. Plut. in Laco.

Theopompus.

Pylij cū decreto statuissent Theopompo summos honores, ipse renuit: Mediocres honores ipsum tempus augere, immodicos vero abolerre, dicens: Quo apophrhegmate, id quod alij sibi aut vendicant arroganter, aut ambiunt inepte, ipse vtrā delat-

Relatum reiecit. Plutarchus in La-
con.

Pyrrhus.

Quum rebus feliciter gestis domum redisset, & à suis aquila dicere tur: Per vos, inquit, aquila sum. Quis enim non essem, quum vestris armis veluti pennis subleuer? Modestissime glorioli cognominis laudem in suos milites transferens, vitauit inuidiam. *Plutarchus in Regum & imp. apoph.*

Alexander.

Quum in bello crus ei esset sagitta vulneratum, multique accurreret, qui ipsum frequenter Deum appellare consueverant, exorrecta hilarique fronte ad Homeri carmen al ludens dixit: Hic sanguis est quem videtis, liquore, qualis diuis solet emanare beatis. Nimirum irridens adulatorum vanitatem, cum ipsa res declararet ipsum nihil aliud esse quam hominem. *Plut.in apoph. regum & imperatorum.*

Antigonus.

Supra de Adulatoribus non admittendis.

M. Varro.

Varro Pauli collega, quoniam ex Cannensi pugna, quae Romanis fuerat infelicitissima, superfuit, honores à populo delatos recusavit: dicens, felioribus magistratibus opus esse Reipub. Quum animū gereret inculpatum, fortunæ suæ Reipub. vltro pœnas dare voluit, vir ob hoc ipsum summis dignus honoribus. *Eras.lib. 6.apoph.ex Plut.*

Pompeius.

Quum in Libyam aduersus Domitium transisset, eumque ingenti prælio superasset, militibus ipsum imperatoris titulo consuluntibus, negavit se eum honorem admissurum, quandiu hostium vallum staret cœtum Hoc auditio, milites, licet ingēs obstaret pluia, imperio facto hostiū castra adorti expugnarunt. Recusa-

uit honorem, nondum factis emeritum. *Plut.in apoph.*

Iulius Cæsar.

Populo, per adulationem Regem ipsum salutanti: Cæsar, inquit, sum, non rex. Maluit priuatum nomen, quam regium inuidiae obnoxium. *Eras.lib. 4.apoph.ex Plut.in vita Cæsaris,*

M. Antonius.

* Quum Rhodum insulam vi ce pisset, & in ingressu salutaretur rex atque dominus: Nec rex sum, inquit, nec Dominus, sed regis ac Domini intercessor. *Plutarchus in An tonio.*

Tiberius.

Cuidam, à quo fuerat dominus appellatus, denuntiauit, ne se amplius contumeliaz causa nominaret. Quanta molestia in tanto principe? Nunc quidam nihil audire possunt nisi sacras maiestates, gratiolas celsitudines, & reverendissimas domina tiones. *Eras.li.6.apoph.*

Maximus Senior Cæs.

* Nunquam ad oscula pedum quenquam admisit, dicens: Dij prohibeant, ut quisquam ingenuorum pedibus meis oscula figat. *Capitolinus.*

Alexander Seuerus.

* Imperator creatus, quum vix annos 16. natus esset, ob virtutes eximias, titulis magnificis à Senatu decoratus, nunquam in animum induxit ut se Magnum, & Patrem patriæ cognominari pateretur: Oportere enim aiebat, ut res gestæ maturior que ætas ea nomina pararent. *Lam pridius.*

Constantinus M.

† Cum eum quidam Episc. beatum diceret, quippe qui in hac vita dignus esset, qui summam rerum omnium potestatem haberet, tum vero in futura cum filio Dei vnâ regnaret: Imperator vultu eiusmodi ser mones minimè sibi placere significans, adiecit; & monuit ne illos unquam

vsurparet, sed à Deo potius precibus contenderet, vt & in hac vita, & in futura dignus famulatu Dei habetur. Euseb. de vita eiusdem libro 4. cap.48.

Gregorius Nazianzenus.

Cum successus Gregorii in ecclesia inuidia subsequeretur, adeò vt ini quis & minus sanis proscriptionibus ei abeundum esset, iamque alias ordinarecur Episcopus, quod nemo illi palam dicere audebat, ipse verò sentiens quid fieret, dixit: Absit, vt mea causa aliqua simulta in Dei sacerdotibus oriatur. Si propter me est ista tempestas, tollite & mittite me in mare, & desinet à vobis quaestatio. In eius vita Gregorius Magnus, episcopus Rom. nomen Odrumenici siue omnium Ecclesiarum Episcopi constanter & semper recusauit, vt testantur eius epistolæ plurimis locis.

Alphonsus.

Neapolitaniciues, cum ob virtutem & clementiam Alphonsi regis decreuissent uno consensu omnes arcum regi triumphalem ad memoriam honorificè struere, elegerunt locum super gradus marmoreos maioris ecclesiæ. Id verò quando quidem fieri non poterat, ni magna ex parte dirueretur Nicolai Mariæ Buxuti, magnanimi & strenui militis, demus, rex fieri omnino hoc prohibuit: Haud tanti se facere, inquiēs, huiusmodi saxorum struem ventis imbrique obnoxiam, ut amici domū ideo euerti pateretur. Contempsit rex honorem, & laudem saxorum testimonio posteris memorandam: cum secus hodie faciant iij qui nullis virtutibus conspicui, omnibus ædificiis & parietibus nomen suum posteris celebrandum inscribunt atque inculpunt. Panor. lib.1. de rebus gestis Alphonsi.

Iohannes Picus.

* Issæpe oblatas & sacras & profanas dignitates magno respuit ani-

mo, Deo & studiis se addictum respondens. Cum autem vir quidam magni nominis amicorum suæ eum ad Cardinalatus dignitatem petendam, vel certè si offerretur amplectendam subtimidè hortaretur, respondit, Non sunt cogitationes meæ cogitationes vestræ. Bona Ecclesia pauperum bona sunt. Io. Francisc. Picus in eius vita.

De hospitibus.

Cleomenes.

Cum amicus quidam hospiti in phiditiis nihil apposuisset nisi vinum nigrum, & panem igni duratum, succensuit homini Cleomenes dicens: Erga peregrinos non oportere nimium λαγρίειν. Seueritas est, si quis à seipso exigit viatum duriorum: at inhumanitatis est, hospitem eodem compellere Plut. in Lac.

Socrates.

* Rogatus, cuius hospitium nos querere oportet ē Illorum, inquit, qui bene sapiunt. Stob. ser. 3.

Stratonicus.

* Quum perhumaniter quidam eū exceperisset, multum recreatus est. Videntis verò mox alium introire, iterumque alium: facessamus hinc puer, inquit, ad suum comitem. Et enim pro columba palumbum, pro hospite pandochæum inuenimus. Aelian. de varia hist. lib. 14.

Anonyma.

* Impetravit ab Athanasio episcopo Alexandrina mulier nobilis & diuines, vt ex viduis quæ ecclesiæ sumptu alebantur daretur sibi una aliqua alenda. Data est illi quædam miti & suavi ingenio, cuius facilitate auctum est matronæ studium in pauperes. Pogoscit sibi alteram dari. forte data est illi peruvicax & mulier, ex qua cum ex pio hospitio probra reportaret: ago tibi gratias (dixit Athan-

thay)

thanasio) quòd talem dedisti , per quam patientiæ cultus à me exercebitur.Sabell.l.9.c.1.

Lucullus.

Quum Græcos quosdam per dies aliquot magnificè tractasset , atque illi dicerent, se mirari q.òd tantum impendiorum sua causa faceret: Non nihil, & hospites, vestra causa, inquit, sed maxima pars Luculli gratia.Plu. in Rom.apoph.

De hostibus & inimicis.*Diogenes.*

AD salutem hominibus opus esse dicebat, aut fidis amicis, aut acribus inimicis, eo quòd illi monent, hi redargunt.Laër.l.6.Plat.

Idem.

† Cuidam interroganti, quomodo quis posset inimicos vicit? Respondit, si se & virum probum , & laude dignum exhibeat. Plut. lib. Quomodo leg. Poët.

Antisthenes.

Antisthenes philosophus Atheniensis, frequenter dicere solebat, hostes in bello semper obseruandos esse, quòd hi primum omnium sentiat si quid delinquas. In hoc igitur vitiiores sunt nobis quàm amici , vt errata nostra cognoscamus , & cognita corrigamus. Laërtius libro 6. capite 1.

Ariston.

Cuidam laudibus vehenti dictum Cleomenis, qui interrogatus quid oporteret bonum regem facere ? respondit , amicis benefacere , inimicis verò malè. At quanto præstans , ait , amicis benefacere , & ex inimicis reddere amicos ? Plutarchus.

Onomademos.

Potquam aduersam factionem superasset, quibusdam censentibus, omnes diuersæ factionis vrbe pellen-dos, negavit expedire, dicens, sc̄ vere

ri, ne omnibus inimicis ad vnum eie-ctis, inter amicos existerent dissidia. Sentiens, sic esse multorum ingenii, vt si desint inimici , in quos naturæ malitiam exerceant, amicos impetāt. Eras.6.apoph.

Xenophon.

Xenophon dicebat esse prudentis cordatique viri, etiam ab inimicis vtilitatem capere. Vulgatum est , neque solem , neque aquam, neque ignem magis utilem esse hominibus, quàm amicos. Sed ingenij philosophici est, quemadmodum periti medici ex bestiis ac serpentibus noxiis vtilia quedam remedia colligunt, ita ex inimicorum odio decerpere aliiquid , quod vertat in suum bonum. Eras.7.apoph.

Chabrias.

* Optimos imperatores esse dicebat, qui res hostium notissimas haberent. Stob. ser. 52.

Seneca

† Nullus perniciosior, inquit, hostis est, quàm quem audacem angustiæ faciunt.Li.3.Nat.Q.c.59.

De hostibus , astu ac dolo vincendis.*Agelaius.*

CVm adu. Tessaphernem, hominem fædfragum belligerare eiisque vrbes quamplurimas variis insidiis ac dolis cepisset , amicis dixit: Fœdera quidem violare præter causam impium est: ceterum hostibus imponere, non modè iustum est, ac laude dignum, verùm etiam & iucundum & lucrosum. Nec enim turpe putauit, dolis in illum vti, qui violato fœdere , periurio fecellisset & deos & homines. Plut. in Licon.

Anonymus.

Apud Spartanos cùm in luctandi genere quod chirapsiam appellat, is qui collum alterius vrgebat, frustra

præterque legem palæstræ pulsaret
vndique, & in terrâ detraheret, post-
eaquam corporis viribus destituere-
tur, qui inhærenti cedere cogebatur,
brachium vrgentis momordit, cùm-
que alter diceret, Mordes ô Lacon,
fœminarum more? Non, inquit, sed
more leonum. Vt solerter obiectam
ignauiam detor sit in laudem fortitu-
dinis. Nullū enim probrū apud illos
detestabilius, quām muliebris imbe-
cillitatis. Iure autē morsu liberauit,
qui præter ius certaminis vrgebatur
à victo. Plut. in Lacon.

Agu.

Cuidam consulenti Agidem re-
gem, vt hostibus fugientibus daret
transtū: Et quomodo, inquit, pu-
gnabimus cum his qui ob fortitudi-
nem manent, si non pugnamus cum
fugientibus? Existimabat vir animo-
sus, aduersus hostes nullam præter-
eundam occasionem. Plut. in Lacon.
apoph.

Antigonus.

Interrogatus, quomodo oportet
hostes aggredi? dixit, Aut dolo,
aut vi, aut aperte, aut per insidias.
Stob. ser. 52.

Xenophon.

* Neque vel amicis (inquit) be-
neficiū maius præstireris in bello,
quām si inimicus ipsis esse videaris:
vel magis hostibus vlo pacto nocue-
ris, quām si amicitiam ipsorum simu-
les. Stob. serm. 52.

Herennius Pontius.

Samnitibus consultantibus quid de
legionibus Romanis apud furcas Cau-
dinas incloſis fieri deberet: Heren-
nius Pontius suasit, vt inuiolatæ di-
mitterentur. Postero die eadem de-
re consultus, respondit, ad vnum vs-
que delendas. Sentiens, aut clemen-
ter magno beneficio demerendos ho-
stes, aut irreparabili iactura illorum
vires comminuendas. Neutrum se-
quutus est exercitus: sed sub iugum
missos, contumelia magis illos in se
prouocauit. Eras. l. 6. apoph.

Annibal.

+ Tarentum dolo ceperat: Arte
pari cùm Fabius M. recepisset, Annib-
al de capta vrbe factus certior: Et
Rōmani, inquit, suum Annibalem ha-
bent: Eadem qua ceperamus arte, Ta-
rentum amisimus. Luius libro 27: ab V C.

De hostibus con- temptis.

Agesilaus.

Q Vum edixisset Agesilaus rex vt
captiui nudi venderetur: Laphy-
ropolæ, quorum munus erat res præ-
datitias diuendere, quod erant iussi
faciebant, ac vestium quidem, quo-
niam iuxta barbaricum morem erat
splendidæ, multique pretij, complu-
res extiterunt emptores: cæterum
ipsa corpora candida, prorsusque te-
nera ac delicata, nec quicquam virile
præ se ferentia (quippe in umbra, o-
tio ac voluptatibus educata) adeò
concupiuit emere, vt deriderent etiā
hoc mercium genus, velut inutilium;
nec ullius omnino pretij. Id animad-
uertēs Agesilaus qui auctioni præsi-
debat, & hunc casum torsit ad ani-
mandos ad fortitudinem milites: Hęc
inquit, sunt pro quibus pugnatis:
(ornamenta captiuorum ostendens)
hi, quibus cum pugnat̄: nuda ca-
ptiuorum corpora demonstrans. Du-
plici nimirū argumento addidit suis
animos: amplissima spe præmiorum,
& hostium imbellium extremo con-
temptu. Plutarch. in Lacon.

Anonymous.

Spartanus interrogatus, num tutū
esset ad Spartam iter? Refert, inquit,
qualis eò descendas. Nam leones il-
luc euntes plorant, lepores autem in
umbra culis venamur, significauit, fe-
rocibus ac violentis esse tutū profici-
sci Spartam, nec mollibus & effemi-
natis: quod hostili animo illuc profi-
ciebant.

eisentes malè acciperentur à fortibus: delicatos homines illuc nō sineret lasciare in tenebris Plut.in Lac.

Antigonus.

Antigonus quem in parvulo quodam castello Græci ob siderentur, ac fiducia loci contemnentes hostes, multa in deformitatem Antigoni incarentur, & nunc staturam humilem, nunc collitum nasum deriderent: Gaudeo, inquit, & aliquid boni spero quādo in castris meis Silenū habeo. Cūm hos dicaces fame domuissest, quod captis facere mos est, videlicet ut qui bello sunt viles in cohortes describantur, cæteri præconio subiiciantur: negavit se vel id facturum fuisse, nisi expediret his dominum habere, qui tam malam haberent linguam. Plut. & Seneca.

Cicero.

Post Pharsalicum conflictum, cūm fugisset Pompeius, Nonius quidam dicebat septem adhuc aquilas superesse, proinde bono animo essent hor tabatur: Recte, inquit Cicero, hor tereris, si nobis cum graculis bellum esset. At ille aquilas dixit, vela Ro manæ aquilis insignita. Plut.in R. o. apoph.

Romanæ.

Cūm in pugna adu. Tigranem, hostium peditum centum millia trucidassent, pauci equitū fuga seruatis, & ex ipsis non amplius centum essent vulnerati, imperfecti quinq;: dicebant, sese erubescere, quod in tam vilia mancipia strinxissent ferrum. Plut.in Rom.apoph.

*De hostibus non crudeliter tractandis.**Socrates.*

CVM Crœsum interrogasset, quid esset maximum & pretiosissimum ex regno consecutus? illéque respondisse, Vt hostes viceretur,

& amicos beneficio afficeret: Multo, inquit, melius fecisses, si & illos tibi amicos asciuisses. Max. fer. 6.

Agesilaus.

Solebat admonere milites suos, ne captiuos vt facinorosos cruciarent, sed vt homines seruarent. Infantibus etiam in bello captis prouidit, vt in vnum locum comportarentur, ne mutatis castris relicti perirent. Eandem curam impedit senibus captiuis, ne quoniam sequi non possent, a canibus lupisve dispergerentur. Hæc autem humanitas illi nō solùm aliorum, verùm etiam captiuorum miram benevolentia conciliauit. Et nūc homines sibi videntur, qui trucidatis infantibus ac senibus, eam etatam abducunt, quæ vel libidini apta est, vel labori, vel vtrique. Quo progressa est immanis illa feritas. Plut.in La con.apoph.

Ariston.

Cūm ex quodam audiuisset, amicis benefaciendum, inimicis autem malefaciendum esse: ito, inquit, præstantius est amicis benefacere, & ex inimicis reddere amicos. Plut.

Xerxes.

Cūm Græcorum exploratores in exercitu suo deprehendisset, nullo malo affecit, sed circumduxit, vt omnem viderent exercitum, & illas os dimisit. Noluit vir bellicosissimus crudeliter grassari in hostes perniciosissimos, quos non tam manu quam benevolentia & clementia vincere cupiebat. Plutarch. in reg. & imper. apoph.

Liuuius Cons.

+ Cæsis profligatisque cum suo duce Asdrubale Pœnis, cūm nunciatum esset Liuio Consuli, Gallos Cisalpinos, Ligurésque, vno agmine abiisse sine certo duce, sine signis, sine ordine villo aut imperio, posse, si vna equitum ala mittatur, omnes deleri. Supersint, inquit, aliqui nuntij & hostium cladis, & nostræ virtutis. Liu. lib. 28. ab VC.

Paulus Emilius.

Perseō sete ad victoris pedes abiiciēti, vocēsque degeneres emittenti: Cur, inquit, fortunam criminē liberās, sic te gerens, ut superiore etiā fortuna videaris indignus? Cur meā dedecoras victoriani, ac rerum à me gestarum gloriam obcuras, tam abiectum te demonstrans, ut indignus appareas, quem populus Romanorū haberet hostem? Plut. in eius vita.

Fabius Maximus.

Dicebat absurdum videri, si cùm equos & canes venaticos familiaritate cibōque cicuremus, potius quām catenis ac verberibus, homines feroces animo non humanitate ac beneficiis nobis conciliemus, sed asperiores in illos simus quām agricolæ sunt in caprificos ac malos lyluestres & oleastros, qui has non protinus excidunt, sed incisione docent mitescere. Plutarch. in Rom. apoph.

Fabricius.

Fabricio iam consuli misit epistolam Pyrrhi medicus, qua promittebat se regem veneno necaturum, si iuberet. At eam epistolam, auctore non propto ad Pyrrhum remisit, iubens illum sibi cauere qui pessimus esset index cum amicorum tum hostium. Sentiens, eum habere pro hostibus eos quos amplecti debebat, si satis nouisset: & hos pro amicis ducere, qui peius illi vellent quām hostes. Plut. in Rom. apoph.

Axan Sultanus Turcarum.

† Cùm Diogenem Imperatorem Constantinop. in acie viatum, ad se adductum videret, è solio exiliit, & de more humi sacentem calcauit. Deinde erexit & amplexus est eum huiusmodi verbis: Noli moereretur Imperator: Tales enim sunt res humanæ. Ego vero te non ut captiuum, sed ut Imperatorem tractabo. Quod & praeditit. Zonaras Tom. 3. Annal.

Sigismundus Imp.

Laurentius Hungariae Palatinus,

cùm diceret imprudenter agere Sigismundum imperatorem, qui viatis hostibus non solum vitam & opes relinquere, sed etiam eos inter amicos resiperet, extolleretque. Tibi, inquit Sigismundus, videtur utile inimicum occidere, neque enim mortuus bellum excitat: At ego inimicum occido, dum parco: & amicu facio, dum extollo. Ostendit autem, pulchrius esse benefaciendo, quām potentia inimicos vincere. Aen. Syl. 3. commentariorum de reb. gest. Alphonsi.

Alphonsus.

Alphonsus Aragonum rex cùm expugnatis urbibus, humaniter hostes omnes dimittendos mandasset, reprehensus à suis ducibus qui omnes interficiendos putabant, respondit, Nihil magis aduersariorum animos flectere atque conciliare, quām placabilitatis & mansuetudinis nomen. Panor. lib. 3. de rebus gestis Alphonsi.

Idem.

Idem cùm Cajetam urbem obsideret, coacti sunt oppidanii ob famem, qua grauiter vexabantur, ad bellum inutiles è ciuitate expellere, in quos cùm incidisset rex, adhortatus ut ferro trucidaret omnes. Nequaquam, inquit, bellum cōtra pueras, foeminas, senes, ac innocentem iuuentutem suscepimus: sed contra viros armatos, de victoria manu nobiscum concertantes. Et sic pepercit rex imbelli ætati, ab hostibus ciuitate pulsæ ob famem, Alphonsum sanè, & Agesilaū, qui similem pietatem hosti præstítit, nostra tempora desiderarent. Si quidem nunc de magna gloriantur animi fortitudine, qui trucidatis infantibus ac senibus, eam ætatem abducunt, quæ vel libidini apta est, vel labori, vel vtrique. Alphoni dictum recitat Panor. lib. 1. de reb. gest. Alphonsi.

Huc refer titulum de Victoria moderatione.

De humanitate.

Agesilaus.

Hydricus cūm quendam cōiectis-
set in carcerem, Agesilaus hu-
maniter veniam pro captiuo depre-
catus est, hunc in modum scribens:
Si nihil peccauit, oro ut hominem di-
mittas: si peccauit, mihi dimitte: sed
omnino dimitte. Innocentem puni-
re, scelus est: culpam interdum con-
donare in gratiam honesti depreca-
toris, humanitas est. Plut. in apoph.
Lacon.

Xerxes & Arimanes.

Inter Xerxes Darij filium & Ari-
manem fratrē, de regno erat conten-
tio. Itaque quū Xerxes intellexisset,
fratrē ex Bātianorū regione de-
scēdere, misit illi munera, & iis qui-
bus ea mandaret perforanda, iussit
vt ipsius verbis illi dicerent, His in
præsentia te honorat frater tuus
Xerxes quōd si rex fuerit declaratus,
eris apud ipsum omnium primus.
Hac humanitate delinitus Arimanes
contentionem remisit, ac fratri re-
gnū adepto protinus adorationis
honorē exhibuit, eīq. diadema im-
posuit. Xerxes autē illi proximum ab se
locum dedit. Eras. l. 5. apoph.

Philippus.

Filium Alexandrum admonere so-
lebat, vt cum Macedonibus comi-
ter haberet consuetudinem, vulgi
conciliata benevolentia vires ac ro-
bur sibi parans, dum liceret alio re-
gnante esse humanum, prudenter
colligens, vt nulla re melius consta-
bilitur imperium, quām ciuium be-
nevolentia, ita difficillimum esse iam
regnum administranti, erga quōd si-
bet esse humanum, non solum quōd
regia potestas opposita sit inuidiae,
verū etiam quōd Respublica non
possit esse incolmis, nisi sceleris
suppliciis coērceantur. Regibus e-
nim haecenus temperanda est huma-
nitas rga ciues, vt interim regiam

tueantur authoritatem. Nam immo;
dica bonitas sēpē contemptum pa-
rit. Plut. in apoph.

*Plura pete ex apoph. de Clementia.**Diogenes.*

Plato laudante quendam hoc no-
mine quōd erga omnes humanissi-
mus esset: Quid, inquit Diogenes, illi
tribuendum est, qui nullum vñquam
affecit dolore? Quo dicto docere
voluit nimiam humanitatem obesse
reipublicæ. Laert. lib. 6.

Agesistrata.

Quum Agidem filium exanimē
iacentem videret, exosculata facie
dixit, Nimia tua, ô fili, bonitas, ni-
mia mansuetudo & humanitas, te
simul & nos perdidit. Moliebatur e-
nim Agis facinus sanè præclarum;
sed inuidiosum, nimirum vt dege-
nerantes Lacedæmoniorū mores
ad priscam illam severitatem reu-
ocaret. Interim dum studet offendere
neminem, & gratificari omnibus
semetipsum in exitiū coriecit. Plut.
in Lacæo. apoph.

*Vide apoph. heg. de Indulgentia &
Licentia.**Tarbo.*

Quū adhuc nihil aliud esset quām
centurio, & ante præfectos à Cæsare
vocaretur in consilium: Turpe est,
inquit, ô Cæsar, exclusis præfectis
cum centurione agere. Erasm. lib. 6.
apoph.

Anonymus.

Quidam videns Fauonium, quum
nulli adessent famuli, Pompeio per
omnia inseruentem, vñque ad ped-
um lotionem, pronuntiauit Græcum
versiculum,

φεύτητι γραψοισιν ἀς οὐπαν κελόν.
id est,

Claris viris vt est decorum quidlibet?
Erasm. libro 6. apophthegm. ex Plu-
tarcho.

Plotina.

Plotina Traiani imperatoris vxoris
cum post Traiani electionem pri-
mum in Capitolium iret, multū

Que essent qui imperij felicitatem omnibus modis precarentur: adhuc in gradibus, conuersa ad multitudinem: Talis, inquit, huc ingredior qualem me exire cupio. Quo dicto innuere voluit, se non minus in imperio, quam cum extra imperium esset, omnibus optimè velle. Vnde sic se in principatu gessit, ut omnino iusta reprehensione caruerit. Xiphilinus in vita Traiani.

Huc refer apoph. de Glorie & honoris contemptu.

De humilitate.

Vide apophthegmata de Moderatione animi, de Modestia, de Arrogantia, Fastu & Superbia.



DE IACTANTIA.

Diogenes.

DVERO cuidam, qui vellet se recipi in numerū discipulorū Diogenis, ac diceret se excellere ingenio, respondit Diogenes: Si adeò excellitis ingenio, optimisque moribus prædictus iam es, non est quod me præceptore ad vitam necessaria discas. Notauit autem inanem adolescentis iactantiam, & indignum putavit ut in philosophia studio educaretur. Brus.l.3. ex Laert. Aristoteles.

Admonebat suos, ne nimium se laudarent ipsos, nec vituperarent etiam. Laudare eum seipsum, vani: vituperare, stulti est. Bruson.lib.3.ex Stob.

Phocion.

Laosthenes quum Athenienses ad inferendum reliquæ Græciæ bellum assiduis stimulis concitaret, ac de se multa variisque iactaret, Phocion ait: Cupressis sunt planè similes ser-

mones tui: illi enim magni sunt, nec tamen ullos ferunt fructus. Plutarch. in Phocion.

Anonymus.

Peregrinus quidam Spartæ crepidatus altero pede stans rectus, ad Laconem dixit, Nequaquam puto te ô Lacon, tantum temporis, quantum ego, in pede persistare posse: Urbanè excipiens Lacon, Minimè (inquit) sed ex anseribus nullus est, qui hoc non possit. Plut.in Lacon.

Lacones.

Philippus cum minaretur Lacedemonijs per literas, diceretque se omnia quæ conarentur prohibitum: Lacædemonij iactantiam eius irridentes, interrogarunt Philippum, num mori etiam eos esset prohibitus? Plutarchus.

Fabius Max.

Quum M. Liuius sibi postularet acceptum ferri, quod Fabius cepisset Tarentum, videlicet quod in arce præsidium habuisset, ceteris iactantiam hominis deridentibus, Vera (inquit Fabius) narras: nam nisi tu ciuitatem amississes, nequaquam ego receperissem. Plut.in apoph.

Vatinius.

Ciceroni iactanti apud Vatinium, quod humeris Reipubl. de exilio adiectus sit, urbanè inquit: Vnde tibi varices? Brus.l.3.

Iulius Cæsar.

Sylla factus prætor, quum indigabundus Cæsari sua in se illum protestate usurpus, esse dictaret, rides Cæsar: Rectè, inquit, tuum putas esse magistratum, quem tuis habes pecuniis comparatum. Plutar.

Augustus Cæsar.

Augustus quempiam saxo in expeditione percussum, ac notabili cicatrice in fronte deformè, nimium tamen sua opera iactantem, sic leviter urbanè que castigavit: At quum fuges, inquit, nunquam respexisti? Brus.l.3.

Vide apoph. de Ostentatione.

D

De ignauia.

Diogenes.

Q Vibusdam admirantibus carmen illud Hesiodi,
εἰδούσι βαθὺς θηλόντες, εἰ μὴ γένιτων
κανοὶ εἰν. id est,

Nebos quidem pereat, etiam si vici-

nus sit malus.
At qui Messenij, inquit, simul cum bo-

bus perire, vobis vicinis. Exprobra-

uit Atheniēsibus ignauiam, qui Mes-

seniis vicinis aduersus Lacedæmoniorum

vīm non fuerint opitulati. E-

rasm. 1.8. apoph.

Democritus.

Interrogatus, qua re industrij ab inertibus differunt? respondit, Qua

impij à piis; spe nimirum bona. La-

boribus quippe incumbens, suæ in-

dustryæ superat præmium amplissi-

mum, ingnauus autem desperas nul-

lam habet bonoru futurorum spem

qua fulciatur. Max. ser. 32.

*Antalcide.**Infrā de Salsè dicitis.**Lysander.*

Lysander Lacedæmoniis segniter Corinthiorum murum oppugnanti-

bis, quem leporem fossa vidisset e-

xilientem: Eos, inquit, timetis hostes,

quorum ignauia lepores in muris

dormiunt. Plut. in apoph.

Themistocles.

Hieronem cum equitatu venien-

tem ad Iudos Olympicos, vetuit cer-

tamen spectare. Interrogatus autem,

cum hominem excluderet: Non æ-

quum esse respondit, vt is qui maxi-

mi periculi se socium non præbuif-

set, ad communem conuentum iudi-

craque spectacula admitteretur. No-

tauit aurem hominis in rebus præ-

clarè gerendis ignauiam & oscita-

tiam. Elian. lib. de Var. hist.

Scipio.

Cum in Alexandriam venisset, pe-

disque urbem accederet: rex autem

cum aliis propter ignauiam corpo-

rísque mollitatem vix incederet: Sci-
pio ad Panætium ait, Iam Alexan-
drini aliquid voluptatis & fructus ex
nostra peregrinatione perceperunt:
propter nos enim regem suum am-
bulantem viderunt. Brus. lib. 3.

Idem.

Næuius quidam, cū iners sacerdosq;
esset, festiuè per anominationē Sci-
pio in illum iocatus est: Quid, in-
quit, hoc Nævio est ignauius? Brus. li-
b. 3. cap. 12.

Q. Metellus.

Dicere solebat, nescire se; an suæ
victoria plus boni an mali Reipubli-
cæ atrilisset. Notauit autem Româ-
norum post partam victoriam igna-
uiam, quæ multis malis ianuam apie-
runt. Brus. lib. 14.

M. Cato.

Eius per frequens fuit sententia: Ni-
hil agendo, homines malè agere per-
discere. Quo dicto execratur om-
nem ignauiam, quæ multorum ma-
lorum sacerdotum causa est. Colu-
mella lib. 12.

Sigismundus Imp.

Cum ignauus ac otiosus homo fec-
neratores eo nomine plurimum lau-
dasset, quod dormientes etiam para-
rent ex rebus lucrum: At tu, inquit,
Imperator, vigilando omnia confu-
mis. En. Syls. lib. 4. comment. in res
gestas Alphonsi regis.

Vide apoph. de Otto, Pigritia, & Se-
gnitie.

De ignobilitate & obscu-
ritate generis.*Zion.*

P Ercontanti Antigono Homerico
versu;

Tίς πότερ εἴς αἰδημή, πότερ τοι πόλεις, ο
δὲ τοκίες.

Sentiens, se traductum de generis ac
gentis ignobilitate, respondit inge-
nuè. Pater meus libertus erat, cubito

X 15

fese emungens, significans, eū fuisse falsamentarium. addebat, illū Borysthenitem fuisse genere, nō facie, sed in fronte gestare scripturam amari domini, matrē fuisse ē lupanari. cūm cætera item nudè commemorasset, adiecit versum Homericum,

*Tuīns τῆς γνετῆς, τέτης πατέρες
ἄχοπων οὐ). Laer. 1.4.c.7.*

Socrates.

† Cūm ei nobilis quidam, sed improbus ignobilitatem obiiceret: Mihi quidem, dixit, genus dedecori, tu verò generi. Stob. serm. 90.

Antisthenes.

Dicebat generis obscuritatem esse bonum par labori. Aduersus illud Epicuri, λάθε βιοτος. Multi student ignoti esse, quo viuant in otio. At ignobilitas quoniam pater quorumlibet contemptui, non minus adfert negotiorum, quam famæ claritas. Diogen. Laert. lib. c. 1.

Idem.

Cuidam exprobranti quod esset hybrida, hoc est, non è duobus ingenuis natus, sed ex patre Atheniensi, matre Phrygia: Nec è duobus, inquit, luctoribus natus, & tamen luctor sum. Sentiens, non tam referre vnde natus sis, quam sis. Is verè liber est, quem philosophia liberum facit: & is verè Græcus est, qui Græcorū disciplinis institutus est. Laert. lib. 6. cap. 1.

Socrates.

Malè audiens à quodam Athenensi, quod ex matre obscura natus esset, respondit: An putas virum præclarum non ex obscuris parentibus procreari possit? Innuit autem, non ex parentibus, sed ex rebus gestis veram nobilitatem iudicandam. Ibidem.

Anonymus.

Menedemus Eretriensis, cūm aliquando decretum tulisset ad populum, quidam ita tetigit illum, vt diceret, non esse sapientis neque tabernaculum consuere, neque decretum

scribere. Subnotans, quod ex patre coriario natus esset, ipse quondam eiusdem opificij. Nam olim tabernacula ēpellibus caprarum consuebantur. Laert. li. 2.

Valentinianus.

† Sauromatæ in fines Imperij excursiones cum facerent, audirentque Imperatorem maximum exercitum contra ipsos comparare, legatos miserunt de pace acturos. Hi cūm visi essent Imperatori admodū abiecti & sordidi, scilicet, ecquid omnes Sauromatæ essent eiusmodi? Cūmque legati respondissent, Sauromatum facile optimos ad illum venisse: Valentinianus supra modum excandescens, clamore sublato: Malè actum esse dixit cum Imperio Rom. quod eius administratio ad ipsum peuenisset, quo regnante tam egens, ac sordidum barbarorum genus non erat contentum se suis finibus continere, sed Romanos etiam auderet bello lacestere. Socrates li. 4. Hist. Eccl. cap. 26.

Socratus.

Cuidam obiectanti, quod ex ignobilibus prognatus esset parentibus: Atqui, inquit, ob id ipsum debuit magis laudari, & in admiratione esse, quod à me genus initium cepit. Anton. in Melista, par. 2. ser. 79.

De ignoscentia.

Pittacus.

Tyrheum Pittaci filium Cumis in tonstrina sedentem, faber quidam ærarius impacta securi occidit. Cumani hominem vinctum miserunt ad Pittacum, vt de eo supplium sumeret. At ille cognita causa, dimisit hominem, dicens: Ignoscentiam esse potiorem pœnitentia. Sentiens, vtilius esse condonare, quam meminisse iniuriæ, & vlcisci. Laert. l. 2. cap. 5.

Phocion.

† Phocion benè de ciubus suis meritus

ritus est, morti tamen ab iis adiudicatus. Cúmq. in carcere iam iam cicutam bhibiturus esset, amici ac familiares rogarent, ecquid vellet filio mandare? Hoc tantum inquit, ne cum iniuriæ memoria hanc popinationem rependat Atheniensibus. Aelia. li. 12. var. hist. c. 49.

Huc referenda sunt apoph. de Patientia iniuriaz, Humanitate, Lenitate, Mansuetudine, Victoriae moderatione, Vindictæ neglectu, &c.

De ignorantia.

Vide apoph. de Cognitione sui.

De imitatione.

Pylades.

Hylan, negligenter saltantē Oedipodem, hac voce castigavit, σύβλεψεις: id est, tu vides: quum ille Oedipodem iam cæcum exprimere debuerit. Eras. l. 6. apoph.

Apelles.

Alexander quum apud Ephesum conspectam effigiem sui corporis ad viuum magna arte expressam admiraretur, atq. interim fortè equus inductus pīto in eadem tabula equo hinnirer, deceptus imitatione: Apelles, Equus (inquit) ô rex, multo melius expressus est quam tu. Erasm. li. 8. apoph.

Plato.

† Dicebat imitationem, si à teneris annis incipiatur, perseveretque, in mores & naturam abire. Idem li. 3. de Repub.

Sotades.

† Imitare, aiebat, honestum, & optimus inter homines manebis. Stob. serm. de Prudentia.

Cicero.

Pompeio vitio dabat, quod ciuitate deserta Themistocle potius quam Periclem fuisse imitatus: cum illis

res nequaquam pares essent, his es- sent. Themistocles enim fugit ad Persas, Pericles mansit Athenis. Plutarc. in Rom. a poph.

Hadrianus sophista..

In conuiuio sophistarum, ad quos adhibitus erat tanquam egregij cuiuspiam arcani consors futurus, quū sermo fuisse ortus de characteribus dictiōnis, & in quo quisque præceleret, & quid in quoque potissimum imitandum esset: At ego, inquit, describam characteres, haudquaquam recensens incisiunculas, intellectulos, membra aut rhythmos: sed meipsum mihi imitandum proponens: omniumque inuenta ex tempore preferens, flexu quodam orationis ac linguae permitram hæc omnia. Quid de hoc Hadriani dicto iudicandum sit, viderint Critici, illud scio. Horatium non temerè exclamasse, O imitatores seruum pocus: Et hodie videamus quosdam, qui se totos addixerunt exprimendo Ciceroni, frigidos & elubes euadere. Quod si quos deleat illud orationis genus leue & γλαυφερόν, quidem nec obsto cuiquam, nec inuideo. At ipse malim Epiceti rudem & indolatam phrasim, sed naturalem, quam Isocratis omni florilegiorum genere picturatam. Huius Hadriani dictiōnem Herodes sophista solebat appellare κολόσσα μεγάλης οπαργυρατα, idest, colossi magni fragmenta: simul in iuuene notans orationem nondum satis compositam, simul laudans & vocis & animi magnitudinem. Verba sunt Eras. Rot. li. 8. apoph. ex Philostratis sophistis,

De imperatoris, seu belli
Ducis præstantiss. & numeris omnibus absoluti
officio: item de imperio
recte administrando.

*Pericles.**Alcamenes Telecri filius.*

Quotiescumque belli dux creatus esset, chlamydē induens, apud se dicere consueuit: Attēde Pericles, quod gesturus es imperium in liberis, in Græcos & in Athenienses. His dictis se vir cordatissimus hortabatur, ut moderatè gereret principatū. Magni ingenij est, imperare liberis: at Græci plus quam liberi tum erant: postremò inter Græcos liberrimi Athenienses. Plut. in apoph.

Plato.

Rempub. saluam esse putabat, in qua aut philosophi imperarent, aut principes sapientiae studio incumbeant, lib. de rep.

Timotheus.

Quarenni quid inter imperatoriā artem & oratoriā discriminis esset? Idem respondit, quod inter bellū & pacem. Stob. 52.

Plistarchus Leonide F.

Plistarchus Leonidæ filius cum roganti, quam ob causam reges Lacedæmoniorum non à priscis regibus cognomen sortitentur? Quoniam, inquit, illi ducere quam regnare maluerunt, Postiores illis nequaquam. Primus omnium regum Lacedæmoniorum Agis dictus est, & hoc nōmē in aliquot posteriores demandauit. Agidis autem nomen dictū est à ducento, quoniam clementer imperabat: & regum est persuadere potius, quam imperare. Plistarchus autem senat plurimis imperantem. Plutar.

*Theopompus.**Inf. de patria fortiter propugnāda.**Solon.**Infrā de Regno & regibus.**Iphicrates.**Soprā de bono belli duce.**Apollonius.*

Rogatus à Babyloniaz rege, quomodo tutò regnare posset? Si muleros, inquit, honoraueris, paucis yero credideris. Brus. l. 3.

Cuidam percontanti, quo pacto quis optimè regnum servare posset? Si lucrum, inquit, non magni fecerit. Longè latēque dissentiens à vulgo Principum, qui non alia magis ratione principatum contabilire student, quam attenuandis ciuium, suis augēdis opibus: quum in stitia & æquitas maximè reddant diuturnum imperium. Plut. in Lacon.

Agis.

A quodam interrogatus, quod disciplinæ genus potissimum exercitaretur apud spartanos? Scire, inquit, imperare, & ferre imperium. Ibid.

Idem.

Apud Mantineam quibusdam disfudentibus, ne cū aduersariis, quod numero plures essent, configreret Agis senior: Cum multis, inquit, pugnat oportet, qui multis vult imperare. Ibid.

Agestalus.

Interrogatus, quas res Imperatorem habere oporteat? dixit: Aduersus hostes audaciam, erga subditos benevolentiam, in opportunitate verorationem & cōsilium. Stob. ser. 52.

Cyrus.

Dicebat, neminem debere suscipere principatum, nisi esset melior his in quos susciperet imperium. Sen sit vir prudentissimus, hoc esse principis munus, vt aliis prospiciat, & publicis commodis consulat, id autem fieri nequaquam potest, nisi ab eo qui sapientia, vigilantia, animisq. integritate cæteris antecellit. Plut. in apoph.

Idem.

Dicere solebat, principem non bere inferiorē esse intelligendo quæ opus sunt, cæteris. Xenophon. in γ. Pædiæ Cyri.

Idem.

Idem à Clearcho, ne se in pugnæ periculosa admitteret admonenti, respondisse dicitur: Lubēsc regnum apper-

Apperentem, regno me indignum ostendere? Brus. l. 3.

Hieron.

Infrā tit. de Regno, & regibus.

Cato.

Quum Eumenes rex Romanam venisset, & à senatu honorificè exceptus, clariissimorum ciuium frequentia stiparetur, Cato non dissimulabat, tantum Romanorum erga illum studium sibi suspectum esse, ipse vitans regis consuetudinem. Hoc qui busdam admirantibus, & dicentibus, Eumenem esse virum probum, ac amico in populum Romanum animo: sint ista vera, inquit: attamen illa belua, natura ferox canis est. Sentiens, omnes reges, vt cunque pro tempore simulent, natura tyrannos esse, ac Democratiæ infenos. Romæ autem regis nomen erat inuisissimum, Eras. l. 5. apoph.

Antiochus.

Antiochus quum à L. Scipione ultra Taurum montem, submotis imperij finibus, Asiam prouinciam, vicinásque egentes amisisset, gratias egit populo Romano, quod magna parte curarū per eos liberatus esset. Intellexit vir prudens, vnius hominis animum, quamvis vigilantem, nō posse tot negotiis parem esse. Erasm. l. 5. apoph.

Vide de Magistratum cura.

Anthonius.

Videns filium suum violentius & immodestius se gerere erga subditos: An non, inquit, nouisti fili, nostrum regnum esse nobilem seruitutem? Atque hæc Antigoni verba, quibus filium alloquutus est, maximam mansuetudinem & humanitatem prese ferunt, qui id non approbat, is vere mihi videtur neque regem neque ciuem nosse, sed tyrannicam vitam potius agere. Aelian. l. 2. de Var. hist. ex Plutar.

Scipio Africanus.

Quibusdam calumniantibus, quod parum strenuus bellator esset; Imper-

ratorera, inquit, me mater, non bellatorem genuit. Significans in imperatore plus habere momenti solertia ac prudentiam in cōsiliis, quam vires in præliis. Plut.

M. Cato.

Seniorem imperatorem laude dignum, & ab omnibus extollendum putauit, qui sibi ipsi imperare posset. Plut in apoph.

Cicero.

In summo imperatore belliq. duce quatuor res debere inesse dicebat, Scientiam rei militaris, virtutem, autoritatem, & facilitatem. Cicero in oratione pro Pompeio.

Alexander Seuerus.

Ouinius camillus, antiquæ familiæ senator, homo delicatissimus, rebellionem moliebatur, tyrannidem affectans. Id quum Alexandro renuntiatum esset, statimque probatum, ad palatium vocato gratias egit, quod reipublicæ curam, quæ bonis viris recusantibus imposi solet, sponte reciperet. Mox ad senatum processit, ac tanti sceleris conscientia trepidum, consortem imperij appellavit, in palatium recepit, ornamenti imperialibus, & melioribus, quam vtebatur ipse, decorauit, profectionis comitem adhibuit. Cumque imperator ipse pedibus inter faceret, inuitauit & Ouinum deliciis assuetum ad laborem, quem post quinque millia passuum cunctantem equo sedere iussit. Quumque post duas mansiones equo etiam fatigatus esset, carpento imposuit. Hoc quoque respuentem, ac imperium tardio laborum recusantem, denique & mori paratum dimisit, ac militibus à quibus Cæsar præcipue diligebatur, commendatum, ad villas suas tutò abire iussit. Sic illi monstrauit, quid esset gerere imperium Lampridius.

Saturninus.

Hortantibus militibus, vt imperium susciperet, ait: Ne citis, ô mil-

ees, quantum mali sit imperare: gladij vi ceruicibus immineant, hastæ vndique, spicula, ipsi custodes timentur, ipsi comites formidantur, non cibus pro voluntate, non iter pro authoritate, non bella pro iudicio, non arma pro studio. Bruson. libr. 3. cap. 13.

Iul. Cesar.

M. Tullius li. de Oïncis 3. scribit, Cesaré hos versus ex Euripidis Phœnissis semper habuisse in ore:

Nam si violandum est ius, regnandi gratia

Violandum est, aliis rebus pietatem celas.

Augustus Cæs.

Postquam Iulio auunculo crudeliter in senatu interfecto successisset in administratione imperij, ac ne quaquam placeret Acciæ matri Pbi lippoque vitrico, adiri nomen inuidiosæ fortunæ Cæsarî, respondit; Nefas esse, quo nomine Cæsari dignus esset visus, semetipsum videri indignus. Contemnens humana consilia, & cum periculo potius summa, quam tutè humilia sequi proposuit. Velleius Paternulus, & Cusp. in Consulibus.

Mecenæs.

Augusti temporibus quum esset consultatio de imperio iterum abrogando, in ea deliberatione interrogatus Mecenæs, quid sibi videretur, respondebat: Regnum iustum & legitimè recuperatum in primis conducere rerum magnitudini. Quo dicto consulēbat, iustius esse ut imperium deponeret Augustus, ac rem publicam restitueret in statum pristinum. Dion Nicæus in Augusto.

Augustus Cæs.

Admonebat Romanos, ut rempu. committeret lis, qui vsu & experientia rerum plurimū possent: nec eam sinerent vlo tempore pédere ex cuiusquam voluntate: ne fortè is in regni cupiditatem veniret, aut mordeo eo respubl. periclitaretur. Idem.

Idem.

Consulebat præterea, vt contenti rebus præsentibus, augere & dilatare imperium nollent: quod futurum esset, vt id tuerentur difficultius, immineretque periculum, ne ea quæ iam parta essent, amitterentur. Idem.

Fronto.

Cum sub Nerua Cocceio, Romæ impromiserè omnes ab omnibus leuissimas ob causas accusarentur, atque inde magnus tumultus exortus esset, Frontonem consulem dixisse ferunt: Malum quidem esse, imperatorem habere, sub quo nemini licet quicquam facere: sed multò peius, esse, cum omnia licent omnibus. Xiphilinus in vita Neruæ, & Fulgos. li. 2. cap. 2.

Domitianus.

Paucis notum esse dicere solebat, quām misera & ærumnosa sit imperantium conditio, qui à tyrannidis falsa suspicione tam demum liberantur, cum diem iam extremum claudunt. Suet. in Domitiano.

Diolestanus.

Adhuc priuatus dicere solebat, nihil esse difficultius quām bene imperare. Id Flavius Vopiscus in Aureliano tradi se audiuisse à patre suo, & addit causam: Colligunt, inquit, se quatuor aut quinque, simul consiliū ad decipiendū imperatorem capiunt, dicunt, quid probandum sit. Imperator qui domi clausus est, vera nō nouit: cogitur hoc tantum scire, quod illi loquuntur: facit iudices, quos fieri non oportet, amouet à republica, quos debebat retinere. Ita, bonus, cautos, optimus venditur Imperator. At vulgus ad Imperatoris titulum sat esse putat nasci, aut eligi: nasci vt cunque, eligi emptis suffragiis, ac solennibus ceremoniis confirmari. Vopiscus.

Pertinax.

Cum possessionibus imperatoriis nomen suum inscribi prohibueret, dicere solebat, illas nequaquam im-

perantum proprias, sed communes Romanorum, & publicas esse. Herodianus.

Traianus.

Iustitiae & æquitatis amantissimus, tam Imperatorem priuatim & ciubus esse dicebat, qualem sibi esse imperatorem priuatim optasset. Ioann. Langus in Nicæphori annotationibus.

Idem.

Aliquando in conuiuio proposuit amicis, ut decem nominarent, quibus credarent rerum summanam recte delegari posse. Cum illi silerent: Decem, inquit, à vobis posco, ego unicum habeo Seuerianum. Solum illum imperio dignum iudicans. Dion Cassius.

Idem.

Licinio Suræ (quem quidā ut Cæsar insidiatorem iudicauerant) gladium nudū porrexit, atque: Accipe, dixit, gladium, quem pro me, si bene atque cum ratione imperauero, distringes: sin minus, eo ad interitum vtere. Diō Nicæus atque Xiphilinus in Traiani vita, Plin. in Panegyrico, & Niceph. li. 3. ca. 23.

Hadrianus.

Dicere solebat miseram esse imperium conditionem, quibus de affectu tyrannidis, nisi occisis, non credatur. Volcatius.

Valentinianus.

Solicitatus à militibus, ut sibi imperij socium deligeret: Vestrūm quidem (inquit) fuit, ut priuatum me ad imperiale extolleretis dignitatem: res autem administrare, non iam vestri, sed principis ipsius arbitrij esse, vos ipsi quoque dixeritis. Itaque vos deinceps imperata facere, & quietos esse: me autem, quid factō opus sit, curare deceat. Niceph. Callist lib. II. ca. 1. Eccles. hist.

Antoninus Pius.

Reprehensus, quod nonnullos accusatos absoluere, respondit, Principatum non à pœnis aut suppliciis, sed

à mansuetudine potius auspicandum esse. Dion Nicæus, & Xiphilinus in Antonini vita.

M. Antoninus Verus.

Dicere solitus erat, Neque pecunia vim tyrannidis luxuriam explere posse, aut stipantia satellitum agmina tueri principem, nisi ipsi quos regit, animum imperanti benevolentiamque accommodent. Quippe ijdem diu tutoque imperant, qui non metum ex crudelitate, sed amorem ex bonitate ciuum suorum animis instillant. Neque enim quos leuire necessitas coagit, sed quos obtemperare sua quoque voluntas adegit, ij sunt in agendo patiente que à suspicione omni assentationeque vacui: nunquamque imperia detrectant, nisi violenter contumeliosaque sint habiti. Herodianus lib. I.

Faustus Quintillus.

Iulianus cùm senatum Romano-rum rogaret, ut virgines Vestales & cæteri sacerdotes cum senatu obuiam exercitu Seueri prodiret, prætentis insulis: Faustus Quintillus consularis augur contradixit, asserens non debere imperare eum qui armis aduersario non possit resistere. Spartianus in Iuliano, & Cuspi-nianus in Consulibus.

Senatus Rom.

† Cùm Cæsarianorum militum licentiam ita coerceret, Seuerus Imp. ut nec eos insolescere, nec cuiquam iniuriam ipsos inferre pateretur: ob hanc & alias causas eum Senatus aliquando collaudauit, ac magno edito clamore: Omnes (inquit) recte faciunt omnia, propterea que tu rectissime imperas. Xiphil. in eius vita.

Iouianus.

Cùm post Iulianum apostamat, qui aliquot Christianorum millia interficerat, ad imperium raperetur, clamabat, Nolle se infidelibus imperare, cùm ipse esset Christianus. Cui

responsum est à militibus omnibus,
sest quoque Christi fidei esse obno-
xios. Cuspin. in Coll.

Alex Seuerus.

Vigilanter prouidit, ne tribuni
ducētque quicquam fraudarent de
stipendio militum, dicens: Miles non
timet nisi vestitus, armatus, calceau-
tus, & satur. & habens aliquid in zo-
na. Sentiens militem cùm aliquid ha-
bet, metuere ne perdat: sed mendici-
tas ad omnem desperationem vocat
armatum. Lampri.

Leo max. Imp.

† Cùm ab eo petiisset Aspar, vt
cuidam præfecturam urbis consilio,
alium de nocte accersitum creasset
præfatum: Aspar, cui hoc præter
spem accidisset, veste Imperatoris ap-
prehensa: Tali purpura ornatum, in-
quit, non decet mentiri: Respondit
Imperator, sanè hoc quoque impera-
torem decet, nemini cedere aut sub-
ditum esse, maximè ubi id cum Reip.
incommodo fieret, Cedrenus in
Leone.

Iustinus Imp.

† Cùm Cæsarem crearet Tyberiū,
& purpura indueret: Ne te in errorē,
inquit, vestis splendor, neque illustris
ornatus istarum rerum, quæ sub as-
pectum cadunt, decipiatur: Quibus ipse
in fraudem impulsus, imprudens me-
ipsum grauissimis suppliciis obnoxium
reddidi Itaque iu in Republica sum-
ma cum mansuetudine, & animi leni-
tate regenda, mea vitia præstato. E-
uagrius lib. 5. Hist. Eccl. c. 13.

Theophilus.

† Contemplatus nauim egregiam
passis velis portum tenentem, cuius-
nam esset quæsivit? Cum Augustæ
coniugis Theodoræ fuisset respon-
sum; Nescitis, inquit, me diuinitus in
Imperium eueratum, vxorque mea
Nauclerum me facit? An fuit villa un-
quam Augusta quæ maritum suum
mercatorem viderit? iussitque è ve-
stigio omnes naui egredi, eamque

cum mercibus & armamentis com-
buri. Cedrenus in Theoph.

Pescennius Niger.

Rogatus, quid sentiret de Scipio-
nibus? Respondit, Illos sibi videri
felices magis quam fortes: quod v-
terque domi iuuentutem parum san-
ctè transfererat. Sentiens, imperato-
rem per omnem vitam in reipublicæ
negotiis versari debere, nec à dome-
sticis ad imperium accersiri. Spartia-
nus.

Otho.

Sæpenumero dicere solebat ad
suos: Nescitis amici, quid sit, Roma-
norum gubernare imperium: mihi
credite iam experto, qui iam mori
malo, quam imperare. Sueton.

Sigismundus.

Rogatus, Quem virum regno di-
gnum aptumque existimaret? Eum,
inquit, quem neque secundæ res ex-
tollerent, neque aduersæ deprime-
rent. Æneas Syl. lib. 4. comment. de
reb. gest. Alphoni regis.

Idem.

Regnandi artis imperium esse di-
cebatur, qui simulare nesciret. Inuit
autem, multa regibus simulanda,
multa dissimulanda esse, quo suos in
debito officio retineant, extra omne
vitæ periculum. Æneas Sylvius lib. 1.
commentariorum de rebus gestis
Alphoni.

Æneas Sylvius.

Principes priuatis hominibus mul-
to meliores fore dicere solebat, si re-
ges electione, & non successione fie-
rent. Improbauit vir clarissimus suc-
cessionem regum, quam usus, haud
vbique meliora securus, recepit. Re-
gem enim nasci nihil magni est. At
regno dignum se præstuisse, maxi-
mum est. Æneas Syl. lib. 4. commen-
tary res gestas Alphoni.

Huc refer apopht. de Principe & regno
item de administratione
reipub. &c.

De imperio difficulter administrando.

Antigonus.

† Erūt eum, traditum sibi diadema, priusquā capiti imponeret, retentum diu considerasse, ac dixisse: Nobilem magis quām felicem panum! quem si quis penitus cognoscat, quām multis sollicitudinibus & periculis, & miseriis sit refertus; nec humi quidem iacentem tollere veller. Valer. Max. li. 7. c. 2.

Alphonsus.

Sæpen numero peroptare solebat, ut popularium suorum unusquisque rex exitisset, quo demum illi, utpote experti, cognoscerent principum occupationes & curas. Hoc unico forsan modo fieri posse, ut desinerent molesti & importuni esse. Notabat autem, quām difficile esset imperare, cùm tam diuersa sint hominum ingenia, diuersi mores, quibus principes se accommodare necesse habent. Panor. li. 3. de reb. gest. Alphon. s.

Idem.

Magnum quidem esse dicebat, aduersus hostem ducem esse: sed & illud maximū, ad omnem virtutem ciuibus ducem esse. Pan. libr. 4. de Alphon. reb. gestis.

Idem.

Eundem affirmare solitum acceptimus, si nullum omnino aliud regnum, nullam prouinciam præter Calabriam aut haberet, aut habiturus esset, illam protinus se relieturum, priuatūmque & ciuem vivere potius velle quām iliorum, qui nihil hominis habent præter figuram, ineptias tolerare, quamuis dominum aut regem. Hoc autem dicto ostendere voluit, quām graue sit imperare iis, qui omni humano ingenio exuti, nil norūt aliud, quām luxuriantes, ferarum moxe, in omni

vitorum sorde se inuoluere. Panor. lib. 1. de reb. gest. Alphon. s.

De imperitia.

Socrates.

* Intuitus adolescentulum diuitem lac imperitum: En. inquit, aureum mancipium. Stob. ser. 4.

Idem.

* Ut Proteus formam, ita imperitus (inquit) animum ubique mutat & variat. Eod. serm.

Idem.

* Dicebat imperitos in rebus errare, quemadmodum peregrini in viis. Eod. serm.

De impietate.

Bion.

Mpietatem dicebat malam esse cōtubernalem fiducia, & adiecit versiculum Eut ipidis:

δελοὶ δὲ ἀνδρεῖ, καὶ θραυστόμοις τίς οὐ.

id est,

Seruum facit, quamuis feroculum virum.

Sensit, ibi non esse libertatem, vbi est mala conscientia: nec eum posse liberè loqui, cui crimen impietatis verè potest obici, nec frui tranquillitate animi, qui numen habet iratum. Laërt. li. c. 7.

Agesilaus Ephorus.

Agesilaus Ephorus, cùm ipsius suauis actum esset, ut fieret omnium debitorum solutio: iamque tabulis in forum Clarium comportatis, ignis esset injectus, ac flamma exurgeret, ceteris creditoribus mœstis improbe insultabat, dicens, se nunquam clarissimum lumen, aut ignem vidisse priorem. Extrema impietatis est linea, etiam illudere iis quos affixeris. Plu. in Lacon.

Iulianus Apostata.

Contra Persas exercitum ducens, grandem multam Christianis in-

culit, qui grauius à Paganis tractari, sibi pro auxilio Imperatorem arcesserant. Quibus impie respondit, Equeum est ut mala sustineatis, cùm hoc si præceptū vestri Dei, Tripartita hist. l. 6. c. 19.

De imprudentia.

Vide apoph. de Arrogantia Audeacia, Cognitione sui stupratorum, &c.

De impudentia.

Zeno.

Ad adolescentem imstantius impudentiusque quām per etatem conueniret quiddam inquirentem, accepto speculo: Contemplare (inquit) te ipsum, & dic deinde, num ei faciei congruant tales quæstiones? Brus. l. 3. c. 16.

Theodectes.

+ Omnes humanæ res, aiebat, naturā confunduntur, & ad finem temporis veniunt: præter solam, ut videatur, impudentiam. Hæc enim quantò magis genus augetur mortalium, tanto fit maior quotidie. Stob. serm. de Impudentia, qui est 31.

Xenophon.

+ Ingratitudini potissimum impudentia videtur esse comes, quæ ad omnem turpitudinem maxima dux est. Idem eodem serm.

Caligula.

Dicebat, se nihil magis in sua natura probare, quām adiutare pessimam, hoc est, inuercundiam. pudor enim ut multis ad honestas actiones obstat, ita nunquam improba mentis homines à turpibus reuocat. Vox carnifice quām imperatore dignior. Eras. lib. 6. apoph.

Anonymus.

Quum testis qui se dicebat à reo vulneratum, interrogaretur, an cicatrices haberet: ingentem in feunte cicatricem ostendit, tum ad-

versarius: Latus, inquit, erat opportu- nius, significans, illum vulnere lethaliore dignum. Idem.

Vide apoph. de Lasciuia & Libidine.

De impudicitia.

Milites Cesarii.

In Gallico triumpho milites hos versiculos iactabant in Cesarem: Urbani seruare uxores, mæcum caluum adducimus.

Auro in Gallia stuprum amisti, hic sumpsisti mutuum.

Notabant, quod in provincia agens, alienas uxores auro corruperit: Romæ non emerit, sed mutuum sumpsiterit, quod uxor ipsius male audiret de Claudio. Nisi fortè quiddam obscenius intelligi voluerunt, nam Suetonius aliquanto post commemo rat, quod Curio pater in oratione quadam appellat illum omnium mulierum virum, & omnium virorum mulierem. Erasm. libro sexto, apoph.

Crates.

+ Cum Phrynes meretricis statuā auream Delphis positam cerneret: De Græcorum, exclamauit, lasciuia id collocatum trophyum. Plu. Orat. 2. de Alex. fort.

Vide apoph. de Libidine & Lasciuia.

De impunitate.

M. Cato.

Dicere solebat, iniuriam, etiam si facienti nihil adferat periculi, vniuersis tamen periculosam esse. Sentiens impunitæ iniuriæ exemplū omnibus minari iniuriam. Etenim si liceat impunè lacerare, nullus erit tutus ab improborum violentia. Plut. in Rom. apoph.

Idem.

Exhortans magistratus ad sumendas pœnas de his qui delinquerent, dice-

dicebat, eos qui maleficos prohibere possent & tamen impunitate do-
narent, lapidibus obruendos esse.
Sentiens, eos reipublicæ perniciosissi-
mos esse, qui permitterent impunè
contra iustitiam, æquitatem, & vrbis
leges agere. Plut.

Idem.

Addebat, se malle pro collato be-
neficio nullam reportare gratiam,
quām pro maleficio perpetrato non
dare p̄nam. Significans, nihil esse
periculosis impunitate, quæ semper
ad deteriora inuitat. Ibidem.

Vide apoph. de Læcentia.

De incessu.

Solon.

Eius apophthegma celebratur, in
via non properandum esse. Ex
incestu enim colligitur animus: præ-
ceps arguit præcipitem, aimum len-
tus ignavum. Laert. l. i. c. 4.

Cicero.

Cūm Tullia Ciceronis filia conci-
tatius incederet quām deceret fœminam: contrā verō Piso gener lenius
quām deceret virum, Cicero ambos
eodem dicto taxauit, filia præsente
genero dicens, Ambula ut vir. Eras.
lib. 4. apoph.

De inconstantia & leuitate.

Cleanthes.

Cvidam reprehidenti Arcesi-
laum, quod officia vitæ tolle-
ret: Desine, inquit, hominem vitupe-
rare. Nam ille, licet dictis tollat offi-
cia, tamē tactis cōmendat. Id audiens
Arcesilaus: Nō mouor, inquit, adu-
latione. Hic Cleanthes, Scilicet, in-
quit, adulor tibi, dicens te aliud lo-
qui, aliud facere. Cleanthes mitigauit
dictum obtestatoris, sed ita ut à

crimine inconstantia non liberaret
Arcesilaum. Turpissimum enim est
philosopho, secus docere quām vita sit.
Si vita proba est, cur docet diuerit?
Si doctrina sana est, cur etiam feci us
viuendo refellit? Laertius libro 7.
cap. 2.

Leotychidas.

A quodam, quasi minus constans
esset, notatus, Muror, inquit, sed pro
temporum ratione, non ut vos. Mu-
ridentis enim est, pro re nata mutare
consilia: fine causa autem subinde al-
lium fieri, inconstantia vitium est.
Plut. in Lacon.

Cicero.

Metellus Diodoro, quo Rhetorices
magistro fuerat usus, defuncto, sepul-
chro eius coruum lapideum impos-
uit: lustum, inquit Cicero, præmium
retulit, nam volare ipsum docuit, nō
dicere. notans Metelli leuitatem &
inconstantiam. Plut. in Rom. apoph.

Scipio Maior.

Cūm traieciisset in Africam, ac ter-
ra potius hostium castra concremas-
set Carthaginenses missis legatis fe-
dus cum Scipione pepigere, pollicen-
tes se elephantos, camelosque, & na-
ues ac pecunias daturos. Ceterū post-
quām Annibal abnaugasset ex Italia
Carthaginem, cœpit illos conuento-
rum pœnitere, eo quod iam animum
recepissent. Id audiens Scipio nega-
uit se etiam si ipsi vellent, pacta ser-
uaturum, nisi prius imperatis adde-
rent talentorum quinque millia, hoc
nomine, quod Annibalem accersi-
sent. Plut. in Rom. apoph.

Cicero.

Suprà tit. de Exercitatione ingenij
& de ambigüe dictis.

De incontinentia & libi- dine fœda.

Xanthus.

Adulterum quendam videns pro
foribus formosæ mulieris: Iste,

inquit, breuem voluptatem magno emit periculo. Maximus ser. 3. de Casteate.

Menedemus.

Cum adolescens quidam dixisset, magnum esse, si quis quæ concupisceset, assequeretur: Multos inquit, maximi est, nihil eorum quæ non decet, concupiscere. Max. eod ser.

Vide apoph. de in honesto, Meretribus, scortatione & Scortis.

De indoctis & insipientibus.

Beseele rhetor.

Dicebat animo puerum seu indoctum & insipientem nihil ab aetate puerō differre. Stob. ser. de imprudentia.

Socrates.

* His dictis indoctos & insipientes perstringebat, fugientes nulla persequeente sibi metuant: insipientes autem, licet nihil aduersetur ipsis fortuna, perturbantur. Neque musices signari instrumenta concinnare, neque indocti infortuna sibi accommodare possunt. Idem est languenti onus impesuisse, & indocto bona fortunam. Stob.

De indole excelsa.

Alexander.

PVer etiamnum, cum vidisset quæ feliciter parens beila gereret, ne quaquam gaudebat, sed ad pueros aequales dicebat, Pater nihil mihi relikturus est. Illis contraria dicentibus, Imò ea omnia quæ bello iam subegit. Quid profuerit, inquit Alexander, si multa hereditario iure possideo, ego autem nihil habeam quod agam, & militem patri similem me esse ostendam? Vides indolem in puerō ad imperium planè pronam? Plutar. in apoph.

Scipio

Super cœnam interrogatus, quem egregium imperatorem habitura esset resp. si quid ipsi humanitus accidisset? Vel hunc, inquit, Marium intuens, iam cum in illo perspiciens ingenium maximis rebus natum. Eutropius l. 5. Plut. in Mario.

Cassius.

Etiamnum puer, Faustum Sylla filium inter equales de patris monarchia gloriante non tulit, sed ei collaphos impegit. Eius rei cognitionem cum Pompeius ad se receperisset, accitis ambobus pueris Cassius a suis est dicere: Eia Fauste, aude rursus coram hoc ea verba proferre, quibus irritatus in te fui, ut rursus percellas. Inerat Cassio nationum quoddam odium tyrannidis, ut iam tum appareret, illi non defutorum anicium ad interficiendum Cæsarem. Plut.

Pompeius.

Tam charus fuit populo Romanos, quam pater fuerat inuisus. Is etiamnum adolescens, totum se Syllæ factioni addixit: cùnque nec magistratus esset, nec senator, magnum tamen ex Italia contraxit exercitum. Hunc cum Sylla ad se venire iussisset, Non absq. spoliis, inquit, nec incruentas Imperatori copias exhibeo. Nec prius ad illum venit, quam multis conflictibus hostium duces superasset. Iam tu egregij principis, & ad res magnas natu, specimen dedit. Noluit adducere numerum, sed militem virtute spectatum. Plut. in Rom. apoph.

Iul. Cæsar.

Cum Syllam fugeret, etiamnum adolescentis, incidit in pyratas Cilices ac primū ubi pro redemptione summa quam ab eo peterent pronuntiassent, derisit prædones velut ignaros quem cepissent, seque duplum daturum pollicitus est. Deinde qui asterraretur, donec adferretur peccata, imperavit illis ut filerent, nec sibi dormienti obstrerent. Eiusdem oratio

erationes & carmina quæ scriberet recitare solebat, quæ quum illi non satis probarent, stupidos ac barbaros appellabat: cùmque risu minitabatur te illos acturum in crucem, quod & perfecit. Apportatis enim pecunias quas piratae pro redemptione pacti fuerant, dimissus, contractis ex Asia viris ac nauibus comprehendit eosdem prædones ac suspendit: sed prius iugulatos, ne seueritas careret clemens. An non hic statim agnoscis iudicem Alexandri Magni cui nihil mediocre satis esse posset? Erasm. ex Plut. in Rom. apoph.

Tiberius.

Tiberius perspecto Caligulae ingenio, fero ac malefico, subinde prædicabat, se natricem reip. & Phaethon tem orbi terrarum educare. Natrix serpentis genus est. Erasmus libro 6. apoph.

Vide apoph. de Ingenio.

De industria.*Cleanthes.*

Collestatam pecuniolam aliquando proiecit eoram familiaribus dicens: Cleanthes alterum Cleanthem alere posse, si vellet. Laërt. libro 7. cap. 2.

Nicostratu.

Quum ob artem musicam dissidevit à Laodoco citharœdo dixit illum in magna arte exiguum esse, se vero in exigua magnū. Non igitur solum laudabile est, rem familiarem & opes amplificare: sed etiam artem studio & industria. Ælian. lib. 4. de Var. hist.

Democritus.

† Cùm obuium haberet Protagoram fascem ligni eligantes compositum, rogavit, quis id lignum ita composuisset? Et cum ille se esse diceret, desiderauit ut solueret, ac denuò in modum eundem collocaret. Quod ubi perfecisset, tum Democritus a-

nimi aciem, solertiāmque hominis non docti, demiratus: Mi adolescentis, inquit, cùm ingenium benefaciendi habeas, sunt maiora melioraque, quæ mecum facere possis. Abducitque eum, secum habuit, sumptum ministrauit, & eum tantum fecit, quantus fuit. A. Gell. l. 5. c. 3.

Lacones.

Commune hoc proverbum semper in ore habuerunt: Ad mortuam manu fortunam esse implorandum. Quo innuere voluerunt, frustra innocari deos, nisi addens industriam, manum rotæ admoueris etiam. Plut. in Lac.

Sal. Julianus.

Salvius Julianus solitus est dicere: Si alterum pedem in sepulchro habet, adhuc tamen addiscere vellem.

Maximinus.

Accepta legatione nullum omnino laborem fugere solebat, quum autem tribuni quidam eum reprehenderent, dicerentque, cur tantopere laboraret, cùm eius loci esset, ut ducatum accipere posset: Ego, inquit, quo maior fuero, hoc magis laborabo. Ex Ælio Lampridio.

Vide apoph. de Discendi studiis & labore.

De infamia.*Pericles.*

A Riphroni violenti publico praæaconio quæri Alcibiadem, qui adolescentis clam domo egressus ad amicum Democratem se contulerat obstitit dicens: Si fortè nobis insciis periit, praæconio nihil aliud agetur, quam ut uno tantum die citius manifestum fiat illi interisse: sin saluus, ne per omnem quidem vitam saluus esse poterit. Civiliter exclusit Pericles adolescentis infamiam, quam nunquam potuisse eluere. Plut.

Socrates.

† Satis magnam poenam putabat, infamiam reis inustam. Nam cum

cum nonnulli aliquando offendissent, satis esse dixit, si de iis in patriā ipsorum scriberetur, illos sibi nequam placere. Xiphilinus in eius vita.

Claudius Cæs.

Vide infrā titulum de memoria.

De inferno.

Bion.

Dicere solebat, facilem esse ad inferos viam: nam illuc homines abire clausis oculis. Morientibus enim clauduntur oculi. Laertius libro quarto, capite septimo. Vnde Virgilinus,

Facilis descentus auerni.

Noctes atq. dies patet atri ianua Di-
tis, &c.

Demonax.

Demonax interrogatus olim, qualiternam esset inferorum conditio? Exspecta, inquit, & simularque illuc venero, per literas tibi significabo omnia. Sentiebat autem nullos esse inferos. Eras. 1.8. apoph.

Bion.

In fabulis est, Danaides puellas apud inferos huic addictas esse supplicio, ut pertusis vasis deferant aquam in dolium pertusum. Bion dicebat, grauius fore supplicium, si integris vasis ac non pertusis idem facerent, tum enim erent onustiores. Laert. lib. 4. cap. 7.

Plato.

+ Qui nobis mysteria constituerunt, inquit, minimè contempnendi videntur. Sed reuera iamdudum occulte nos admonuere, quod quiunque non expiatus migratus ad inferos, iacebit in luto: quicunq; verò purgatus atque mitratus illuc accederit, cum Diis habita- bit. In Phædone.

De infelicitate.

Bias.

EVm demum infelicem esse dictabat, qui infelicitatem suam æ quo animo ferre nō posset. Sensit vir prudentissimus, eam infelicitatem hominibus nocumento esse, quæ ratione gubernari non ita possit, vt vtilitatem aliquam patientia inde capias. Laert.

Chilon.

Admonebat Chilon Lacedæmonius, secundis rebus elato non applaudendum nec arridendum. Infelix felicitas est, quæ hominem reddit insolentiem: eoque non plausum meretur, sed lachrymas. Grauiusque peccant, qui docent insolentiam quam qui ea vtuntur. Sæpe populus clamat in auaritiam ac tyrannidem principum, quum ipse doceat illos hæc vitia. Laer. 1.1.c.4.

Epictetus.

Non omnino diis exosos esse dicebat, qui in hac vita cum ærumnarum varietate luctantur. Sensit philosophus, infelicitatem prodeesse hominibus, quibus si pro votis animi res procedant, adeo furiis agitantur, vt ex rebus prosperis iratos sibi deos faciat. In Enchirid.

Diogenes.

Alexander Macedo ad Antipatru literas Athenas deferendas Athliæ cuidam tabellario dederat. Diogenes autem eum adesset, ad vocabulum alludens (Athlios enim infelix dicitur) Athlius, inquit, ad Athlium, per Athlium. Intellexit autem omnia in hac legatione esse infelia. Bruson. lib. 6.

Demetrius Stoicus.

Dicere solebat, nihil sibi videri infelicius ep., cui nihil in vita accidisset aduersi: quod oporteat talem hominem aut sibi ignotum esse, vt qui nunquam sui periculum fecerit: aut diis inuisum, vt quem præterierint velut

Velut ignavum, nec idoreum ad fortunæ conflictum. Erast. lib. 8. apoph. ex Seneca.

materia occasio, fautor etiam, atque commendator contingat. lib. 6.

Vide apoph. de Indole.

De ingenio.

Iſocrates.

Peros candidos, ac felici ingenio
nam os appellare solebat. *De dñi m̄tis*
ſag. id est, deorum filios: eo quod ho-
minis mens diuinæ sit originis, qua
qui præcellit, deos parentes referre
videtur. Prisci dæmonibus attribue-
bant corpora, eosque deorum filios
appellabant. Dæmones autem à sci-
entia dii sunt, quasi dæmones. Idem de
duobus auditoribus suis Theopompo
& Ephoro, quorū prior erat acerri-
mo ingenio, alter leni, dicere sole-
bat, se alteri adhibere calcaria, alteri
renos. Præcipuum est, ut docto-
r inaduertat ingenii ac naturam di-
cipulorum. Meminit M. Tullius lib.
de claris oratoribus.

Aristoteles.

+ Nullum magnum ingenium, in-
quit, sine mixtura dementiæ fuit.
Non potest grande aliquid & supra
ceteros loqui, nisi mota mēs. Senec.
le tranquill. ani. in calce. Ex pro-
blem. Arist. ſect. 30.

Demetrius Phalereus.

Hominum fastuosorum sublimi-
atem dicebat amputandum, sed re-
inquendam sobrietatem. Talia e-
nim ingenia non sunt desperanda,
sed quod redundat residendum est.
Laert. lib. 5. c. 5.

Cicer.

De C. Cæſare dicere solebat, Quo-
ties huius astutiæ & ambitione video
ub̄ humanitatis specie latitan̄, me
uo reip. tyranum: rursum quum co-
nas molliter fluentes, & ipsum uno
ligito scalpentem caput intueor, vix
animū inducere possum, ut tantū faci-
sus animo cōcipiat. Erast. 4. apoph.
Plinius Iunior.

+ Nulli tām clarum statim inge-
nium eis, ut possit emergere, nisi illi

De ingratitudine.

Antisthenes.

Aldiens Platонem de ipso malè
loqui: Regium est, inquit, cum
beneficeris, audire malè. Excelſi pro-
fecto animi est, ingratitudine homi-
num non deterreri à studio bene me-
rendi de omnibus. Laer. lib. 6. c. 1.

Diogenes.

Quæreti quid apud homines cele-
rius senesceret? Beneficiū, inquit. Di-
ci enim vix potest quāta accepti be-
neficij apud plerosq. sit obliuio. Sto-

Themistocles.

Atheniensibus ipsum contumelia
affidentibus: Quid tumultuaminis
inquit, aduersus eos, à quibus ſepe-
numerò fuisti affecti commodis? Aiebat autem ſe ſimilem platanis, ſub
quarum umbra accurrūt homines af-
flicti tempeſtate, & eadem ſimul ve-
rediuſ ſerenitas vellunt, conuiciisq;
petunt. Sentiens, hunc eſſe populi
merem, vt in belli periculis implo-
rent opem fortium virorum, in pace
contemnant ac vexent eosdem. Plus,
in apoph.

Plato.

Nominare solebat Aristotelē, mulum. Quid autem hoc ſibi nomen
voluerit, ex eo liquet: Quod mulus
cum saturatus eſt laetē materno, cal-
cibus petit matrem. Significabat igi-
tur Plato, inuoluto quodam ferme
ne, ingratitudinem Aristotelis. Ete-
nim is cum maxima philosophiae fe-
mina & accessus à Platone accepis-
ſet, ſufficiens opimis quibusque, ad-
uersatus Scholam contra Platonem
aperuit, & in Peripatō cum suis fa-
miliaribus & discipulis aduersus eē
pugnauit, Platonis perpetuus adver-
ſarius eſſe cupiens, Alian. 1. 4. de Va-
ria histeria.

Idem.

Cum accepisset Xenocratem discipulum multa in eum impiè dixisse, Non esse credibile, circūstantibus dixit, vt quem tantoperè amaret, ab eo inuicem non diligenteret sed sugillaretur etiam. Sensit ingratitudinem nequaquam locum habere apud eos qui sapientia studiis se dederunt. Brut. l. 3. c. 11.

Aristoteles.

Cuidam interroganti cur reliquisset Athenas respondit, quoniam non iuisset committere, vt Athenienses his peccarent in philosophiam. Novavit autem magnam Atheniensium ingratitudinem, qui philosophos de patria salute plurimum sollicitos, ac de Atheniensium Republica bene meritos, non accusarunt tantum, sed damnarunt etiam. Subobscure taxans Socratis mortem, & suum quoque periculum. Aelianus 6. de Varia historia.

Idem.

Cum iudicatum metu Athenis profugisset, interroganti cuidam, qualis esset ciuitas Atheniensium respondit, pulcherrima quidem est, sed in ea pyrus super pyrum, & ficus super ficum conuenescit. Non ans Atheniensium contra benemeritos ciues columnias ac crudelitatem. Aelian. lib. 3. de Varia historia.

Idem.

A quodam interrogatus, Quid omnium velocissime senesceret, Gratia, inquit. Sensit vir prudentissimus brevissimam esse apud homines beneficij memoriam Laert. l. 5. c. 1.

Demosthenes.

Inter fugiendum fertur subinde respiciens ad arcem Palladis, sublati manibus dixisse: O Pallas, urbium domina, cur tribus infastissimis bestiis delectaris, noctua, dracone, & populo? Noctua, quum sit avium auspiciissima, tamen Palladi sacra est: quemadmodum & draconem habet pro gestamine: populus autem

bellua est multorum capitum, persistam gratiam referre solita optimè de se meritis velut Socrati, Phocioni, Scipioni & aliis compluribus. Plutarch.

Hippocratidas.

Acceptis litteris à Cariae satrapa, in quibus continebatur, Lacedæmonium quandam quum fuisset cōscius insidiarum, quas quidam ipsi struxerant, non indicasse rem, sed silentio texisse: similque rogabat quid de illo facturus esset? respondit hunc in modum: Si quo magno beneficio illum affectu interfice: si minus, cīce è regione, vt ad virutem formidolosum Ingratitudinem erga beneficium censuit morte plestandam. Ceterum quod esset non per malitiam, sed per formidolositatem commissum, ei satis supplicij iudicabat exilium. Non enim ipse struxerat insidias, sed fibi metuens non prodidit. Plutarc. in Lacon.

Epaminondas.

Epaminondas reuertus è Laconia accusabatur, quod Bœotarcha quanto integrorū menses contra legem gerisset. Collegas igitur iussit, vt se ipsum culpam derivaret, quod se in uitios coegisset. Ipse verò in curiam ingressus, non meliores rebus gestationes se habere debebat. Sin minus, se quidem interfici postulabat verum inscribi columnæ, quod nolentes repugnantesque Thebanos Epaminondas cogisset, vt Laconiā quingentis ante annis intactam a hostibus incendio ferrōque vastaret & vt ædificarent iterum Messanan 330. annis desolatam, quod Arcade bello in societatem perstraxisset, & Græcis libertatem restituere coegisset. His auditis, pudore affecti iudices, liberum pronuntiarunt. Cumque regredieretur è curia, & Melitensi catellus blandiretur cauda, dixisset fertur ad presentes, Hic mihi pro beneficio gratiam reponit: at Thebani de quibus s̄apē multumq; sum præclarus.

clarè meritus, mortem mihi iudicio
pœnam constituerunt. Älian.lib.13.
de Var.hist.

Philippus.

Cum Athenienses, quotquot apud Chæronem capti fuerant, gratis dimisisset, illi verò etiam vestes stragulásque reposerent, atque hac de causa Macedones in ius vocarent, risit Philippus, dicens: Quid? nonne vindetur Athenienses arbitrari, se à nobis in talorum ludo vicos esse? Tam ciuitatem tulit viator viatorum ingratitudinem, qui non solum gratias non agerent, quod ipsi & incolumes & gratis fuissent dimissi: verum etiam criminarentur, quod non solum & amictus & stragulas redderent, quasi nescirent quale esset ius belli quasi que nihil aliud esset certare armis; quam certare talis, qui ludus est puerorum. Plut. in apoph.

Cato.

Multis P. Sulpicij ingratitudinem excusantibus, quod Catoni de se optimè meritò opposuisset competitorē, Cato sic excusat, dicens: Minime mirandum, si quod quis maximum bonum duceret, id alteri nollet concedere. Eras. I. 5. apoph.

Domitius Afer.

Quum haberet ingratuum litigatum, ipsius conspectum vitantem, ne cogeretur agnoscere patroni beneficium, in foro per nomenclatorem illi dixit: Amas ne me, quod te non vis? Te & è exprobrans ingratitudinem, ut gratum esset non videri à benederito, ne cogeretur illi gratias age. Eras. li. 7. apoph.

Anonymus.

Cæsar Augustus ex alienum custidam senatoris, quem charum habebat, nō rogatus dissoluerat, ac pro o numerarat quadragies nummō. enator autē ea re cognita, pro granarū actione nihil aliud scripsit Cæsari, quam. Mihi nihil. Ioco velut extulans etiam, quod quum numerasset omnibus creditoribus, ipsi ni-

hil numerasset. Stob.

Pompeius.

Quum iam detecta esset Pompeij cū Cæsare simultas, ac Marcellinus (vt Plutarchus aliorum iudicio Marcellus) vñus ex eorum numero, quos Pompeius euexisse putabatur, à Pópepio ad Cæsarem transtulisset animū adeò vt nō veritus sit in senatu multā in Pompeium dicere, hunc ita cōpescuit Pompeius: Non te pudet, inquit, Marcelline ei maledicere, cuius beneficij ex muto factus es facūdus, ex famelico eò productus, vt vomiti non teneas? Grauirer obiecit ingratitudinem homini, qui hoc ipso, quod habebat dignitatis, authoritatis & eloquētiz, abutibatur in eum qui debebat acceptum ferre. Nam hoc ingratiudinis genus est, sed tamē hec nimium vulgare. Plut. in apoph.

Alphonsus.

Suprà apoph. de amicitia falsa, &c de Aulica vita.

Idem.

Cum obiurgaretur, quod in Alzrum Lunam, hominem ubi planè ingratum, tanta contulisset beneficia, quorum ne memor quidem iam esset: An ignoratis, inquit rex, ingentis beneficio, non nisi ingenti ingratitudine satis semper fieri? Panorm. libr. de rebus gestis Alphonsi,

De initiatione & promotione ad sacra, ut vocant.

Diogenes.

Athenienses cum hostarentur Diogenem Cynicum, vt mysteriis initiaretur, addentes, quod apud inferos principatum tenerent hi, qui sacrī initiati essent: ille, Perquam ridiculum est, ait, si Agesilaus & Epaminondas, fortissimi duces, in cœno degant: & Patetion fur & vilissimi

qui^{que} homines , quod initiati fint , summo apud inferos gaudio fruuntur. Perstrinxit nefandam vulgi superstitionem , qui putar initiationem conferre hominibus ad salutem , post hac vitam. Laer. lib. 6.

Antisthenes.

Suprà apoph. de Beatitudine.

Ludouicu 12. Gall. rex.

* Cùm audisset galero Cardinalis donatum indoctum quendam ab Alexandro pontifice: Verè, inquit, ille Pontifex est summus histrio , qui nobis in purpura simias , asinos in pelle iconis exhibeat. Annal. Franciæ.

Idem.

* Solitus etiam est dicere: deteriorem esse conditionem equorū quam asinorum. Quippe equos cursu fatigari & disrumpi , vt asinis sacerdotia , præfecturas Ecclesiasticas Româ referant. Significans insulsis & hominum imperitissimis , nullo delectu habito , vt quisque citius numerata pecunia , per equos celeres Romam adcurrit , beneficia vacantia , vt aiunt , conferri. Annal. Fr.

De iniuria.

Solon.

Interrogatus , quid fieri posset , vt quam minimum iniuriarum existaret inter homines ? Si, inquit, qui iniuria affecti non sunt , æquè doleant , atque hi qui affecti sunt. Quisquis enim violat leges , nō unum ciuem lœdit , sed totam rem pub. quod quidem in ipso est. At nunc dum aliis lœsis aut quiescimus , aut gaudemus etiam , impunitas improborum audaciam in plurimos inuitat. Laertius libro 1. cap. 3.

Socrates.

Frequentrr dicere solebat , prius esse iniuriam facere , quam accipere. Brus. lib. 3. ca. 4. ex Xen.

Aristoteles.

Interrogatus , quid citò senesceret ,

quid item tarde respondit , Gratia & iniuria. Sensit philosophus sapientissimus , iniuria memoriam esse tenacissimam , beneficij verò longè breuissimam. Laert. lib. 5. cap. 2.

Theopompus.

Cuidam sciscitanti , qua via quis regnum tutò tueri posset: Si (inquit) amicis tribuat iustam libertatem , pro viribus interim vigilans , ne subditi afficiantur iniuria. Plut. in Lacon.

Marcus Cesar.

Quum Marcianus dixisset Marco , Cæsar , vim nullam feci , respödit: Tu vim putas esse solum , si homines , vulnerentur ? Callistratus libro 4. digestorum.

M. Cato.

Iniuriam , etiam si faciens nihil adferat periculi , vniuersis tamen periculosam esse dicebat , sentiens impunitate iniuria exemplum omnibus minari iniuriam. Etenim si liceat impunè lœdere , nullus erit tutus ab improborum violentia. Plut. in apoph.

De iniuria a quo animo ferēda , consul apoph. de Patientia iniurie , & Vtioni negligenda. item de Moderatione animi

De iniustitia.

Aristoteles.

* **D**icebat , iniustitiam esse vitium animi , quo amplius quam pa est homines sibi sumunt. Stobæu serm. 10.

Idem.

* Iniustitiae effecta dicebat esse patrię violare & instituta & iura , ne parere legibus , nec magistratibus mentiri , peccare , transgredi conventiones & fidem fallere. Comites autem iniustitiae sunt calunnia , iactantia , inhumanitas , simulatio , malignitas , calliditas.

Plato.

* Summam esse iniustitiam dicebat , iustum velle videri si sis iniustus Eod. serm.

Socratis.

Socrates.

* Omnia morborum turpissimum iniustitiam esse dicebat, & inde quoque pessimum, quod incommodum & dolorem maximum homini iniusto inferret. Stobæus sermone 41.

Egypti.

* Ägyptiorum reges legem suam quandam servant, qua iuramento obstringunt iudices, ut rege ipso iniustum flagitante sententiam, ei morem non gerant. Plutarchus in apophth.

Antigonus.

* Scribebat ciuitatibus, si quid iniustum & legibus contrarium per epistolam mandaturus esset, ne parent, sed ipsum ignoratione lapsum censerent. Plutarchus ibidem.

Themistocles.

* Postulanti à se Simonidi, ut sententiam quandam iniustum ferret: Neque tu, inquit, Poeta bonus es esse præter numerum caneres, neque ego princeps probus si contra leges iudicarem. Plutarchus.

Lysander.

* Culpantibus ipsum, quod multa per dolum agendo indignum Hercule se gereret, dixit, ubi leonina pellis non sufficit, ei adsuenda est vulpina. Plut. in Lysandro.

Idem.

* De agro controverso, cum videarentur Argui iustiora quam Sparta ni afferre argumenta, stringens gladium, Hunc(ait) qui tenet, is optimè de agrorum finibus disputat. Plutar. in apoph.

Demaratus.

* Defecerat quidam Persa à rege suo, eique Demaratus persuaserat ad regem rediret, quem cum deinde rex necare intenderet. Demaratus, turpe, inquit, est ô rex, à quo cum inimicus esset poenas sumere defensionis non potuisti, eum nunc amicum factum abs te occidi. Plat,

Ludouicus XII. Gal. rex.

* Cum saxe repeteret editis suis Iulius pontifex, Ecclesiæ seruandæ gratia bellum Ludouico indictum, dixit, At verissimum esse comperto illud sapientis dictum, capitalem esse iniustitiam eorum, qui eum maximè fallunt, id agunt, ut boni videantur. Annal. Franciæ.

Vide apoph. de Iustitia, de Legib. &c.

*De innocentia.**Bion.*

Olim cum scelerosis nauigans, incidit in prædones. Illis dicentibus, Aitum est de nobis, si agnoscamur: Et de me, inquit, nisi agnoscamur. Bonis innotuisse, salus est. Laer. l. 4. c. 7.

Socrates.

Morti destinatus, de cunctis rebus magis quam de se defendendo, cogitare videbatur. Quare Hermogenes Hipponici filius, Socrati familiaris, Atqui, ait, par erat ô Socrates de tua defensione curam habere: Nonne, ait Socrates, tibi video ô Hermogenes hoc ipsum facere, dum quemadmodum vixerim mediator? Putabat autem Socrates sapientissimus, omnem defensionem superuacaneam esse apud eos, qui ex vita bene transacta suam innocentiam non agnoscerent. Brus. l. 2. c. 1. ex Xenophontis apologia.

Idem.

Iam ad mortem damnatus, Apollo doro comploranti, dicentique, Innocens morieris? Quid, inquit, num me nocentem mori malles? Ea igitur mors libenter subeunda est, in qua criminis innocētia homo excusat. Xen. in Apologia pro Socrate.

Idem.

Cum iudices inter se disceptarent, qua poena dignus esset Socrates: Ego, inquit, ob ea quæ feci, dignus censeo, qui publicitus alar in Prytanico, nam hochonoris haberis solebas

iis qui præclarè de Republ. fuissent meriti. M. Tullius hoc refert libr. de oratore primo: Erat, inquit, Athenis reo damnato, si fraus capitalis non esset, quasi pœnæ estimatio hæc sententia: quum iudicibus daretur, interrogabatur reus, quam quasi estimationem commeruisse se maxime confiteretur: quod quum interrogatus Socrates esset, respondit, Se meruiste ut amplissimis honoribus & præmiis decoraretur, & ut ei vietus quotidianus publicè in Prytaneo præberetur: qui honos apud Græcos maximus habebatur. Cuius responso iudices sic exarserunt, ut capitjs hominē innocentissimum condemnarent. Erasm. lib. 3. apoph.

Xenocrates.

Passerem, qui fugiens imminorem accipitrem, se in sinum suum conieciisset, rexit, fuitque, ac demulcens dimisit, dicens: Innocentem & supplicem non esse prodendum. Laertius l. 4. c. 2.

Plato.

Quum quidam Platonii narraret, nonnullos esse, qui ipsum maledictis insectaretur: At ego, inquit, sic vivā, ut illis non habeatur fides. Ant. par. 2. Melis. ser. 69.

Testamenes.

Innocenter ab Ephoribus damnatus abiit ridens. Rogatibus autem iis qui aderant an contemneret Lacedæmoniorum leges? Nequaquam, inquit: quin gaudeo potius, quod hæc mihi mulcta soluenda est, cum eam nec indixerim cuiam, nec à quopiam mutuo acceperim. Quod dictorio felicitatis esse purabat, quod mori iuberetur, cum neminem vñquam offendisset sua innocentia. Plut. in Lacon. apoph.

Anaxandridas Leontis F.

Cuidam acerbè ferenti, quod coheretur vrbe exulare: Ne, inquit, vir optime exhorrescas exulare ciuitate, sed à iustitia exulare horrendum est. Sensit, non esse miseros quibus

præter meritum, incolumisque innocentia, accidit aliqua calamitas: sed eos verè deplorando, qui sua sponte discesserunt ab honesto, etiam si nulla sequatur calamitas. Plut. in Lacon. apoph.

Agù.

In carcerem detrusus (qui Dechas dicebatur, in quo morti additis strigulari sunt consuetudo) quum libertatem plorantem, & circa opus titubantem animaduertisset, Omitte, inquit, pro me has lachrymas amice: sic enim iniuste, contraq. ciuitatis leges moriēs, lögē melior sum quā qui nuper me morte damnarunt. Plut. 3.

Aristophon, & Cephalus.

Aristophontem Eſchines tradit apud Athenienses gloriari solitum, quod quum nonages quinques esset vocatus in ius, semper fuisset absolutus. At Cephalus homo popularis, iustius gloriabatur, quod quum plura decreta scripsisset quam alius suorum temporum quisquam orator, tamen nunquam coactus esset causam dicere. Certius innocentiae signum est, ita rem gerere, ut nemo velit accusare, quam si postulatus elabarit ē iudicio. Elabuntur interdum & nocentes. At qui absoluitur, licet pœnam effugiat, cicatricem tamen criminis circumfert. Eras. l. 8. apoph.

Phocion.

Ex his qui cum Phocione erant morituri, quidam indignabundus deplorabat sortem suam. Quem ita consolatus est Phocion, Non tibi, inquit, Euippe (sive, ut quidam legunt, Thudippus) satis est, cum Phocione mori Phocion non tantum innocens, verum etiam præclarè de Repub. meritus, ducebatur ad moriem. Magnum itaque solatium oportebat esse, cum Phocione innocentem mori innocentem. Plut. in apoph.

Anonymous.

Quum censoris munus gereret Augustus, eques quidam Romanus apud illum delatus est, quasi facultates suas immixtus

mminuisset. At ille citarus probauit esse auxisse. Mox eidem obiectum est quod legibus contrahere matrimonium iubentibus non paruisse. Ille docuit, se ex uxore trium libero rum esse parre. Nec satis erat equi ci dimitti, sed Cæsari crudelitate exprobrans, addebat: Postbac Cæsar in honestos viros inquiens, honestis vi ris hoc munus mandato. Satis aper te pronuncians, eos non fuisse viros bonos, qui manifestò falsa ad ipsum detulissent: obiter & ipsum criminans, qui vices suas mandaret sycophantis. Et hanc libertatem innocentia condonavit Cæsar. Erasm. l. 4. apoph. ex Suet.

Titus vespasianus.

Audiens, suos antecessores in imperio multis iniuriis à subditis affec tos: Nemo, inquit, me iniuria affi cere, aut contumelia potest: quia nihil ago, quod alios laedere possit. Quo dicto ostendere voluit, vita innocentiam certissimum esse corporis præsidium Xiphil. in vita Vespas.

Idem.

Quum febre correptus, lectica à loco in quo tum erat transferetur, di motis plagulis celum suspexit, que stusque est, sibi immerenti vitam eripi, quum nullum per omnem viam extaret factum cuius pæniteret, uno dunraxat excepto. Id cuiusmodi fuerit nec ipse prodidit, nec quisquam coniectare potuir. Suet.

Anteninus Pius.

Reprehendenri cuiquam eū, quod in hostes mitis esset, atque in coniu ratos quos vicerat. ac dicenti: Quid si hostes vicissent? Grauter respondit, Nos non sic Deos colimus, nec sic vivimus, vt illi nos vincant. Brus. l. 3. cap. 26.

Alphonsus.

Percontatus à suis, cur sine fatel litibus sè penumero incederet? Se in nocentia comitatum incedere, re spondit. Ionuit autem rex pruden tissimus, eum demum bene munitum

esse ab iniuria, qui propriam innocentiam habet comitè: eos verò nulli esse tutos, qui malè sibi consciij, etiam pericula sibi fingunt vbi planè nulla sunt. Panor. l. 2. de Alphonsi reb gest.

Huc referri possunt quadam ex apoph. de Conscientia bona.

*De inscitia.**Diogenes.*

Diogenes percontanti quæ tellus grauiorē gestaret molem? Quæ hominem, ait, rudem, & à bonarum artium studio alienum. Stob.

Plato.

Eo differri doctrinam ab indocto docebat, quo bene valētem ab ægroto videmus. Mentis enim sanitatem ac lumen à doctrina persæpe, ab ignorantia autem ægritudinem mani stis rationibus proficiuntur. Fulg. lib. 7. cap. 2.

Huc refer quædam ex apoph. de Erratione & Doctrina.

*De integritate vitæ.**Cleomenes.*

Menander Samiorū tyrannus, ob Persarum incursions ad Spartanos confugerat: ostendebatq. quantum pecunia secum tulisset, & quantum præterea Cleomeni dare veller, at Cleomenes vir integer, ipse quidē nihil accepit, sed veritus ne quid aliis pecunia daret ciuibus, adiit Ephoros, dixitque: Satis esse si hospitem suum Samium è Peloponneso submouerent, ne cui Spartano persuadeat, vt malus fiat. Plot. in Lacoñ.

Gorgo.

* Cleomenis regis filij à Gorgo, eū patrem Aristagoras Milesius magnæ pecunia pollicitatione ad bellum pro Ionib[us] contra regem Persarum suscipiendum hortaretur: ac quanto magis repugnabat verbis, tanto plura adderet, Corrumpet te, dixit, mi

Y iiiij

Pater homo hic peregrinus, nisi eum
quam primum domo exturbas. Plut.
in Lacaen.apoph.

Eudamidas.

Quum quidam laudaret Athenie-
sium rem publicam tam bene institu-
tam, Eudamidas, vir integer & aper-
eius: *Quis, inquit, eam meritò laudet*
civitatem, quam nemo vñquam di-
lexit, factus seipso melior? Sensit
vir prudentissimus, integratatem
nequaquam locum habere apud eos
qui ita viderent, ut meliores esse ne-
quaquam cuperent. Plutarchus in La-
conicis.

Alexander.

Vide suprà apoph. de Furto.

Alcmenes.

Percontatus, cur à Messeniis obla-
ea munera respulisset? Quoniam, in-
quit, si receperisset, cum legibus pa-
cem habere non posuissim. O men-
gem integrum, & regia maiestate di-
gnam. Plut.in Laco.

Epaminondas.

Artaxerxes Persarū rex, cùm mi-
fisset ad Epaminōdām Thebanorum
ducem tria Daricorum milia, Dio-
medontem Cyzicenum regium le-
gatum vehementer increpuit, quòd
tam periculosam nauigationem lu-
scipisset, nullam aliam ob causam,
quām vt homines pecunia corrum-
peret: iussitque vt vībe excederet
quamprimum, & regis oī munera re-
ferret, his verbis: Si fāuet commodis
Thebanorum, habiturus est Epami-
nondam amicum, non pecunia co-
emptum, sed gratis: si minus, habe-
bit hostem. Plut.in Græc. apoph.

Lycurgas.

Lycurgus orator obliuiente quo-
dam, quòd se pecunia redemisset à
calumpnia: non est inficiatus, sed cla-
rissima voce populum appellans: Re-
ne habet, inquit, viri Athenenses,
quandoquidem tot annos in Repub.
versatum dedisse me, non accepisse
pecuniam criminantur obiectores.
Erasli.6.apoph.

Alexander.

Philoxenus classis præfector cùm
Alexandro scripsisset, Tarentinum
quendam Theodorum est apud se
pueros habentem insignioris forma-
venales, si vellet emere, Alexander
indignè tulit, apud æquales iubinde
clamitans: Quid in me Philoxenus
tam obscenum animaduerrit, vi mihi
tantum probri conciliaret? Plut.

Antigonus.

Quibusdam admirantibus quam
obrem tanti faceret Zenonē, respon-
dit, Quoniam cùm multa à me ac-
ceperit, nunquam tamen emollitus
est. Eius mortem cùm audiisset, in-
gemuit dicens: Quale theatrum per-
didī? Erat enim Zeno innocentis vi-
ta, acer, imi iudicij, & ab assentando
alienissimus. Laér.1.7.c 1.

Pezenius Niger.

Consiliariis suis addidit salary, ne
grauiarent eos quibus assidebant, di-
cens, Nec dare eos debere, nec acci-
pere. Et sic suorum iudicium conlu-
luit & consiliariorum integrati. Ex
Ælio Spartiano.

Cicero.

+ Cùm apud M. Catonem ambi-
tus hostem flagrantibus comitiis pe-
cunias deponerent candidati, hoc se
facere pro innocentia profitebantur,
exclamauit Cicero: O te felicem M.
Porci, à quo rem improbam petere
nemo audet! Plinius in Prolo. Nat.
histor.

Alphonsus.

Suprà de Affectibus frenandis &
de Discordia:

Huc præcipue referenda sunt ea, que
suis locis annotata sunt de Iudice in-
corrupto, Munerum contemptu, Iusti-
tia, &c.

De intemperantia.

Diogenes.

Quum adolescentem quendam
insigni forma plurimi intue-
rentur, Diogenes incurvato corpore
sicutu

sinum lupinis implebat. Ad hoc spectaculum conuersis omnium oculis siebat: Mirari se, cur adolescentulo dimisso, sese intuerentur, obierat notans illorum intemperantiam. Laërt. lib.6.

Idem.

* Dicebat plerosque viuos quidem seipso putrefacere balneis humectantes, & re venerea tabefacientes. Morientes autem demum mandare corpus in suffimentis aromaticis recondi, alios etiam in melle necitò computrescerent. Stob. serm de intemperantia.

Idem.

* Earum adiūtum in quibus copia est alimētorum, dicebat multos esse mures & feles: sic etiam corpora intemperantium hominum morbos quoque multos aspissere. Eod. serm.

Idem.

* Ridebat eos qui cellas promptuarias obserant vestibus, seris & signaculis: corpus autem suū multis fenestrīs & ianuis aperiunt, per os, pudenda, aures & oculos. Ibid.

Plato.

* Dicebat difficile esse inuenire intemperantibus quidem bonam voluptatem, ægrotantibus autem salubrem. Ibid.

Demetrius Phalereus.

Conspicatus iuuenem intemperantiae deditum: Ecce, inquit, quadratus Mercurius, habens syrma, ventrem, pudenda, & barbam. Sentiens, illum non esse hominem, sed statuam, qualis in viis solet ponit Mercurio: hoc illi dissimilem, quid effeminatorum more traheret vestē, quid deditus esset ventri ac libidini: quidque barbarus esset, cùm nihil horum habeat Mercurius. Laërt. li.5. cap.5.

Anonymus.

Chrysippi discipulus, medicus non ignobilis, hominem quandam ex nimia intemperantia grauter de cumbentem, non sanari posse puta-

vit. Verūm aliis medicus cùm eundem accessisset se sanaturum pollicitus est, responditque Chrysippi discipulos respicere morbum, tēverò annum. Voluit autem significare, tum demum hominem morbo liberari commode posse, si intemperantiae studio penitus valedixisset, & eius radices ex animo abiecisset. Ex Celsi lib.3.

Aristoteles.

* Dicebat, intemperantiam esse vitium patris concupisibilis, quo homines frui voluptatibus illicitis appetunt. Stob.

Diogenes.

Phrine scortum cùm Venerem auream Delphis obtulisset, eam Diogenes Cynicus ita inscripsit. Ex Graecorum intemperantia. Brus. recitat li.3 cap.23.

Eusebius Philosophus.

* Sicut, inquit, venti nauem corruptam buc illuc ferentes quassant & inobedientem efficiunt gubernatorem: itidem animam agitans & mentem imamorigeram esse cogens intemperantia, tranquillam esse & in portu quiescere non permittit. Stob. sermon.6.

Vide tit. de Libidine, Scortatione, Luxuria, Gula, Voluptate.

De interrogatione absurdada & inepta.

Thales.

PErcontanti vtrum fuisse prius nox an die? Nox, inquit, vno die fuit prior. Elusit ineptum percontatorem. Si nox vno die præcessit die: dies genuit ante noctem. Nox enim finis est diei. Laërt. li.1.ca.1.

Anonymous.

Inter falsa commemorat & illud M. Tullius ex Nenio; apud quem filius dicit patri: Quid ploras pater? isque respondet, Mirum ni cantem, condemnatus sum. Indignatur senex

submersus, rogari cur ploret, quasi
damnatus magis cantare debuisset.
Perinde quasi, si quis interrogaret æ-
grorum: Cur suspiras, aut cur decum
bis? Eras. li. 6. apoph.

De inuidia, felicitatis & virtutis ymbra.

Cleobulus.

I Interrogatus quænam præcipue ca-
uetuenda sint respondit: Amicorum
quidem inuidiam, inimicorum au-
tem insidias. Antoninus in Melissa,
par. i. ter. 62. Max. ser. 54.

Periander.

* Dicebat, nemini esse inuiden-
dum. Et quemadmodum rubigo pro-
pria est frumenti & gritudine, sic inui-
diam amicitia est morbum. Item,
sic: ærugo ferrum, sic inuidiam in-
uidi animam conterere. Et, Quo ma-
gis ut que inuidis, tanto maiorum
fies causa honorum illi cui inuides.
Stob. serm. de Inuidia.

Bion.

Conspiciens quandam tristu-
qui habebatur inuidus: Nescio, in-
quit, utrum tibi aliquid acciderit ma-
li, an alteri boni quippiam. Inuidus
enim non minus diceretur aliena
felicitate, quam suo infortunio. Laer.
li. 4. ca 7. Stob. ser. 36.

B. as.

Admonebat eos qui laborabant
ut cœrent lassitudinem: qui autem
bona fortuna fruerentur, inuidiam.
Est enim felicitatis comes vbiique
terrarum inuidia. Stob. sermone de
Prudentia.

Thales.

Scisciratus, quo pacto aduersæ
fortunæ ictus quipiam ferat facil-
lè inimicos, ait, videat deterius
affectiones. Tanta enim est inuidia vis,
ut omne nobis malum extinguat, si
inimicum peius habere intelligimus.
Brus. li. 3. c 7.

Ant. Athenes.

Absurdum esse dicebat, triticum

repurgare à lolio, bellum ab inutili
milite, & à Repub. non fecernere in-
uidos. Significans, inuidos tam esse
inutiles ciuitati, quam lolium est
tritico, & ignauus bello. Laer. libr. 6.
cap. 1.

Idem.

Dicere solitus est, non aliter ac
ferrum absunitur rubigine, ita inui-
dos suo ipsorum vitio contabescere.
Ferrum enim etiam si nemo laedat,
ex se gignit unde corruptatur. I-
bid.

Crates.

Dicebat, se pro patria habere glo-
riæ contemptum & paupertatem, in
qua nullum ius exercebat fortuna.
Aiebat item, se Diogenis Cynici ci-
uem esse & discipulum, qui nullis
inuidiæ patebat insidiis. Dicitur e-
nī, opes, honores, plerunque concili-
ant hominum inuidiam. Laer. lib. 6.
cap. 5.

Demoeritus.

Dicebat, leges non prohibuisse fin-
gulos pro arbitrio suo vivere, nisi al-
teri alteri fuisset inuidus & iniurius.
Etenim inuidia seditionis parit initium.
Stob. ser. 36. Max. ser. 54.

Anacharsis.

Bonum esse dicebat, si penitus à
rebus humanis inuidia exularet, quo
liberius usque ad honesti studiū ac-
cingerentur. Stob.

Idem.

Percontatus, cur homines subin-
de tristuntur? respondit, Quia non
solum propria mala eis molesta sunt,
sed etiam aliena bona. Ant. ser. 62.
parte i Melissa. Maxim. ser. 54.

Idem.

Inuidiam dicebat esse viles, quod
passim verum sua vi contraheret. E-
quidem liuido in primis prodit, bo-
ni eius, cui inuidet, obseruatio, citra
tamen illius offensam. Unde perspi-
cum est, inuidum haudquam in
leges delinquere, quæ suo quemque
more vivere sinunt, dummodo aliud
non offendat. Stob.

Socrates.

Cum inuidiae naturam exprimere conaretur, anima vlcus & serram appellavit. Antonius in *Melissa*, parte 1. ser. 62. Stob. ser. 36.

Idem.

Considerans quid inuidia esset, dolorem quandam reperiebat eam esse: non tamen nec in aduersa amicorum, nec in secunda fortuna inimicorum: sed illos inuidere aiebat qui in amicorum prosperitate doleant. Xenophon libr. 3. de dictis & factis Socratis. Stob. ser. 36.

Idem.

Cum quidam mirarentur, cur quis alterum amans, eiusdem prosperitate doleret: ostendebat, multos esse ita erga quosdam affectos, ut eos aduersitate laborantes non possent negligere, sed pro virili succurrenter, successu vero eorum dolerent: hoc autem prudenti viro minimè, sed stolidis contingere afferebat. Xenophō libro 3. de dictis & factis Socratis. Sto. ser. 36.

Idem.

Interrogatus, quid bonis viris molestum esset? dixit, Malorum felicitas. Quid malis? bonorum prosperitas. Antonius in *Melissa*, sermon. 70. par. 1.

Aristoteles.

Ostendere volens quid esset inuidia, Antagonistam fortunatorum esse dixit, Antonius in *Melissa* parte prima, serm. 62.

Idem.

Dicebat inuidiam colluctatorem esse ex aduerso bonorum virorum. Emulatio enim bona est, & bonos potissimum decet: Inuidia contraria turpis est, & à fœdo hominum generē occupata. Atqui videoas bonos ita se comparare, ut emulazione, honestijs studio, quæ sunt optima sectentur. Inuidos autem contraria, per liuorem bonos, quarenus possunt ab instituto suo arcere. Stob.

Theophrastus.

* Dicebat Inuidos reliquis hominibus infeliores esse, in eo quod alij suis solum calamitatibus dolent: Inuidi vero præter sua mala, bonis etiam alienis contrastari pergunt. Stob. ser. de inuidia.

Idem.

* Improbos homines dicebant, non tam propriis bonis gaudere, quam alienis malis. Stobæus eod. serm.

Arißonymus.

* Iter facientes per solem necessariò comitatur umbra, inquit: & incedentibus per gloriam comes est inuidia. Ibid.

Idem.

* Dicebat inuidiam tanquam malum demagogum (id est ambitionem reipub. popularis administratorem) honestis actionibus obsistere. Eod. serm.

Philo.

* Honesti, inquit, etiam si per inuidiam ad tempus oblitacentur, tamen suo tempore soluta iterum splendent, Anton. & Max. serm. de Inuidia.

Epicterus.

Rogatus, quomodo quis hosti dolorem excitare posset? Dixit, si quis ita coparet seipsum, ut optima quæque faciat. Antonius in *Melissa*, par. 1. serm. 72.

Euagoras.

Inuidos reliquis hominibus diversis vitiis laborantibus multò infeliores esse dicebat: quod alij suis tantum calamitatibus dolent: inuidi vero, præter sua mala, bonis etiam alienis contrastentur. Stob. serm. 30.

Hippias.

Dicebat duplē inuidiam esse: Iustum quidem, cum quis inuidet improbis honoratis: Iniustum vero cū bonis. Et inuidos duplē magis, quam ceteros esse calamitosos. Non enim solum propriis malis grauantur, ut

alij, sed alienis quoque bonis Stob. serm. 36.

Apollonius.

Prorsus hominibus non inuidendum dicebat. Boni enim, quibus bona eueniunt, digni sunt ut his fruantur feliciter, flagitosi autem, in quaenam prosperitate, sunt infelices. Stobaeus.

Agathon.

Malos homines non tam latari propriis bonis dicebat, quam alienis malis. Anton. in Melissa par. 1. ser. 62. Theophrasto autem hoc adscribit Max. ser. 54.

Themistocles.

Adhuc adolescentis, nihil dum praecclari se fecisse dixit, Non dum enim inuideri sibi. Nam sicut cantharides vegeto maxime tritico innascuntur, & rosis pulchri florentibus: sic inuidia maxime inuidit bonos viros, & in virtute proficiens, ac ingenii personaque gloriam sustinentes. Antonius in Melissa par. 1. ser. 62.

Idem.

Ob honores Miltiadi collatos, quod barbaros in Marathone superasserat, tanta inuidia correptus est, ut noctes insomnes consumeret: rogatusque, quam ob rem tam saepe excitaretur à Miltiadis, inquit, trophæis subinde excitor. Plutarch. Aemilius Probus.

Herodes sophista.

Videns Quintilios Trojanos quidem esse, ceterum à Cæsare plurimi fieri, dixit: Ego etiam Iouem Hmericum odi, quod Troianis fuit amicus. Nimium liberè profitens, sibi molestum esse, quod imperator tantum honoris haberet Quintiliis. Philostatus in sophistis.

Eusebius Philosophus.

* Vir (inqüiebat) multis quidem scientiis eruditus, sed ob animi malitiam inuidiamque nolens aliis desiderantibus communicare, similis est malo vasi, quod in se multa & bona recondit, sed antequam vsum sui

præbeat, corruptit. Stob. serm. de inuidia.

Seneca.

* Inuidiam (dicebat) effugies, si te non ingesseris oculis, si bona tua non iactaueris, si scieris in sinu gaudere. Epist. 105. ad Lucill.

Idem.

+ Alienis malis torqueri, æterna miseria est, alienis delectari malis, voluptas inhumana. De tranquill. animi cap. 15.

Agis.

Dicente aliquo, nonnullos sibi inuidere: Igitur & sua, inquit, mala, & tu mea tum amicorum bona illos cruciant. Inuidus enim, ut verissime. Flaccus canit, alterius rebus marcescit optimis. Brus. l. 3. c. 7.

Idem.

Quum quidam apud Agidem diccerent, esse nonnullos alienæ familiæ, qui ipsi inuidenter: Geminam igitur inquit, habebunt molestiam quos & sua ipsorum mala discruciant, atq. insuper tum meis, tum amicorum meorum bonis torquebuntur. Magnifica vox, declarans, eos quos habet inuidia, magis esse misericordia dignos quam ira: propterea quod inuidus abunde dat pœnarum, etiam si nemo vlciscatur. Plut. in Lacon.

Alexander.

* Dicebat inuidos homines nihil aliud esse quam ipsorum tormenta. Curtius lib. 8.

Dionysius Senior.

Expostulantibus quibusdam, quod honore dignaretur, ceterisque præferret hominem improbum, ac ciibus inuisum: Volo, inquit, esse quem me magis oderint. Agnouit ingenio multitudinis: si sit in quem inuidiam odiūque deriuent, mitiores sunt in principem. Eoque videoas nonnullos monarchas, quibusdam, quos tam ex animo non ament, plurimum dignitatis & autoritatis permittere, ut ipsi tutiores sint à furore multitudinis: qui si extiterit, habent victi-
mam

sam, qua ciuium iram mitigent.
Plut.in apoph.

M. Cato.

Eos qui fortuna moderatè sobriè-
que vterentur, dicebat minime pe-
ti inuidia. Nō enim, inquit, nobis, sed
bonis quæ nos circumstant, inuident
homines. Externa bona extra homi-
nem sunt, at insolenter vtenti vitium
intra hominem est: qui eo sibi con-
flant inuidiam, verè sunt inuidiosi.
Plut.in apoph.Stob.ser.36.

Idem.

Dicebat, ideo sibi ab inimicis con-
fari inuidiam, quod quotidie noctu
surgens, rei familiaris, rationibus ne-
glectis Reipubl. consuleret, norans
ingratitudinem populi. Eraf.libro 5.
apoph.

M. Crassus.

Quam animo augeretur ob hono-
res in Pompeium collatos, audivit à
quodam, mox Magnum aduentorum
Pompeium. Attidens igitur inquit,
Quantūnam est? Inuidit Pompeio
nomen, quod ob felicitatem, & egre-
giè rebus gestis ab aliis datum erat
honoris gratia. Et sic plerunque feli-
citatis comes est inuidia. Bruson.lib.
3.cap.7.

Publius.

Mutium hominem inuidum, & in
primis maleuolum, solito tristiorum
videns: Aut Mutio, inquit, nescio
quid incommodi accessit, aut nescio
cui aliquid boni. Macrob.lib.2.ca.2.
Saturn.

Agrippa.

Hunc esse morem plerisque Prin-
cipibus aiebat, vt nolint quemquam
ipsis præstantiorem haberi, ideoque
eos plerasque res suscipere, vbi vide-
licet haud magno labore sit statuta
victoria: contrà difficilia, & in-
certiora negotia, aliis eos demanda-
re. Ac si cogantur illis aliquando rem
quampiam minus incommodam in-
iungere tūm eorum gloriam iniquis-
fimè ferre: atque vt aduersam eis

fortunam accidere non cupiunt, ita
titulum rei alicuius feliciter gestæ
nolle eis adscribi. Dio.Cass.l.40.

Afinius Pollio.

Ciceronis gloriæ vehementissimè
inuidebat. Quum ergo Sextilius poë-
ta Cordubensis in domo Messalæ Cor-
uini recitaturus, Pollionem aduocasset
& principio poëmatis cœpisset:

*Defendens Cicero est, Latiaque silentia
linguae.*

Statim consurrexit Pollio, atque
sæt, Messala, tu quid tibi liberum sit in
domo tua, videris: ego istum auditu-
rus non sum, cui ego mutus video,
atq; sic abint. Offensus est autem his
verbis, *Latiaq. silentia linguae: &c. Brus.
lib.3.c.7.*

Furius.

E seruitute liberatus, quam in par-
uo admodum agello largiores multò
fructus acciperet quam ex amplissi-
mis agris vicini, in inuidiam incidit
hominum accusantiū, ceu beneficiis
fruges pelliceret alienas. Quamob-
rem à Spurio Albino Curuli die dī-
cta, metuens damnationem, quum in
suffragium tribus oporteret ire, in-
strumentum rusticum omne in fo-
rum attulit: adduxitque etiam filiam
robustum, bene curatam & vestitam,
ferramenta egregiè facta, graues li-
gones, vomeres ponderosos, & boues
saturos, & dixit: Hæc sunt ô Quirites
mea veneficia, nec possum prætereat
vobis ostendere labores manū mea-
rum, multaque meas vigilias & su-
dores. Quod vbi audiissent iudices,
intelleixerunt ex sola inuidia Furium
accusatum esse, quem dimiserunt ab-
solutum. Meminit huius & Plin. lib.
18.cap.16.

Basilium magnus.

* Vt vultures, inquit, ad male-
lentia cadavera præteritis pratis &
multis aliis locis amœnis & odorife-
ris feruntur: itemque muscæ quæ sa-
na sunt præteruolantes ad vlcera fe-
stinant: sic inuidi splendide, & ma-

gna, & præclarè facta ne intuentur quidem, sed putria inuidunt. Anton. & Max. ser. de Inuidia.

Chrysostomus.

*Intudit quidem dæmon, inquit, sed hominibus: tu verò cùm sis homo hominibus inuides, & quomodo consequeris veniam? Eod. serm.

Actius Sincerus.

Actius Sincerus, rari vir ingenij, magnæque nobilitatis, cùm in conspectu Friderici regis esse: inter physicos quæstio, quid præcipue conferret oculorum perspicuitati, aliique fœniculi afflatum dicent, aliij vitri usum, aliisque aliud: At ego, inquit, Inuidiam aio. Obstupuerunt hoc dicto adeò medici, ut ab auditóribus derisui haberentur: Tum ipse: Annon inuidia maiora & pleniora omnia videre facit? Quid autem oculis magis præsentaneum, quam ut vis ipsa aspiciendi maior reddatur, atque vegetior? protulitque statim Ouidianos illos versus:

Fertilior seges est alieni semper in agris,
Vicinumq. pecus grandius uber habet.
Pontanus.

De iocose dictis.

Diogenes.

Percontanti, quidnam vellet ut colaphum acciperet, Galeam, inquit. Et hic iocus est ab inexpectato. Nam ille expectabat, quid mercedis peteret pro col. pho. Laér. l.6. dictu illud Socrati tribuitur à Seneca l.3. de ira cap. 11.

Idem.

A lethali somno experrectū medicus interrogauit quomodo se haberet, Rechè, inquit, nam frater fratrem amplectitur. Alludens ad Homerum, qui Scæra την & οὐπερ germanos fixit, quod somnus mortis sit imago. Laér. lib. 6.

Idem.

Mulierem aniculam se curiosius

exornantem intuitus: Si viuos ait, le nocino allicere voles plurimum fallderis: sed si defunctorum umbras, orone, ne diu cuncteris. Stobæus.

Idem.

Didymus, qui vulgo audiebat adulter, curabat oculum virginis. Ei Diogenes dixit, Vide ne corrumpas pupillam. Hoc dictum apud nos non est adeò iocosum, ut apud Græcos, apud quos κόπη & virginē sonat, & oculi pupillam. Laertius libro 6. cap. 2.

Theocritus.

Quum duceretur ad Antigonum regem, atque hi qui ducebant, iubarent hominem bono esse animo: fore enim incolumem simulatq. venisset ad oculos regis: Omnem, inquit, spem salutis mihi adimitis, mordens regem, quod luscus esset. Rex audiito ioco, iussit hominem agi in cruce, Eraf. l.6 apoph. Nugæ feria duxerunt in mala.

Socrates.

Iam cicutam bibere volens, interrogauit hilari vultu, quomodo sumendum esset hoc medicamen, ut citò sanaretur: rogauit præterea an licet inde aliquid libare, ut mos erat in conuiuis. Tanta in homine fuit iocandi consuetudo ut etiam in morte præsentanea iocaretur. Eraf. lib. 3. apoph.

Idem.

Cicuta epota puer illum detexit, & cùm præcordia iam frigere inciperent, Offeras, inquit, Aesculapius gallum, nam ex sudore illo conualescere incipio. Eraf. l.3. apoph.

Anonymus.

Apud Ægynetas lex erat, ut si quis Atheniensis Æginam venisset, capitale esset. Huc quum esset deducens Plato ut venundaretur, capitis postulatus est à Carmenio, qui legem eam tulerat, sed tempestuo cuiusdam ioculis liberatus est. Ait enim, legem habere, si quis homo: at hunc esse phælosophum Laertius l.3.

Stratonicus.

Quendam imperite iacularem, ibiens ad ipsum scopum, constituit. Et cum quidam interrogaret causam, respondit Neferiar. Anton. in Messia par. 1. fet 54. Idem de Diogene dicitur.

Anonymus.

Lacon quidam gymnasiam habet, exhibentem facetissimo deo incusauit, dicens, quod per eum te lachrymas quidem illic effundere laretur. Fumus enim excutit lachrymas oculis. Acapna ligna inde dicta sunt, quod fumo careant. Eras. lib. 8. apoph.

Polemon.

Quum articuli morbo lapidesceret, medicos admonuit ut effoderent occiderentque Polemonis lapidicinas. Dicebatque: Comedendum est, manus non habeo: ambulandum est, pedes non habeo: dolendum est, & manus & pedes habeo. Ex Philostrato.

Hippomachus.

Quibusdam laude vehentibus proceru quempiam, ac praelongis manibus hominem, tamquam ad pugilum tertamen idoneum Sanè, inquit, si pendens ex alto corona esset detrahenda. Eras. 1. 6. apoph. ex Plut.

Archidamus.

Corinthiorum urbem quum obsueret Archidamus, vidit è solo mæsiibus proximo exire lepores, moxque verius ad committiones: Habebamus, inquit, hostes expugnare facies, quod fortuitu acciderat, veluti in omni rapiens. Molles enim ac parum viros Græci leporis vocabulo notare solent. Plutarch.

Brisidas.

Brisidas cuidam percontanti, quonodo vulnus accepisset, incose respödit, Prodente me scuto. Ita crebro malum per illos venit, quorum præsidio credimus nos esse tuos. Plut. in Lac.

Anonymus.

Quum accepisset literas prægrandibus literis scriptas: Haec, inquit,

vel cæco perspicuæ sunt, incansia vitium oculorum: erat enī luscus. Idem alius magno capitio sui periculo dixisset, quod vsu venit Theocrito. Chio. Plut. in apoph.

Idem.

+ Aristodemus, qui patrem coquū habuisse putabatur, consulente, ut impensas & dona præcideret: Oratio tua, inquit, olet nus. Plutarch. in apoph.

Iubarex.

Quidam querenti, quod ab ipsis equo esset aspersus: Quid tu, inquit, an me Hippocentaurum esse putas? Iocose deridens eum, qui equi mortuositatem inscribebat ei, qui equo insudebat. Brus. 1. 3.

Philippus.

Quum esset Philippo Macedoniæ clavicula in bello fracta, ac medicus à quo curabatur, in singulos omnino dies aliquid posceret. Sume, inquit, quantum voles: nā clavem habes, ludens ancipihi voce. κλείσιμον Græcè & clavem sonat, qua aperitur serinum aut ostium, & commissuram humeri cum peatore. Quid hoc animo ciuius, cui & in dolore, & erga auarum me dicum iocari libuit? nec ob cruciatum morosior, nec improbitate postulantis offensior. Plut. in apoph.

*Idem.**Suprà de Ambiguè diellis.**Anonymus.*

Quidam imperatore suum incusauit, quod illius insidiis & otio & somnio fuisset priuatus: videlicet quod illius benignitate è paupere factus esset diues. Plut. in symposio.

*Appius.**Infrà de Responsio ab inexpecta o.**Scipio Nasica.*

Cum ædilitatem curulem adolescentis peteret, ac (ut candidati solent) manum cuiusdam opere duratam prensaret, rogauit hominem, Num manibus ambularet? Hoc dicto rusticæ tribus suspicentes sibi exprobratam paupertatem, efficerunt

ut repulsam ferret. Adeò obfuit iocus in tempestiuus. Erasmus libro 6. apoph.

Cicero.

Suprà it. de Alea.

L. Portium Nasica.

Quum ex moe & conceptis verbis à Catone censore iogaretur, Habésne vxorem ex animi tui sententia? Ha-beo, inquit: ac hercè non ex animi tui sententia Verùm ob eum iocum in tempestiuum multa illi dicta est. Eraf. l. 6. apoph.

Domitius Afer.

Didio Gallo, qui prouinciam am-bitiosissimè petierat, mox impetrata ea querebatur, quasi coactus esset: Age, inquit, aliquid, & pRep. elabora. locus est ab ironia: simulq; illud est, quod magistratum magno studio ambisset. Eraf. Rot. l. 6. apoph.

Cato.

Cùm vidisset quandam ex iudici- bus, quos Claudius donis corruperat, ait: Quamobrem præsidium à nobis postulatis? An ideò, ne dona nobis e-riperentur? Cicero ad Atticum. Plut. in Catone Uticensi.

Idem.

Cuidam oratori male, qui in epi- logo misericordiam se nouisse puta- ret, postquam assedit roganti videre turne satis misericordiam mouisse? At magnam quidem, inquit: nemine enim puto tam durum, cui non ora- tio tua miseranda vila sit. Cic. lib. 2. de oratore.

Anonymus.

Cum Siculo cuidam, familiaris aliis gemebundus diceret vxorem suā suspendisse se de fico: Amabo te (in- quid) da mihi ex ista arbore, quos se- ram surculos. Cicero libro 2. de Ora- tore.

Cicero.

Obiurgantibus, quòd homo sexagenarius puellam virginem duxi- set: Cras, inquit, mulier erit. Iocans, hoc probrum mox eluendum, nam postridie non poterat obiici, quòd

virginis esset sponsus. Erasm. libr. 4. apoph.

Idem.

Quidam candidatus, qui coco pa- tre natus credebatur, coram Cicero- ne suffragium ab alio petebat: Ego quoque, inquit, tibi fauebo. Ex quo colligitur, coce à coco, & quoque coniunctionem, aut eodem, aut simili- limo fuisse sono. Eraf. l. 4. apoph.

Augustus Cæsar.

Herennium adolescentem mori- bus corruptissimis vitiatum, castris excedere iussit, quumque illi dimis- sus, ignominiam sui reditus apud Au- gustum deploraret his verbis: Quo ore redibo ad meos, quid dicam pa- rentibus me incusantibus? Dic, inquit Cæsar, me tibi displicuisse. Et sic io- cosè docuit, qua ratione reditus sui ignominiam diluere posset. Sueton. in Augusto.

Anonymus.

Quemadmodum Augustus gaude- bat iocis liberalibus in alios ludere, ita in se iactos aut rerortos interdum liberius, patientissimè tulit. Adole-scens quidam prouincialis Romam venerat, oris similitudine tam mi- rificè referens Augustum, vt in se populi totius oculos conuerteret, Cæ- sar hoc auditio, iussit ad se perduci: eumque contemplatus, hunc in mo- dum percontatus est: Dic mihi ado- lesrens fuitne aliquando mater tua Romæ? Negauit ille: ac sentiens io- cū reto sit, obiiciens: sed pater meus sape. Augustus ludens suspicionem intendebat ad matrem adolescentis, velutib; ipso stupratam: adolescent protinus eam suspicionem retrorsit in matrem Cæsaris, aut in sororem. Na- toris similitudo non magis argueba illum esse Cæsaris filium, quam fra- trem aut nepotem. Suet.

Augustus Cæsar.

Augustus Cæsar plurimum affe- ctavit iocos, saluo tamen maiestati pudorisque respectu, nec vt cadere in scurras. Scripterat autem Aiacen- tragœ

gagædiam , eandémque , quòd sibi
isplicuisset , deleuerat . Postea verò
ū Lucius grauis Tragædiarum scri-
tor eum interrogaret , quid ageret
ix sūs ? respondit , In spongiam
icubuit . Macrob . li . 2 . c . 4 . Sat .

Idem.

Cùm ei quidam libellum trepidus
ferret , & modò proferret , manum
iodò retraheret : Putas , inquit , te af-
m elephanto dare ? Macrob . lib . 2 . c .
. Saturn .

Idem.

Cùm ab eo Pacuvius Taurus con-
iarium peteret , diceretque iam hoc
omines vulgò loqui , non paruam
b illo sibi pecuniam datam : Sed tu ,
inquit , noli hoc credere . Macrob . lib .
. cap . 4 . Sat .

Idem.

Alium præfecturam equitum sum-
itorum , & insuper salarium postulā-
m , dicentémque , Non lucri causa-
ari hæc mihi rogo , sed ut iudicio
monus videar impetrasse , & ita
fficium depositisse : hoc dicto reper-
uissit , Tu te accepisse apud omnes
ffirma , & ego me dedisse non ne-
abo . Ibidem .

Idem.

Alium saxo in expeditione percus-
sum , ac notabili cicatrice in fronte
leformem , nimium tamen resforti-
er à se gestas iactantem , sic per io-
num castigauit : At tu , cùm fugies ,
inquit , nunquam post te respexeris .
bidem .

Idem.

Galbæ , cuius informe gibbo erat
orpus , agenti apud se causam , & fre-
quenter dicenti , Corrige in me si
quid reprehendis , respondit , Ego te
nonere quidem possum , corriger-
e non possum : ad gibbum alludens .
Macrob .

L. Manlius.

Apud L. Manlium , qui optimus
Romæ pīctor habebatur , Geminius
Seruilius fortè cœnabat , qui cùm fi-
lios eius deformatissimos vidisset :

Non similiter , inquit , Manli fīngis
& pingis . Cui Manlius : Non mirū est .
respondit , in tenebris enim & luce
subobscura fingo , luce autem ac so-
le splendente pingō . Macrob . 1 . 2 . cap .
2 . Saturn .

Nero.

In Claudij stultitiam subinde io-
cabatur productione syllabæ , quum
diceret , Postea quād desit inter vi-
uos morari , prima syllaba producās .
Moros enim Græcē fatuum sonat :
inde finxit morari , pro stultum age-
re , quemadmodum nos à poëta pog-
tari , à iuuene iuuenari . Suetonius .

*Caligula.**Suprà apoph . de Avaritia .**Anonymus.*

De Vespasiano patre narrat Sue-
tonius , quum scurrā multa in alios
iacientem prouocasset ut in se quo-
què diceret aliquid : Dicam , inquit , v̄
bi ventrem exonerare desieris , allu-
dēs ad formam Cæsari , qui faciem
habebat cacaturientis . In cuiusmodi
hominem locus extat Martialis ,

*Ptere lactucis , ac mollib . utere maluīs**Nam faciem durum Phæbe cacan-
tū habes .**T. Vespasianus .*

Cùm morbo grauissimò decum-
beret , quotidieque morbus ingraue-
sceret , dixit , Puto , deus fio : significans
se moriturum . Suetonius .

Iulius Cardinalis .

Cùm amicos ad cœnam vocasset ,
intérque conuiandum , ubi in Basili-
ensis concilij mentionem incidis-
set , terra commoueretur : Bono ani-
mo estote , inquit , de synodo Basiliem
si loquuti sumus , quæ omnem ecclæ-
siā tremefecit , non tamen illisit . A-
neas Sylvius libr . commentariorum
de Alphoni reb . gest .

Ludouicus Crassus .

† In prælio contra Henricum R .
Anglorum ab equite quodam vr-
gebatur : eques enim apprehenso frā
no equi regij , captum regem esse cla-
mabat . Ludouicus gladio equitem

obtruncavit, inquiens : At ne in latrunculorum quidem ludo Rex solus capit. Aegid. Corrozetus de dict. & fact. memorial. quod alij Ioanni Regi rectius tribuunt.

Fridericus imp.

Fridericus imperator, eos qui iocos moderatè ferrent, sapientes : qui autem promptissimè iocarentur, ingeniosos esse dicebat. Habet autem iocus inter seria suum etiam locum: qui vbi erumpit, vtriusque ingenium facilè declarat. *Aen. Sylu. I. 4. cōmemoriorum in Alphonsi res gestas.*

Ludouicus 12. Gall rex.

* Vnus ex stipatoribus eius cum aulico magnæ nobilisq; familiæ pri-mario exarserat iracudia. cùm stipator nobilitate generis non se esse inferiorem aulico iactaret: erantq; eo nomine in certamen venturi. Hos ante se iubet sibi Ludouicus, rogatque stipatorem unde ei genus, qui ita se cōferret nobiliss. domino. Tum ille, eo se genere natum ait, quo nullum sit nobilius. Id quidem fateri, ortum regem ex stirpe Noæ: sibi verò genus esse ac gentilitatem ex quopiam illorum qui cum Noa fuissent tempore diluuij. Cachinno sublato, rex cōuersus ad aulicum, despiciens eum, inquit, cui genus regiū & tibi æquale est? Eóq. ioco vtrumque placauit, & ambobus porrexit dexteram. Ex Annal. Franciæ.

Idem.

* Baionensem Centurionem & Lemouicensem superbius de exitu & ordine cuiusdam prælii differentes haetenus tulit, vt Baionensi dicaret, Cùm te rogabo pernas quomodo salire oporteat: Lemouicensi autem, cùm te rogabo, Castanca qua in terra, & quo pacto repastinata serenda, & quibus campis rapa & napus lægentur: tum demum respondeto. Silente vtroque, cōuersus ad Lemouensem, Nostin', inquam, in alio solo rapam biennio satam conuerti in napum, in alio napum raporum accipe-

re speciem? ita & tu bausisti à Baionensi superbiam, ille verò à te ignorantiam, quæ te adeò turgidum redit. Ex iisdem Annalibus.

Carolus Quintus.

* Admonitus aliquando in castri vt leges Germanis militibus de vitâ da ebrietate ferret: respondit td per inde fore, ac si Hispanis interdicere ne furarentur. Chyträus, orat. d Carolo 5. imperat.

Plura sub apoph. de Facete dictis.

De ira.

Plato.

Sapienter auditores admonebat. Ut iratosse in speculo contemplarentur. Nam cùm faciem suam furibundam per omnia phrenetico similem viderent, eo dedecore territi, in posterum ab ira sibi facilè temperaturos. *Fulg. lib. 7. cap. 2.*

Aristoteles.

Alexandrum ira excandescentia placare volens, & sedare summati indignationem, hæc ad eum scripsit Excandescentia & ira non in pares sed in meliores existere solet. Tib verò nemo par est. *Aelian. libr. 12. d Var. hist.*

Epicurus.

* Quid ira efficeret, sciscitatus, respödit, immodica ira gignit insaniam Seneca epist. 18. ad Lucili.

Isocrates.

* Praua ingenia, inquit, eadem solent esse ex contentiosa, vt non priu finem faciant pugnæ & contentionis quam lethalem acceperint plagam & suppicio memorabili afficiantur Anton. ser. de odio, &c.

Herodotus.

* Dicebat hominum animos in auribus habitare: bonis enim auditu corpus gaudio repletur: contrarii autem, inflatur ira. *Stobæus ser. 18. Democritus.*

* Iram, quemadmodum canes cæcas criminationes parere dicebat

Anto

antonius & Maxim. serm. de ira.

Seneca.

+ An secundum naturam sit ira, manifestum erit, si hominem inspirimus; Quid est mitius, dum in quo animi habitu est? Quid autem ira crudelius est? Homi e quid alio um amantius? Quid ira infestius? Homo in adiutorium mortuum generatus est, ira in exitum. His congregari vult, illa discedere: hic prodes, illa nocere, &c. libro i. de ira ap. 5.

Idem.

+ Quid seruo? inquit, quid domino? Quid regi? Quid clienti tuo iracui? Sustine paulum. Venit ecce nōs, quae nos pares faciet. lib. 3. de ira cap. 43.

Macarius.

Interrogatus, quid ira iniuriarum erga homines memoriam tenentes, im & animae reminiscendi encartans: aduersus dæmones autem, cum ceptorum ab eis malorum reminiscimur, detrimentum nullum sentimus? respondit: Propterea quod rior illa affecto præter naturam, posterior autem secundum naturam est. Nicephor. Callist. lib. ii. Eccles. ap. 43. ex Euagrio.

De ira seu iracundia cohibenda.

Bias.

Ono consilio duo maximè contraria esse dicebat: Festinatio scilicet, & iracundiam: homo enim iracundus cum extra seipsum sit, vacuus est omni consilio. Laert. in eius vita.

Chilon.

Docebat vincendam iram, quod iste sit cæteris potentior: quam superare fortius est, quam hostem armatum deicere: nec minus exitijs mortalibus sit ab ira, quam ab ho-
re. Laert.

Aristippus.

Cum videret succensere quandam, ac verbis indignari: Ne verba, inquit, per iram proferamus, sed verbis ira cōpescamus. Stob. ser. 18 Max. ser. 19.

Diogenes.

De non irascendo accuratè dissecenti, adolescens quidam proterus, veluti periculum faciens, an re præstaret ea quæ docebat, inspuit illi in faciem. Tuit hoc leniter ac sapienter. Non quidem, inquit, irascor, sed dubito tamen an irasci oporteat. Laert. lib. 6.

Zeno Eleates.

Cum maledictis. L. cessitus incans desceret, reprehensus quod philosophus verbis improborum commoueretur: Sic ouititia, inquit, & quo animo admisero, ne laudes quidem sentiam. Lapidis est, non sentire discrimen inter lauantem & vituperantem: sed philosophi est, non ita commoueri, ut ab honesto recedat. Laert. libro 9. cap. 5.

Architas.

Cum in agro comperisset quosdam è famulis admisisse quiddam, senties se commotiorem in illos nihil quidem tum fecit, tantum abiens. Fortunati, inquit, est s quod irascor vobis. Cie. hb. 4. Tuscul. quæst. Bruson. lib. cap. 19.

Pythagoras.

* Prodest (aiēbat) cum muliere iracunda consuetudinem habere exercitationis causa: vt equites decesserocibus assuerant ut equis, quos si domuerint, aliis etiam facilius vententur. Anton. & Maxim. sermone de ira.

Socrates.

Iratus filio aliquid delinquenti, nihil aliud dixit, quam, Ipse te coërcet. Laert. in vita Socratis.

Idem.

* Seruo delinquenti. Cæderem res, ait, nisi irascerer. Admonitione serui insanius tempus distulit, illo tempore se admonuit. Senec. l. 1. de ira.

Demonitus.

Ad quendam flagris sequentem seruum, Desine, inquit, te seruo tuo similem ostendere. Seruus enim est qui suis cupiditatibus imperare non potest. Erasm. 18.apoph.

Xenocrates.

In gratitudinis vitij à Platone philosopho insimulatus, nunquam iracundia & indignatione se vinci passus est, sed animo immoto illi qui hoc indicauerat, ac ad ultionem instigarat. Hoc, inquit, quod nūc facio, mihi bonum atque commodum est. Quo dicto indicare voluit, non minus se curare propriam salutem, dum ira frēnum insiceret, quam Platonis maledicentiam, fortassis ab adversario confictam. Ælian. libro 4. de Var. hist.

Plato.

Interrogatus per quid cognosceretur sapiens? respondit: Sapiens cùm vituperatur, non irascitur: cùm laudatur, non extollitur. Laert. in eius vita.

Idem.

Iratus seruo, cùm eū castigare pararet, & forte interueniret Xenocrates, Flagella, inquit, hunc puerum: nā ipse sum iratus. Sibi diffisus est homo philosophus, sentiens animi commotionem. At vulgus hominum tum maxime punit, cùm irascitur. Laert. lib. 3. Ant. in Mel. par. 2. ser. 53. Val. Max. 1.4.c.1. Vide Senec. de ira, li. 3.c.12.

Idem.

Idem præterea famulo sic comminatus est, Loris te cæderem, nī irarus essem. Nihil ira fideodium. Sapuit Syrus ille Terentianus, qui se coniicit in angulum, edormiturus quod biberat vinum. At ira minus sui compos est, quam ebrietas. Laert. l.3. Valer. Max. li. 4.c.1. Plutarch. de educandis liberis.

Anonymus.

* Apud Platonem educatus puer, cùm ad parentes relatus, vociferantem videret patrem; nunquam, in-

quit, hoc apud Platonem vidi. Senec lib. 2. de ira.

Sotion.

* Ut naues, inquit, egregiæ sunt non quæ sereno cœlo nauigant, sed quæ tempestate resistunt, & seruantur: sic homines resistentes ira, magni sunt & fortes. Anton. & Maxim. ser. de ira.

Aristoteles.

Dicebat, perinde atque fumus oculos commouet, & aspectū ita perturbat, ut neque ea nobis vidēti potestas fiat, quæ sunt ante pedes: it oborta ira rationi caligo suffunditur, ut se delinquere nulla cogitatione deprehendere possit. Stob. ser. 18.

Idem.

* Iracundiam describens, est, inquit, perturbatio ferina, dura & violenta potentia, cædium causa, calamitatis socia, iacturam concilians & dedecus, pecuniarum pernities, & perditionis origo. Stob.

Apollonius.

Ira affectum ait, nisi diligentia, a verbis placidis temperetur, in genuum quendam morbum ex crescere Stobæus.

Idem.

Quisquis erga leuiā errata vehementius quam pars est irascitur, is delinquentem non sinit inter culpat extremam & mediocrem quid intersit dignoscere. Stob.

Theano.

Mulier ex Pythagoreia philosophorum cohorte, excandescens aliquando in ancillam; Vapulares iam, inquit, nisi irata essem. Stob.

Naukrates.

Iracundis simile quid accidere dicit, quod lucernis, quæ copioso oleum magis inflamantur. Stob. ser. 18. Max. serm. 19.

Demonax.

A quodam, cui imperator exercitum commiserat, interrogatus, quæ pacto delegatam prouinciam quam optimè gerere posset? Si, inquit, ira cur

undia vacaris. Iram sensit vir prudē
fissimus ad omnem functionem inuti
tem esse. Eras. l.8. apoph.

Idem.

Subinde suadebat , non facilē ira
cendum esse hominibus, si delinque
nt : sed potius corrigenda esse vi
ta, medicorum exemplo, qui non in
lignantur ægrotis , sed morbum fa
iant. Eras. l.8. apoph.

Pylager.

Regatus quamobrem non delecta
tur educandis pueris? Quoniam, in
quit, nec meipso delector. Agnosce
nat naturæ suæ vitium. Erat enim i
acudus & morosus, eoque nec appo
ritus ad teneram ætatem instituen
dam: cùm hodie stulti parentes nul
lis libentius cōmittant liberos suos,
quām huiusmodi truculentis & aspe
ris. Philost. in sophist.

Pyrrhus.

* Pyrrhum maximum præcepto
em certaminis gymnici solitu aiūt
his quosexerbat præcipere, non ira
cerentur. Ira enim perturbat artem,
& quā noceat tantum , non quā ca
ueat, aspicit. Senec. de ira l.2.

Antiochus sophista.

Cùm male vulgo audiret , veluti
formidolosus , quod nec prodiret in
concionem , nec Reipublicæ munia
capesseret: Non vos , inquit, metui,
sed meipsum : agnoscens billem suam
vehementiorem , quām vt cohiberi
posset. Sensit idem Plato, qui sunt i
racundioris ingenij , ad disciplinas
quidem esse idoneos , ad gerendam
Rempub. non item. Philo. in sophi.

Anonymus.

Quidam iratus Agasoni, volebat eū
percutere, cùmque is clamaret, Athe
niensis sum: ad asinum versus: At tu
(inquit) Atheniensis non es: eique
multas plagas inflixit. Meminit Plut.
in libello de Cohibenda ira.

Melanthus.

Negabat eam iram videri grauem,
quæ mente cogat emigrare , sed quæ
prosorsus excludat domo. Sentiens, pro

bis etiam ingenii adiūctam esse ira
cundiam: sed hoc vitium esse tolera
bile, si celeriter animus ad se redeat,
& pro ira rationem in consilium ad
hibeat. At si perturbatio penitus in
sideat animo , ita ut excussa ratione
feratur effreni impetu: certa perni
cies est. Eras. l.8. apoph.

Charilaus.

Seruo cūdā audaeius agenti cum
ipso , Ni iratus essem, inquit, occide
rem te. Adeò putabat nihil rectè di
ci fierī ab irato , vt ne in seruum
quidem animaduertere voluerit cō
motior. Plut. in Lacon.

Anonymus.

† Quidam Rhodius cùm videret
lictorem Prætori Rom. se clamoribus
& minis laceſſentem , sedato animo
dicit: Non admodum curo quiddicas
tu , sed quid ille (videlicet Prætor)
tacendo cogitet. Plut. li. de cohiben
da ira.

Cotys.

Erat natura celer, ad iram , sanguis
que castigator eorum qui in ministe
rio delinquissent. hospes quidam ad
illū detulit vascula fragilia , tenuiā
que, sed scitè curiosèque celte tor
nōque elaborata At is hospiti quidē
dedit munera, cæterū vascula om
nia confregit. demirantibus cur id
faceret: Ne, inquit, sanguinem in cos
qui fracturi erant. Prudentis est, na
turæ suæ morbum agnoscere , & vi
tio materiam præripere. Plutarc. in
apoph.

M.Cato.

Iratum ab insano nulla alia re dif
ferre dicebat, quām mora temporis,
sentiens iram esse breuem insaniam.
Plut. & Stob. ser. 18.

Idem.

* Eum in balneo quidam percussit
imprudens: postea satis facienti Ca
to , non memini (inquit) percussum
me. Melius putauit non agnoscere,
quām ignoscere Senec. lib. 2. de ira,

Cato Kticensis.

* Huic causam agenti in fronte

medium, quantum poterat attracta pingui lilia, inspuisset Lentulus, abster sit facie, & affirmabo (inquit) omnibus, i entule, fallit eos qui te negant os habere. Seneca libro 3 de ira cap. 38.

Vestasianus.

† Demetrio nunquam non de ipso obloquenti, hæc mandari iussit: Tu quidem nihil prætermittis, ut ego te interfici iubeam: ego tamen canem latrante non occido. Xiphilinus in vespas.

P. Franc. Gorgia.

† Viator quidam cùm conuiciis in eum iactis verbera etiam minitareatur: cognouissetque paulò post, in quem stomachū euomuisset, sibi redditus, magnō sui pudore, genibus accidens, veniam precatur. Franc. verò humo sublatum, amplexusque in Domino, assidere sibi iussit: hortatus ad patientiam, néve deinceps, si saperet, iracundia fræna laxaret. Ribadē. li. 2. de eius vita cap. 6.

Athenodorus.

* Ei ob senectutem flagitanti ut sibi licet redire domum, Augustus concessit. At cùm ille Cæsari dixisset Vale, volens aliquod philosopho dignum monumentum apud illum deponere adiecit: Cæsar, cùm fuerit i-ratus, nequid dixeris feceris ve, prius quam Græcarum literarum xxijj. nomina apud te recensueris. Cæsar autem philosophi dixerat an ple-xus, Adhuc, inquit, te præsente mihi opus est: totumque etiam annum apud se detinuit, dicens illud Græco-zum prouerbiū, Silentij sunt tua fidi præmia, siue approbans philoso-phi dictum, quod tutum esset iram premere, ne pro rumpat in verba. siue teniens, philosopho profuturum fuisse, si hoc d'etum non addidisset iam abiturus. Plut. in apoph. Fulgos. lib. 7. cap. 2.

Anonymus.

Ægyptius quidam monachus interrogatus, cur adeò se omnibus cor-

poris voluptatibus subtraheret? re-spondit, Ut hac ratione omnem ira-causem & occasionem præcidam. It quippe ut de voluptatibus belligerat, ita etiam volupatem suppres-sione sopitur. Nicephor. Cal. l. ii. Ecclæsia. hist. c 43 ex Euagrio.

*De irrisione.**Agestalus Ephorus.*

CVM Agidis scatu factum esset ut fieret omnium debitorum so-lutio, iamque tabulis in forum Clarium comportatis, ignis esset iniectus, ac flama exsigeret, cæteris cre-ditoribus mœstis insultabat dicens. Se nunquam clarissimum, aut igne-vidisse puriorum. Debebat enim ipsi plurimū, & erat agrorum prædius nihil tamen cuiquam soluere habebat in animo. Extrema improbitati est linea, etiam illudere iis quos affli-xeris. Plut. in Lacon.

Thrachalus.

Cuidam inter argumentandum diceti, Si hoc ita est, is in exilium ri-dens subiecit, Si non est, redis. Era-1.6.apoph.

Argew.

Faciens iter per Selinuntum, cum in monumeno quodam hoc Elegia cum carmen vidisset inscriptum, Hos restinguentes Mars forte tyrannid-sævus

Pone Selinuntis mœnia stravit humili.

Iure peristis, inquit, qui tyranni-dem ardenter conati sitis extingue-re: contrà oportuit illam sinere, do-nec tota deflagraret. Arripuit locum ex occasione verbi extinguere. Ex-tinguitur enim quod opprimitur, & extinguitur incendium. Plutar. in Lacon.

L. Crassus.

Apud Perpennam iudicem defen-debat Aculeonem, quem accusabat Ælius Lamia, homo omnium defor-mosissimus. Is cùm interpellaret q-diose: Audiamus, inquit Crassus, pul-ghe lum

ellum puerū. Huic dicta cum esset cism, iterum ait: Audiamus etiam certum, & multo arrisum est vehementius. parum enim facundus erat. as.li.6.apoph.

Idem.

† Crassus in expeditione Parthica Regem Deiotarum ætate protum in condenda noua vrbe occuta offendisset, Videris mihi, in iit, ô Rex, nimis serò, hora nimirū ei postrenia q̄dificationem inchoā. Cui Rex: nec verò tu ipse satis mā: progressus es, Imperator, ad bellū arthis inferendum. Crassus enim inum sexagesimum excesserat. Plut. i Crasso.

Antiochenis.

† Aduersus Iulianum, qui eos aduē- suo vexabat, vociferantes, & eum ridentes dicebant, eum barbam, uam densam & promissam gerebat, ondere debere, exēaque funes confire. Tūm etiam numismata eius tauum habere, qui cornibus suis munum expugnarit. Socrates li. 3. hist. .15.

M.Cincius.

Quo die legem de donis ac mune bus tulit, C. Centoni prodeunti, ac atis cō:umeliosè interroganti, quid ērs Cinciole? Irridens hominem, Ut emas, inquit, si vti velis. Ridiculè autem notauit hominem quod donatis & commodatiis rebus vti gaudevit. Eras.li.6.apoph.

Cicer.

Quum M. Appius in procēcio diceret, se magnopere rogatū ab amico, vt in causa clientis adhiberet curam, eloquentiam & fidem, hic Cicerō, Adeōne ferreus homo es, inquit, v̄ ex tam multis que rogauit amicus nihil præstes? Plut. in apoph.

M.Lælius.

Suprà apoph. de Fortuna & pulchritudine corporis.

Vide apoph. de facie & iocose dīctis.

De iudice bono & incorrupto.

Bi.

Dicere solebat, si malle inter inimicos quā amicos iudicare Nam ex amicis alterum prorsus futurum inimicum, ex inimicis autem alterum amicum fore. Bruson. libr. 3. cap. 10.

Democritus.

* Optimus (inquit) iudex esse indicatur, qui citò intelligit, & lentè iudicat. Alterum quidem est benevolentia, alterum autem diligentia exquisitæ. Ant. serm. de corruptis iudicibus.

Idem.

* Addebat, nihil inconsideratè agendum in iudicio, sed prius deliberandum, nec cogitatione festinandum ut aliquid plus quam liceat dicatur: sed lentè & cunctanter appetitio ac curatè exercenda est, nec ad gratiam immutanda: nam inconstans inconsulto, & leuis temerario deterior est. End. serm.

Themistocles.

Oratus à Simonide poëta, vt amicum non adeō iustā causam habentē quem cōmendatissimum haberet: respōdit, Nec Simonidē fore bonū poëtam, nisi mensuram modūmque in canendis carminibus, quæ scribebat, curaret: Neque se bonum prætorem habitum iri, si legibus ac iustitiæ, aliqui gratiam præposuisset, Fulg. lib. 6.c.4. & Plut. in apoph.

Architas.

Dicebat iudicem & aram idem esse: pariter enim ad vtrumque confundunt, qui iniuria afficiuntur. Sentiēs, tales oportere iudices esse, vt oppres- sis sint præsidio. Refert Aristot. Rhetor. 3.

Aristides.

Quum inter duos priuatos causam cognosceret, & alter quod Aristidem irritaret in aduersarium, extra

causam multa commemoraret, quibus ille læsisset eum. Aristides interpellans hominem, Ista nunc, inquit, missa fac bone vir, & si quid te læsit eloquere: tibi enim in præsentia, non mihi index sedeo. Plut. in Aristide.

Alcamenes.

Cuidam ab Alcamene sciscitanti, quam ob rem seniores apud Lacedæmonios plures dies sumeret ad cognoscendum in causis capitalibus: & si quis fuerit absolutus, nihilominus obnoxius sit legi. Ideo, inquit, pluribus diebus cognoscunt, quoniam si in capitibz discriminē errauerint, non est corrigendi cōsilij potestas, oportet autem à causa liberatum, obnoxium manere legibus. quod sit, vt se cūdum eandem legem liceat aliquid rectius de reo statuere. Hoc temperamento prouisum est, ne vel occidatur innocens, vel effugiat nocens: qui quamvis errore iudicium sit absolutus, potest eadem lege denuo conveniri, pœnasque dare legibus. Plut. in Lacon.

Lysias.

* Dicebat iudices eadem mēte præditos esse debere, qua legislatores. Stob. ser. de magistratu.

Iadem.

Interrogatus, cur munera à Mesenis oblata nō accepisset? Quoniam in leges iustitiae grauiter peccasset, inquit. Maluit vir prudentissimus bona conscientia iudicare, quam propter munuscula à iustitiae tramite turpiter discedere. Plut.

Agesilaus.

Cūm in causa quadam iudex esset, & is qui accusabat recte dixisset: patronus verò malè, qui tamen subiude repereret, Agesilaum decere, vt legibus opitularetur, perinde ac si optimā haberet causam: hominis improbitatem reprehendens, ait: Si quis domum tibi oppugnaret, aut vestem arriperet, num expectares vt architectus aut sartor tibi esset auxilium Lazarus? Quo dicto indicabat, iudici

nequaquam conuenire, vt opituletur iis qui contra leges aliquid delictum ad miserunt. Plutarchus in Lacon. a. poph.

Hippodromus Sophista.

Clementi tragœdiarum actori longè præstantissimo, quam apud Amphictiones optimè re gesta negata esset victoria, quod Byzantium esset, atque id temporis Byzantium à Romanis consideretur, profiliens clamavit; Valeant applaudentes, ac perperam de re iudicantes: Ego, inquit, Clementi victoriam decerno. Quum alter histrio appellasse: Cæsarem, obtinuit Hippodromi suffragium. Philost. in sophistis.

Epidetus.

* Nihil est, inquit, quod eum qui præst magis deceat, quam vt neminem vel superbè contemnat, vel indecorè admiretur, sed ex æquo omnibus præsit. Anton. serm de iudicibus incorruptis.

Idem.

* Sequentia dicta etiam eius sunt. Sicut vera trutina, neque à bona & concinna corrigitur, neque per falsam examinatur, sic etiam iustus iudex, neque à iustis castigatur, neque apud iniustos iudicatur. Minime in iudiciis delinques, si ipse in vita tua delicta caueris. Melius est, sententia iustè pronuntiata reprehendi ab eo qui merito suo damnatus est, quam si iniustè iudicaueris iure à natura vituperari. Quemadmodum Lydius lapis indicat aurum, non autem ab auro examinatur: sic & homo qui iudicandi facultate pollet. Turpe fuerit iudicem ab aliis iudicari. Stob. serm. 9.

Macheras.

Philippus Macedo Machera cuiusdam pro tribunali sedens causam cognoui, sed dormitabundus, nec satis attentus ad iuris æquitatem; itaque sententiam tulit aduersus Machetam. Verum quum is exclamasset, se ab ea sententia appellare, rex

iratus, ad quem? inquit. nam appellandi verbum monarchis est inuisum. Hic Machetas: ad te ipsum, & rex, inquit, si expurgiscaris, & attentius audis causam Ac tum quidem surrexit rex. Cæterum postea quam causam apud se melius perpendisset, intelligeretque Macheta factam iniuriam, iudicata quidem non rescidit, sed pecuniam quædamnatus fuerat Machetes ipse persoluit. In uno facto, quot regiæ virtutis argumenta? Non perseuerauit irasci & prouocanti, & somnolentiæ publicè obiicienti: sed per otium rem animo accuratius considerauit, iam ab ira liber. Sit hoc ciuitatis, regiæque moderationis: illud verò prudentiæ, quod ingenioso commento sic damnatum exemit damno, ut regiam tamen in iudicando authoritatem non proderet, mulctam priuatam perinde quasi ipse damnatus esset, dissoluit. Plutarch.in.apophtheg.

Idem.

Harpalus pro Cratete propinquo ac familiari suo, qui iniuriarum postulabatur, petiit à Philippo, ut reus mulctam quidem solueret, sed à causa liberaretur, nec damnatus hominum maledictis exponeretur. Hic verò Philippus: Præstat, inquit, ut ipse male audiat, quām ut nos propter illum. Indulgebat amicis, sed quatenus licebat, integra iudicis opinione. Plut.

Idem.

Duo pariter scelerosi sese iniucem accusabant, cognoscente Philippo: rex auditæ causa pronuntiauit, ut alter exularet Macedonia, alter illum insequeretur. Hoc Græcè sonat iucundius, quod φεύγειν & ad fugientē pertineat, & ad exulantem, fugientem autem insequimur. Neutrū igitur absoluit Philippus, sed vtrunque damnauit exilio. Plut.

Anonyma.

Cum anus quædam præsiden-

te Philippo causam diceret, ipsūmq; ad ea quæ præponenda erant somniculosum videret, rogabat ut sibi liceret prouocare. Et cùm ille quæret, ad quemnam? Ad Philippum, respondit, vigilantem. Stob.ser.13.

Alexander.

Orante accusatore, altera manu aurem solebat occludere. Interrogatus, cur id faceret, respondit: Defensori etiam dandus est audiendi locus. Antonius in Melissa, parte 1. sermo.53. Plutarchus sic recellet, Initio quum in causis capitalibus sedaret iudex, accusatori alteram aurem occludebat: rogatus, cur id facerei? Alteram, inquit, integrum seruo reo.

Antigonus.

Frater Antigoni Marsis item habebat: sed à rege postulabat, ut causa domi cognosceretur. Cui Antigonus. Si nihil, inquit, præter ius agimus, melius fiet in foro, cunctisque audientibus. Non impetravit hoc à rege fraternus affectus, ut vel tantillum de iure concederet. Ipsum autem hoc dilemmate constrinxit. Si iniustum causam habere te scis, cur litigas? Sin iustum, cur fugis hominum conscientiam, & ad domesticas latebras rem fori pertrahis? non caritatus sinistra ciuium suspicione, etiam si ob bonam causam visceris. Plut.in.apoph.

Antiphon.

* Si peccandum sit in iudicando, præstat (inquit) accusatum absolve-re iniustè, quām iniustè perdere. Il- lud enim quidem peccatum est, hoc verò impietas. Stob.ser.7.

Scipio minor.

* C. Liuium prætereuntem cùm vidisset: Hunc, inquit, virum scio peierasse: verū quoniam nullus illum defert, non possum simul & accusator esse, & iudex. Sit hoc in censore moderationis & iustitiæ exemplum. Plut.in.apoph.

M.Antoninus.

Dicere solebat, priuatos quidem

homines multos habere iudices: principi autem nullum esse alium iudicem quam Deum. Dion Nicæus, & Xiphilinus in eius vita.

Q. Maximus.

† Atilius Calatinum Soranum oppidi prodizione reum admodum infamem imminentis damnatione periculi, Q. Maximi socii pauca verba subtraxerunt quibus affirmavit, si in eo criminis sententiam illum ipse compriisset, direm turum se fuisse affinitatem. Continuò enim populus penè iam ex plorat am sententiam suam, vnius iudicio concessit, indignum ratus eius testimonio non credere, cui difficilis Reipubl. temporibus, benè se exercitus credidisse meminerat. Val. Max. li. 8. c. 1.

Trochonus.

† Quidam Nobilis furore amens, enséque districto rusticum hominem aggressus occidere cogitabat. Hic rusticus primum quidem fuga saluti consulere tentauit, sed cum acrius se virginis sensit, educta machæra; Quæso, inquit, Domine mihi ne mihi vim inferas, alioquin quo potero modo resistam. Sed cum ille acrius instaret, pedem fixit rusticus, & nobilena intermit. Raptus est ad tribunal à cognatis interfecti; qui in Curia Gratiopolitana plurimum se posse quam gratia, quam opibus arbitrabantur. Sumus in ea Præses Trochonus æquiamantissimus, cognita causa, nihil moratus accusatorum potestiam, hac sententia reum innocentem declaravit, & absolvit. Licuit, inquit, Machæra se contra ensen tueri. Et quidem recte, vim enim vi repellere licet. In eiusdem Curia decretis.

Vide apoph. de Iustitia.

De iudice malo & corrupto.

Pythagoras.

* *Q*ui de malis, inquit, pœnas non sumunt, bonos affici volunt iniuriis. Stob. serm. de magistrat.

Philippus.

Quendam ex Antipatri amicis in iudicium numerum ascriperat. Verum post, vbi cognovit illum tingere barbam & capillos, submouit eum, dicens: Qui in capillis fidus non esset, eum in rebus gerendis non vide ri dignum cui fideretur. Foco vtebatur in tingedis capillis vbi non multum erat lucri: multo magis usurpus erat foco in publicis negotiis, vbi dolus interdum ingens adfert emolumen tum. Et hanc oportet regum præcipuam esse curam, ut cognoscendi causis viros præficiant incorruptos. Id qui fieri potest, vbi venduntur iudicandi munia, & is designatur iudex, non qui vir melior est, sed qui ad dandum prior, aut largior? At apud Philippum nec Antipatri tantum valebat authoritas, quin suspicatum est iudicum ordine moueret. Plut. in apoph.

Catulus.

† Reus adulterij commissi in domo Cæsaris, Clodius Iudices pecunia corrupit, & absoltus est. Atque antequam sententiam ferrent, petierat à senatu præsidium, quod non erat nisi damnaturis necessarium, & impetraverant. Itaque illis eleganter Catulus absoluто iam reo: Quid vos, inquit, à nobis petebatis? An ne nummi vobis eriperentur? Inter hostiam iocos impunè tulit ante iudicium adulteri, in iudicio leno, qui damnationem peius effugit, quam meruit. Seneca Epist.

Democritus.

* Damnandi sunt (aiebat) nec absoluendi, qui aliquid dignum exilio, aut vinculis, aliave pena committunt. Si quis vero temerè absoluerit, lucri aut voluptatis gratia, iniustè facit, & iniustitiam ei cordi esse necessarium est. Stob. serm. 44.

Iamblichus.

* Malum iudicium omnis mali cau-

causam esse dicebat. Sto^ræus eod.
serm.

Qu. Flavius.

Apud populum reus actus, accusante C. Valerio, quum quatuordecim tribuum suffragiis damnatus esset, proclamauit, Se innocentem opprimi. c. i. Valerius æquè clara voce respondit: Nihil sua referre, no- cens an innocens periret. Ea vox tam violenta, reliquas tribus reo cōciliavit: itaque reus, quem prostratum credebat, absolutus est. Erasm. li. 6. apoph.

Qu. Calidius.

Ex prætura Hispanensi accusatus à Gallis, quum sensisset iudicibus pecuniam contra se datam in eos iudices qui paruo pretio corrupti eum damnauerant, exclamauit: Idoneam mercedem pro meo capite pacisci debuistis. Brason. libro 3. cap. 10.

Cicero.

Infrā de Victoria.

Vide apoph. de Injustitia.

De iudice incauto.

Ptolemaeus rex.

CVm alea luderet, assistens quidam, condemnatorum ipsi nomina recitabat, & crimina in eos collata refebat, vt ille quinam mortis supplicium commeruisserent decerneret Berenice verò vxor eius accepto libello è rueri manibus, non percibit ut ad finem usque legeretur, dicens. Non sic obiter aduertendum animum esse, cùm de hominis salute disceptaretur: sed cogitandum, & relinquenda ludicra. Non enim similem esse casum talorum, & corporū. His auditis, delectatum Ptolemaeum ferunt, neque postea inquam inter ludendum de capitalibus causis audiisse. Ælianuſ libro 14. de Varia historia.

De iudicio nimis exacto.

C. Lucilius.

Dicere solebat, nolle se sua scripta legi, nec à doctissimis, nec ab indoctissimis: quod hui nihil intellegent, illi plus saperent quam ut posset illorum iudicio satisfacere. Id exprimebat huiusmodi versu trochaico.

Persi am non curro legere: Lælium Decimum volo.

Erat Persius illius ætatis omnium doctissimus habitus: Lælius erat vir bonus, & non illiteratus, sed nihil ad Persium. Refert M. T cùm aliis aliquot locis, tum lib. de Oratore secundo.

M. Antoninus orator.

Rogatus quam ob causam nullam inquam orationem scripto mandasset? Ut, inquit, inficiari queam à me dictum esse, si quid forte aliquando dixi, quod opus non erat. Labilis est hominum memoria, ut agere reperias duos, qui quæ simul audierunt, eodem modo referant. Hinc parata tergiuersatio, Non dixi aut non sic dixi: aut dixi quidem, sed hoc adieci. Eras. li. 8. apoph.

De iudicio iusto non temere mutando.

Boso rex Arelatensis.

QVam ob alapam episcopo suo inter sacrificandum illatam, accusatus apud Othonem, primum Romanorum imperatorem, capitidam naretur, archiepiscopus verò unum cum reliquis episcopis, abbatis, principibus intercederent, ut hoc sanguinis iudicium suspenderetur. Rex hoc audiens: Non equum est, inquit, ut rectum imperatoris iudicium executioni non mandetur, cùm non concueriat vel illum verbum à principiis ore frustra egredi. Munsterus reci-

tat. libr. 2. Cosmograph. vbi de Are-
lato.

De iudicio in re ignota non ferendo.

Diogenes.

CVidam ad ostentationem inge-
nij multa de rebus cœlestibus
differenti: Quām nuper, inquit, de
cœlo venisti? Socratem in hoc retulit,
cuius ad illud: Quæ suprà nos, nihil
ad nos. Laërt. lib 6.

Auacharsis.

Admirabatur, quā conueniret, vt
artifices apud Græcos certarent, sed
de his iudicarent artis expertes? Sen-
tiens, de arte quacunque neminem
melius ferre iudicium posse, quām i-
psum artificem. Certabant in thea-
tro histriones, cantores & gladiato-
res, quorum artes populus nequaquam
intelligebat: nihilominus tamen a-
liis applaudebant, alios explodebant.
Laërt. 1. 1. c. 9.

Stratonicus.

Ptolomæo rege de musica cum
ipso differente: Aliud est, inquit, ô
rex sceptrum, aliud plectrum. Signi-
ficans non esse regium de musica
cum musico disputare. Eraf. libro 6.
apoph.

Idem.

Idem Minnaco fabro, secum de
musica disceptanti: Non animaduer-
tis, inquit, te supra malleum loqui?
Castigavit hominem de rebus sibi i-
gnotis & incognitis loquentem. I-
dem.

Idem.

Idem in eum, qui quum prius fuisset
clitor, postea factus musicus, de
arte secum contenderet, pronuntia-
uit senarium Græcum, vulgo cele-
brem.

αἴσθητος δέ τις οὐδὲν λέγειν.
id est,

Quā quisq. norit artē, eam canat licet.

Idem.

Zetho de musica differenti, Ne-
num, inquit, nequaquam oportet de
musica loqui, qui tibi nomen omniū
à Musis alienissimum elegeris, teip-
sum pro Amphione appellans Ze-
thum. Amphion, vt est in fabulis, cā-
tu citharæ condidit Thebas, at Ze-
thus frater rusticus fuit. Apparet il-
lum sibi mutasse nomen. Eraim. li. 6.
apoph.

Anonymus.

Psaltes quidam apud Antigonum
artis suæ specimen edebat. Quum ve-
rò sèpius Antigonus diceret: Con-
stringe netem & rursus medium: in-
dignatione commotus, respondit, A-
vertant, ô rex, à te dij malum hoc, vt
me melius atque exquisitus hanc ar-
tem teneas. Iniquè tulit musicus eius
reprehensionem, qui à musices stu-
dio planè alienus erat, indignum es-
se putās, artificem reprehendi ab eo,
qui manus fidibus nunquam admo-
uisset. Älian. lib. de Var. histor. &
Plut. in apoph. de Philippo rege i-
dem recenset.

Hippomachus.

Hippomachus pugilādi magister,
quum Athleta quidam ex eius disci-
pulis specimen exhiberet artis, & cir-
cunstans multitudo vniuersa accla-
maret, percussit eum virga Hippo-
machus, inquiens: Sed tu perperam
neque sicut oportebat fecisti, quod
melius fieri debebat. Nam si quid ar-
tificiosum præstissem, non hi te col-
laudarent. Innuens, eos qui vnum
quodque ritè gerunt ac administrār,
non multitudini, sed iis tantum, qui
rei notitiam aliquam haberent, pla-
cere oportere. Videtur & Socrates
populi iudicium repudiare in collo,
qui ad Critonem, cum Crito veniens
ad eum in carcerem, suaderet vt effu-
geret, & Atheniensium contra se iu-
dicium corrumperet. Älian. lib. 2. de
Var. histor.

Apelles.

Tabulās in pergula proponere so-
lebat,

ebat, p̄stque eas latitans, quid præ-
reuntes reprehenderent ausculta-
bat: Sutor quidam reprehendit, quod
in crepidis pauciores vna intus fecis-
et ansas, tulit hoc tacitus Apelles. po-
stridie quum idem circa crus aliquid
notaret, Apelles indignatus prospe-
rit, denuncians illi ne sutor ultra cre-
pidam iudicaret. Quod & ipsum in
brouerbiūm abiit. Bruson. libro 1.
cap. 10.

Idem.

Alexander Ephesi suam ipsius ima-
ginem, quam Apelles finxerat, con-
templatus, non laudauit pro dignita-
te picturæ. Quum autem introductus
equus hinniret equo piēto, perinde
itque vero: Atqui ē rex, inquit A-
pelles, hic equus in discernendis pi-
cturis longè te meliore iudicio præ-
ditus esse videtur. Ælianuſ libro 2. de
Var. hist.

Nicostratus.

Infrā de Oratione nimis elabo-
rata.

Zeuxis.

Megabyzus quum aliquando pi-
cturas tenuiter & ruditer confectas
audibus extolleret: alias verò cum
summa industria elaboratas repre-
senteret: pueri Zeuxidis eum deri-
lebant. Zeuxis itaque: Cūm r̄aces, in-
quit, Megabyze, nescio quid magni
de te sibi pueri hi pollicentur, respi-
ciunt enim ad vestem & cultum tuū.
Simulac verò quid artificiosum vis-
dicere, te contemnunt. Parcior igitur
& consideratiōris in laudāndis com-
pescens linguam, neque cuiusquam,
quæ nihil attinent, opera vel artem
collaudes. Ælianuſ libro 2. de Varia
histoř. Sed hoc ipsum. Bruson. libr.
tertiō, capite decimosextō, & E. aſm.
libro 6. apoph. Apelli ascribunt: Pli-
nius autem pro Megabyze ponit Alexan-
drum magnum.

Polyclitus.

dem tempore duo simulachra fecit:
alterum ad arbitrium plebis, alte-
rum iuxta peritiæ artis que normam.
Gratificatus verò plebi hoc modo
est. Ad singulorum accessum transpo-
suit & commutauit aliquid, morem
gerens vniuersitatisque voluntati &
enarrationi. Itaque proposuit utrun-
que. Et alterum quidem omnes admi-
rationi, alterum lubibrio ac risui ha-
buerunt. Respondens autem Poly-
cletus: At hoc, inquit, quod vitupe-
ratis & reprehenditis, à vestra arte
profectum est: quod verò suspicitis,
ego mea facultate sum fabricatus. Æ-
lianuſ libro decimo quarto, de Var.
histoř.

C. Caligula.

† Illustrium virorum ingenia
contempſit, Homeri carmen abolere
cogitauit, ſepiuſ diſtitans licere ſibi
quod Platoni, qui poētam illum ex
ſua ciuitate ſuſtulit: parūmque ab-
fuit, quin omnia Liuij Maronisque
monumenta aboleuerit: Hunc nullius
fuſſe ingenij testatus, illum neglig-
gentem & verbosum. Labieni, Cor-
di, Cremutij, Cassij Seueri scripta
Senatus consultis abolita, requiri, &
eſſe in manibus lectoriisque permisit,
quando maximè ſua interefſet, ut fa-
cta quæque posteris tradantur. Ira
propterē de doctorum monumentis
iudicabat. Sueton.

Anonymus.

Romæ in foro pendebat tabula
quædam, habens imaginem pastoris
vetulicum pedo: de hac Teutonum
orator rogatus, quanti eam aſtimar-
et? ſatis Germanicē respondit: Se
nolle ſibi dono dari talem viuum,
aut verum. Non ſpectauit artificium
pictoris, ſed formam tantum, nec
potuit etiam iudicare de
re ſibi ignota me-
lius. Eras. 1.8.
apoph.

Polycletus insignis statuarius, co-

De iuramento vel iure rejurando.

Thales.

ADultero sciscitanti, An abiuratur esset adulterium: Non inquit, est periorum adulterio peius. Significare voluit vir sapietissimus, illum stulte dubitare de peierando, qui facinus periuatio par non dubitassem committere. Eoque in atrocioribus sceleribus nihil ponderis habet iuriurandum. Quisquis enim audet dare venenum, audebit & cum periuorio inficiari. Thales dictum recitatetur à Laertio l. 1. c. 1.

Solon.

Tantam mōrum probitatem inesse hominibus oportere dicebat, ut non opus esset ligare iuramento. Maxim. serm. 33.

Socrates.

Socrates bonos viros decere dicebat, ut eos mores ostenderent hominibus, qui essent iurejurando firmiores. Antonius in Melissa par. 2. sermon. 63.

Cleanthes.

* Dicebat iurantem eo ipso quo iurat tempore verē iurare aut peierare. nam si ita iuret, tanquam facturus, quod iuriurandum attinet, verē sancteque iurauit: sui proposito dis sentiente, tanquam non facturus, peierauit. Stob. ser. 28.

Pythagoras.

+ Deierare per Deos verabat: Quemque enim id studiosè curare oportere, ut ex vita merito, sibi fides haberetur. Laertius l. 8.

Cleomenes.

Cum Argiuis septem dierum patens inducias, cum observans comprehendisset illos tertia nocte indulgere somno, fiducia videlicet inducragum adorrus est eos, & alios interfecit, alios abduxit captiuos. Ceterum

quum illi probio daretur violata iuriurandi fides: De diebus, inquit, patet sum, non estes non addivæ sunt in iurejurando. Quanquam & ahoqui, quicquid mali quis fecerit hostibus, id & apud deos & apud homines habetur iustitia præstantius: verè huic magnificæ voci non respondit euentus. Nam & urbe, cuius gratia violatae conuenientia, frustratus est, eo quod mulieres detractis è tenet plis deorum armis illum vltæ sunt: perinde quasi diis ipsius, quos conempserat, penas de ipso lumentibus. Postremò versus in dementiam, ipse sibi gladio quodam todit & incaedit corpus à talis usque ad loca viralia, itaque vitam finit, ridens ore diuino. In hoc apophthegmate nihil habes imita uideignum, utile tamen exemplum ad vitandam iuriurandi violationem Pl. in Lac.

Agesilaus.

Barbaros, qui iuriurandi religionem violassent, ita laudare ac probare solebat, ut diceret eos nulla rem agis deos sibi infestos reddere, quam si sacrosanctum iuriurandum temere violarent. Ethan. libro 14. de Varia hist.

Pericles.

Amico roganti, ut pro se falsum diceret testimoniū, cui adiunctum erat iuriurandum, hoc est periuorium: respondit, Se quidem amicum esse, sed usq. ad aram. Sentiens aliquotusque grauisandum amicis, sed citra iuramenti violationem. Plutarch. in apoph.

Iocrates.

Iuriurandum oblatum duabus de causis fide firmandum esse iudebat. Vel ut ipsum turpi suspicione liberes, vel ut amicos ex magnis periculis serpias. Pecuniarum vero gratia, et si iustam causam habentes non peritos iuriurandum dicebat. Stob. sermon. ne 25.

Lycurgus.

Eatenus amicis & familiaribus auxiliari

axillandum esse dicebat, ut inter
perium non admitteretur. I-
dem.

Lysander.

Dicere solebat, pueros tesseris,
iuros iuramentis oportere circumue-
ire. Quidam tamen hoc dictum
philippo Macedoni etiam ascribunt.
ter verò dixerit, mea sententia. Ioh
è à recto iustóque aberrauit. Neque
erò absurdem est, si dissentiam à Ly-
ndro. Nam ille tyrannidem exer-
ebat. Ego verò quo animo sim, ex
o manifestum est, quod minimè mi-
hi hoc dictum probatur. Alianus
bro 7 de Varia histor. Plutarch. in
aeon.

Anaximenes.

Alexander statuerat Lampsacum
ruere. Ad id tendenti cùm Anaxi-
menes veniret obuiam extra muros,
eprecaturus suæ ciuitatis perni-
tem, Alexander suspicans quid esset
eritus: Iuro, inquit, me non fa-
tum quod petet Anaximenes. Tū
Anaximenes: Peto, inquit, ut Lam-
sacum diruas. Capruserat Alexan-
der, & iureiurando compulsus est ser-
are quos demoliri statuerat. Erasm.
b.6.apoph.

Populus Rom.

Populus Rom. Carbone pollicen-
quippiam, & addente iusfurandū
in execratione: populus vicissim
rauit, se illi non credere. Probris vi-
s & iniuratis habenda est fides: leui-
us, ne iuratis quidem. Refertur ad
versus Menandricus.
εγποσεώ ὁ πειθω τε λέγοτος, ολόγος,
Suadet loquenlis vita non oratio.
ras.l.6.apoph.

D. Ludovicus Franc. R.

† Ad pañum cum Saracenorum
rincipibus de redemptione stabili-
um, cùm hi ab illo, genus quoddam
iuramenti Christianæ pietati non ad-
modum consentaneum exigerent, se
modo iuraturum negauit. Cuidam
utem è Francis Proceribus, id ve-
lementer urgenti, ac dicenti nisi eo

pacto iuraret, fore vt captivi omnes
ab iis interimerentur: Respondit: In-
tegrum illis esse quæ vellent facere,
se verò malle vt pium Christianum
occubere, quām Deo sibi irato vi-
tam ducere. Ionui. in eius vita, ca-
pite 46.

*De iurisprudentia.**Setb. Scæuola.*

Serbidius Scæuola, vir tū iurispru-
dentia, tum M. Antonini imperato-
ris amicitia celebris, dicere solitus
est: Ius ciuale vigilantibus scriptū es-
se, non dormitantibus. Sentiens, Iu-
risprudentiā non sine summo studio
percipi: quemadmodum Aristote-
les sic edidit libros Naturalium, vt
non essent editi, nisi viua vox do-
ctoris accederet. Refertur libro
Pandectarum 42. titul. Quæ in frau-
dem credi l. Pupillus. Verū ex
Scæuola merito requirit studium
ac vigilantiam à iurisprudentiæ can-
didatis: ita nemo non improbabit
sententiam Iodoci, qui Mecliniensi
senatu præcedit. Nusquam enim nō
magna contentione tuebatur: nem-
inem posse, vel vnius legis intelli-
gentiam consequi, qui quicquam
sciret in bonis literis. Et cùm in
coniuio quodam mecum disputans
incaluisset, addebat, vix esse treis
in orbe, qui leges Cæsareae intellige-
rent. Aderat huic coniuio Ioannes
Sylagius, Caroli tum regis cancell-
arius, Georgius ab Halonio, Blasius
iureconsultus, & alij nonnulli. Fate-
batur tamen, Bartolum leges ad plen-
um intellexisse, cùm confiteret, illum
tot locis hallucinatū esse. Eras.Rot.
l.8.apoph.

Q. Mutius.

† P. Ser. Sulpitius forensis ora-
tor, cùm de re sui amici Q. Mutium
consuluisse, neque responsum eius
intelligens iterum ac tertio interro-
gasset, tandem à Mutio obiurgates

est, dicente: Turpe esse patricio viro, & causas oranti, ius in quo versaretur ignorare. Ea veluti contumelia tamen Seruius adeò diligenter in prudentiam iuris deinceps incubuit, ut eius peritissimus habitus sit. Cic. in Bruto.

Vide apoph. de Legibus.

De iustitia.

Thales.

THales Milesiens interrogatus, Quo pacto quis optimè iustissimumque viueret? Si, inquit, quæ in aliis reprobent, ea ne faciat ipse. In alienis, enim erratis perspicaces sumus, ad sua quisq; lusciosus est. Laér. lib. I. c. I.

Pythagoras.

* Dicebat peregrinum virum iustum non modò ciue, sed etiam consanguineo maioris esse faciendum. Stob. serm. 9.

Bias.

Damnaturus quempiam ad mortem, lachrymatus est miseriā hominis, & meritō deplorandam fortunam. Verū cùm dixisset quidam, Quid est quod defreas, cùm in tuo sit arbitrio, condemnare aut liberare hominem? respondit Bias: Necessarium quidem esse, naturā condolere: à lege autem & iustitiā regula discedere, magis perniciosum est Stob. ser. 44.

Zeno.

Cùm ex eo quidam familiarium quererent, qua possent ratione iustitiam colere, nihilque iniuriæ facere: Si semper, inquit, me vobis adesse existimabis. Max. ser.

Antisthenes.

Negabat sapientem virum obstratum esse legibus ab hominibus promulgatis: intellexit vir prudentissimus, sapientem obligatum esse virtutē, iuxta cuius normam vitam insti-

tuit. Leges enim non omnia præscribunt, sed ipsa ratio docet quid turpe quidque honestum, & virtutis regula ubique ostendit, quid viris bonis agendum sit. Laér. I. 6.

Idem.

Frequenter dicere solebat virum iustum pluris faciendum, quam conatum. Arctiora enim sunt vincula virtutis, quam sanguinis. Et omnis bonus bono proximo cognatus est, propter animorum similitudinem. Laér. I. 6 c. I.

Idem.

Aiebat, homines virtute præditosibi parare defensores non fortes tantum, sed etiam æquos & iustos. Nolunt enim defendi, si contra iustitiam leges aliquid admittant. Eras. Rot. I. 7. apoph.

Democritus.

* Bonum est (dicebat) non iniuriæ non facere, sed non velle quidem Stob. serm. 9.

Aristides.

Quendam reum egerat, at cum iudices post Aristidis accusationem nollent audire reum, protinus a suffragia, quibus eum damnatur erant, properarent: Aristides supplex pro reo intercessit apud iudicem, ut eum iuxta legum præscripta diligenter auditrent. Tanta erat in viris legum æquique obseruantia. Plut. in vita Aristidis.

Idem.

Interrogatus, quid iustum esset. Aliena non concupiscere, respondit Stob. ser. 9. Phauorinus 14.

Idem.

Cùm Athenienses eò deuenissent ut Aristidem ostracismo (id erat damnationis genus, quod testulis peragebatur) in exilium agerent, ac rustici quidam illiteratus testulam ad eum deferens iussisset, ut Aristidis nomine inscriberet: Nochne, inquit Aristides, Aristidem? Cùm ille negasset nosse, molestè tamen ferret, quæ iustus cognomine diceretur: silu-

A

Aristides, & nomen suum inscripsit estulæ, ac reddidit. Tam leni animo erebat iniustam damnationem. Grauissimum autem vitæ innocenter aetate testimonium est, è tanta multitudine neminem extitisse, qui aliquid biiceret, quam Iusti cognomen, uod ipse tamen sibi non imposuebat. Plutarch. in Aristide.

Pericles.

Ab amico rogatus, ut pro te eaque eius falsum peieraret: respondet, 'Oportet me amicis accommodare, sed usque ad aras. Gell. li. i. c. 3. Iul. & Eras. in proverbio, Usque ad aras amicus.

Plato.

Eam scientiam quæ à iustitia regata est, calliditatem, potius quam pientiam appellandam, dicere sobat. Cicero lib. i. Officiorum. Stob. rm. 9.

Philemon.

Eum virum iustum esse pronuntiabat. non qui iniurias non esset, d. qui cum esse possit, ne sit cauet: que qui parua non accipit, sed si magnis cum potest, abstinet: que qui omnia haec seruauerit, sed si incorrupta legitimaque natura fuit esse mauult, quam videri. Phorinus.

Phocion.

Ab Antipatro rogatus, ut nescio si iniusti faceret: Non potes, inquit, simul me amico & adulatore. Amicus enim eo usque obsecunit amico, quousq; iustitia & aequitas patitur. Plut. in apoph.

Demosthenes.

Eos homines in primis laude diuos pronuntiauit, qui nullam antemerent iustitiae utilitatem. Pecunas enim quisque possidere potest, iustitiae gloria pecuniis non emiri. Phorinus. Verum Stobæus id ocrati ascribit.

Iason. Theß.

Celebratur Iason's Theßali dictu, no se purgare solebat nisi quib. mo-

lestiam aut vim attulisset: Qui magnis in rebus se institutæ cultorem haberi velit, eum in paruis interdum illum violare oportet. Velut in bello, quo tuta sit res publica, agi aut aedificia quorundam ciuium interdum perduntur. Erasm. lib. i. apoph.

Agis.

Suprà tit. de Conscientia bona.

Acrotatus.

Parentibus postulantibus ut sibi in re quapiā iniusta adesseret, recusauit illis aliquandiu. Cæterū cum instarent, hunc in modum respondit: Denec est m apud vos, nullam omnino tenebam iustitiae scientiam: verum ubi me patriæ tradidistis, patriæq; legibus, insuper & iustitiam & honestatem pro viribus docuistis, conabor huic magis obtemperare quam vobis. Et quandoquidem haec est vestra voluntas, ut quæ sunt optimæ faciam: optima vero sunt, quæ iusta sunt, cum homini priuato, tum præcipue principatum gerenti: quæ vultis faciam, quæ dicitis negabo. Plutarc. in Lacon.

Agis.

Quibusdā Eleos hoc nomine praeditis, quèd in certamib; Olympiacis essent iusti iudicées: Quid, inquit Agis, magni mirive faciunt, si intra quinque annos uno tantu die se iustos præstant? Pergentibus autem laudare qui cœperant: qoali vero, inquit, mirum sit si re pulchra, nimirum iustitia pulchre vtuntur. Non putabat vir sapientissimus, in eum competere iustitiae laudem, nisi qui per omnem vitam in omnibus actionibus iustitiam coleret, nam ludi Olympiaci semel tantum intra quinquennium celebrabātur. Plutarch. in Lacon.

Agesilaus.

Sciscitatus, Vtra virtus esset præstantior, fortitudo an iustitia? grauerter respondit: Fortitudinis nullum esse usum, nisi adsit iustitia. Quod si omnes essent iusti, nihil opus fore

fortitudine. Quo responso nihil praeter æquum faciendum ubique putauit. Plutach. in Lacon. apoph. Stob. serm. 7.

Idem.

Cum cæteris in rebus esset rigidor, & exactè iusti legum que tenax: tamen in amicorum negotiis existimabat, inhumanitatis ac sauitiaz pre textum esse, nimium aduersus illos esse iustum. Huius rei testis est epistola quædam perbreuis, quæ fertur ad Hippodromum Carem scripta, qua qui eam amico veniam deprecatur in hunc modum: Nicias si nihil peccat, dimitte hominem: si peccat, mihi dimitte, sed omnino dimitte. Innocentem punire, scelus est. culpam interdū condonare in gratiam honesti de precatoris, humanitas est. Cum enim iustitia semper oporteat esse clemētiam temperatam, quoties nostra est grauem interpellatorem, & minus habet inuidiaz, & plus impetrat gratiaz. In plerisque igitur amicorum negotiis ad eum modum se gerebat Agesilaus: interdum tamen magis sequebatur reipub. utilitatem per occasionem oblatam, quam indulgebat amicitiaz. Plut. in Lacon. apoph.

Idem.

Cum adortus quidam eum esset, qui cupiebat ut suis eum literis apud Asiaticos commendaret, respondit: Non opus est ut à me literas accipias, quoniam hospites quæ iusta sunt sponte faciunt in Asia. Ibidem.

Idem.

Cum à quodam diceretur, Decet reges præstare, quiequid capite annuerint: Nihilo magis, inquit, quam eos qui reges adeunt, decet ea petere & loqui quæ iusta sunt. Plut. in Lacon. apoph.

Idem.

Cum urgeretur improbè à quodam, ut promissum præstaret, atque idem crebro repeteretur, quasi fas non esset negare: Rectè sanè, inquit. Si quidem iustum est, faciam: si minus, nequa-

quam faciam, non enim promisi, sed dixi. Plut. in Lacon.

Callicratidas.

A Lysandri amicis solicitatus, ut unum quendam ex inimicorum numero permitteret ipsis interimere, & acciperet talenta quinquaginta. Tametsi pecunia egeret, ut solueret nautis promissum stipendium: nō tamen hoc fieri concessit, cum vide-ret contra omnem hoc esse iustitiam. At cum Cleander regius consiliariu-dixisset: Ego prosector hoc accepil sem, si fuisset Callicratidas: Et ego inquit Callicratidas, accepissem, si fuisset Cleander. Idem.

Eeo Eurycratidis F.

Cuidā percontanti, in qua demun ciuitate tutò viuere posse? In ea, ait quam qui incolunt, neque plus possident, neque minus: & ubi iustitia viget. Graviter admonuit, eam ciuitatem tutò habitari posse, in qua iustitiaz cura habetur. Plut. in Lacon.

Idem.

Cum videret in Olympiis cursores solicitos de emissione, ut aliqui lucri haberent ad occupadā victoriā. Quantò maior est, inquit, cura cursibus de celeritate, quam de iustitia. Vir integræ mētis etiam in ludis velabat haberi rationē iustitiaz, nec tacitum agendū ut prior quis ad metas pertingeret, sed ut iuste vinceret. Ibid.

Leonidas.

Xerxes Leonidaz scripserat: si dominas cum diis bellare, & meis te copiis adiunxeris, potes fieri Græci monarchia. Huic ita respondit Leonides: Si nosse quæ in vita mortali essent iusta & honesta, abstinuisse iam diu à concupiscendis rebus aliquid. Ego malum potius pro Græci mori, quam contra iustitiaz leges populares meos tenere monarchias. Plutarch. in Lacon.

Agesipoli.

Quum quidam Agesipoli dixisse ipsum, licet rex esset, cum æquali

bī

bus suisse obsidem, non liberos aut uxores eorum: velut hoc esset regi lededorosum, dari in manus ac ius ditorum, quum alij reges soleant v-torem ac liberos pro se dare obsides. It quidem iure, inquit, optimo: par sit enim, vt nos nostra ipsorum f- amus errata. Subindicans, si quid ca- amitatis accidit in bello, aut in Re- publica, regum vitio accidere: eoque ustum esse, vt hi potissimum pu- siantur, per quos venit calamitas. Ceterum, morem iniquum esse, quo ceptum est, vt coniuges ac liberi qui nihil commeruerint, dedantur b-sides. Ibidem.

Cleon.

Postquam reipub. administrationē apessere destinasset, testatus est, se iam, omnium amicitiarum vincula esse soluere, quod amici plerunque bstant ne liceat vbique rectum te- ere clavum. Eras. lib. 6. apoph. ex. Plu.

Anaxandridas.

Cuidam ab ipso sciscitanti, cur se- iores in Lacedæmoniorum republ. lures dies sumerent ad cognoscen- ū in causis capitalibus: & si quis fue- t absolutus, nihilominus obnoxius t legi? Ideo, inquit, hoc faciūt, quo- iam si in capitibz discriminē fortē trauerit, non est corrigendi consi- j potestas: oportet autem à causa li- eratum, obnoxii manere legibz: uōd fieri potest, vt secundū ean- em legem lieeat aliquid reūtius de- zo statuere, vt vbique in suo vigore laneat iustitia. Plutarc. in Lacon.

Artaxerxes.

Cum Satibarzanes Artaxerxis re- is cubicularius, quiddam minus iū- lum à rege peteret, sentiréque illū Artaxerxes hoc facere solicitatum triginta Daricorum millibus, quā- torū etarīj sui mandauit, vt Darico- um triginta millia ad se deferret, & illata ea dedit Satibarzani, dicens: Ecce, nam hæc tibi cūm dedero, on ero pauperior; iniustior autem iturus, si illa quā perebas, nunc de-

dissem. Commentus est rex egregius, vt nec amicūm contristaret, nec à iu- stitia defleteret. Plut. in apoph.

Antigonus.

Infrā de Regno & regibus.

Q. Scæucla.

Quum postulasset vt fundus, cuius- eniptor erat, sibi semel adiudicare- tur, idque fecisset venditor, dixit se pluris estimare; & adiecit pretio cen- tum millia. Exemplum integritatis, vix hoc seculo credibile. Erasm. lib. 6. apoph.

M. Cato.

Magistratum iudicem dicebat nec pro iustis orandum, nec pro iniustis exorandum. Sensit, culpam esse iudi- cum si vt iustis æqui sint, orandi sunt, quum oporteat vltro fauere bonis. Pro iniustis orare, fortassis. humani- tatis est: at exorari, est à iustitia de- flecentis. Plutarch. in Rom. apoph.

Idem.

Cum partes in conuiuiis fortirentur, nec illi fauisset sors, amicis hor- tantibus vt primus omnium caperet. Non deceat, inquit, inuita Venerē. Ta- natura iustus erat, vt contra sortem amicorum fauore noluerit vti. Plut. in eius vita.

P. Rutilius.

P. Rutilius amico cuidati rem in- iustum petenti, pernègabat, quāmq. is commotus per summam indigna- tionem dicéret: Quid ergo mihi opus est tua amicitia, si quæ abs te ro- gó, non facis? Imo, inquit Rutilius, quid mihi opus est tua amicitia, si me vrgere cupis, vt in iustitia leges tua causa peccem? Erasm. Rot. lib. 8. apoph.

Pomponius.

Phraati Parthorum regi qui lega- tos postulati, vt Euphratē, Romanæ ditionis terminū esse vellent: Imo, in- quid, illud magis postulandum est, vt Romanorū fines à Parthorum regno iustitia dirimant. Plut. in Rom. apoph.

Idem.

Quum composito Sicilie tumultu.

tu ac ciuitatibus que defecerant placidè receptis, soli Mamertini postularent audiri, recitantes leges quasdam ipsis olim à Romanis concessas: Non desinetis, inquit, nobis accincti gladij recitare leges? Significans iure agere volentibus non opus esse armis. Plutarch.

Liberius Episcopus.

Respondit Constantio imperatori, suadeti ut subscriberet in excommunicationem Athanasij: O Imperator, iudicia ecclesiastica decet cum maxima proferri iustitia. Tripart. hist. l. 5. c. 17.

Traianus.

Traianus imperator iustitiam & æquitatē in principe plurimum commendare solebat, qui his potissimum virtutibus principes cæteros homines excellere debere dictabat, quorum & ipse dum Rom. gubernaret imperium, studiosus adeò fuisse fertur, ut aliquando ensem strictum praefecto vrbi in conspectu omnium deridit atque dixerit: Cape ferrū hoc, & siquidem recte imperium gessero, pro me: sin aliter, contra me hoc vtere. Nicepho. Callist. lib. 3. Ecclesiast. hist. cap. 23.

Hadrianus.

Cum in spectaculo populus clamore flagitaret, ut aurigam qui plauerat, liberum esse iuberet: per tabellam respödit, iniquum esse quod peterent, & contra leges iustitiae. Si enim seruum alienum libertate donaret, fieret iniuria domino. Ex Dionae Cassio, & Spartiano.

Fridericus Imperator.

Cum Ladislaum Hungariæ ac Bohemiæ regem educaret, nō defuerūt qui perdendum suaderent puerum, cuius vita ingentes molestias Cesarī, mors regna & opes maximas allatura esset. Ad quos ille: Ergo me, inquit, opulentum magis regem, quam pius, quam iustum cupitis. At ego iustitiam bonumque nomen divitius cunctisque rebus antepono. Aeneas

Syl. lib. 3. commentario in res gestas Alphonſi.

Rodulphus.

Ad Rodulphum imperatorem cùm quidam venisset, qui Othaccarū Bohemię regem, atrocem hostem, in natione se occisurum promitteret, si facto præmium esset: Rodulphus. Etsi noster hostis est Othaccarus, inquit, non tamen id efficiet, ut iustitiae & moderationis fines transeamus. Aeneas Sylvius lib. 3. Commentarium de reb. gest. Alphonſi.

Ioannes Imper.

Inter Ioannem Caroli quarti eius nominis patrem, & Henricum Carinthiæ ducem, de regno Bohemiæ longa & difficilis fuit contentio. Verùm cùm quidam ad Ioannē veniens, nemo se hostem occisurum promitteret, si præmium speraret: Ioannes iustitiae & integritatis amator, Si me nescio Henricum, inquit, intermissiones, & ad me fugam adornasses, crux tibi præmium futurum erat, qui te regio sanguine commaculasses: & tu me modò authorem tanti sceleris petis? Idem.

Alphonſus.

Alphonſus Aragonum rex, eos principes qui iustitiam non colerent persimiles sibi videri dicebat iis, quorū morbo caderent comitiali. Nam cī animæ materia sit sola iustitia, quæ deditur ad vitam: quid restat principib⁹, sublata iustitia, quæ est vita quasi nutrimentum & cibus? Anton Panorm. de rebus gestis Alphonſi, & Aeneas Sylvius de eius dictis.

Idem.

Cum Stephanus eques Neapolitanus poculo amatorio insanisset, teneatque oppida & nonnulla regia officia ab Alphonso Aragonum regis tradita, fuerant qui ab Alphonso illa bona postularent, absurdum esse dicentes, à demēte huiusmodi bona possideri. Quibus rex respondit, Sibi inhumanissimum videri, iis se etiam substantiā auferre, quibus sors mea

m & cerebrum abstulisset. Innuitatem calamitatem non esse adiumentam calamitati. Idem lib. 4.

De iuuenib. & iuuentute.

Democritus.

RObur & pulchritudinem iuuentutis bonum esse, ut senectutem studentiae florem esse dicebat. Max. rm. de sene & iuuentute.

Simonides.

* Dicebat hominem, quandiu viuit uenis & vegetus, animo leni esse redditum, multa irrita cogitare, ne se senectutem sibi affutaram, neq. ortem expectare, indulgere otio, & intelligere quam breue sit iuuentus ac vita tempus datum hominibus. Stob. ser. 96. vt paucis omnia, iuuenis ab Horatio descriptus est, Indus, iracundus, iners, vinosus, aiator.

Eratophenes.

* Iuuentutem veri comparabat, de inantem astati & autumno, senem hyemi Stob. ser. 115.

Iuncus philosophus.

* Iuueni multa eximia dona tum anima tum in corpore Deum consulisse dicebat, quae semper augetur, empe magnitudinem, robur, forsan, gratiam resurgentem, metem confirmatam, prudentiam & orationem animi bonorum nunciam. Multe ex artibus & scientiis lucratur. Quod si infortunium aliquod ei intrat morbus, aut paupertas, aut ignorantia, singula preferre potest: & tantum bonus athleta quemuis casum operat. Stob. cod. ser.

Solon.

* Lege sanxit, ne quis admodum iuuenis ad magistratum aut consultationes admitteretur, quamuis prouentissimus esset visus. Stob. ser. 112.

Plutarchus.

* Iuuenes hortabatur, ut haec trahere curarent: in animo temperiam, in lingua silentium, in ore pu-

dorem. Anton. ser. de iuuenib. virtute præditis.

Idem.


* Decet iuuenes (inquit) & mulari seniores, ut lactens pullus equæ cursum comitatur, & vt Plato dicebat de mero aquæ miscendo, furentem & sobrio temperari. Stob. ser. 112.

Aristoteles.

* Laudabiliorē & magis necessariā temperantiā in iuuenib. quam senibus esse dicebat. Nam iuuenes plus quam senes cupiditatibus tentantur. libr. 3. Topicorum: & libr. 3. Ethicorum.

Athenienses.

Scitu dignissimū est iuramentū quod Ephebi Atheniensi reipublice præstare solebant. His verbis autem fuit conceptum: Non ignominia afflictam arma sacra, neque deseram meum commilitonem, quo cum iunctus fuero. Dimicabo pro aris & focis, & solus & cum multis. Patriam non derelinquam in deteriori statu, sed ampliori meliorique quam accepimus. Semper magistrati præfecto prudenter obediam, & legibus constitutis parebo, atque aliis quibuscumque plebiscitis. Quod si quis leges vel iuritas facere, vel eis non obtemperare velit, non concedam: sed vlciscar & solus & cum pluribus. Sacra quoque patria colam. Horum dij mihi testes, & conscijs sunto. Stob. serm. 41. de Republ.



DE LABORE.

DEMOCRITVS.

DICEBAT, omnes labores otio iucundiores esse, quando illa consequuntur homines quorum gratia laborant, aut cōsecuturos se sciunt. Frustrationi vero, cum spei non respondet euentus, unum est remediū, si omnia reliqua

*S*imiliter eternuosa fuit, & laboriosa.
Stob.ser.29.

Idem.

* *V*oluntarios labores in voluntariorum patientiam leuorem efficeret, & laborem continuum consuetudine fieri seipso leuorem dicebat.
Stob.ser.eod.

Idem.

*I*dem cum interrogaretur a quodam, quomodo laboriosi ac industrijs differentia desidiosis: Quo, inquit, ampij à pijs: spe nimis bona. Speculant quippe qui corpus laboribus exercent, pingua laborum præmia, desides autem semper præsentem inuentur paupertatem. Max.ser.32.

Idem.

*A*dolescencem conspicatus industria, Optimum, inquit, senectuti condit obsonium. Sensus fructum laborum senectutis esse fulcimentum & obsonium: quo si destituantur homines, quis negariit miseris senum esse conditiones? Max.ser.32.

Pythagoras.

* *F*amiliares suos horribat, ut optimum vivendi genus sibi deligerent: quamuis enim laboriosissimum esset, consuetudine tamen fore lucidum. Stob.ser.30.

Cleanthei.

*S*uam vitam diuitum virtute solebat hoc nomine præferre: Dū illi, inquit, pila ludunt, ego fodies durā humum exerceo. Sen sit vir sapiensissimus, hominem nō ad otium & desidiam, sed ad laborem a Deo conditū esse. Laer.lib.7. cap.ii.

Idem.

*C*um audisset a Lacone quodam probari laborem, dicit status eo dicto, subiecit hemistichium Homericum,

Αἰγαπτίς εἰς ἀγρίδια φίλον τέκος.

Id est,

*S*anguine preclaro factus es, carissime fili.

Laer.t.7. c.1.

Diogenes.

*C*um Philippus Alexandri Magni

pater expeditionē & bellum in Corinthum apparare diceretur, Corinthij trepidi, rerumque suarum satagentes, ad opera certatim incumbe-re cœperunt, hic arma sibi comparabat, ille lapides congregebat, alius muros in altitudinem substruebat, non nulli propugnacula firmabant, alij a liud agebant quod ad munitione pertineret. Eorum itaque studium Diogenes cum cerneret, nihil habens aliud commodius quod ageret, ex exemplo philosophico pallio succinatum suum subuoluere & hinc inde vertere cœpit. Admirante autem quodam eius amico, ac percunctante cur hoc ageret & respondit Diogenes, Ideo voluo, ne vnuis inter operi intentissimos cessator esse vi dear. Guido Bitur.tit.de Desidia.

Idem.

* Nullum bonum dicebat esse laborem, cuius finis non esset magnanimitas, & intentio firmitasque animæ, non autem corporis. Stob.ser.7

Idem.

Cuidam admonenti, ut iam senectus cœseret a laboribus: Quid, inquit si in stadio currere, utrum oportere iam metas vicinium cursum remittere, an magis intendere? Recepit sensit virtutis studium hoc magis intendendum, quo minus superest vita: quod turpe sit, tum ab honesto instituto refrigescere. Laer.li.6.

Socrates.

Cuidam cupienti quidem ire ad Olympias, sed itineris labore deterrito Cūm, inquit, domi sapienti mero totum prope diem ambules, ante prandium, rursus ante cœnam, si domesticas ambulationes proferas atquinque sexve dies, facile peruenies Olympiam. Docuit vir ingeniosus id quod terret in adeundis laboribus imaginationem esse potius, quam ipsum laborem. Si quid honeste re gratia periculi, dispendij, aut laboris suscipiendum est, excusamus, detremus.

tatius, horremus : cùm frequenter
altro in rebus nihili (non enim dicā
ur pībus) plus impendamus. Ita qui-
tam inuitati ad studia literarum, ex-
usant yaletudinem, insomnium,
impedia librorū : cùm interim
otam noctem ludant alea, potatio-
ne contrahat febrim, podagram, hy-
dropem & lippitudinem, scortatio-
ne paralysim, aut scabiem nouam,
quā Gallicam appellant. Eras. Rot.
3. apoph.

Idem.

* Tantum laboris quantum animus
ibenter suscipit exequendum esse
licebat. Xen. libro. 1. de dict. & factis
iusti.

Idem.

Afferebat, operari esse vtile ac bo-
num homini : otium verò esse dam-
noscum ac malum. Xenoph. & Stob.
serm. 27.

Idem.

Præterea boni quippiā facientes,
operari dicebat, & opifices bonos es-
se : aleatores autē aliudve quippiam
pravum & noxiū agentes, otiosos
nominabat. Xenophon, & Stobæus
serm. 27.

Idem.

* Dicebat quemadmodum nec mu-
lier sine viro, sic nec bona spes ab-
que labore quicquam parit. Stobæus
serm. 108.

Pythagoras.

Familiares suos hortabatur, vt opti-
mum viuendi genus sibi deligerent:
Quāvis enim laboriosissimum esset,
consuetudine tamen iucundū fore,
Stob. ser. 27.

Aristoteles.

Frequenter dicere solebat, artium
radiceς satis quidem esse amaras, sed
dulcissimum adferre fructum. Sensit
vir sapientissimus, nihil absque duro
laborē ad hominē parari posse, atta-
men postquam requies sequitur, ho-
mo multis refocillatur bonis. Diſtū
philosophi extat apud Laërt. libr. 5.
cap. 5.

Ptolemaeus sophista.

Heraclides scriperat libellum, cui
titulū indiderat πόνος σγκάμου, id est,
laboris laudatio. Eum cùm Ptole-
mæus sophista fortè obuius, videret
habētem præ manibus rogabat, quid
moliretur? Cum ille respondisset
πόνος εγκάμου. Ptolemaeus accepto co-
dice, deleuit τ., & adiecit, Tempus
est ut legas titulum encomij, reperi-
que scriptum ὡς εγκάμου, Ptolemaeus
huc allusit, quod si labor meretur
laudem, eadem opera laudandus es-
set asinus, animal laborinatum. Phi-
lost. in sophist.

Dion sophista.

* Animi & corporis remissiones
ad nous labores nos præparare dice-
bat : & vt arcus & lyra, sic homines
quiete vigere. Stob. ser. 60.

Lacones.

Apud Lacones proverbio celebra-
tum est, Admota manu fortunam
esse inuocandam, quo significabant,
sic esse inuocandos deos, vt simul &
manum apponamus, & nostram ad-
damus operam, alioqui frustra inuo-
cari. Vanum est, numini acceptum
ferri oportere, si quid in actionibus
hominum prosperè cedit, sed non fa-
uet numen otiosis ac pigris. Vult sua
munera ad nos per nostram venire
industriam, ne stultum videatur, si fa-
ueat ipsius dona contemnentibus.
Plut. in Lacon.

Anonymous.

Dionysius emptum Spartanum co-
cum parare iussit Laconicum iuscum-
lum, paratum autem non comedit:
sed interrogavit, quidnam eius dele-
staret Lacones, cum insuauissimum
esset? Tum cocus, hoc iuscum non
habere cōdimenta illa dicebat, quod
Laconicum haberet. Interrogavit Dio-
nysius, quānam essent illa? respondit
cocus: Huiusmodi condimenta apud
te nō sunt ante cibum, nempe labo-
res, sudores & balneum in Eurota flū-
mine. Stob. ser. 27.

Aa iiiij

Apelles.

Apelles nunquam tam occupatus fuit, ut diem prætermitteret, in quo nihil omnino pingere, artem exercens. Vnde subducens sese à negotiis, dicere solebat, Hodie nullam lineam duxi. Quæ vox abiit in proverbiū, de quois officio prætermisso. Plin. li. 10. cap. 35.

Musonius.

* Ducas bellici & priuati hominis corpora dicebat iisdem laboribus non semel affici. Honos enim, inquit, labores duci leuiores efficit, præser-
tim quod intelligit in hominum es-
se oculis quicquid exequitur. Stob.
serm. 46.

Idem.

† Extremæ impudentiæ esse dicebat, in subeundis, vel sustinendis la-
boribus meminisse quidem corporis imbecillitatis; erga voluptates au-
tem obliuisci. Stob. serm. de Intem-
perantia.

Idem.

† Ut facilius & promptius labores illos sustineamus, quos virtutis gra-
gia subituri sumus, cogitandum est,
quam multa tolerent aliqui propter
malas cupiditates. Quantum per-
fendant alij lucrandi causa; quantaque
patiantur nonnulli dum gloriam ve-
nantur &c. Stob. serm. 29.

Cato.

† Cùm esset Imperator in Hispania. sic milites adhortabatur; Cog-
itate cum animis vestris, si quid vos
per laborem rectè feceritis, labor il-
le à vobis citò recederet: benè factum à
vobis, dum viuetis, nō abscedet. Sed
si qua per voluptatem nequiter fe-
ceritis, voluptas citò abibit, nequiter
factum illud apud vos semper manebit. Hæc ex Musonio Philosopho. A.
Gell. li. 16. ca. 1.

C. Farinus.

Suprà de Inuidia. quæ felicitatis &
virtutis comes est.

Pompeius.

Lucius Lucullus cùm post obita

militia munia, otio se & voluptati-
bus dedisset, ac Pompeium, quod
mulus se implicaret negotiis, repre-
henderet. Magis, inquit Pompeius,
præter atatem est senem deliciis va-
care, & otio, q: àm imperium gere-
re. Grauiter taxans illorum senten-
tiam, qui putant senibus nihil agen-
dum: quum decorum sit, Rempubl.
gubernantem, vel stantem mori. O-
tium enim, vt in iuuenibus stultitia
est: ita profecto in senibus crimen.
Plut. in apoph.

Papyrius.

A Papyrio Cursore, viro impigro,
equites ausi sunt petere, vt pro re be-
ne gesta relaxaret aliquid laboris.
Quibus ille: Ne nihil, inquit, remis-
sum dicatis, remitto, ne vtique dor-
sum demulceatis, quum ex equis de-
scenderitis. Hoc non erat remittere
laborem, sed equo curando aliquid
adimere. Nisi fortè sensit, quosdam
milites delicatores, post equitandi
laborem iubere solitos sibi defrica-
ri tergum. Hoc operæ Papyrius
suis remisit. Erasm. libro 6. apo-
phthegm.

Seuerus imp.

Seuerus i. t. p. symbolum tribuno
dari iusit, Laboremus. Pertinax ad
imperium ascens dederat, Milite-
mus. Illi placuit belli omen, huic pa-
cis. sublato namque bello, redditur ad
agricolationem & opificia. Otium
in pace delicias alit, & omne flagitio-
rum genus. Alius Spart.

Vespasianus.

Vespasianus quum vehementer au-
geretur vitiatis intestinis, nibilo se-
cius imperatoris munieribus fungie-
batur, adeò vt lecto decumbens au-
diret legationes: & amicus hortanti-
bus vt sibi parceret, respondit, Im-
peratorem stantem mori oportere.
Sueton.

Hadrianus.

Florus hos versiculos scripsérat in
Cæsarem Hadrianum,

Ego nolo Cesār esse,
Ambulare per Britannos,
Seychicas pati pruinias.
Cui Cesār respondit,
Ego nolo Florus esse,
Ambulare per tabernas,
Latitare per popinas,
Culices pati rotundos.

Sentiens, se honestas occupationes
præferre inutili turpique otio. Sueto-
nius in vita Hadriani.

Probus imp.

Non patiebatur militem esse o-
tiosum sed multa opera militari
manu perfecit, dicens, Annonam
gratuitam militem comedere non
debere. Flavius Vopiscus.

Maximinus.

Suprà tit. de Industria.

Alphonsus.

Cùm reprehenderetur à Matthæo
Siculo, eximiæ sanctitatis viro, quòd
propriis manibus laborasset: Sub-
ridens, Nunquid, inquit, Deus & na-
tura nequicquam regibus manus de-
derunt? Vanormit. libr. 2. de reb. gest.
Alphonsi.

Idem.

Senex quidam multo vino reple-
tus, cùm suam apud Alphonsum e-
brietatem excusare conarétur di-
cendo, lac senum esse vinum, respon-
dit, Sed regum cibus est honos; quem
dij immortales non otio aut luxu,
sed improbis laboribus, multisque
sudoribus hominibus vendunt. Pa-
normit. libro de rebus gestis Al-
phonsi.

Dorotheus monachus.

Quotidie lapides ad mare collige-
bat, annuatimque fabricabat ho-
lippium pro ægrotis. Huic laboran-
ti quidam dixit: Cur ita conficis cor-
pus tuum? cui ille: Quia me, in-
quit, illud occidit. Sezomenus in Tripartita histor. libro octauo
cap. I.

Vide apoph. de Affiditate.

De lasciuia.

Pericles.

P Oſtquam cum Sophocle poeta
nauigasset, ac Sophocles conspe-
cto formoso puerο dixisset, En
quàm speciosus puer! Decet, inquit,
ò Sophocles prætorem non tantum
manus, sed linguam etiam habere
continentem. Sensit vir prudentissi-
mos, non turpe tantum esse, si re ipsa
ab omni lasciuia facti abstinemus,
verùm etiam si impudicè & lasciuè
de rebus loquamur. Plut.

Hieran.

Epicharmo comicο poetæ, quòd
præsente ipius vxore dixisset quid-
dam inhonestum, mulcam dixit. E-
picarmus Siculus erat, iuxta regio-
nis naturam plurimi ioci. At rex
tantum iudicauit esse tribuendum
reuerentiaz coniugio, vt crimen exi-
stimat, audiente vxore iocari lasciu-
ius. Plut. in apoph.

*Vide apoph. de Impudicitia, Libi-
dine &c. Impudentia.*

De Latrocinio.

Probus imp.

Q Vum multa barbarorum loca
purgasset latrocinis, vbi perue-
nisset ad Isauros, dixit, ab illis locis
facilius arceri latrocinia, quàm tolli.
Sentiens, esse dandam operam, ne
latronibus illuc esset aditus, néve
iūenes latrocinari disserent. Itaque
loca omnia quæ angustum haberent
aditum, veteranis concessit: addens,
vt eorum filij ab anno decimo octauo
ad militiam mitterentur, ne an-
tē latrocinari disserent, quàm mili-
tare. Hoc tum recte Probus, quom
multum interesset inter militiam &
latrocinium: nunc friuolum est, Vo-
piscus.

Papinius.

+ Cùm Bubas insignis dux latro-
num səpius elusis militibus Seyeri

Imp. cuiusdam mulieris opera captus esset. Eum Papinianus præfatus pretorio interrogabat, cur latrocinia patrasset? Cui Bubas; Et tu (inquit) cur præfatus es? Quibus verbis illi ceterorumque magistratum, vel dissimulationi, vel ignavia tribuebat, quod impunè tandem graffatus esset. Xiphil. in Suet.

Delaude, virtutis stimulo.

Anaximenes.

Dicebat, si ij qui tono zelo duci, bene recteque hominum facta nulla omnino laude digna putat, quem quo faustum & utilitatem ipsi ex suis egregie factis sperare audiunt? Stob.

Democritus.

* Recte facta collaudare, honestum esse dicebat: mala vero laudibus vehere, adulterini ac impostoris animi esse indicium. Stob. ser. 14.

Lycurgus.

Fortè obuius Xenocrati, qui à Telone obtorto collo per trahebatur in metacium, quo in loco carcer erat Athenis, fustem impegit in caput Telone, ac Xenocratem quidem liberavit, Telonem vero, tanquam indigna patrarentem, in carcerem coniecit. Id Lycurgi factum ab omnibus collaudabatur. Itaque post aliquot dies Xenocrates factus obuiam Lycurgi liberis: Citò, inquit, o puer, retuli gratiam patri tuo, qui vulgo laudatur, quod in re difficulti tulerit auxilium. Sentiens laudem esse premium recte factorum Fuste enim illi patrocinatus est, non oratione. Nimirum hoc est, βανδήσας μόγε. Eras. 8. apoph.

Socrates.

* Thus diis, inquietabat, laus vero bonis viris tribuenda est. Item: Defendendi sunt, qui immerentes accusantur iniuriarum: laude ornandi, qui ob bonum aliquid ceteris præstant excelluntque. Stob. serm. 1.

Lyon Troadensis.

† Aiebat adiungi necessarium pueri pudorem, & laudis studium, velut e quo calcar, atque frænum. Laert. lib. 5. ca. 14.

Anaxandridas.

Quidam quum dixisset, gloriam ac celebre nomen nocere, eoque felicem esse qui illud effugerit: Ergo (inquit Anaxandridas) si vera loquaris, qui nefaria perpetrant, felices erunt. Nam qui fieri potest, vt qui sacrilegiorum committit, aut aliud iniustum facinus perpetrat, gloriae curam habeat? Notauit eos, q. i sic contemnunt laudem, vt interim per ignauiam nihil gerant laudabile: quum eximiam virtutem honesta fama comitetur v. ro ac generosis animis amor laudum veluti stimulus ad præclaras facinoras sit innatus. Plut.

Pescennius Niger.

Cum Pescennio Nigro imperatori createdo, quidam panegyricum recitare vellet, Imperator dixisse fertur, Scribe laudes Marij, vel Hannibalis, vel alicuius ducis optimi vita functi, & dic quid ille fecerit, vt eum nos imitemur. Nam viuentes laudare irrisio est, maximè Imperatores: a quibus speratur, qui timentur, qui præstare publicè possunt, qui possunt necare, qui proscribere: se autem vivum placere velle, mortuum etiam laudari. Eli. Spart.

Anonymus.

Dignus erat nominari, qui de quodam illaudato veluti laudans dixit: Quid huic abest, nisi res & virtus? Similis iocus hodie apud Gallos vulgarissimus fertur, quum aiunt: Sum totus tuus, excepto corpore & bonis. Eras 6. apoph.

De laudis cupiditate.

Socrates.

Xpedita & compendiaria via eos ad gloriam peruenire dicebat; qui id agerent, vt quales videri velint,

leat, tales etiam essent. Qua quidem prædicatione aperte monebat, ut homines ipsam potius virtutem haurient, quam umbram eius sebareretur. Val. Max. li. 7. &c. 2.

Themistocles.

Theatrum petens, cum ex eo quidam percontaretur, cuius vocem libenter audiret? Eius, ait a quo sua virtus prædicaretur. Brus. li. 3. ca. 36. ex Plut.

Eudamidas.

Interrogatus, quam ob causam Lacedæmonij, priusquam irent in prælium, Musis immolarent, cum Musis nihil videretur cum Marte esse commercij? Ut rebus, inquit, fortiter gestis, contingat honesta commemoratio. Bene gerendæ rei laudem sibi tribuebant: ut autem egregia gesta splendidis verbis celebrarentur, hoc à Musis eloquentiæ præsidibus pertendum iudicarunt, eò quod ipsi negligenter eloquentiæ studium. Simil admonebat non expetendam honorificam memoriam, nisi recte factis promeritam. Plutarch. in Læcon.

Alexinus Sophista.

Inter ambulandum multa mala dixit in Stilponem Megarensem. Cæterum ubi quispiam eorum, qui aderant, dixisset, Atqui ille te nuper laudauit: Per Iouem, inquit, vir optimus est, ac præstantissimus. Tam facile ex obtrebatore factus est laudator, non ob aliud, nisi quod ab eo laudatus esset. Eras. li. 6. apophtheg. ex Plutarcho.

Alexander.

In Phrygiam vestitus, Achillis se pulchrum nactus, coronis ornauit, felicemque Achillem vocauit, quod viuo quidem tam fidum amicum, mortuo autem tam magnum contigerit habuisse præconem, Homerum scilicet. Bruson. libr. 3 cap. 36. ex Plutarcho.

Vespasianus.

Vespasianus imperator triumphi

die defatigatus tarditate & rædio pompe, non reticuit: meritò se plenti dicens, quod triumphum quasi à maioribus suis debitum, aut speratum unquam sibi tam inepte senex concupisset. Brus. li. 3. &c. 36.

Lognes Pont.

Cum immodicè à quadam landaretur, ad suos conuersus ait: Licet multa gloriosè à me facta fingat, nihilominus tamen hac laude plurimum oblector. Sunt autem multi qui hodie regum, principum, pôtificum, cardinalium, episcoporum, aliorumque eius notæ hominum laudes decantant, non quidè (vt de seipso Magnus ille Roterodamus testatus est) quod tales sint, sed quod his virtutibus prædicti meritò esse deberent, quæ de eis prædicantur. Ioannis dictum recitat Æneas Syl. libr. 1. de rebus gestis Alphonsi.

Vide apophth. de Ambitione.

*De laudis contemptu.**Demoeritus.*

Recte facta collaudare honestum, mala verò laudibus vehere adulterini animi & impostoris esse, dicere solebat. Stob. ser. 21.

Diogenes.

Quidam adduxit puerum ad Diogenem, ut illius doctrinæ fieret particeps. Ut autem illum philosopho commendaret, dixit eum excellenti ingenio, optimisque moribus præditum esse. Hic Diogenes: Quid igitur eget mei? Notauit immodicum laudatorem, qui hoc tribuerat adolescenti, cuius adipisci gratia solent pueri tradi philosophis. Satis erat, probam indolem bonamque spem in puerò prædicare. Laertius libr. 6.

Lysandri.

Cuidam apud Lysandrum iactanti, quod ipsum & laudibus veheret, & aduersus obtrahentes tueretur: Duo, inquit, mihi sunt boues ruri: &

tacentibus ambobus, tamen certò noui vter sit ignauus, vter ad laborem strenuus. Sensit veram virtutem non egere laudibus humanis, cùm ipsa secum ducat suam laudem ac decus. Cæterum qui nihil gerunt præclaris, his opus est præconibus. Plut. in Lacon.

Antalcidas.

Cùm sophista quispiam appararet recitare librum, & Antalcidæ percōtant quod esset argumentum, respon disset, Hercul's encomium : *Quis, inquit, illum vituperat?* Superuacaneū existimans, in eo laudando sumere operam, quem vno ore prædicarent omnes. Hercules autem apud Spartanos religiosissimè colebatur. Plut. in Lacon. apoph.

Antagenes.

Dicebat, ita viuendum esse hominibus, vt viuiaudabiles sint, mortui aurem beati iudicentur. Ant. in Melista. part. I. ser. 51.

Idem.

Cùm audisset, quantum ab hominibus subinde laudaretur: dixit, Cùm multi me laudant, tum me nullius pretij esse iudico: cùm pauci, bonum & egregium virum me esse puto. Anton. in Melista, part. I. ser. 51. & Max. ser. 43.

Hippodromus.

Quom Hippodromo sophistæ vehementer à Græcis applauderetur, multi àque magnifica acclamarentur, in quibus illum æquabant Polemoni, Homericò versu respondit.

τί μέ έδερά τοιν πόλεσις.

Quid me immortaliibus aquas.

Simil & candidi hominis laudem reportans, qui Polemonem tam præclaro testimonio ornarit: & modesti qui laudem inuidiosam repulerit. Philost. in sophist.

Herodes sophist.

Atheniensibus sic admirantibus eius eloquentiam, vt dicerent illum esse de numero decem oratorum, nihil elatus est hac laude, quæ videba-

tur maxima: tantum respondit, Cer. tè Andocide sum melior. Is, vt opinor, fuit sophista quispiam notæ vulgaris. Philost. in soph. stis.

Pindarus.

Pindarus cuidam commemoranti, quod ipsius laudes ubique prædicaret: Ego, inquit, pro isto officio bonam repono gratiam, efficiens ut vera prædices. Vera virtus nihil moratur hominum laudes. Eas qui prædicant, plus debent iis quos laudant, quoniam ipsis debent qui laudantur. Eras. I. 8. apoph.

Pescennius.

Suprà de Laude virtutis stimule.

Vide apoph. de gloria & honoris contemptu.

*De laude à bonis vi-
ris profecta.*

Dionysiodorus.

Gloriaris solebat, quod nemo pul-
sus suos audisset, neque in trireme, neque ad fontem, quemadmodum Ismeniæ. Sentiens, se nunquam captasse plausus sordidorum & imperitorum: sed sat habuisse, probari paucis eruditis. Ita Laërt. in Cratete. Eras. I. 8. apoph.

Agesilaus.

Dicebat, sibi iucundum esse laudari ab his, qui non vererentur & vituperare, si quid displicuisse. Tales enim si quid laudant, iudicio laudant, non metu aut adulacione. Plutar. in Lacon.

Hector.

A patre laudatus ob singulares animi virtutes: Lætus sum, inquit, laudari me abs te pater, laudato viro. A malis enim laudari, non laus, sed decus esse putatur. Cicero.

Seneca.

+ Magnificum ait esse, à laudato, laudéque digno viro laudari. Epist. 102. ex Poëta tragicò.

Alphonse

Alphonſus.

Lúcas Medicus , vir diſertissimus , tūm orationem apud Alphonſum Aragonum regem eloquentiſſimam habuiffet , eūmque exquisitiſ & heroicis laudib⁹ extulifſet : rex hæc audiens dixiſſe fertur , Si vera ſunt Lucas quæ de me p̄dicas , Deo opti- mo maximo gratias ago : ſin aliter , vera ut iſtæ faciat , oro atque obſe- cro . Innuens maximè decere reges , vt laudib⁹ dignos vbiq⁹ ſe præbe- rent . Panor . libro 1 . de reb . gest . Al- phonſi .

De laude à malis homi- nibus profecta .

Antiphenes.

A vdiens ab improbis quibusdam ſe laudatum eſſe : Vereor , inquit , ne quid imprudens fecerim mali . Sentiens , à talib⁹ neminem laudari , niſi ob inſignia malefacta . Laér . li . 6 . cap . 1 .

Antagoras.

Dicebat , Dum me laudant multi , agnōſco planè quantum veræ mihi deſit gloriæ . Cæterū ſi pauci , iam me ſtudioſum diligentēmque exiſti- mo virum . Stob .

Socrates.

Socrates , euidam moleſtè ferenti , quod negligeretur quo tempore tri- ginta tyranni Rempubl . occuparant : Nunquid eſt , inquit , cuius te pœni- tet ? Sentiens , non eſſe moleſtè ferendū , ſi quis contemnatur ab impro- bis , nec hoc notain eſi quenquam oportere diſplicere : ſed ſi quid com- misit , ob quod merito & ſibi & aliis bonis diſplicear . Malis enim diſplicere , laus eſt . Eras . I . 3 . apoph .

Phocion.

Quum aliquando apud popu- lum ſuam dicens ſententiam , vide- ret ab yniuerſis eam accipi . & ſe lau- dari , conuersus ad amicos , Nūm-

nam , ait , aliquid imprudens malè di- xi ? Plut .

Menedemus.

Quum audiuifſet , ſe frequenter ab Alexino laudari : At ego , inquit , illū ſemper vitupero . declarans , ſe non poſſe corrumpi laudib⁹ , quo minus cum reprehenderet , qui reprehe- ſione dignus erat . Eras . I . 6 . apoph .

Ageſtaluſ.

Dicebat , non minus laudatoris in- ſpiciendos eſſe mores , quām eius qui laudatur . Significans , perraro con- tingere , vt aliquis quæ moribus ſuis contraria fint , laudare velit : Forſi- tānque , etſi aliter videretur , perſepe ex laudationis ingenio poſſe eius quoque mores , qui laudatur , agnōſci . Fulg . I . 7 . c . 2 .

Anonymus.

Lacon quidam cum Charislaus rex laudaretur : Quónam , inquit , modo bonus eſſe vir potest , qui ne in malos quidem acerbus eſt ? Plutarchus in apoph .

Phauorinus.

*Eam laudem , qua quis alium , ſui commodi gratia proſequitur , nul- lam fidem mereri dicebat . Stobæus ſer . 14 .

Polyenus.

Audiens quendam laudare p̄ſen- tem , clām obiurgavit laudatorem : P̄ſentem nec viruperandum , nec laudandum eſſe dicens . Quandoquidem illuc iniuritiam gerit , hoc af- ſentationem . Max ſer . 43 .

Demetrius Phalereus.

Quodam dicente , quod à multis laudatus eſſet , respondit , Num ali- quid mali commiſi ? Brufon . libro 3 . cap . 3 .

Pliflarchus.

Cuidam refereati , iſum à mate- dico quodam laudari : Demitor , in- quid , ſi quis illi dixit , me mortuum eſſe . Nam ille de viuo bene loqui po- fit nemine . Non delectatus eſt vir ge- nerosus laude , quæ à viro illaudato proficiſcebatur . Plut .

De laude ab inimico & hoste profecta.

Alphonsus:

Avidens se à Nicolao, Cardinali Capuensi, inimico capitali, plurimum laudari: Si mei omnes, inquit, ita de me sentiant, ut inimicus hic & sentit & prædicat, bello certè me nequaquam laceßerent: sed, quo mihi nihil antiquius est, finerent pace me atque otio perfrui. Panorm. lib. 2. de reb. gestis Alphoni.

De laude à seipso profecta.

Aristoteles.

De semetipso in neutram partem loqui debere prædicabat: quoniam laudare se, vani: vitupera-re, stulti esset. Cuius dicterium in morum puerilium institutionibus etiam hoc carmine apertissimè expreßum est,

Nec te collaudes, nec te culpaueris ipse.

*Hoc faciunt stulti quos gloria vexat
inanis.*

Aristotelis dictum recitat Valer. Maxim. lib. 7. cap. 2. & Laërtius lib. 5. cap. 1.

Xenophon.

* Dicebat vnicuique laudem ab aliis profectam suauissimam esse audi-tu: aliis autem eā esse moleſtissimam quam ſibi quis ipſe tribuit. Plut. de ſui laude, &c. Quid tamen non ſine exceptione intelligendum eſt, ut eodem libro variis argumentis & exemplis Plutarillus demonstrat, & ſequentia dicta luculentē probant.

Pericles.

* Atheniensibus in eum iratis quòd res pro voto non ſuccederent, ille bona conſcientia fretus, At (inquit)

quidem vos irascimini ei viro, qui nemini veſtrū cedo vel peritia re-rum, vel elocutione intellectorum, vel amore patriæ, vel pecunia despi-cientia. Non modò crimen arrogan-gantia, vanitatis & ambitionis effu-git tunc de fe magnificè loquendo, ſed & altitudinem animi, & virtutis declarauit magnitudinem, eo ipſo inuidiam opprimentis, quod deiici ſe & frangitione eſt paſſa. Plut.

Epaminondas.

* Thebanis, eum ob Bœotarchiam prorogatum cum Pelopida multari volentibus, in comitiis dixit, Paratus sum mori, ſi fateri velitis, me vo-bis repugnantibus hostilem regionē vastasse, Messenem condidisse & Arcades in vnum corpus conduxit. Tempeſtiua ſui laus Epaminondam abſoluit: admiratione enim præstan-tissimi ducis Thebani ſuffragiis reli-ctis oberto riſu diſceſſerunt. Plut.

Themistocles.

* Quum in actionibus ſuis nullum dictum aut factum moleſtum adhi-buſſet, ab Atheniensibus ſe ob ſati-tem fastidiri ac despici animaduer-tens, non abſtinuit dicere, Quid, & felices, defatigamini ſæpenumero beneficiis ab eodem accipiendis? & tempeſtate oborta ſub arborem hanc confugitis, ſerenitate reddita inter digrediendum frondes eius ſtingitis? Plut.

Agathocles.

* Multi paupertatem, imperitiam atque adeo ignobilitatem inter suas laudes dum conſidentur, inuidiam re-tundunt. Sic Agathocles aurea pocula & cælata præbibens adolescen-tibus, iuſſit etiam ſicilia proferri. & Talis (inquit) res eſt aſſiduitas labo-ris & tolerantia & fortitudo, nos o-lim lutea, nunc aurea facimus pocu-la. Etenim Agathocles, qui ob obſcu-ritatem generis & egestatem crede-batur in figuli officina educatuuſ poſt-

postmodo regnum totius propè Siciliæ obtinuit. Plut.

Cato Uticensis.

* Fiduci sui elatus, vt hostes reip. coërceret, aliquoties seipsum laudabat, Inuideri sib: dicens, quod suis rebus negleñtis noctes patriæ causa vigilaret. Plut.

Lacones.

* Vt se suosque ad virtutem laborarent, laudis aculeo sèpius vtebantur: præcipùè autem in solenni illa chorea publica, vbi sènum chorus cantabat. Nos fuimus olim iuuenes valde strenui: iuuenù, fortes sumus nos, fac (si vis) periculum: puerorum, Nos extremis olim fortiores plurimò. Plut. in Lacon. apoph.

Agesilaus.

* Cuidam Persarum regem magnū appellanti, dixit, Ni iustior, non maior me est. Plut. eod lib.

Vide ap. ph. de Conscientia, de Fiducia sui, de grauitate dictis, &c.

De laude propter vtilitatem.

Diogenes.

TAxabat hominum vulgus, quòd bonos viros hoc nomine laudarent, quia pecanias contemnerent, iec interim imitarentur quod laudibus extollerent vehementer: sed pertinacios magis sequerentur, quos vuperabant. Laërt.

Simonides.

Quum cæteros laudando venaretur, vt aliquid darent, interrogatus tur Thessalos nō captaret? Stupidores sunt, inquit, quàm vt à me falli possint. Qui querunt cui imponat, ad stupidos eunt. At qui tam erat stupidi, vt non sentirent ingenium poetatum illius, nec tangerentur amore nominis in poeteros transmitendi, nec poterant ab illo falli. Eras. Rot. l.6. apoph.

Phocion.

* Leosthene adhuc rem feliciter gerente, interrogatus ab oratoribus quidnam beneficij in urbem contulisset? Nihil, inquit, quàm quod me prætore vos orationem funebrem nullam habuistis, sed quotquot mortui sunt sepulchris maiorum sunt humiliati. Plut. Idem in Pericle dictum est supra.

Demosthenes.

Vnus fuerat ex decem, quos Athenienses legatos ad Philippum Maeandrenem miserant. Itaque posteaquam Åeschines & Philocrates, quos præcipuè fuerat complexus Philippus, à legatione reuersi, aliis multis nominibus prædicarent regem, tum his præcipuè, quòd esset formosus, fæcundus, & ad bibendum strenuus. Demosthenes ita cauillatus est, vt dicceret, in his laudibus nihil esse dignum rege: nam primam esse fæminarum, alteram sophistarum, tertiam spongiarum. Plut. & Eras. l.4. apoph.

Idem.

* Cuidam eum celebranti ob res gestas & merita erga tempub. Atheniensem, respondit, Non lapidibus ego, non laterè cocco urbem munio: sed si meas munitiones considerare velis, arma inuenies, equos, atque socios, Plut.

Epaminondas.

* A Sycophanta quodam traductus, quòd seipsum impensius laudaret, Facio (inquit) hoc propter vos, Thebani, quorum solorum opera, Lacedæmonium imperium vnica die suerti. Plut.

Agesilaus.

Quoties audiebat aliquos ab aliis laudari, aut vituperari, existimabat non minus discendos eorum mores, qui loquebantur, quàm eorū de quibus loquebantur. Sensit vir prudenterissimus, eos qui alias contemnunt & vituperant, magis prodere morbus suum, quàm detegere morbos alienos.

nos. Et qui ob res parum honestas laudant quempiam, aut ob laudabiles vituperant, indicare stultitiam suam, & peruersum iudicium. Plut. in Lacon.

De lautitiis.

Socrates.

IN conuiuio videns adolescentem lautè comedentem, & subinde panem in ius tingentem, ait: *Quis vestrum pane vtitur pro obsonio, obsonio pro pane?* Laërt. in eius vita.

Aristippus.

Obiicienti quòd cibis lautioribus vteretur, hac ratione occlusit os: Tu, inquit, hos cibos triobolo non emeres? cùmque is qui volebat lautiarum videri contemptor, annoisset: Ergo, inquit, non tam ego voluptati studio, quàm tu avaritia. Siquidem usurus erat & ille lautitiae, si gratis aut minimo contigissent. Laërt. l. 2. cap. 8.

Anaxithenes.

Quodam prædicante lautitias Hominem, inquit, filii contingat, de delectis viuere. Ut rem peccantem detestans, quod plerique pro summo bono amplectuntur. Laërt. libro 6. cap. 1.

Huc refer apoph. de Delicijs, Intemperantia, Voluptate, &c.

De lectionis delectu, vbi multa de Homero & alijs.

Zeno Cittivius.

Dicitur cōsuluisse oraculum, quo pacto posset vitam optimè instituere? respondit Deus: Si concordes mortuis. Ille sentiens se vocari ad lectionem veterum, fese ad philosophiam contulit. Laërtius libro 7. capite 1.

Diogenes.

Ab Hegesia rogatus, ut ipsi libros aliquot commodato daret: non sapis, inquit, Hegesia, qui quum cariccas non pictas, sed veras eligas, vera exercitatione neglecta, ad scriptam te conferas. Hoc dicto notauit eos, qui per omnem vitam nihil aliud quām legunt philosopborum libros rectè viuendi præcepta continent, cùm virtus magis vsu discatur, quām lectione. Χαράκης Græcis anceps vox est, significans scribere & pingere. Itaque virtus libris expressa, quodam modo picta virtus est. Absurdum autem videtur, in caricis habere deleatum, in virtute non item. Laërtius libro 6.

Arcesilau.

* Homerum omnibus præferebat, eumque amasium suū vocabat, noctu semper & summo mane aliquid in eo legens. Pindarum autem dicebat imprimis idoneum esse ad verborum nominumque copiam comparandā. Laërt. l. 4.

Aristippus.

Cuidam iactanti se, quòd esset πολυμαθής, hoc est, multiplicis eruditio, quasi nihil non didicisset: Quē admodum, inquit, non hi qui plurimum edunt, excernuntque, melius valent his qui sumunt quantum opus est: ita non qui plurima, sed qui utilia legerunt, studiosi & erudit sunt habendi. Grauiter taxauit eos, qui tumultuaria immoedicaque lectiones emet ingurgitant: nec ea quæ legunt traiciunt in animum: sed rātum reponunt in memoria, quare nec doctiores euadunt, nec meliores. Laërt. l. 2. c. 8.

Anonymous.

Socratis sermones doctrināq; Pausonis picturis quidā cōparabat. Pausonē enim pictore, aiunt, cùm quidā iussisset sibi voluntatem equū pingere, currentem pinxisse. Cùmque tabulā illi tradiderat, indignaretur, quòd contra pactum fecisset picturam:

am: respondisse pictorem, Verte ta-
ulam, & volubilis equus, qui nūc
urrit. Ita quoque Socratem, non ex-
pliātē planēque differere: Quōd si
uis ea veritat, planissima promptis-
māque esse. Noluit enim auditorū
iuidiam sibi conciliare, atque ob-
am causam obscuras & quasi obli-
uas dissertationes proposuit. *Elian.*
b.1.de Var hist.

Demetrius Phalereus.

Ptolemaeū regem adhortari so-
bat, vt sibi pararet lib. os de regno
éque militari imperio gerendo tra-
nantes, eosque diligēter euolueret:
ropterea quōd ea de quibus amici
on audēt admonere reges, in libris
cripta habeantur. *Laertius libro 5.*
4p. 5.

Agathon.

Sæpe multūmque suis Tragœdiis
ititheta intertex: bat, & quum qui-
am velut emendaturus, ex dramatis
suis tolleret, Quid, inquit, bone-
ir? Quomodo tui ipsius oblitus est,
t Agathonem ex Agathone reiice-
atque delere coneris? Adeò his de-
stabatur, vt ea suam Tragœdiā
sicere putaret. *Elian. libr.14.de*
ar. hist.

Plinius maior.

Dicebat, nullum esse librum tam
alium, qui nō aliqua parte prodes-
t. Verū dixit de his, q u i norūt ex
uibuscunque libris, si quid inest fru-
ferum, excerpere. Sed sunt qui in
bro quantumvis bono nihil venan-
ir, nisi quod reprehendant. *Erasmi.*
b.8. apoph.

Plato.

Tantū tribuebat Aristotelī, vt
ū ille fortē fortuna nō adesset in
cademia, exclamarit, ἀπείρωτος
ἀνθεῖας φιλόσοφος id est, abest veri-
tis philosophus. Rursus cūm alio
tempore abesset dixit, εὐδέλαδεν:
Non venit intellectus. Innuens, se ab
vno intelligi. *Erasmus libro sex-*
o apoph.

Caius Seuerus.

† Cūm ex decreto Senatus libri La-
bieni, cuius erat amicissimus, com-
burerentur; Nunc, inquit, me viuum
vri oportet, qui illos edidici. *Cæl.*
Rhod.lib.ii.cap.13.

Alphonsus.

In oppugnatione Caietæ, cūm ali-
quando defecissent ad tormēta æneā
pōtentosæ illius amplitudinis saxa;
nec aliunde habere facilius possent;
quām ex villa, quæ ab incolis inuete-
rata opinione adhuc asseritur Cice-
ronis fuisse, vt aliunde disquirerent
istiusmodi saxa, rex iussit: Ciceronis
verò (cuius admiraretur in dicendō
laetem eloquentiam) villam, si sape-
rent, inuolentam seruarent. Malle e-
nīm tormenta & machinas amittere;
quām iniuria afficere saxa tantum
illius viti, qui tot tantosque homines
ab iniuria & capitis periculo vindic-
casset suo patrocinio. *Panorm.lib.4*
de reb.gest.*Alphonsi.*

Idem.

Audiens à quibūsdā Caietanis mā-
lē literatis, M. Tullij sepulchrum ext-
tare adhuc iuxta Formias (ibi enim
villa Ciceroniana insignis olim fuit;
nūc autem Mola vocatur) in via Rō-
mana vetustis literis inscriptum; eius
rei visendæ percupidus, statim cum
locum accessit, & sentibus rubisque
primò tumulum purgans, móxque
legere inceptans, non M. Tullij, sed
M. Vitruvij inscriptionem inuenit,
qua lecta, vultum risu soluens dixisse
fertur, Caietanos ex Minerua oleum
quidem accepisse, sed sapientiam am-
misisse. Constat autem *Alphonsum*
Ciceronianæ lectionis tam studio-
sum fuisse, vt perrādē eius tādio affi-
cipotuerit. *Panor.li.i.de rebus gestis*
Alphonsi.

Aeschines.

Cūm Aeschines iam dominatus ab
Atheniensibus, Rhodi exularet, re-
citauit corā amicistrationem suam
contra Demosthenem habitam. Ve-
rū cūm hanc admirarentur Rhod.

dij, & diceret, mirum esse, quod post tantam orationem non esset absolutus: At desineretis, admirari, si audistis quae ad haec respondit Demosthenes. Rhodij igitur cum recitata Demosthenis orationem multo magis admirarentur, Quid, inquit Aischines, si ipsam bestiam audiretis, sua verba resonantem? Sentiens in Demosthene magnam Demosthenis partem deesse, si quae ipse scripsit, ab alio recitarentur. Philostratus in sophistis.

Bion.

Cum diceret impietatem esse maximam fiduciae contubernalem, non erubuit hunc Euripidis versiculum adiudicare:

θουλοῦ γέ αἴσθα πάντα σύνεμός τις;

Id est,

Seruum facit, quamvis feroculum vi-
rum.

Laert.lib.4.cap.7.

Chrysippus.

In quodam opere toties citarat versus Euripidis ex Medea, ut ibi tota fabula fuerit inspersa. Hunc librū quidam portans, & rogatus quid ferret, Chrysippi, inquit, Medeam.

Cleomenes Anaxandr. F.

Dicebat, Homerum esse poëtam ciuium Lacedæmoniorum, Hesiodum verè Helotum, hoc est seruorum: quod illie docuisse, quomodo cum hostibus configendum sit: hic, quomodo agri colendi. Lacedæmonij enim cum bello assiduo secesserent, humiliores operas, artes manuarias, & agriculturæ studium, servis committebant, quos Helotas vocabant. Plut.in Lacon. Aelian. l.13.de Var.hist.

Alcibiades.

Aliquando in Iudum literarium ingressus, periiit à ludimastro Homeri Iliadem, cuius lectionem plurimum admirabatur. Ac ludi moderator cum se nihil Homeri operum habere affirmaret, inflixit ei pugnum satis durum, dicens: Imperitus es

præceptor, & tibi similes discipulos facies. Aelia.l.13.de Var.hist. & Plut. in apoph.

Plato.

Ad tragicum certamen paratus, auditio Socrate mutans consilium, poëmata sua exulsum, præfatus Homericō carmine,

ἴφεις εὐρύμαχος θεός πολάτωνιν
στο χατίζει.

Huc ades o Vulcanē, Platonī nunc o-
pus est te.

Referat Diogenes Laer lib.3.

Aristoteles.

Calisthenem discipulum, liberioris linguae hominem, Homericō versiculo admonere voluit:

ἀνύμογε δέ μοι τέκος διέσπειρε
αἰγαλέας. id est,

Talia nate loquens, haud male tem-
pore viues.

Laert.lib.5.cap.5.

Polemo.

* Is Homerum appellabat epicum Sophoclem, & de Sophocle dicebatur esse Homerum tragicum. Laert libro 4.

Anaxarchus.

Cum videret ex Alexandri vulne re, quod i& sagittæ acceperat, mānare sanguinem, dixit versu Home rico,

Τε πί υψηλα, καὶ διὰ ἵχωρος οἱ δοπέρ τ
ρέα μακρέρεσ θεοῖσι.

Id est, Hic quidem sanguis est, non ille liquor, qualis diuis solet ire beatis. Admonens regem suæ conditionis, qui pro Deo affectabat haberi. Quanquam hoc quidem non ab Anaxarcho, sed ab ipso Alexander dictum tradunt. Laertius libr.8.cap.10.

Pyrrho de eodem.

Pyrrho Eliensis philosophus, admirari solebat illum Homeri versiculum.

Οἵπερ φύλλων γρυπή, τοιδὲ καὶ αὐραῖ
*Tale quidem genus est hominum, qua-
le est foliorum.*

Laert.libr.9. cap.11.

Iſau

Iseu Sophista.

Lacedæmoniis periclitantibus ac de ciuitate mœnibus cingenda consultantibus, Homericum carmen re- citauit.

λομίς αἱρετομίδ' εἰπεῖσθαι κόπος κόπου, ἀνέρει οὐδὲν ποιεῖ. id est,
Scutum hæsit scuto, galea gales, atque viro vir.

Et adiecit, Sic mihi state Lacedæmonij, & muris cincti sumus. Philost.in Sophist.

Hippodromus Sophista.

Homerum appellare solebat vocem sophistarum, Archilochum spiritum : quod ille suppeditet verba splendida, hic acrimoniam & vehementiam. Philost.in sophistis.

Idem.

Quodam tragœdiam appellante sophistarum matrē, correxit dictum: Ego, inquit, dico Homerum esse patrem. Siue quod nimia sit tragicorū grandiloquentia: siue quod fons tragœdiarum sit Homerus. Pulchrius autem est ex ipso haurire fonte. Philostr. in sophistis.

Idem.

Suprà de laudis contemptu.

Phlorenus.

Apud Pythonem prandens, appositis oleis, cùm paulo post inferretur patina pisciū, percussio vasculo quod habebat oleas, Homericum hemistichium dixit, *υγίειν δέλας, id est, scutica incitauit ut traherent.* Nam de auriga dictum est. Sensit autem Phlorenus, oleas quamprimum auferendas, alludens interim ad Græcam vocem: *λαζων*, quæ sonat oleorum: & *δέλας*, quod sonat trahere currum, aut aliquid simile. Erasmus lib.6.apoph.

Taurus.

† Hic à Symposium Platonis incipere gessit, propter Alcibiadis comedationem: Ille à Phædro, propter Lyfix rationem. Et etiam, quæ Platonem legere postulet, non vitæ ornādæ, sed lingue orationisque comedē-

gratia, nec vt modestior fiat, sed lepidior. Hæc Taurus de nouitiis Philosophis. Gell.lib.1.cap.9.

Alexander.

Præter modum delectatus est Homo, adeò vt illū ad verbum edidicerit, ac dormiens etiā cervicali suppositum haberet. Eum aliás summam virtutis præconem, interdū poëtam *επιλογὴν* appellare consuevit: cuius carmina censebat non ad citharam, vñ aliorum, sed ad tubam potius esse canenda. Addebat illud, se malle Homeri Thersites esse, quam Cherillus Achillem. Cherillus erat Alexandri poëta non satis felix, qui cùm fertus ita paetus vt pro quoquo bono versu acciperet Philippeū aureum, pro malo eolaphum. Idem cum in Sigeo ad Achillis tumulum astisset: O fortunate, inquit, adolescens, qui tuus virtutis præconem Homerum inuenieris! Cicero in oratione pro Archia. Plut.in Alex.

Idem.

Quum nuntius quidam gaudio gestiens, porrectaque manu ad Alexandrum accurreret, rem prosperè gestam narraturus: Quid mihi bone vitæ magni nuntiabis, nisi nunties Homerum reuixisse? Significans, omnium rerum gestarum gloriam abolédam, nisi contingeret talis præco, qualis fuit Homerus. Plut.in apo.Reg.imp.

Idem.

Cum ad Alexandru Magnum scripnum delatum esset, in quo omnes reges Darij regis opes seruatæ erant, & quæreretur, in quémnam vsum destitūnandum posthac esset, aliis aliud suadentibus, Alexander ait: Huic optimè seruandus Homerus dabitur. Sætiens, nullum esse thesaurum illo pretiosiorem. Adeò enim Homericæ lectione delectabatur Alexander, ut raro deposituerit è manu eius poësin, testante Plut.in eius vita.

Seneca.

† Vide (aiebat Lucilio) ne lectio multorum auctórum, & omnis

generis voluminum, habeat aliquid vagum & instabile. Certis ingeniis immorari & innutri oportet, si velis aliquid trahere, quod in animo fideliter se deat. Nusquam est, qui vbiq. est. Et; Probatos (supple authores) semper legē: & si quando ad alios divertere libuerit, ad priores redi. Aliquid quotidie aduersus paupertatē, aliquid aduersus mortem auxiliū cōpara: nec minus aduersus ceteras pestes. Et cū multa percurreris vñ exercepe, quod illo die cōcoquas. Epi. 2.

Eudamidas.

Suprà de Honoris contemptu.

Idem.

Si quando in colloquiis aut conuiiis incidisset contentio de carminibus Homeri, aliis alia pr̄ferentibus, hoc vnicē probauit Alex. Iliad. 7.

ἀμφότεροι, βασιλεὺς τὸν δῆμον, καὶ τοὺς τὸν αὐχεινταί. id est,

Dux bonus atque idem validus pugnator in armis.

Addebat, Homerūm hoc versu virtutes Agamemnonis prodisse, Alexandri vaticinatum esse Plut. in Alex.

Theocritus.

Suprātīt. de Dialectica.

Scripo Africanus.

* Socraticum Xenophontē in manib⁹ semper habebat: cuius in primis laudabat illud, quod diceret eosdem labores non æquè esse graues imperatori & militi, quod ipse homines laborem imperatorum faceret leuiores. Cīc l.2. Tusc. quæst.

Virgilius.

Ennij opera diligenter & s̄epius euoluens, ac rogatus quid ageret, Averuta, inquit, lego ex stercore. Sabell. lib. 2. cap. 7.

Vespasianus.

Vespasianus in quandam proceræ statutæ, sed improbiū natum corsit illud carmen: Homericum, μηχαὶ λίται κραδέων δολιχίσιον εἴγ. xos.

id est,

Longam hastam quattuor diuiditū pas- fibū ibat.

Erasm. Rot. lib. 6. apophthegm.
Alphonſus.

Alphonsus cūm inter peregrinandum forte ad eum locum, vnde Sulmo poterat despici, peruenisset: ea Ouidij (cuius poëmate mirum in modum afficiebatur) patria esset, interrogavit? q. ûmq. intellexisset natale Nasonis solum esse, urbem salutauit, gratiāsq. genio loci egit, in quanto tanta olim poëta genitus esset, de cuius laudibus nemo satis fari possit. Ego sanè, inquit, huic regioni, quæ non parua regni Neapolitani nec contemnenda pars est, libēter cesserim, si temporibus meis datum esset, hunc poëtam vt haberem: quē mortuum pluris ipse faciam quam Aprutijs dominatum. Pontanus, & ex eodē Spigelius in li. 1. Panor. de rebus gestis Alphonſi. cap. 47.

Antimachus.

Quum conuocatis auditoribus recitaret ingens volumen quod conscriperat, & ab omnibus esset destitutus, excepto Platone: Legam, inquit, nihilominus: Plato enim mihi instar est omnium. Tullius li. de Claris oratorib. Brus. l. 2 c. 23.

Gorgiae.

Cūm forte fortuna legisset Platoni dialogū sui cognominis, qui Gorgiae inscribitur, dixisse fertur: ὁ γαλῶς εἶτε πλάκτων ιαμβίζει: Ut pulchre nouit Plato iambissare, hoc est mordere. Nam is pes primum ab Archilocho, ni fallor, repertus est ad maledicendum: vnde & nomen haberet, vel à muliere petulante & baccha, vel à mittendis iaculis. Si quidem in eo dialogo proscindit sophistas, id quod nusquam non facit. Erasm. libr. 8. apoph.

Theocratus.

* Ad ludimagistrum quandam mālē pronuntiantem accedens, rogauit, Quā sit, quod Geometriam non doceas? is cūm respondisset, Quoniam ignorō. quid tum? dixit: nam legere quoque nescis? Stob. serm. 4.

Alphon-

Alphonsu.

Quum opera philosophica Senecę legendō euolueret, rogatus à Dauolo aulicorum præcipuo, Cur animus mortalium ita immensus atque insatiabilis foret? respondit rex: Animus hominis à Deo profectum, non prius conquiescere quām eō rediret, vnde profectus esset. Esse proculdubio animum nostrum Dei & aeternitatis capicem, propterea neque impleri, neque satiari posse iis rebus, quæ fluxæ & incertæ essent: sed Deum ipsum veluti naturalē sedem, & suum quodammodo perfectum bonum appetere, hoc est, solidum & perfectum bonum. Panorm. l. i. de reb. Alphosi.

Idem.

* Gloriabatur, quater decies vtrūque Testamentum cum commentariis à se perlectum. Ant. P. l. i. de reb. Alphonsus.

Hadrianus.

Hadrianum imperatorem Virgiliana lectione inde mirū in modum delectatum legimus, quod mortem suā Virgiliano carmine prædixerit.

Ostendent terrū hunc tantūm fata, neque ultrā

Eſſe finit, &c.

Dion Cassius in vita Hadr.

Alphonsu.

Alphonsus Aragonū rex, cùm armam Neapolitanam iustaurare decreuisset, Vitruuij de Architectura librū afferri ad se iussit. Verūm cū sine ornatū, sinéque afferibus allatus esset: Non decere, inquit, hunc potissimū librū, qui nos quomodo contegamur tam bellè doceat, detectum incedere. Librum igitur egregiè ad vsum parari mandavit, & omnibus semper ædificiis adhibuit. Panorm. l. i. Idem Q. Curtij lectionem, à qua in morbo misericè fuerat recreatus, medicorū pharmacis longè prætulit.

D. Cyprianus.

* In Tertulliani lectione tam fuit assiduus, ut nullum diem absque eius

lectione prætermitteret: & notarij Paulo sāpe diceret, Da magistrum, nempe Tertullianum. Hieron. in catal. viror. illustr.

*Delegatione & legatis.**Agis Archidami F.*

C Vm ad Philippum regem legatus mitteretur, solus regem sine comitatu accessit. Verūm cùm rex admiraretur: Veni, inquit, vnu ad vnum. Quo dictorio taxauit superuacuum legatorum aliorum sūmp̄ tū, quo eraria plerunque exhauriuntur, quum Reipublicæ negotia per vnicū sēpenumero expediri possint. Plut. in Lacon. apoph.

Anonymous.

Lacedæmones vnum legatum ad Demetrium regem miserant. Stomachante autem tyranno, ac vociferante, Vnū ne Lacedemonij legatum ad me? Satis, inquit legatus, vnu ad vnum. Plut.

Anonymous.

* Lacones olim quū ad Lygdamū tyrannum issent legati, atque ille cōgressus sāpius differret, dicēs se moliter habere. Dic, inquiunt legati, perdeos non venisse nos cum illo collutaturos, sed collocuturos. Plut.

Polycratidas.

Infrā apoph. de Patria fortiter propugnanda.

Hyperides.

Legatus ab Atheniensib. ad Rhodios fuit. Eò cùm adessent ab Antipatro legati, qui Antipatrū vt benignū celebrarent, occurrens eis, Noui (inquit) benignum esse: verūm nos ne benignum quidem quærimus dominum. Plut.

Gobrias.

Darius rex ingressus in Scythiam, inopia laborabat. Scytha autem legatos ad eum miserunt cum muneribus: aue videlicet, mure, rana, & quinque sagittis: Darius pro mure terrā, pro rana aquas, pro aue equos, pro

Sagitta seipso tradere interpretatus est, Gobrias autem hoc dicere dona coniebat: O Persæ, nisi ut aues ad uoleris, aut ut mures subeatis terram, aut ut ranæ insiliatis in paludes, non remeabitis, his sagittis cōfeti. Brus. lib.3.cap.30.

M Cato.

Quum tres essent designati, qui legati proficiserentur in Bithyniam: quorū unus podagra teneretur, alter caput haberet vulnerib. confosum, tertius recordia laborare videatur: Cato ridens dixit, Pop. Rom. legationem nec pedes habere, nec caput, nec cor. Plut.

Megacles.

* Messanæ quæ in Sicilia, est, isti uis fortissimus Agathocli tyranno eam inuadere conant modis omnib. aduersabatur. Ideo tyranus Messanam oppugnare paravit, missq. Præcone, Megaclem à ciuib. expositebat. Megacles vltro se ad tradendum tyranno obtulit, si legatus mitteretur. Decernentibus hæc Messeniis, accedens ille ad Agathoclem, Ego verò, inquit, & legatus ciuitatis nomine venio, & moriturus. Sed ante de legatione audias. Consilio conuocato, addidit Megacles, Si ad excidendas Syracusas expeditionem Messenij suscepissent, utrum pro Syracusiis, an pro Messeniis omnia faceres? Subridens Agathocles, relicto bello Megaclem incolumem domum remisit, amicitiamque iniit cum Messeniis. Polyænus lib.5.

Popillius.

* A Senatu literas Antiocho attulit, quæ eum iubebant exercitum ex Ægypto abducere, neque regnum pupillorum Ptolemæi vita defuncti usurpare. Accedens, eminuſq. ab Antiocho comiter salutatus, non reddita salute epistolā tradidit, qua lecta cùm deliberatione habita responsum se rex diceret, bacillo Popillius orbē circa eum descripsit, inquiens, Hic ergo stans delibera & responde.

Omnibus magnanimitate legati perclusis, cùm Antiochus se ex Romanorum sententia aucturum profiteretur, ita demum regem salutauit, amplexusque est Popillius. Plutarch. in apoph.

De legibus.

Diogenes.

Dicebat, nec legem esse sine ciuitate, nec ciuitatem sine lege. Laer. I.6.

Aristoteles.

+ Cyclopianam vitam appellat, ubi nullis publicis legibus viuitur, sed quisq. suo arbitratu res gerit. lib. 10. Eth ad Nicom. ca.9.

Archytas Pythagoreus.

* In legibus sanciendis dicebat ea primum sancienda esse quæ deos, genios & parentes spectant, & in summa quæ honesta egregiæ sunt. Secundo loco, vtilia. Decere autem in animis ciuium potius quam in scribiis & tabulis coditas esse leges. Stobæus ser. 41.

Idem.

* Leges regionum & locorum rationē habere debere dicebat. Quum nec omne solum ferat omnia, nec omnium hominum animi earundem virtutum capaces sint. Stob. ser. eod.

Zaleucus.

* Is inter laudabiles leges Locribus hanc tulerat, si quas voluerit leges sanctitas mouere, aut nouam statuere, is collo in laqueum immisso de lege verba faciat. Et si per suffragia viderit legem veterem esse tollendam, aut eam quæ noua infertur bonam esse, indemnis maneat: contraria, si prior lex melius habere videatur, aut quæ noua proponitur iniustis, is qui mouet infertive legem, laqueo attracto moriatur. Stob. serm. 42.

Antisthenes.

Negabat sapientem vivere iuxta leges, sed iuxta normam virtutis. Sentiens,

ciens, non ideo quid vitari à iusto quod hoc agere legibus interdictum sit: sed quod ipsa hominis ratio hoc dissuadeat, quæ docet hominem, hoc esse honestum, illud turpe. Nec leges omnia præscribunt: at virtutis regula docet ubique, quid sit honestum, quid turpe. Idem.

Plato.

* Dicebat necesse esse leges hominibus ponere, ut secundum eas viuant, alioquin nihil à feris discreparent. Huiusque rei causam esse, quod nullius hominis ingenium ita natura institutum est, ut quæ ad publicum humanæ vitæ bonum conferunt, sufficienter cognoscat: & si cognovit, ut optimum id quod nouit semper age posse ac velit. lib. 4. de legib.

Idem.

† Si quis hominum diuinæ sortis favore ea natura prædictus esset, ut cognosceret publicum bonum, ad idque generosè ac semper intenderet, multis legibus sibi dominaturis egreditur. lib. 9. de leg. Et hoc docuit Apostolus, Iusto nullam legem esse petitam, 1. Tim. i.

Demades.

* Necessitatem dicebat esse seruorum legem: legem verò liberorum esset necessitatem. Anton. & Maxim. ex. de lege.

De legum authoritate & obseruatione.

Heraclitus.

Dilebat, ciues non minus optere pugnare pro legibus, quam pro mœnibus. Quod absque legibus nullo pacto possit esse civitas incolamis, absque mœnibus possit. Laer. lib. 9. cap. 1.

Solon.

Percontatus, quo pacto salua possit esse respublica? respondit: Si ciues quidem magistratui obedient, magistratus autem legibus. Sensit vir la-

pientissimus, eam ciuitatem conservari nequaquam posse, vbi ex utraque parte legum sit neglectus Stob. ser. 41. Anton. in Melissa, part. 1. ser. 67. &c Max. ser. 50.

Cleobulus.

Bene compositam rem pub. putabat, vbi magistratus magis infamiam quam leges metuunt. Stob. serm. 41.

Bias.

Eam Rempublicam saluam fore existimabat, in qua leges perinde ac tytannum omnes metuant. Idem.

Idem.

Damnaturus quempiam ad mortem, lacrymatus est. Et cum dixisset quidam, Quid est quod fles, cum penes te sit, vel absoluere, vel condemnare hominem? respondit, Quia necessarium est, naturæ quidem condolere, legi autem suffragari. Stob. ser. 43. Maximus ser. 6.

Chilon.

Eam ciuitatem saluam iudicabat, in qua maximè leges, Rhetores verò nequaquam obseruarentur. Stob.

Idem.

Monuit, obtemperandum esse legibus. Hoc ad principes præcipue pertinet, qui se credunt non teneri legibus. Nec aliunde magis florent Respublicæ, quam si legum vigeat authoritas. Nec ibi tyrannis oriri potest, vbi ex arbitrio priscarum legum geruntur omnia. Laer. lib. 1. cap. 4.

Putacius.

Crœso percontanti, Quod esset maximum imperium? inquit, ποικιλός, id est, varij ligni. leges innuens. Nam olim in tabulis ligneis leges inscribebantur. Porro vbi summa est legum authoritas, ibi est minimum tyrannidis. Laert. lib. 1. cap. 5.

Themistocles.

Cum ei prætori hominem non usque adeò bonam causam habentem Simonides summopere com-

mendaret eius fauorem petens: Themistocles respondit: Nec Simonidem poetam fore bonum, nisi mensuram certam in carmine obseruaret: neque se bonum praetorem, si ob fauorem aut gratiam amici à legibus vel tangentium declinaret. Plut.

Demosthenes.

Ciuitatis animam esse leges dicebat. Ut enim corpus anima carnes cadit, sic ciuitas nullis administrata legibus eueritur. Max. ser. 68. & Stob.

Socrates.

Interrogatus, Quæ ciuitas optimè administrare uult? Quæ, inquit, ex lege viuit, & iniustos punit. Maxim. serm. 68.

Epicurus.

* Leges sapientum causâ positas esse dicebat: non ut iniuriis abstineant, sed ne eis afficiantur. Stob. serm. 41.

Plato.

Rogatus à Cyrenensibus, ut ipsis leges scriberet, ac reipub. statu componeret, recusauit dicens: Per difficile esse condere leges tam felicibus. Indicans, non facile obedire legibus eos, qui nimium se felices esse putarent. Laert. lib. 3.

Arcesilaus.

Dicere solitus est, quemadmodum ubi multi essent medici, ibi multi sunt morbi: ita ubi permulta leges essent, ibi plurimum esse vitiorum, Laert. li. 4. ca. 6. Max. ser. 58.

Cleon.

* Multò meliorem dicebat esse statum ciuitatis, quæ licet deterioribus, firmis tamen legibus vtitur: quam illius, quæ bonis quidem, sed irritis. Thucyd. li. 3.

Aristides.

Cum quedam reum egisset, & iudicesset, post eius accusationem reum audire nollent, sed protinus ad suffragia, quibus eum damnarent, proponerent: Aristides supplex pro reo intercessit apud iudices, ut cum iusta legum præscripta diligenter au-

dirent. Tanta erat in viro legum autoritas & obseruatio. Plutarchus in apoph.

Lycurgus.

Inter leges quas Lycurgus Rector tulisse fertur, hæc erat una: Nequa mulier maritata proficeretur Eleusinem. Id statuit, veritus, ne à diuitiis dato pretio corrumperentur, addita est poena, drachmarum sex millia. Ei legi cum vxor Lycurgi non obtemperasset, sycophantis, qui deprehenderant ac derulerant, dedit talentum. Ea res quum illi postridie vitio daretur apud populum: Atqui ego, inquit, dare conspectus sum, nō accipere. Quidam ferunt leges ad quæstum. Hanc notam à se depulit, qui nec in uxoris gratiam voluit abrogare legem, sed multam de suo dependit. Eras. li. 8. apoph.

Tennes.

+ Rex Tennediorum fuit, qui in mari seruatus, in quod ob fallam adulterij suspicionem patris iussu fuerat proiectus, legem tulit, ut si quis adulterum deprehenderet, eum securi trucidaret. Deprehenso in tali criminis filio suo, interrogatus quid faciendum esset? Respondit, lege vtenendum. Atque ille domesticum luctum, legum autoritati postponendum putauit. Steph. in Catalog. vrbium.

Alcamenes.

Alcamenem Telecri filium quum quidam interrogasset, cur seniores apud Lacedæmonios plures dies sumerent ad cognoscendum in causis capitalibus: & si quis fuerit absolu-tus, nihilominus sit legi obnoxius? Ideo, ait, tam diu de rebus iis consultant, ut si in capitibz discrimine errarent, emendent, ne de legum autoritate quid decederetur. Plutarchus in Lacon.

Idem.

Eundem cùm quidam interrogasset, quam ob rem munera à Messeniis oblata ita recusasset: Quoniam si receperissem, inquit, cum legibus pa-

pacem habere non poteram. O men-
tem rege dignam, quæ magna ob-
viōque lucro legēm authoritatem
anteposuit! Improbat eos qui cla-
mitant, quod principi licuit, legis
vigorem habere: & principem dare
quidem leges, at non teneri legibus.
Plut.

Acroatus.

Cūm parentes cum rogarent, vt
in reparum honesta ipsis obtempe-
raret, respondit, Donec essem apud
vos, nullam omnino tenebam iusti-
tia & æquitatis scientiam: verū v-
bi me patriæ dedistis, legib[us]q[ue]; sub-
ieciistis, conabor his magis obtempe-
rare, quam vobis. Quo dicto innue-
re voluit, quam plurimum quidem
filios debere parentibus suis: verū
ita tamen, ne leges saluberrimè la-
tas transgrediamur. Plut.in Lacon.
apoph.

Demaratus.

Cuidam percontanti cur exularet
Spartā cūm esset rex? Quoniam, in-
quit, leges sunt in ea potentiores. si-
gnificans, regem apud Lacedæmonios esse principem ciuitatis, at non
legum dominum, sed his non minus
obnoxium régem quam ciues. hoc
ipsum laudabat in suæ gentis insti-
tutis, per quod cogebatur exulare.
Dedit interim insigne moderationis
specimen, æquo animo ferens exi-
lum, autoritate legum indictum,
nec de patria male loquens, nec de
legum iniquitate querens. Idem.

Pausanias Plistonattus F.

Cuidam roganti, Quam ob rem
apud Spartanos nefas esset, villam
priscarum nouare legum? Quoniam,
inquit, legibus conuenit authoritas
in homine, non hominibus in le-
ges. Plut.in Lacon.

Archidamus Zeuxidami F.

Roganti, quinam essent Spartanæ
ciuitatis præfetti? Leges, inquit, ac
legitimi magistratus. Graui ter cen-
suit, in republ. bene iustitura supre-
mam authoritatem esse legibus de-

ferēdam, nec vlli magistrati fas esse
quicquam contra leges publicas ten-
tare. Plut.

Charilaus.

Infrā tit. de lingua, garrulitate &
loquacitate nimia.

Charondas.

† Celebris hic Thuriorum legisla-
tor legem tulit, vt ei capitale esset,
qui villa ex causa in concionem pro-
diret armatus. At idem aliquando
cūm immemor gladij ad latus pendē-
tis, tumultum in foro excitatum
sedaturus adproperasset, quidam ex
æmulis statim exclamauit, Itane le-
ges à te nobis impositas, primus om-
nium prævaricaris? Minime vero, in-
quit, quin eas ratas faciam, ac è vesti-
gio sibi eodem illo gladio vitam ade-
mit. Diodor.li.12.Val.Max.li.6.ca.5:
Arist.li.2.Politic.

Agesilaus.

In pugna Leuctrica, quum Lacedæmoniorum multi fugissent, si que
legibus pœnas dare deberent: Ephori reputantes, ciuitatem viris deser-
tam, egere militibus, cupiebant eam
ignominiam militibus remittere, si-
mūlque seruare leges. Deligunt igitur
Agesilaum nouarum legum conditorem.
Is prodiens in suggestum:
Ego, inquit, alias leges haudqua-
quam latus sum, neque enim his
quas habetis, aut additurus sum ali-
quid, aut detracturus, neque quic-
quam omnium mutaturus. Sed mihi
rectum videtur, vt leges quas habe-
tis, à die crastino robur habeant, &
authoritatem. Eo commendo vir so-
liers simul & præsenti ciuitatis ne-
cessitati consuluit, & periculose
mutandarum legum exemplum ex-
clusit à Republica, uno tantum die
legibus abrogatis. Plutarc.in Lacon.
apoph.

Idem.

Quū haberet apud se Xenophon-
tem illum sapientem, cūmque plu-
rimi faceret, iussit vt filios suos ar-
cesseret Lacedæmonem, docendos

artem omnium pulcherrimam , videlicet imperare , & parere imperio. Athenis florebat omnia libera- lium disciplinarum genus : sed hanc cæteris omnibus præstantiore , existimabat nusquam melius disci , quām apud Lacedæmonios , ubi non verbis disputabatur de bene administranda republ. sed ciuium moribus honestissimæ rei exemplum exprimebatur. Simil indicans , eos non esse gerendo magistratui idoneos , qui legibus ac magistratui nescirent obsequi. Proinde rogatus abs quopiam , quam ob rem Spartanorum res publica præ cæteris , secundis rebus floreret? Quoniam , inquit , plus cæteris in hoc se exercent , ut pariter & imperare & parere sciant . Quæ duæ res à ciuibus excludunt seditiones , & tinentur concordiam. Idem.

Idem.

Cùm in causa quadam federet iudex , & is quidem qui accusabat rectè dixisset , patronus contrà malè subinde tamen repeteret inter dicendum , Agesilae , decet regem opitulari legibus ; perinde quasi bonam haberet causam , & ab ipso starent leges : hominis improbitatem interpellans Agesilaus : Si quis , inquit , tibi domum perfoderit , aut vestem abstulerit , num expæstaturus es , ut architectus , aut qui vestem conteguuit , tibi sit auxilio futurus ? Subindicabat regem esse veluti legum architectum : nec conuenire ut opituletur ei , qui contra leges aliquid admiserit. Plutarc. in Lacon. apophthegm.

Idem.

Sciscitante quodam ab Agesilao Lacedæmoniorum rege , quid Spartæ attulissent Lycurgi leges ? Voluptatum , inquit , contemptum. Videlicet indicans , eam demum Rempubli cam esse saluam , in qua leges sub optimo principe omnes voluptates arcant. Plut. in apoph. Lacon. Erasm. li. 1. apoph.

Idem.

Quom Diphridas Agesilao è patria nuntium attulisset , vt omisisse quæ tum agebat , protinus in Bœtiā irrumperet : quam destinarat hoc ipsum postea maiore aggredi apparatu , tamen magistratis obtemperans , accersitis ad se viginti milibus eorū qui apud Corinthum militabant , invasit Bœtiā ac iuxta Coronam congressus cum Thebanis , Atheniensibus , Arguiis & Corinthiis ambas acies superauit , licet iope multis acceptis vulneribus , corpore esset graviter affectus. Quæ pugna quum esset inter res ab illo gestas omnium maxima , quemadmodum scripsit Xenophon , tamen domum reuersus , nihil de pristino victu vitæque modestia mutauit , ob tantos rerum successus , totque victorias. Multo dignior erat triumpho victoria , qua vir ille primū suis consiliis anteposuit legū authoritatem , deinde tot egregiis facinoribus nihilo fatus est insolentior. Plutar. in Lacon. apoph.

Idem.

Quum maximam Asiaz partem armis sibi subegisset , constituerat ad ipsum regem Persarum proficisci , vt eum compesceret , qui sic erat quietus à bello , vt interim Græcorum duces pecunia corrumperet. Cætrum reuocatus domum ab Ephoris , ob Spartam Græcorum obsidione cinctam (nam id rex Persarum pecuniis missis effecerat) paruit , dicēs: Bonum imperatorem legum imperatis parere oportere , citrâque cunctationem soluit ex Asia , magno sui desiderio reliquo Græcis Asiaticis. Offerebatur rei bene gerendæ occasio , inuitabat illum Græcorum affectus , ut instituta perageret : sed rex à tyrannide alienissimus , legum authoritatem existimabat omnibus anteponendam. Idem.

Zeuxidamus.

+ Quærenti cur Lacedæmonij non scri-

criptis mandarent leges, ac constitutions egregiè factorum, rerūmque memorabilium, & eas iuuenibus legendas proponerent? Ut assuecant, inquit, iuuenes factis, nō verbis. Plut. in apophla Lacon.

Cyrus.

Interrogatus, quōsnam putaret esse iniustos? Lege, inquit, non videntes. Max. ser. 58.

Antiochus tertius.

Scriperat ciuitatibus, vt si quid per literas iuberet fieri, quod aduersaretur legibus, ne curarent, perinde, quasi ipso nescio scriptum esset. Interdum enim principes, dum metuant quosdam offendere, scribunt quæ fieri nollent. Quicquid autem pugnatcum legibus, hoc velut insciente principe scriptum esse putandum est: quippe legum defensores, non oppugnatores esse debent principes. Erasm. libr. 5. apoph. ex Plut.

M. Cato.

Ad tribunum plebis, qui veneficij infamia laborabat, iniquè ferentem legem: Adolescens, inquit Cato, non dum scio utrum haurire quod temperas, an approbare quod scribis, determinus sit. Eras. li. 5. apoph.

Sulp. Gallo.

Infrā de Zelotypia, & de Seueritate.

Augustus Cæs.

Legem tulerat de adulteris, quomodo iudicandi essent de hoc criminē delati, & quomodo puniendi conuicti. Paulò post ira impatientia irrituit in adolescentem delatum, quocum Iulia Augusti filia commercium habuisset, eumque manibus verberauit. At quum adolescens exclamasset, Legem tulisti, o Cæsar: adeo facti pœnituit Cæarem, vt eo die recusaret cœnam capere. Crimen per se graue erat, tum admissum in Cæsar's filiam. Quis princeps ibi dolori suo temperaret? Aut quis ibi legum iudiciorūmque moras expet-

eret? At tantus princeps sibi adeo displicuit, vt à seipsp pœnas sumeret, quod legi, quam aliis prodiderat, nō per omnia paruissest. Plutarchus in apoph.

Epicteus.

Multa extant ab eo de legibus scitè dicta. Inter hæc, legis scopus est bene mereri de vita hominum: non potest autem eius beneficia esse cùm ei beneficium accipere libuerit: solis enim obedientibus suam virtutem declarat. Ägri seruator est medicus: iniuriā passi, lex. Leges verissimæ sunt, quæ iustissimæ legi, & principi & sapientiori cedere decorum est. Anton. & Max. serm. de lege.

Theophrastus.

* Dicebat bonos non multis egeare legibus. non enim res ipsæ legum causā, sed leges rerum causā, ponuntur. Eod. serm.

Carolus Magnus.

† Gladij capulo, cui insignia sua insculpta erant, edicta signabat: Eiusdem enim esse dicebat, & confirmare & defendere leges. Corrozet. de dict. & fact. memorab.

Alphonſus.

Improbè agere principes dicebat, qui aliis honestè decoréque viuendi legem præsiberent, ipsi verò nihil temperantiores sese præberent. Inquit autem non satis esse promulgare leges, etiam saluberrimas, nisi sint qui promulgas defendant, & vita etiam innocentia cæteris præcedant. Panormitanus libr. 5. de rebus gestis Alphonſi.

Vitoldus Lit. dux.

Vitoldus Lituaniæ dux (qui adeo differentem, moribus & habitu à suis popularibus sese præbuit, vt illos tonderi editio iussit, sibi tanquam maiestatis insigne barbam intonsam retinuerit: at quum id non succederet, caput ipse, genasque rasi: capitalem pœnam in eos commissatus, qui suo exemplo barbam aut.

comam deponerent) dicere solebat Plehem legi , legem autem principi subiectam esse oportere. Tyrannica sanè vox. Magistratus enim quū legum custos sit, primū imperatis parere decet, ut subditi habeant exemplum, quod honeste intueantur , & ad legum observationem incitentur. Aeneas Syl.lib.4. Comment.in res gestas Alphonsi.

Ludouicu X II. Gall. rex.

* Sub praefectum Aurelianensem, quo familiariter erat usus , sāpēque iniustitiae reum liberarat , quum in eo essent omnia ad perniciem profigata damnari passus est,id adiiciens: Contendi prius pro amico : Regnum autem adeptus, leges mihi tenuerunt sunt. Annal. Franciæ.

De legum neglectu.

Aristoteles.

Crebrò taxabat Atheniētes, quod cùm duas res frumenta ac leges inuenissent, frumentis vterentur , legibus nequaquam. Alludens ad Triptolemum Atheniensem, cuius ministerio Ceres uisa est in serendis legibus ac tritico. Laërt. libro quinto, cap.1.

Anacharsis.

Anacharsi illud tribuitur multò vulgatissimum, quod etiam & Soloni, leges aranearum telis esse similes , in quibus infirmiora animalia hærerent, valentiora perrumperent. Ita leges humiles ac tenues constringunt, à potentibus impunè violantur. Valerius lib. 7.cap.2. Laërt. lib.2. cap.3.

Agri.

Quum è senioribus quidam, videntis priscas leges & instituta vetera aboleri & alia prava succedere , atque ob id res Spartanorum inuerti, & conteri : id, inquam, cùm apud Agidem iam senem deploraret , ioco respondit. Si fit, inquit, quod narras, recto ordine res procedunt. Siquidē

ego puer à patre audiui quod iam tumillis temporibus res inuerterentur. Itaque si rursus inuertuntur, redierant in locum pristinum. Hoe quidem ille ludens, cæterū serio dicebat , se puerum hoc quoque acceptissime à patre, nihil esse mirum si presentibus succedant deteriora: sed mirandum, si succedant meliora, aut similia. Notauit peculiarem senibus querelam, de rebus in deteriori prolapsis, simûlque rerum humanarum hanc esse naturam, ut usque in peius degenerent.

Democritus.

Jurisperito dixit, leges prorsus videri inutiles, ut quibus boni non egerent, mali nihilo fierent meiores. Eras.1.8.apoph.

Zaleucus.

Vt & Anacharsis & Solon dicebant, leges aranearum telis similes esse, nam si musca & culex inciderit, retinetur: si verò vespa, aut apis, disrupta tela auolant. Stob. ser. 431. De potentibus in ciuitate. Antonius par. 1.ser.67. Plut.in Solone.

M. Cato.

Sāpenumero magistratus admonere solebat, ut sumerent peinas de his qui in leges aliquid peccarent. Plut.in apoph.

Vide apoph. de Peina neglecta.

De legum renouatione & abrogatione.

Lycurgus.

Cvidam percontanti , quam ob causam non veeretur legibus scriptis? Quoniam, inquit, eruditii qui sunt recteque educati probant quid pro ratione temporis expediat. Significans , scripturam non mutari, cùm pro varietate occasionum vir probus & sapiens sāpenumero cogatur mutare consiliū. Ea res nominatim prescribi non potest. Satis est ciues hōc nestē

nestè fuisse institutos, hi sua sponte videbunt quid pro tempore factò sit opus. Plut. in Lacon.

De lepidè dictis.

Socrates.

CVM Xantippen diu rixantem tulisset in ædibus, ac tādem fessus consedisset ante fores, illa magis irritata quiete viri, de fenestra perfudit eum lorio, ridentibus qui præteribant, & ipse Socrates arridebat, dicens: Facilè diuinabam, post tantum tonitru sequuturam pluuiam Laér. in eius vita.

Diogenes.

Cùm diutissime legens tandem eò venisset, vt videret chartam vacuam: Bono, inquit, animo est ore viri, terram video. Alludens ad longa nauigatione fessos, qui recreantur animo, si portus procul appareat. Laërt. lib. 6. c. 2.

Idem.

Cùm in dolio suo, sicco mucidoque pane vescens solus, alios lætitia perstrependes audiret (erat enim dies festus) tādiosus factus, diu secum de relinquendo virgē instituto cogitauit. Sed cùm tandem mures videret abreptentes, panis micas edere: Quid tibi disciplines, inquit, ô Diogenes? sat magnificus es: ecce enim parasitos alis. Idem.

Antigenus.

+ Vno de grege suorum amicorum Aristodemo nomine, qui patre coquo genitus ferebatur, suadente, vt impensas, & dona præcideret, oratio tua, inquit Rex, Aristodeme, olet ius. Plut. in apoph.

Aristippus.

Ei cùm à Dionysio tres puellæ oportarent, vt optionem eligendi, quam vellet, haberet, omnes domum luxit, dicens: ne Paridi quidem fuisse utrum vnam cæteris præferre. Laërt. lib. 2. c. 8.

Idem.

Cuidam qui proposuerat enigma vt solueret: Quid ô stolide, inquit, vis soluam, quod nobis etiam ligatum exhibet negotium? Idem.

Idem.

Cuidam interroganti, Num tu es ubique? ridens: Naulum, inquit, non perdo, si sum ubique. Elusit autem Aristippus sophisticā questionem, an idem corpus possit esse in multis locis: dum respondit, non esse periculare perdat naulum. Perdit enim naulum, qui dato pretio non peruchitur eò quo cupiebat. Idem.

Idem.

Concubinę dicenti, Sum ex te grā uida, respondit: Istuc nihil magis scire possis, quām per densissimas spinas ambulans dicere, hæc me spina pupugit. Idem.

Anonymus.

Lacon quidam cùm duras amygdalas duplo vendi consiperet: Suntne hic, inquit, rari lapides? Quasi nihil interesset inter silicem & duram azymgdalam. Plut. in Lac. apoph.

Alius.

Alius quidam Lacon, cum se voto obstrinxisset quod se de Leucare precipitem daret: concendit in monte: & conspecta altitudine, sese auerit. Id cùm illi probro obiiceretur: Non putaram, inquit, illi voto maiore voto opus esse. Idem.

Pausanias Cleombrett F.

Cùm post victoriam à Medis apud Plateas reportatam præcepisset suis, vt apponenter coenam Persicam, quā sibi barbari prius apparauerant: ea cum esset sumptuissima: Lurco, inquit, eras ô Persa, qui cùm tantas haberes delicias, ad nostram veneris mazam. Erat autem maza, panis genus contemptum, ac vulgare. Plut. in Lacon.

Leotychidas.

Cùm portæ illi proximæ clavem draco circunvolutus esset cōplexus, idque augures affirmarent esse pos-

tentum: Mihi, inquit, nequaquam viderit: sed si clavis fuisset complexa draconem, portentum erat. Lepidè hominum superstitionem irritis, qui sanguinem terrentur his quæ casu aut fortè sortuna eueniunt. Plut. in Lac. apoph.

Agathocles.

Ithacenses cum nautas apud Agathoclem accusassent, quod ad insulam appellantem, pecora quædam abegissent: Agathocles, Vester, inquit, rex cum venisset ad nos, non tantum pecudibus abruptis, veram ipso etiam pastore exoculato recessit. Alludens ad fabulam Homericam de Ulysses, qui Polypedium Cyclopem excœauit. Plut. in apoph.

Augustus Cæsar.

Cum ab eo Pacinnius Taurus munus peteret, diceretque populari rumore sparsum, pecuniam haud parvam ipsi à Cæsare datam: Sed tu, inquit, noli id credere. Lepidè significans, se nequaquam id darurum, quod aperte petere non auderet. Suetonius in eius vita.

Idem.

Supra de Ambiguè, facetè & ioco-sè dictis.

Vespasianus.

Infrà, tit. de Curiositate.

Nicephorus Imp.

† Cum Nicephorus Imp. (qui turpi quæstu annonam grauiorē faciebat) aliquando ad milites progressus in campum, cano ætatéque prouecto, qui inter milites adscribi cupiebat, diceret: Ecquid homo canus in militia allegi peteret? Respondit ille, se multo valentiorem esse quam iuuenis fuisset. Et quid hoc verum esset, quærente Imperatore? Eo, inquit, quod olim uno aureo empto frumento, duos onerabam asinos: te autem imperante, quantum duobus aureis emitur frumenti, haud laboriosè humeris porto. Obmutuit Imperator. Cedrenus in eius vita.

Ludovicus XIII. Gall. rex.

* Extant eius lepidè dicta collecta & edita libro peculiari ex annal. Fratriciæ descripto. Hæc autem quod grauia & memoranda esse videantur ad peculiares suos locos retulimus, ut ex indice constat.

Vide apoph. de Ambiguè, argutie, facetè & ioco-sè dictis.

De liberalitate.

Bion.

Emper dicebat esse optabilias suam messem alteri largiri, quam alienam decerpere. Sensit felicius esse dare, quam accipere. Laer. libr. 4 cap. 7.

Diogenes.

Cum à Platone petiisset paululum vini, simûlque caricas, Plato misit genam plenam vino. Cui Cynicus hunc in modum gratias egit: Cum interrogaris, Quot sint duo & duo? respondes viginti. Ita non secundum ea quæ rogaridas, nec ad ea quæ interroga ris respondes. Laertius libro sexto cap. 2.

Idem.

Si quando egebat pecuniis, eas aliciis accipiebat. at suggillantibus eum quod præter philosophi dignitatem peteret, quod esset mendicorum: Imò, inquit, non peto, sed reperio, &c. aut, διάπτω. Repetimus enim mutuum, aut depositum. Amicus autem egenti amico dans, nō denat, sed reddit quod debet, quis qui enim in tali casu pecuniam seruat, & alienam detinet. Ibidem.

Idem.

Illi etiam tribuitur hoc ænigma manus non esse porrigendas amicis complicatis digitis. Innuens, non sat esse, si comes nos præbeamus, se comitati comitem adiungendam benignitatem. Qui comiter tractant amicos dicuntur διξιδοι, quasi dic: dextrare. Laer.

Aristoteles.

Cuidam increpaati, quod homini malo dedisset eleemosynam : Non mores, inquit, sed hominem commiseratus sum : Etiam improbis in necessitate succurrit vir bonus. Debet enim hoc officium, si non meritis illius qui iuuatur, certe naturae. Et bonus fieri potest, qui malus est. Laert. l.5.c.1.

Demosthenes.

Interrogatus, quid Deo simile haberent homines? respondit, Benignè acere. Max. ser. 8.

Xenophon.

Dicere solebat, multò præclarius & laudabilius esse beneficiorum, quam rōphæorum multitudinem post se clinquere. Stob. serm. 46.

Arcesilau.

Quum Apellem Chium ægrum insens, etiam egere sensisset, postridie evisit illum decem drachmas secum idferens, & proximè assidens : Hic nihil est, inquit, præter Empedoclis lenientia. Deinde sub ceruicali clam leposuit drachmas, ab ancilla paulò post repertas. Tunc æger, hic est, inquit, Arcesilai ludus. Eras. l. 6. apoph. ex Plut.

Agæsilau.

Sibi multè iucundius esse dicebat, i milites suos daret, quam si disceret ipse. Plutarchus in Lacon. ipoph.

Anaxilaus.

Interrogatus olim, quid in tyranide omnium esset felicissimum? respondit, In conferendis beneficiis unquam vinci. Stob. serm. 46.

Timandridæ.

Quum peregrinationem suscepisset, familiarè procurationem filio degauit. Deinde reuersus postquam em multis partibus auctiore rem repeisset, quam antea fuisse, multos dicit ab illo deos & familiares atq; hospites iniuriis affectos. Etenim quem facultatib. supererant, ea in illos à liberis ciuibus erogari. Verum dum

(inquit) in viuis agis, pauper atq; egenus videris. At quum eris vita defunctus, opes & diuitiae rei familiares deprehensa, turpitudinem tuam aperient. Älianuſ libro 14. de Var. histor.

Cyrus.

Cum quidam ad eum misisset ornamenta multa, ea distribuit amicis. Quidam verò quarerente, Cur sibi nihil reliquisset? Quia inquit, corpus meum his omnibus ornari non potest: amicos autem his ipsi ornatos intuens, maximum mihi ipsi ornamentum aptum esse putabo. Max. serm. 6.

Artaxerxes Longimanus.

Dicere solebat, Regalius esse addere, quam adimere. Sentiens, principe dignius esse honores & opes eorum quibus imperant, augere potius, quam imminuere. Plutarch. in reg. apoph.

Dionysius senior.

Quum ad filium ingressus conspexisset vasorum aureorum & argenteorum magnam vim, exclamasset: Non est, inquit, in te regius animus, qui his poculis, quæ à me tam multa acceperisti, neminem tibi amicum feceris. Sentiens, abique ciuium benevolentia regnum nec parari, nec teneri. Benevolentiam verò maximè conciliat liberalitas. At iuuenis, rerum imperitus, putabat esse felicius, habere argentum & aurum, quam amicos. Plut. in apoph.

Dionysius iunior.

Quum sèpe pecuniam Platoni daret, atque is nunquam acciperet: Aristippus, qui aderat, Tuto, inquit, liberalis & munificus est Dionysius. Bruson. l. 2. c. 21.

Artaxerxes.

Quum Satibarzes Artaxerxis à cubiculis, quiddam minus iustum ab eo peteret, sentiretq; rex illum hoc facere solicitatum triginta Daricorum millibus, quæstori ærarij sui mandauit, ut Daricorum triginta millia ad

se deferret, eaque dedit Saribarzani, dicens, accipe ô Saribarzanes: nam hæc tibi cùm dedero, non ero pauperior. Plut. in apoph.

Alexander.

Quum 200. ærs alieni talenta sibi conflasset, non ante nauem concendit, quæ rebus amicorum pensatis huic quidem agrum, illi villam, aite-ri domorum prouentum, alteri portoria elargitus est. Absomptis igitur ac distributis ferè regiis opibus omnibus, rogatus à Parmenione, quid regi supereisset? respondit Alexander, Supereit mihi spes acquirendi maiora. Plut.

Idem.

Dotibus plurimis cōmilitones donauerat: æsq; alienū militibus, quod conflauerat, quum dissoluere velleret, ac propterea ut darent nomina iusfasset, multis ex illis, ne apud regem intemperantiae vitium subirent, nomina sua dare noluerunt. Id quum Alexander innotuisset, increpata illorum diffidentia, Non decere, ait, elementiri in populares suos. Q. Curtius.

Idem.

Interrogatus à quodam vbinam suos thesauros haberet? amicos ostendens, ait: In scripiis. Summa enim liberalitate suos amicos semper ornauit. Max. ser. 6.

Lacedemones.

† Cùm inopia vietus aliquando premerentur Smyrnæi, opem à Lacedæmoniis implorarunt, qui statim magnam ad eos leuandos vim frumenti miserunt. Smyrnensibus autem banc tantam ac tam opportunam liberalitatem prædicantibus, responderunt, rem non vique adeo extollendam, quandoquidem illud concessimus, præscribentes edictum, ut uno die homines, ac iumenta omni alimento abstinerent. Dubium est, maiorne fuerit prompta eorum liberalitas, an modestia. Plut. de adulatio & amico. dignose.

Orfines.

Quum Alexandrum & eius amicis muneribus amplissimis honorasset, Bagæ eunicho nihil dedit: sed admonitus ab amicis, quod is Alexander cùm primis esset charus, respondit, se regis amicis honorem habere, non scortis: nec apud Persas esse moris, ut viri mares ducant. Agnoscas in hoc satrapa mentem Cyro generis auctore dignani. Honorare nouerat, adulari nō poterat: quum hodie quoque cernantur in aulis, qui scortis, morionibus ac lenonibus principum plus deferant honoris, quæ nō genere ac virtute præcellentibus viris. Eras. 1.8. ex Q. Curtio.

Alexander.

Anaxarcho philosopho iusserat quæstorem dare quantumcumq; ille postularet: cùmque quæstor audita postulatione turbatus, Alexandro indicasset philosophum petere centū talents: Rechè inquit, facit, sciens se a. micum habere, qui tantum dare & possit & velit. Hsc dubites, vtrum potius admirari oporteat, regiamne liberalitatem in denando, an philosophi improbitatem in postulando: nisi malumus hanc vocare fiduciam. Plu. in apoph.

Idem.

Quumcidam urbem donaret, dicens eo cui donabatur, Non conuenire fortunæ suæ: Non quæro, inquit, quid te accipere decet, sed quid me dare. Seneca.

Idem.

Perillus, vñus ex amicis Alexandri filiabus suis ab Alexandro dotem petiit. Iussit rex, illum capere talentum quinquaginta, cùmque is respondisset, Decem satis esse: Tibi quidem, inquit, satis est tantum accipere, mihi vero non satis est tantum dare. Præclarum dictum, nisi virtutis indelem ambito vitiasset. Plut. in apoph. Seneca.

Idem.

Xenocrati philosopho quinqua ginta talenta dōne misit: ea quum i-

recusasset accipere, dicens sibi non esse opus: interrogauit, an ne amicum quidem vllum haberet, cui est et opus? Nam mihi, inquit, vix Da-ij opes in amicos suffecerunt. Hic trius animum magis admirari conueniat, nondum statui: regisne tam d liberalitatem propesum, an philosophi qui tantum munus à tanto ege vltro delatum remiserit. Plut. n apoph.

Ptolemaeus Lagi. F.

Maxima cum voluptate amicos uos locupletes fecit. unde à quibusdam ob id reprehensus, Melius est, inquit, ditare quam ditescere, Ælian. 13 de Var. hist.

Antigonus.

Aristodemo, qui vnum ex amicorū egiorū numero fuit, è coquo vt pubabatur prognatus, suadēti vt impēliis ac largitionibus aliquid detraheret: Verba tua, inquit, Aristodeme us olent. Subindicans, coquorum esse parsimoniam, non regum, proinde illum tali consilio non meminisse, uius esset amicus, sed quo esset parente natus. Plut. in apoph.

Scipio Nasica.

Cum ad poëtam Ennium venisset, sique ab ostio querēti Ennium, ancilla dixisset, eum domi non esse: Nasica sensit illam hoc domini iussu dictere, & illum intus esse. Ac tum quidem dissimulans abiit. Ac paucis post diebus, cum ad Nasicam venisset Ennius, eumque à ianua quæreret, exclamat ipse Nasica, se domi non esse. Tum Ennius: Quid? tamen ego vocem tuam audio, & agnosco. Hic Nasica: Næ tu homo es impudens? ego cum te quererem, ancillæ tuæ credidi: tu mihi non credis ipsi. Erasm. l. 6. apoph.

Lucullus.

Cum ob nimiam liberalitatem reprehenderetur ab amico, respondisse fertur: Benemeritis semper parem remetiendam esse gratiam. Plutarchus.

Galba.

Delectatus inter cœnandum tib⁹: cine Cano, iussit loculum ad se afferri, & acceptos nummos in Canim a-nus imponens, dixit: Non ex publicis, sed ex priuatis te dono pecuniis; Sueton.

M. Antonius.

Filium habebat ex Fulvia. Is puer Philotæ dederat ingentem vasorum vim: quæ cum ille recusaret accipere, metuens ne pater tantam filij liberalitatem non probaret, Quid timet, inquit puer, accipere? An nefcis, eum qui dat, filium esse Antonij? Plut. in Antonio.

Idem.

Prodigiōsè profusus, dicere solebat, Amplitudinem imperij Romani non per ea quæ acciperet, sed per ea quæ daret illustrari. Ea vox excelsa animi videri poterat, nisi ab Antonio fuisset profecta. Plutarchus in Anton.

T. Vespasianus.

Interrogatus, cur tam multa polliciteretur amicis? respondit, non oportere quemquam à Cæsare tristem discedere. Sueton.

Alex. Seuerus.

Ei qui nihil petebat, Quid est, ait, quod nihil petis? an me tib⁹ vis fieri debitorem? Pete, ne priuatus de me queraris. Voluit autem indicare Imperator prudentissimus, subditorum esse, vt ita gerant se erga superiores, vt perentes aliquid, digni sint qui accipiant munera. Lamprid.

Constantius Chlorus.

* Vtilitati ac commōdis prouincialium & priuatorum studuit. Ac sicut quondam Cyrus dixit, se thesauros sibi parare, dum amicos diuites redderet: ita Constantius in ore sape habuisse fertur, Melius esse opes publicas à priuatis haberi, quæ intra vnum erarium possideri. Eutrop.

Alphonsus.

Sic cum à quedam deferrentur quæ

reorum decem millia , dixissetque qui fortè aderat, ea duntaxat summa se diuitem & beatum fore : Accipe, rex inquit , quantacunque ea est , & beatus esto.Panorm.li.4.de reb.gest.

Alphonsi.

Idem.

Cum audisset Vespasianum Cæsarem , eam diem se perdidisse solitum dicere, in qua nihil quicquam alicui donasset: egisse gratias dicitur Deo optimo max. quod eo modo nec diem ipse perdidisset.Panorm.li.2.de reb.gestis Alphonsi.

Idem.

+ Ludouico Podio (quo vtebatur Oratore) renūcianti pro pace, quam Venetis, & Florentinis datus erat, plus quam ducenta aureorum millia extorqueri posse; Respondit; Pacem dare se, non vendere solitum esse. Panor.li.3.

Sigismundus imp.

Promissa veterano militi exigenti, cum diceret, At immoderata fuit tua petitio: respondit miles, Poteras negare cum peterem, non autem sine turpitudine quod promissum est, rescindere non poteris. Tum Sigismundus, Si ex duobus alterum me ferre oportet, leuius rerum , inquit, quam fama iacturam subibo. Fuit enim in Sigismundo tanta liberalitas ac munificentia, quāta in nullo antea principum. Aeneas Sylvius lib.3.commentariorum de reb. gestis Alphonsi.

Vide apoph. de Beneficiis, & Mūnificientia.

De liberè dictis, seu de loquendi libertate.

Bias.

Nauigans cum hominibus impiis tempestate correptis, aliis ad deos clamatis, Bias: Silet, inquit, ne Dij vos homines scelerosos hic nauigare sentiant.Laert.li.1.c.6.

Idem.

Alcibiadem hoc elogio taxauit quod adoleſcens viros abduxisset a vxoribus, iuuenis verò factus vxore à viris.Laert.li.6.c.7.

Crates.

Alexandro percontanti , num cu peret restieui patriam suam? Quid o pus est , inquit? Fortassis alius Alexander restitutam diruet.Laert.libi 6.cap.5.

Aristippus.

Percontatus à Dionysio , cur in Siciliam venisset , relatio Socrate ? Vi inquit , quæ habeo impertiam : quon non habeo, accipiam.Laert.li.2.c.8.

Idem.

Iussus aliquando ex sua philosophia nonnihil proferre: quumq; detractantem urget Dionysius Ridiculum , inquit, si quidem me unde Philosophia loquar rogas, & quādo oporteat me loqui doces. Laert lib.2.cap.8.

Idem.

* Sciscitatus, quem fructum percipisset ex philosophiæ studio ? Quo cum quibuslibet(inquit)liberè loqui possum.Laert.Ibidem.

Zeno Citticus.

Dionysio cuidam dicenti , cur tu vnum omnium non corrigis? Non enim,inquit,tibi credo. Subindican fibi non esse spem, illum , si corrigiatur, fore meliorem. Laert. libro : cap.1.

Idem.

Accusatus quod in perniciem Narchi tyranni coniurasset, & in questionibus iussus edere nomina coniuratorum, nominauit plerisque il amicissimus. De his cum tyranni sumplisset supplicium , rogarēt quum quis supereret? Tu solus , inquit, Reipublicę pernicies.Laert.lil 9.cap.9.

Pythagoras.

Cum quidam ad Pythagoram dixisset, Nimium me irrides: Atqui, inquit, lienosis acria & acerba prosun dulci

Aulcia verò nocent. Max. serm. 31.

Democritus.

Libertatem in dicendo, ingenuitatis signum esse dicebat, sed occasio-
nis diuersitatem, habere periculum.
Stob. ser. II.

Idem.

Quum pro Atheniensibus apud Philippum legatione fungeretur, li-
beraque loqueretur, Philippus, Me-
tuens, inquit, ne tibi caput iubeam
amputari? Non, inquit, nam hoc si
mihi abstuleris, patria ipsa mihi im-
mortale pro hoc reponet. Maxim:
serm. 31.

Idem.

Quum apud Dionysium quereretur,
quod æris genus esset omnium
optimum? Ex quo, inquit, Athenien-
ses statuas fecerunt Harmodio & Ar-
istogiton. nimiam liberè signifi-
cans tyrannos è medio tollendos.
Nam ob electos tyrannos Athenien-
ses illis statuas erexerunt. Item Anti-
phonti & Diogeni tribuitur tum à
Plutarcho, tum à Laertio. Laert. lib.
9. cap. 7.

Democrates.

Furem ab undecim viris abduci-
videns, Vah, miser, inquit, cur tan-
tula furatus es, & non potius magna
vt tute etiam abduxisses alios? Stob.
serm. 11.

Anaxarchus.

Inuisum habuit Nicoceontē Cy-
pri tyrannum. Itaque quum in cœna
quadam Alexāder rogasset, qualis il-
li videretur? Praetara, inquit, sed o-
portuit & satrapa cuiudam caput
apponi, oculos detorquens in Nico-
ceontem, qui aderat, à quo etiam
postea crudeli mortis genere è me-
dio sublatus est.

Empedocles.

Ad quendam dicentem quod nul-
lum sapientem reperire posset: Non
mirum est, inquit. Oportet enim, vt
ille primū sapiat, qui sapientem
quærit Laert. l. 1. c. Anten. in Meliss.
par. 1. serm. 59.

Aristippus.

Socrate perstringente vnguentis
delibutos, Phædon quæsivit, quis es-
set ille vnguentis delibutus? Ego, in-
quit, Aristippus infelix, & me multo
infelior Persarum rex. Laert. lib. 2.
cap. 8.

Plato.

Diu in Sicilia commoratus, cum à
Dionysio, cui semper familiarissimus
fuerat, vocatus esset ad cœnam, & in-
ter alia, quæ cœnantes fabulantur,
Dionysius interrogaret, num etiam
apud Athenenses in philosophorum
conuentu Dionysij mentionem face-
rent? Plato subridens, respondit: Nu-
quam philosophos, qui Athenis vi-
vunt, ita vacare, aut de tam vili ma-
teria inter eos tractari posse, vt lo-
qui de Dionysio valeant. Liberè &
apertè vitam eius, ut dignus erat, reg-
prehendens. Plut.

Idem.

Cum Dionysio Hermocratis filio
de tyrannide disserens, ait, non sta-
tum esse præstantius, quod vni tan-
tum sit utile, nisi & virtute cæteris
antecelleret. Offensus tyrranus di-
xit, οὐ λόγοι σαδεὶ γέγονωσι. id est, ver-
ba tua sapiunt senium. Contrà Plato,
οὐ δέ σαδεὶ τυρεγνωμώσι, id est, tua verò
tyrannidem sapiunt. Laer. l. 3.

Socrates.

* Dicebat opportūam occasionem
linguae liberę, vt tempori, maiorem
conciliare gratiam. Item, Neque gla-
dium obtusum, neque loquendi li-
bertatem in fructuosam esse debere.
Item, Ut minimè solem è mundo, ita
neque dicendi fiduciam à recta insti-
tutione tollendam. Item, Sicut pal-
lium sordidum non obstat corpori,
quo minus sanum & quadratum sit:
ita paupertas nihil orationis fiduciā
prohibet. Stob. serm. de fiducia & li-
berate dicendi.

Diogenes.

Aliquando in Antisthenem inci-
dens, reprehendit ipsum vt in dicen-
do semissiore se multo, & quivis

etiam altum clamās exaudiretur. Se-
ipsum verò tubam conuiciorum ap-
pellabat. Cui verbis se vlciscens An-
tisthenes, pro tuba se similem esse
respondit vespis, quā sonum quidem
alis haud magnum edant, centrum
ramen habeant acerrimum. pluri-
mum verò libera Diogenis lingua
promptitudine delectabatur. Stobēus
sermone II.

Idem.

Dicere solebat: Canes quidē mor-
dent inimicos, ego autem pro libertate
mea amicos, vt incolumes ser-
uem. Stob.ser.II.

Idem.

Idem ab Erilio petiit quiddam
magni, qui quem ex more his verbis
negaret: Faciam, si mihi persuadere
possis. Si possim, inquit Diogenes,
iampridem tibi persuasissim, vt te
suspenderes. Laert. lib.6.

Idem.

Quum in publica via pranderet,
multique cingerent illum ob specta-
euli nouitatem, ac subinde acclama-
rent, Canis Canis Canis: Imò, inquit,
vos potius estis canes, qui pranden-
tem circumstatis. Ibidem.

Idem.

Inuitatus vt ad Alexandrum re-
gem veniret, recusauit. At Perdic-
ce & præfecto minitanti necem, ni ve-
niret: Nihil, inquit, magni feceris,
siquidem & cantharis & phalan-
gium idem possunt. Laertius libro 6.
cap.2.

Idem.

Cum captiuus in castra ad Philip-
pum Macedoniar regē deduceretur,
ac à rege interrogaretur quisnam es-
set? respondit, se exploratorem esse
ad ipsum profectum, vt infatiab-lem
eius rapacitatē videret. Qua loquen-
di libertate vietus Philippus, statim
eum dimitti iussit. Plut.

Idem.

Spartanus quidā hoc Hesiodi car-
men laudibus in cœlum efferebat,
quod ita habet,

Οὐδ' αἴ βοδς ἀπόλαστο, εἰ μὴ γένεται
κακὸς εἰν.

Non vel bos pereat, etiam si vicinus
malus adsit.

Idque audiente Diogene: Atqui,
inquit, Messenij cum bobus suis pe-
rierunt, & vos illorum estis vicini.
Notauit autem liberè turpissimos
Spartanorum quorundam mores.
Ælian. I.9. de Var.hist.

Aristoteles.

Calisthenem discipulum liberius
multa dicentem apud Alxandrum,
Homerico carmine admonuit,
ἀκύμογε δὲ μωτέρος ἔσεσθι, οὐ δύ-
πολεις.

Talia nate loquens, haud multo tem-
pare viues.

Nec malè diuinavit, nam libertas il-
li fuit exitio. Laert. I.5.c.1.

Cleanthes.

Inconstantiam Arcesilai præsente
rege adeò liberè reprehendit, vt di-
ceret hominem aliud loqui, aliud fa-
cere. Laert.lib.7.c.2.

Aristides.

Cum liberius quædam in Diony-
sium seniore dixisset, res ad regem
delata est. vocatur igitur Aristides à
rege irato, mortemque minitanti, cū
interrogasset an facti pœnitentia
quaquam, inquit, vlla pœnitentia
tangor. Brus. I.2 c.1.

Aristonymus.

* Dicente quodam, plus satis ab i-
psō illudi sibi: At etiam lienosis, in-
quit, acria & amara salubria, dulcia
verò noua sunt. Stob.

Idem.

* Perinde facere dicebat, qui ex
oratione libertatem tollit, ac si ex
absynthio tolleret acrimoniam. Anton.
& Maxim. sermon. de libertate
repreh.

Menedemus & Asclepiades.

Menedemus Eretriensis à Nicocre-
onte Cyprī tyranno vocatus ad solē-
ne conuicium cum Asclepiade ami-
co, ceterisque philosophis, dixit: Si
honestum est tales conuocare viros,

οποιο-

oportuit id quotidie fieri : si min-
nus, etiam nunc frustra fit. Ad id
quum tyrannus respondisset, diem
illum esse sibi festum, eoque singu-
lo quoque mense vacare audire philo-
sophos : liberius respondit Menedemus, Hoc postulare sacrificium,
vt per omne tempus audiret philo-
sophos. Quid multis? Eò processit ho-
minis libertas, vt nisi tibicen quis-
piam eos auocasset, perituri fuerint.
In naui quum periclitarentur, Ascle-
piades dixit, Tibicinis modulatio ser-
uavit nos, Menedemi libertas perdi-
dit. Laer. I. 2. c. 18.

Phocion.

Cùm per totā vrbem dissemina-
tū esset, à Delphico oraculo respon-
sum esse, Vnum Athenis virum esse,
qui aduerso omnibus aliis ciuibus
animo esset: & cui præsentium re-
rum administratio inuisa esset, ac
cùm hinc inde quærerent, quisnam
is esset? Ego sum, inquit, cui planè ni-
hil placet eorum quæ id tempus in
administranda vestrā republica ge-
runtur. Plutar.

Demosthenes.

Ingenuis hominibus nihil infeli-
cius accidere posse dicebat, quām si
dicendi libertatem amittant. Stob.
ser. II.

Phocion.

Cùm aliquando Athenis non ad
gratiam, sed ad vtilitatem conciona-
retur, ei Demades orator dixisse di-
citur: Si populus insanierit, te occi-
det. Cui Phocion: Te verò, si sapiet,
Maxim. ser. 31.

Simonides.

Pausanias Lacedæmoniorum regi
subinde de rebus à se gestis glorian-
ti, tandem & Simonidem per irrisio-
nem hortanti, vt aliquid sapienter
ipsum admoneret. Moneo, inquit, vt
te memineris esse hominem. Eras. li.
6. apoph.

Lycurgus.

Ob generis nobilitatem liberior
erat in dicendo, quām vt populus in-

terdum ferre posset. Itaque cum ali-
quando populi strepitu explodere-
tur è suggestu, exclamauit: O Corcy-
ra scutica, quām multis talentis di-
gna es! Notans populum, à quo ei-
ciebatur, magnæ quidem authorita-
tis ac nominis esse, sed inutilem re-
bus gerendis. Eras. lib. 8. apoph. ex
Plutarch.

Theocritus.

Quendam ineptum poëtam re-
citantem carmina auscultans, interro-
gatus ab eo quænam ei placerentur
spondit, Quæ omisi. Antonius in
Melissa, par. i. ser. 50.

Philoxenus.

Suprà titulo de Constantia.

Timotheus Cononius F.

Aristophontem Atheniensem, elo-
quentem quidem illum, sed luxurio-
sum hominem, acerbissimè increpa-
uit hisce verbis: Cui satis esse nihil
potest, ei ne turpe quidem videtur
esse quicquam. Stob. ser. II. ex Ålian.

Hippocrates.

Hippocrati quidam persuadere co-
nabatur, ad Xerxem proficiisci, bonū
dominum appellans. At ille: Ne bo-
no quidem domino mihi opus est.
Stob. ser. II.

Anonymus.

Cùm iuuenis in theatro gloriaret-
ur, & sapientem se prædicaret, vt
qui cum multis sapientibus conuer-
satus esset, respondit quidam, Et ego
multis diuitibus conuersatus, non ta-
men diues sum. Anton. in Melissa, par.
i. ser. 50.

Lasus.

Cùm indoctus quidam pictor ei
diceret: Opera tectoria illine domū
tuam, vt ipsam depingam, respondit,
Minime: sed tu prius eam depinge,
vt illinam postea. Anton. par. i. Melis.
ser. 50.

Anonymus.

Tarentini iuuenes cùm multa de
Pyrrho rege securius in er cœnā lo-
cuti essent, & is iam facti rationem
reposceret, postea quam res neque ne-

gari, neque defendi posset, vnum ex his est. Imò, respòdit, nisi lagena defecisset, occidissimus te: qua loquendi libertate rem seriam cùm in iocum vertisset, tota inuidia criminis dissoluta est. Quintil. lib. 6. capit. de Risu. Plutar.

Theodorus philos.

Fertur, cum Theodorus, qui certas ob causas impius cognominatus est, Athenis profugus venisset ad Lysimachum, & quidam ex optimatisbus eam fugam exprobrasset, similius que fugæ causam, quòd negaret dèos & inuentutem corrumperet, respondisse: Non profugi, sed idem mihi accedit quod Herculi. Nam & ille ab Argonautis fuit expositus, nō ob crimén vnum, sed quòd vel solus esset iustum onus navis, & cæteri vectores vererentur ne prægrauata subsideret: Ita ego quoque migrati proper magnanimitatem, quā cùm Athenejensium rectores non valerent assequi, inuidere maluerunt. Philo Iudeus lib. Quòd omnis probus liber.

Idem.

* Lysimacho minitante ei necem, Ignorabam, inquit, te non regis, sed cicutæ vim habere. Stob. ser. 2.

Demades.

In pugna ad Chæroneum à Philippo captus, eique commendatus, cùm Philippus inter pocula hæc verba iactaret: Vbi nunc est nobilitas & præstantia ciuitatis Atheniensium? Cognosceres, dixit, ô rex, ciuitatis vim, si Philippus Atheniensibus, Chares autem Macedonibus imperaret. Stob. ser. 52.

Anonymus.

Lacon quidam audiens à quodam Pindaro scriptum esse, Græciæ fulcimentum esse Athenas: Ruituram mox Græciam dixit, si tali fulgora niteretur. Plutarchus in Laconicis.

Idem.

Lacedæmones cum vnum tantum

legatum ad Demetrium regem potestissimum misissent, rex contemptum se arbitratus, interrogavit, cur solus in regis conspectum prodire auderet. Cui legatus, An nō sati est, (inquit) vnum ad vnum? Bruson. libr. 2. cap. 1.

Pelopidas.

Ab Alexandro Pheræ captus, cùm haud arcta custodia teneretur, per id tempus populos Alexandræ subditos solicitare non desinebat, monebatque brevi Alexandrum pœnas daturum. Quod cum Alexander rescuisisset, miserrimeque qui Pelopidanam monerent, nisi linguam compesceret, fore vt ei mortis causam afferret: nütio respòdit, Alexandro vt referret, Pelopidanam mirari, quòd tam diu distulisset, cùm ipse adeò in eum hostili animo esset, vt si vnguam euadédi facultas daretur, ad dandas pœnas pro eis quæ impiè in populos suos nulla eorum culpa ederet, ipsum coactus esset. Paulo post Pelopidanam opera Alexander à suis interemptus fuit. Falgosius libro 6. ex Plutarcho.

Idem.

Ab Alexandro captus, tyrannis nütiauit, absurdum esse vt alij interficerentur, ipse autem solus superstes esset. Alexander igitur re intellecta, interrogat, cur mortem optaret? respondit Pelopidas, Tu diis omnibus inuisus cùm sis, cur non prius mori optas? Brusonius libro 2. capit. 2. ex Plutarcho.

Idem.

Infrâ de morte contemnenda.

Idem.

Thebe Alexandri Pheræ vxor, cùm ad visendum Pelopidanam, qui ab Alexander in vinculis tenebatur, descéderet, ac dixisset Pelopidas, Miseret me tuæ vxoris: & me (respondit Pelopidas) tui, quòd libera cùm sis, Alexandrum feras. Plut. in apoph.

Philotes.

Cum à Lysandro, qui eum bello ceperat,

esperat, interrogaretur, quid is meitus esset, qui de Lacedæmoniis tamum, ut ei vitio dabatur, oblocutus esset: Interritus respondit, O Lysander, noli eum accusare qui iudice caeat, sed iam tandem aduersum me d' exequere, quo d' ipse iam in te fuisse, si tam tu in mea manu essem, quam ego in tua sum. Quamobrem um Lysander occidi iussit. Fulgo. lib. 6. ex Plut.

Prolorenus.

Cum Dionysij carmina paulo liberius reprehendisset, ob eam cauam lapidicinis adiudicatus est. Deinde reuocatus ac iteru ad eius carinum recitationem admissus, non multum immoratus surrexit. Quareti autem Dionysio, quoniam abiit? Ad Latumias respondit. Sto b. serm. 11.

Themistocles.

Puer adhuc cum quodam tempore è ludo literario rediret, obuiam Pisistrato tyranno factus, de via de cedere noluit. Vnde cum grauiter à pædagoge obiurgaretur, liberè respondisse fertur: Nunquid hæc via ei non sufficit? Älianu de varia historia lib. 3.

Demaratus.

Improbo quodam intempestiuis cum interrogationibus cauillante, ac idem saepius iam rogante, quis optimus esset Spartanorum? Qui tibi, inquit, longè dissimillimus est. Plut. in Lacon. Brus. lib. 3. cap. 16.

Idem.

Eo tempore quo Philippus Macedonum rex ortis discordiis cum uxore & filio dissidebat, interrogatus à Philippo, quām bene inter se Græcia ciuitates conuenirent? Liberè respondit, Magnæ sanè tibi curæ est, Philippe, ut de Græcorum concordia certior fias. Siquidem id ad te pertinet, postquam cum coniuge tua ac filio tam concorditer, tanquam in amore viuis. Fulgo. lib. 6. ex Plutarcho.

Anonyma.

Macedonica quædam vetula ad Demetrium regem veniens, ut quid mali accidisset iudicaret: audiensque à rege, iam otium sibi non esse, respondit, Noli igitur rex esse. Fulgo. lib. 6. ex Plut.

Chreas.

Cum ei aliquando iratus Ptolemaeus rex atrociter minaretur, suam libertatem non minoris faciens quam. potentiam regiam, respondit: Ägyptiis impera, ego te tuamque iram nil moror. Habent enim regiū quidam generosæ animæ, quarum splendorum nec fortuna obscurat iniuria, quod decet opponi amplis dignitatibus, ad retundendam liberis dictis superbiam. Philo Iudæus lib. Quod omnis probus liber.

Demonax.

Proteo cuidam obiicienti, quod morderet omnes, nec tamen Cynicum viueret: Amice, inquit, non vivis hominem. Eras. lib. 8. apoph.

Derciliadas.

Missus à Spartanis ad Pyrrhum regem legatus, cum Pyrrhus graibus verbis eum vrgeret, ut Lacedæmonij Cleonymum regem, quem perulerant, in regnum reciperent: nulla regiae dignitatis ratione habita respondit, Si Deus es, Pyrrhe, nobis minime timendum à te ducimus: nam cum iustum habeamus causam, Deus qui iustus est, nihil aduersus nos molestur: quod si non Deus, sed homo es, melior profecto non es, & propterea tempore nobis formidandum non es. Fulgo. lib. 6. ex Plut.

Lysander.

Megarensi cuidam in publico convenu liberiū aduersus ipsum loquenti: Tua verba, inquit, amice opus habent ciuitate. Plut.

Theodorus philos.

Ly simachus Macedo cum mortem ei minatus esset, Theodorus ad regem ait, Istis purpuris & aulicis suis mortem tam crudelem minare,

qui dignisunt, ut in honesto mortis genere claudant diem extremum. Brus.li 2.ca.1.

Eteocles.

Antipater, post Agin bello superatum, cum obsides petiisset pueros quinquaginta, Eteocles Ephorum omnium nomine liberè respondit: Si acerbiora morte imperaueris, citius moriemur. Plut.in Lacoñ.

Anonymus.

Antipater cuidam rustico librum de felicitate exhibenti, non otium sibi esse dixit. Cui ille, Ne regnato quidem igitur, si non fueris otio. Stob. serm.ii.

Demades.

Videns Philippum multo vino madidum, cum amicis saltantem, regem accedens, ait: Non puder te rex cum fortuna tibi Agamemnonis personam induerit, te factis agere Thersites? Fuit autem Thersites omnium Græcorum deformosissimus. Eraf.li.6.apoph.ex Plut.

Idem.

Infrà de Regnandi libidine.

Epicharmus.

Hiero tyranus cum aliquot è familiaribus occidisset, paucis post diebus Epicharmum vocauit ad cœnam, cui ille nimium liberè: At nuper, inquit, cum immolares amicos, non me vocabas. Solent, qui sacrificant, splendidum epulum apparare, adque id rogare amicos. Periculosa libertas, quæ plus laudis adfert ferenti, quam dicenti. Plutarch. in apophthegm.

Zeno Cittieus.

Dionysio cuidam dicenti, Cur me vnum non corrigis? Zeno Cittieus respondit: Quia tibi non credo. Subindicans, sibi planè nullam spem esse resipiscentiæ. Laert.lib.7. cap.1.

Anonyma.

Syracusani cum Dionysij tyranni exitium, propter nimiam morum aerritatem exoptarent: mulier quæ-

dam sola deos quotidie orabat, vi superstes esset. Quam cum interrogasset Dionysius, cur tu assidue pro tyranni vita preces funderet? Liberè respondit: Ne multo deterior tibi succedat. Cum enim antè te grauem tyrannum haberemus carere eo cupiebam, quo interfecto, tu qui multò deterior es, eius successor factus es. Ita etiam timeo, ne te mortuo de terrimus regnum occupet. Val.Max. li.6.cap.2.

Anonyma.

Suprà de Ebrietatis variis affectibus.

Diogenes.

Quum Alexāder Magnus ad Diogenem veneret, eumque salutasset, percontatus est Diogenes, quisnam esset? quinque ille respondisset, ego sum Alexander ille rex: At ego, inquit, Diogenes ille canis. Non minus superbiens sua libertate quam Alexander suo regno. Interrogatus autem, curnam canis vocaretur? Quoniam, inquit, dantibus blandior, non dantibus oblatro, malos etiam mordet. Iterum Alexandro quærente, num quid vellet? Secede paulisper, inquit, nec mihi umbram facito; Laertius libr.6.capite 2. Seneca. Plutarchus.

Antagoras.

Suprà de Conuictis in ipsum auctorem ietortis.

Paulus Emilius.

Consul aduersus Persicum Mace doniæ regem creatus, cum mos esset in eiusmodi rebus populo Rom. gratias agere: ut suam in dicendo libertatem seruaret, virtute & innocentia sua fretus, ad populum dixit de duabus consulatibus, quos erat adeptus: Primum se sui ipsius gratia petuisse, hunc autem secundum ab ipso populo delatum esse. Huius igitur postremi causa gratias non agere. Quin potius si quem meliorem ad eam expeditionem populus inueniret, cum eligeret. Verum si quid in eius

virtute spei reposuisset, sine verbis dicto eius audiens esset. Plutarch. in eius vita.

Scipio Africanus.

Interrogatus quid de Tiberij Gracchi morre (cuius sororem in matrimonio habebat) sentiret? Iure cæsum, respondit. Cuius dicto cùm concio tribunitio furore instincta violenter succlamasset, Taceant, inquit, quibus Italia nouerca est Orto deinde murmur: non efficietis, ait, ut solutos verear, quos alligatos adduxerat. Paternulus & Plut. item Valer. Max. l. 6. c. 2.

Qu. Flaminius.

Cùm aduersus Philippum Macedoniam regem bellum gereret, & in tractâda pace delectus ad colloquiū locus esset: Philippus fraudem veritus, obsides à Flaminio petiit, affirmans Romanis multos esse Flaminios, sed apud Macedones esse vnum Philippum. Ad quem Flaminius statim respondit, ipsius Philippi culpa accidere, qui amicos & propinquos omnes interemisset. Romano, id est libero verbo crudelitatem atque perfidiam Philippo impropereauit. Plutarchus.

C. Fabricius.

Soprà tit. de Auaritia & de fide servanda.

L. Crassus.

Cùm in curia à Philippi consulis litigioribus caperetur, reiecto liatore, Non es, inquit, mihi Philippe consul, quia nec ego tibi senator sum. Cic. l. 3 Offic. Val. Max. li. 6. c. 2.

Granius.

M. Druso tribuno plebis homini potentissimo, sed multa in Rempub. molienti, quum ab eo, vt sit, salutaretur his verbis, Quid ait Granius? Imò vero, inquit, Tu Druse, quid agis? Vtrunque refertur à M. Tullio in oratione pro Cn. Plancio. Erasm. libr. 6. apoph.

Idem.

Quum P. Nasica tum consul, cuius

iussu iustitium in medio foro edixerat præco Granius, rogaret eum dominum descendenter, quid tristis esset? an quodd auctiones essent? Imo vero, inquit Granius, quodd legiones notans eum, quod armis rem gereret Libera sanè vox præconis in consulem, sed eximia moderationis exemplum, hoc impunè licuisse præconi. Eras. l. 6. apoph.

Catulus.

Infrà apoph. de Oratione incomposita.

Iulius Cæsar.

L. Sylla sedente pro tribunali, cùm prætor esset, atque Cæsari adhuc priuato iratus diceret, se officio suo usurum: respondit Cæsar, Rechè tu appellas officium, quod pecunia tua comparasti. Neque enim magistratus maiestate deterrimus est, quin ei qua arte magistratum esset assicatus coram exprobaret. Plut.

Q. Catulus.

Soprà tit. de Crudelitate.

Priuernatum legati.

C. Plautius consul de Priuernatis, qui à Romanis desciuerant, ad senatum retulit: ac variantibus sententiis quidam Priuernatum legatos percontatus est, quam poenam videbentur meruisse? Eam inquit è legatis vnuus, quam merentur qui se libertate dignos censem. Hic consul: Quid, inquit, si vobis poenam remittimus, qualem vobiscum pacem habituri sumus? Si bonam dederitis, inquit, & fidem & perpetuam: sin mala, haud diuturnam. Eras. l. 6. apoph.

Diphilus.

Soprà tit. de Audacia.

L. Philippus.

Quum in Sertorium in Hispaniam Pompeium proconsulem mitti orasset, admiratusque quispiam è patribus interrogaret Philippum, an dignum existimaret Pompeiu pro consule in Hispaniam mitti: Non pro consule, inquit, sed pro consulibus. Aperi- tissime indicans, utrunque consulem

Cesse ad hoc munus subeundum inuti-
lēm. Plut.

Cn. Piso.

Cn. Piso, iuuenis etiamnum, Ma-
nilium Crispum reum egit, euidenter
nocentem: eūmque licet præpoten-
tem multis ac magnis crimini-
bus vrgebat, quod videret illum e-
ripi gratia Pompeij, qui Manilio reo
aderat. Itaque quum Pompeius ve-
lut exprobrans iuuenilem temerita-
tem Pisoni, qui non vereretur nobis
leū & opulentum, atque ipsi cùm
primis amicum, ad iudices pertrahe-
re, dixisset, Quin eadem opera me
quoque accuses: intrepidè respon-
dit Piso. Da vades Reipub. te si postu-
latus fueris ciuile bellum non exci-
taturum, tuum nomen prius quām
Maniliū deferam. hic elegans epiphō
nema subiicit Valerius Maxim. Eo-
dem, inquit, iudicio duos sustinuit
reos, accusatione Manilium, libertate
Pompeium: & alterum lege pere-
git, alterum professione. Valer. Max.
li. 6. cap. 2.

Cn. Lentulus.

Infrā de Potestate & potentia.

Pompeius.

Partis iam multis victoriis, cùm
iam triumphum peteret, Sylla dicta-
tor restituit, contra legem id fieri ac
consuetudinem receptam dicēs. Cui
Pompeius ait, se ab incepto non dis-
cessurum, cùm plures essent qui orien-
tem, quām qui occidentem so-
lem venerarentur. Quo dicto Syllæ
senio iuuentam suam præposuit. Plut. in
Pompeij vita.

Cato Vicensis.

Laudatus à senatu, quod populi
eumultum oratione sua prorsus se-
dasset: At ego, inquit, vos P.C. ne-
quaquam laudo, qui me prætorem
in tanto periculo deseruistis. Plut. in
eius vita.

Idem.

Quā in senatu pro victoria, quam
Cæsar ex Vspipetis Tenebherisq. Ger-
manis retulerat, de supplicatione de-

cernēda ageretur, sententiam dixit,
Cæsarem hostibus esse dedendum,
quod Romana ciuitas à præsidio ex-
piaretur, deinde execrationes in au-
thorem vterent. Idem.

Lelius.

Suprà de Cœutiis in ipsum autho-
rem-retortis, & tit.de Generatione.

Cicer.

In Pompeium multa liberrimè
dixit. Cuius hæc de iis dicta referuntur:
Ego quem fugiam quidem, ha-
beo: sed quem sequar, non habeo. Ma-
crob.lib.2.Satur. Et cùm ad Pompeiū
venisset, dicentibus eum serò venisse:
respondit, Minimè serò veni,
nam nihil adhuc paratum video.
Macrobi.

Idem.

Interroganti Pompeio, vbi gener-
eius Dolabella esset? respondit, Cum
socero tuo. Et cùm donasset Pompeius
transfugam ciuitate: O homi-
nem bellum, inquit, Gallis ciuitatem
permittit alienam, qui nobis nostram
non potest reddere. Macrobi.l.2.cap.
3.Satur.

Geminus.

Suprà de Castigatione modesta.

Petronius.

Cùm Catonem sibi obstrepentem
in carcere esset coniecturus, & multi
essent quibus hoc factum maximè
displiceret, inter alios M. Petronius
increpatus à Cæsare, quod senatu no-
demissio abiret: Malo, inquit Petronius,
in carcere cum Catone, quām
hic tecum esse. Quo auditio, Cæsar
statim Catonem, affectus pudore, di-
misit. Dion Nicaeus in Pompeio.

Laberius.

Ex equite Romano factus mimus,
annos iam natus sexaginta, huc adi-
gente Nerone, in actione quadam
induxit habitum Syri, qui veluti fla-
gris cæsus, ac proripienti se similis
exclamabat;

Porro Quirites libertatem perdidimus.

Ac paulò post adiecit:

Necessus est multos timeat, quem multi timent.

Ad has voces populūs vniuersus oculos & ora conuertit in Cæsarem: intelligens, illius impotentiam his dictis lapidatam. Hoc modo, quo licuit. Laberius vltus est sortem suam, Eras. l. 6. apoph.

Anonymus.

Suprà de Innocentia.

Antistius.

Cùm Romæ haberetur in senatu sermo, vt senatores Augustum (qui multis senatoriam dignitatem ademerat, ac quosdam vt sibi ipsis manus inferrent coegerat, alios tractarāt contumeliosissimè) vicissim custodirent, repugnare multitudini non ausus: Sterto (interrogantibus ait) quamobrem neque apud Cæsarem excubare. Dion Nicæus in Augusto.

Anonymus.

Tiberio Cæsari cunctanter & à grè suscipienti delatum imperium, quidam in os ausus est dicere: Cæteri quod pollicentur, tardè præstant: tu quod præstas, tardè polliceris. Ex Suetonio.

Marcellus.

Tiberius imperator cùm in edito quodam verbo parum Latino esset vsus, interrogauit Latinæ linguae peritos, num in Latinæ lingue puritatem peccasset? Cui respondit Atticus Capito: Quanquam hoc verbo nemo usus est antehac, tamen id tua causa recipiemus in posterum. Marcellus autem quidam respondisse dicitur, Hominibus quidem potes dare ciuitatem Romanam, Cæsar, Latina verba non potes. Hunc Tiberius, quanquam liberè locutum, nullo tamen damno affecit. Dion.

Batto.

Dalmatis sè penumero defectio-
nis author fuerat, & Romanis magna damna attulerat. A Tiberio interrogatus, cur ei deficere, tamque diu contra Romanos bellare visum

esser? Vos, inquit, causam dedistis, qui ad greges vestros custodiendos non mittitis canes aut pastores, sed lupos. Dion in Augusto.

Clemens seruus Agrippæ.

Is, domino quantum ad lineamenta oris attinet, planè persimilis, cùm se Agrippam esse diceret, atque eo pacto magnam pecuniam conflare, comprehensus tandem à Cæsare Tiberio interrogatusque, quomodo Agrippa factus esset? Eodem (respondebit) modo factus sum Agrippa, quo tu Cæsar Romanus, significans Tiberijum fraude imperatoriam dignitatem esse naçum. Dion in Tiberio.

Subrius Flavius.

Is, tribunus stipatorum militum apud Neronem interrogatus, cur cùm cæteris in Imperatoris sui mortem cōspirasset? ad Neronem dixisse fertur: Quia te & dilexi, & odio prosequuntur sum supra omnes homines. Dilexi autem, quod te sperabam bonum principem fore: odi autē, quod tyrannum te esse satis sim expertus, quo factum est, vt aurigæ atque citharœdo seruire noluerim. Xiphilinus in Nerone. Tacitus.

Sulpitius Aper.

Eadem dignitate qua Flavius, & item pari culpa insimulatus, cùm similiter, qua re motus conspirasset, rogarerit? respondit, non minus liberè: Se non aliam rationem finendorum eius immensorum scelerum inuenire potuisse. Suetonius in vita Neronis.

Burus.

Cùm intellexisset, Neronem imperatore Octauiam Augustam, propter Sabinam pellicem repudiasset, ad Neronem dixisse fertur: Si repudias, redde etiam dotem, hoc est principatum. Xiphilinus in Nerone.

I dem.

A Nerone interrogatus, vt iterum de iisdem rebus sententiam diceret, planè & apertè respondisse fertur: Ne me, de quibus rebus se-

mel dixerō, bis interroges. Xiphili-nus.

Pythias.

Nerone regnante, cùm omnes famuli, præter Pythiam, vñā cum Sabina pellice, Octaviam Augustam inuaderent, quòd eam contemnerent afflictam fortuna, & illi, cuius magna potestas erat assentarentur, sola Pythias, licet acerrimis tormentis coacta, noluit in dominam metitiri, cùmque Tigellinus Sophonius, homo petulantissimus, atque homicida crudelissimus, instarer ve-kementius, faciem eius conspuit: Miserior est (inquit) Tigelline, vula Octaviae dominæ meæ, quam os tūtū impudentissimum. Xiphilinus in Nerone.

P. Thraseas.

Suprà de Fortitudine domestica.

Anonymus.

Gallus quidam lutor cùm vidisset Caligulam imperatorem nunc deo-rum, nunc mulierum vestitu turpiter incedentem atq. in solio eminentissimo tanquā Deum sedentē, Iouis chla-myde amictum, tantā insolentiam ir-risit. Qua re animaduersa, Caius ad se vocatū hominem, rogauit quid sibi videretur? respondit Gallus, Hanc magnam dementiam videri. Sed im-perator, eo quòd sutoris dictum satis liberum esse, & quo animo tulit. Xiphilinus in Caligula.

Anonymus.

Græculus quidam causam agens a-pud Claudium Cesarem, inter alter-candū commotus hanc vocē in illū em: sit, καὶ οὐ γέφω εἴη μωρός, id est, & tu senex es, & stultus. Usque eo summa potestas ob stultitiam & passim & propalam euilerat, vt hoc in os dixerit, non senator, sed ignotus Græ-culus, & dixerit impunè. Eraf. lib. 6. apoph.

Anonymus.

Quidam bubulcus servus, senio pene confeclus, cùm iam assumpto ad imperium Vespasianō domino, pro-

pter nouæ fortunæ felicitatem meri-tum se putaret, quem dominus mū-nere dignaretur, venienti in vrbē Ve-spasiano se obtulit & libertate se do-nari petiit. Cùm autem minimè assen-tiri Vespasianum videbet, contineret se seruile peccus nequivit, quin vi-poterat dominum vlcisceretur. Ma-gna enim voce exclamauit, vero ada-gio dici, Vulpem pilos quidem mura-re, sed mores nequaquam. Ita enim veteris domini avaritiam natura insitam exprobavit, Fulg. l. 6.

Iun. Mauricu.s.

Nerua Cocceius in cœna, cui assi-debat Viento, qui sub Domitianō consularem dignitatē fuerat ade-ptrus, sed multos clam apud illum de-tulerat, quum orta Catuli mentione, qui calumniator insignis fuerat, dice-ret, Quid faceret Catulus, si Domitia-no superuixisse? Junius Mauricus re-spondit, Nobiscum, inquit, cœnaret Satis liberè submonens imperatōrē quòd Veientonēm haberet familiarem, simillimum Catulo, quem vt ca-lumniatorem execrabatur. Eraf. 1. 8 apoph.

Fronto.

Is consul Romanus post Domitia-ni pessimi principis mortem, de Coc-ceio Nerua, principe optimo, atque eodem patientissimo, pari libertate locutus est. Nam cum videret nimis populo indulgeri, permittiique vt in eius esset manu vel accusare vel occi-dere, quem Domitiani ministrū fuisi-sciret, clara voce dixisse fertur Malum esse sub principe viuere, qu-nihil agi permitteret: sed longè dete-rius sub eo, qui fieri nihil prohibe-ret. Quod cùm Nerua audiisset, mo-dum accusationibus imposuit. Fulg. lib. 6.

Traianus dux.

Traianus Valentis, crudelissimi i-Christianōs omnes imperatōris, du-cōtra Gotthos missus, cùm pōst ma-le in eo bello res gestas rediret do-mum atque obiurgaretur ab impera-tore

ore, qui grauiter hominis ignauiam accusabat, respondit: Non ego ô imperator viatus sum, sed tu potius, qui contra Deum invictum bellum suscipis, atque tua impietate à te ipso omnem viatoriam reicias. Nicéphorus Callistus libro II Eccles. histior. capite 49.

Val. Horuliu.

Ab Antonino imperatore (quē hospicio acceperat) interrogatus, vnde porphyreicas illas columnas acci-
sserat, ad tantum ædium splendore? lixisse fertur, Cum in domum alienam veneris, mutus & surdus esto. liberè indicans, non opus esse ut bo-
torum suorum rationes omnibus, i-
nò imperatori etiam redderet. Iulius Capitolinus, & Cuspinianus in Con-
ulibus.

Papinianus.

Bassianus Antoninus imperator magna laborabat inuidia, quòd fratrem occidendū curasset. Eoque A-
nylio Papiniano prætorii præfecto,
b eximiam iuris prudentiam sum-
ia apud Romanos authoritatis ne-
otium dederat, vt hoc facinus apud
enatum defenderet. At is respondit:
multò facilis parricidium perpetra-
i, quād defendi ob hanc liberam
ocem: Bassianus occidit virum. im-
mortalitate dignum. Erasmus 8. a-
oph.

Gera.

Bassiano tum ioco tum serio di-
enti, omnes cum liberis occiden-
tos: Geta puer dixit, Tu qui nulli
arcis, potes etiam fratrem occide-
re. Id dictum tunc contemptum est,
ost cognitum est fuisse va'icinium,
am parricidium postea commisit.
partianus.

Heluius Pertinax.

Quum Antoninus Caracalla am-
itiosè sibi multa cognomina asse-
ret, Germanici, Bartici, Arabici, &
lemanici: Heluius Pertinax, bel-
licatus fertur: Adde etiam, inquit,
i placet, Geticus Maximus, quòd

Getam fratrem occidisset. Elius Spartianus,

Anonyme.

Adrianus Romanorum imperator cum fortè in foro esset, audiuit mulierem clamantem, Audime Cæsar. Verùm is quum respondisset, Non est otium modò: illa altius clamauit, Noli ergo imperare. Ad hanc igitur vocem restitit, & mulierem audiuit. Ex Dione Cassio.

Apollodorus.

Apollodorus insignis architec-
tus, cum Romæ præclara quædam ædifi-
cia erigeret, atque Adrianus imperator ineptè hominem nescio qua in
re reprehenderet, respondisse fertur: Abi imperator, ac cucurbitas pingue
nam quidem ædificandi artem planè
ignoras. Quam loquendi libertatem
adeò sinistrè interpretatus est Imper-
ator, vt statim cogitaret quo mor-
tis genere hominem interficeret.
Dion Nicæus, & Xiphilinus in vita
Adriani.

Pollenius Sabinius.

Is homo omnium mordacissimus,
cùm audiuisset Seuerum imperato-
rem adscriptum esse Matci familie:
Gratulor tibi, inquit, Cæsar inui-
tissime, quòd patrem detum iaueneris,
quasi antea patrem non habuisset,
propter ignobilitatem & obsec-
ritatem generis. Xiphilinus in vita
Seueri.

Conradus.

†Dum vrbs Constantinop. obside-
retrur, ad Isaacum Imp. cœnandum in-
gressus, Vtinam, inquit, ita rem bellici-
cam curares, vt alacriter ad cœnæ lau-
titias occurris, & animum in patinis
habes. Eo dīcto erubuit Imp. & ap-
prehensō illius pallio, subridēs: Heus,
inquit, suo tempore cœnamus, suo i-
tem bellabimus. Nicetas in Annal.

Anonymus.

Galienus iunior patris mortem in-
ultam reliquit. Itaq; quum rex Persa-
rum quasi captiuvus per pompam du-
ceretur, quidam scutæ miscueryat

se Persis diligentissimè scrutantes omnia, & cuiusque vultum diligenter contemplantes. Qui interrogati quid agerent? Patrem inquiunt, principis quærimus, notantes, à Galieno neglectum fuisse. Id ubi delatum est ad principem, scurras viuosexuri iussit. Exemplum impietatis in Cæsare, periculosa libertatis in scurris. Trebelius Pollio.

Mares episcopus.

Iulianus imperator cum Constantiopolis in Fortunæ facello sacrificaret, palâ à Mare episcopo Chalcedonensi apostata & à Deo vocatus est. Is autem debilitatus visu, alterius ducebatur manu. Volens igitur imperator lacerare blasphemis Deum, consuetè dixit, Neque Gallilæus tuus curare tibi visum potest? Cui respondens Mares, dixisse fertur, Ego Deo meo pro cæcitate gratias ago: quia hoc ideo factum est, ne te videam pietate omni nudatum. Sozomenus lib. 6. Eccles. hist. c. 6.

Terentius.

Is ducum omnium fortissimus, & pietate simul, ac rerum contra Armenios gestarum gloria in primis insignis, cum ad Valentem imperatorem contra Gorthos iam belligantem venisset, atque optionem imperator obtulisset, ut à se quicquid vellet peteret: nihil aliud petiit, quam ut Antiochiaz vnam saltem Ecclesiæ Catholicæ propugnatoribus concederet Ecclesiæ. Quod cum Va lens audiisset, petitionis libellum (ut homo erat impius, atque Christianæ religioni infensissimus) iam lectum lacerauit, atque aliud illum petere iussit. Tum Terentius libelli partibus recollectis: Habeo, inquit, Imperator, & donum teneo: neque aliud petam. Consilij enim mei iudex erit, qui iudex est omnium. Nicephorus Callistus lib. 11. Ecclesiastice hist. c. 49.

Iuuentinus & Maximianus.

† Erant illi in numero stipatorum

Iuliani Imp. qui cum ad eum essent delati, quod eius in Christianos crudelitatem quererentur, eos ad se iubet adduci, & quæ sentiant expone re. Tum illi Christiana libertate: Nos aiunt, in vera educati religione, ô Imperator, & legibus præclaris, quæ Constantinus eiisque filii tulerunt obsequuti, non possumus non graui ter iam, & acerbè lamentari, cum omnia videamus impio scelere refert: & tum esculenta, tum poculenta nefandis & execrandis viëtis contamina ri. Ista solum in tuo imperio malè habent. In liberæ vocis premium plagas & mortem tulerunt Theod lib. tertio his t. decimoquarto cap.

Sigismundus imp.

Cum dixisset aliquando, assentatores se veluti pestem odisse: Imò inquit Brunorius Veronensis, nullus genus hominum magis amas, nam quid apud te possent M. Banus, Laurentius Palatinus, Vrslatius, & alij, nisi assentando, tuam gratiam meruis sent? Cum Sigismundus, Brunori, ait sic comparatum est, cum vitandos esse adulatores dicimus, tum maxim illis aures damus. Nec enim tu mettam diu fuisses, nisi mibi blandiri a fueseisses. Æneas Sylvius libro tertio commentariorum de rebus gestis Al phonsi.

Anastasius episcopus.

Interrogatus à quodā, cur ita profusa pecuniam sacram dilapidaret & non potius in usus decentes eari impendens, ita ut opus esset dispergeret, liberè respondit per cauillationem: Ideo consumo, ne à communia pernicie Iustino auferatur. Nephorus Callist. lib. 17. cap. 26. his Ecclesiastis.

Hormisdas.

Achemenides, qui & Hormisdas dictus est, cum in Perzia fidem Christianam profiteretur, vocatus à Varane rege, atque abnegare Christum iussus, respondit: Imperata tua, re poter-

potentissime, nō solum iniqua sunt, sed incommoda etiam. Cui enim ea necessitas imponitur, ut facillimē vniuersitatis huius Deū abiuret: huic longē facilius fore puto, regem despiceret, atq; ad aliū transire. Rex namque etiam, homo cūm sit, fatis subiectus est: cūm Deus nullis rebus planē subiectus sit. Magis igitur est crimen, diuinam quām regiam lādere maiestatē. Nicēphorus lib. 14. c. 20. Eccles. hist.

Isacius monachus.

Cūm Valentem imperatorem vnā cum exercitu contra Gotthos, qui Christianam religionem acceperant, rānt, exēuentem vidisset, manu frēnum equi, quo ille vehebatur, arripiēs, voce magna dixisse fertur: Quōnam, ô Imperator, proficisceris, qui aduersus Deum bellum geris, neque illius opem tecum trahis? Nam ille quodammōdo contrate hostem excitauit, quoniam tu aduersus illum impiorum hominum peregrinas & blasphemias linguis exacuisti, & Catholicos ex sacris ædibus eieciisti. Plura leges apud Nicephorum lib. 11. ca. 50. Eccles. hist.

Agapethus Rom. Epis.

A Theodato, qui in Italia Gotthorum rex erat, Constantinopolim plācandi Iustiniani gratia missus, cūm Imperatorem Eutychiana hāresi laborantem, frustra reprehendere se intellexisset: Ad Iustinianum Christianissimum imperatorem me venisse arbitrabar, inquit, sed quantum intueri possum, ad Diocletianum me venisse video. Fulgosius libro 6.

Ioannes Capotius.

Cūm dissidentibus inter se Othonē quarto & Friderico secundo imperatoribus, Innocentius pontifex nunc Othoni nunc Friderico assentiret, & discordias subinde multas sereret, verbis aliud ostendens, quām factō, Ioannes Capotius Romanus,

Verba tua, inquit, pater sanctissime, Dei sunt: cāterūm facta, quā verbi longē contraria sunt, diaboli esse videntur. Ibidem.

Iulianus Card.

Libros veterum cūm in bibliothē ea lectitasset, accessit quidam qui dicaret: Quid tu hīc inter mortuos latitas ad nos tandem qui viviūs existis? Iulianus, Imo, inquit, ii fama vivunt, tu neque nomine neque re vivis. Æneas Sylvius lib. 3. Commentariorū Alphonſi.

Anonymus.

Coloniensium episcopus & dux, cūm iter armatus per Germaniā faceret, multis stipatis equitibus, incident in bubulcum quendā, tantum deidentem exercitum. At vbi hominē interrogasset, cur tantopere rideret? respondit bubulus, Miror sanè Petrum Apostolum, vestri ordinis principem, in tanta inopia mortuum esse, vt posteros in eo ordine tantopere locupletaret. Dicente verò episcopo, se simul & ducem esse, & episcopum: respondit bubulus, Velleū equidem declarari mihi, cūm mortuum hunc ducem cuius personam modō geris, in inferno esse contigerit, quō putas episcopum esse iturum? Libello autem responso ostendit, quām stultum sit, in eodem subiecto duas diuersas professionis personas agere velle. Et si in altera peccaret, putare se in altera pœnas errati non sensurū. Fulg. lib. 6.

*De libertate.**Pythagoras.*

* **N**eminem liberum esse dicebat, nisi qui sibi imperaret. Stob. ser. 6.

Bion.

* Bonos famulos libertate frui dicebat: at malos liberos, multarum cupiditatū seruos existere. Stobæus serm. 2.

Aristippus.

Dionysio recitanti versiculum ex Sophoclis Tragoedia,

*αρχής τὸν τύπωνοι ὅς τις ἐμπορέεται,
καὶ οὐδὲ δόλος, καὶ νέλος θεος μόλις:*

Id est,

*Quisquis tyranni ad telet a se coniulit,
Est seruus illi, liber et si venerit.*

Aristippus correchtō posteriore ver-

ticulo respondit,

εἰς δέ τοι δόλος αὐτέλευθερος μόλις. Id

Haud seruus est, si liber illuc ve-

nerit.

Significans non esse verè liberum, nisi cuius animum spe metuque liberauit philosophia. Etenim verè liber est, quisquis ingenuus natus est. Quidam hoc dictum ascribunt Plato-ni. Laer. l.2.c.8.

Idem.

Quum Dionysius Aristippo expro-

braret, quod nihil utilitatis ab eo

cepisset: sanè, inquit: nam si quid tibi

profuissem, non fecus à tyrranide

quām à comitiali morbo liberari vo-

luisse. Stob. serm. 47.

Diogenes.

Inter Aristippum & Diogenem Cynicum nonnulla fuit contentio ob diuersum vitæ institutum. Diogenes Aristippum appellabat, ob di-

uenditam Dionysio libertatem, ca-

nem regium. In quem vici sim Aris-

tippus: Si Diogenes sciret uti regi-

bus, non veliceretur crudis oleribus.

Contrà Diogenes: Si Aristippus di-

dicisset esse contentus crudis oleri-

bus, non esset canis regius. Laer.lib.

2.c.8.

Idem.

Interrogatus, quid esset in vita o-
ptimum? respondit, Libertas. hæc e-
nim semel amissa, non facile recupe-
ratur. Laer.l.6.

Idem.

Cum Xeniadæ seruiret, amici a-
gebant de eo redimendo. At ille: Ne-
quaquam, inquit, an nescitis leones
non iis seruire à quibus aluntur, sed
altiores potius seruire leonibus? Nam

leo ubique est, semper leo est.
Laer. l.7.

Idem.

Craterus Alexandri Magni præ-
fetus, homo prædives, inuitarat Dio-
genem, ut ad se cōmigraret, cui re-
spondit, Malle Athenis salem lingere,
quām apud Craterum opipara
frui mensa: Sentiens, libertatem
quamvis inopem, omnibus diuitiis
delitiis præferendam, vbi min-
nuitur libertas. Laertius libro sexto,
cap.2.

Idem.

Prædicantibus beatum Callisthe-
num philosophum, quod apud Ale-
xandrum apparatu splendido exci-
peretur: Imò, inquit, infelix est, quod
illi prandendum cœnandumque sit,
cum Alexandro visum fuerit. sen-
tiens, nihil esse beatum, si absit li-
bertas Hic est Callisthenes, Aristote-
lis discipulus, quem Alexander tan-
dem coniecit in carcerem, vbi & pe-
riit. Quidam pro Callisthene suppon-
nunt ipsum Aristotelem, cuius felici-
tatem prædicantibus, quod cum
regis filio viueret: Aristoteles, in-
quit, prandet cum vult Alexander,
Diogenes cum vult Diogenes. Laer.
lib.6.c.2.

Timon Nicias.

Suprà tit.de Adulatöribus non ad-
mittendis.

Simon Athén.

Simonem Atheniensem Pericles
ad se inuitauit, pollicens sese omnia
necessaria præbiturum. At Simon
negauit se venditum libertatem.
Delectauit hunc imago muris sylue-
stris paruo viuentis, potius quām do-
mestici in summis deliciis, sed perpe-
tua cum solicitudine versantis. Laer.
lib.2.c.14.

Anonymous.

Lacon quidam interrogatus, quid
artis sciret? Liber, inquit, esse. Ea gē-
nec disciplinis philosophorum, nec
opificiis exercebatur: tantum inui-
ti animalibetatem tuebatur, nec ho-
mini

anibus nec vitiis seruire docilis.
Plut. in Lacon.

Anonymus.

Quidam captius cùm vendetur, ac p̄r̄cō diceret se mancipium vendere: Scelestē, inquit, non tu di- es captiūm? Non puduit durē conditionis, sed puduit tituli seruilis. Sāntus erat libertatis amor. Plut. in Lacon.

Theopompi.

Suprà de iniuria.

Agelaius.

Cùm quendam admirari videret, quòd rex cum cæteris Lacedæmoniis tam frugali cibo vestitūque viceretur: Atqui, ait, pro hac frugalitate optimam messim metimus, libertatem videlicet. Sapienter admonēs, iullam esse voluptatem viris inge- nius libertate suaviorem, nec ibi diu libertatem esse posse, ubi luxus re- gnat. Plutarch. in Lacon. apoph. & Erasm. li. 1. apoph.

Cleomenes.

Quum è carcere elapsus ad occi- dendum Ptolemæum plebem solli- citasset, neminēmque inueniret: Non mirum est, ait, si talibus viris, qui li- bertatem negligunt, mulieres etiam dominantur. Plutarch.

Buri & Sparta.

Iij sponte profecti sunt ad Xerxem regem Persarum, daturi pœnas, quas Lacedæmonij iuxta oraculum pen- dere debebāt, eo quòd oratores Per- sarum occidissent: quos cùm Xerxes vidisset, interficere noluit, sed apud se manere iussit. Cæterūm quum re- gis dux instaret rogans, diceretque fore, ut in pari honore haberentur, cùm his qui inter regis amicos pri- mas tenebant, hunc in modum re- sponderunt: Scimus quām ingens bo- num sit libertas, quam nemo sanus vel cum Persarum regno commuta- rit. Plutach. in Lacon.

Anonymus.

Quum Philippus in agros Lace- demoniorum duxisset exercitum,

résque in eo esset statu, ut probabile esset eos ad vnum omnes interitu- ros, rex dixit cuidam Spartiatæ: Quid nunc facietis Lacedæmonij? At illes, Quid, inquit, aliud nisi quòd fortia- ter moriemur, quando nos soli Græ- corum liberi esse, nō aliis parere di- dicimus? nemo seruire cogitur, qui mori paratus est. Quām dulce bo- num est libertas, quæ morte emitur? quām misera res seruitus, cui mors anteponitur? Quid igitur mentis dicemus his esse, qui se sponte dedunē in eam seruitutem, vnde nec datos peculio possunt redimi, nec gratuitā manumissione liberari? Plutarch. in Lacon.

Arenius.

A Cyro captus, quum ab illo ro- garetur, cur tributum non tulisset, vrbēaque muro cinctusset? Libertatem, inquit, cupiebam. Pulchrum e- nim mihi videbatur, & me liberum esse, & liberis meis libertatem relin- quere. Xenophon.

Stilpon.

Quum Demetrius abductis omni- um Megarensum seruis Stilponi diceret, Ciuitatem vestram liberam vobis relinquo: Rectè, inquit Stilpo, nullum enim in ciuitate seruum re- linquis. Plut. in Demetrio.

Hegeſippus.

Quum Hegeſippus cognomento Crobilus, Atheniensis in Philippum irritaret, quidam è concione succela- maut, Itāne bellum nobis inuehis Hegeſippe? Næ per louetn, inquit, & pullas vestes, & publicas exequias, & orationes funebres si viucturi sumus liberi, nec imperatis Macedonum pa- rebimus. Significans libertatem be- ne emimago, nec sine negotio pos- se seruari. Eras. l. 5. apoph.

Eusebius philosophus.

* Eorum, inquit, qui fecdis volū- pratibus dediti sunt, nullum tu libe- rerum ducas. Hi enim multo saeuio- ribus dominis quām vilia mancipia seruiunt. Stob. serm. 6.

Epictetus.

* Dicebat nullum esse seruum, qui animo sit liber. In Enchirid.

Seneca.

† Sapere maximum premium est pro quo nullum datur. Multa possum ostendere, quae acquisita, acceptaque, libertatem nobis extorserunt. Nostri essemus, si ista nostra non essent. Epist. 42.

Idem.

† Quid est præcipuum? In primis labris habere animam. Hæc res efficit non è iure Quiritium liberum, sed è iure naturæ: liber autem est, qui seruitutem effugit sui. libro 3. nat. Quæst.

Pyrrhus.

Cum Athenas veniens, in arce Palladis rem diuinam fecisset, eodem die descendens ex arce, Atheniensium erga se animum & fiduciam vehementer laudauit: & admonuit, si sapient, ne posthac cuiquam regum portas (si modò patriæ libertatē tueri vellent) aperirent. Significans regibus, imperatoribus ac præcipibus semper inuisam esse libertatem: omnésque conatus ac vires eò intende-re, ut libertatem extinguentes, ex liberi seruos sibi faciant. Eras. lib. 4. apoph. ex Plutarch.

Meton.

Quo die decretum de Pyrro vocando sanciri per populum Tarentinum debebat, & multitudo in concione federet, accepta corona & lappide, quasi ebrios, tibicine ducente ludibundus in concionem peruenit: &, vt fit, in turba populari aliis applaudentibus, aliis ridentibus, vt que procederet in medium inuitantibus, processit ille, & quasi cantaturus astigit. Sed ubi silentium nactus est: Viri, inquit, Tarentini benefacitis, quod iocari & ludere volentibus, dum licet, permitritis: si tamen sapitis, cuncti hac ludoru libertate fruamini antequam Pyrrhus adueniat, hæc & aliam omnem libertatem aboliturus,

Nec fuit mendax. Nam quūprimè aduenit Pyrrhus, ludis & tripudiis Tarentinis interdixit Brus. I. 3. c. 32. ex Plutarch.

Brusius

In Tarquiniorum electione dicebat, ex duobus alterum esse eligendum, aut vitam liberam, aut mortem gloriosam. Bruson. libr. 3. cap. 32. c. Liuio.

Catō.

† Filium suum ad Cæsarem ianrerum potientem ire iussit, cùque cui non etiam iret quærenti, respondit Ego nimurum indicendi, agendique libertate institutus, non possum modò immutata vitæ ratione, sc̄nes seruituti assuescere: te verò qui in eiusmodi statu rerum nauis es, & educatus, eam quæ tibi obtigit, decet amplecti fortunam. Dion. Cass. libro 43.

Cicero.

Duo semper sibi contingere optabat: primum, ut moriens populum Romanum liberum relinquaret, quo nihil à diis immortalibus maius dari posse dicebat. Alterum, ut ita cuique eueniret, ut de repub. esset meritus Cio. in Philippicis.

Idem.

Ab Androne quodam Laodiceo salutatus, quum aduentus causam percontatus, intellexisset illum pro patriæ libertate legatum ad Cæsarem venisse, Græcis verbis expressit publicam seruitutem, εἰς την περιουσίαν: id est, si impetas, etiam pro nobis legatus esto, siue pro nobis orato. Erasm. lib. 4. apoph.

Idem.

† Liber est estimandus, inquit, qui nulli turpidini seruit. In penult. Paradoxo.

F. Xauerius.

† Cum proficeretur ad Sinas, hæc sociis inter alia scribebat: Magnum omnino adimus periculum (si nihil aliud) perpetuæ seruitutis.

Verum-

Verumtamen hæc me consolatur cogitatio, satis esse Dei causa seruitutem subire, quām crucis fuga perfrui libertate. Hor. Tursellinus l.4.de vita eiusdem, cap. 12.

tius à puella publica, obtorto collo vincitus abducitur. Ridiculum existimabat certare cum electis viris, & à vii puella veluti captiuum trahi sine funibus. Laer. 1.6.

Stratonicus.

Quum egredieretur Heraclea ciuitate, portas ac moenia circunspiciebat. percontanti verò cuidam, quid circumspiceret? Pudet, inquit, si videar exire è lupanari. notans corruptos eius ciuitatis mores. Sunt eius nominis ciuitates multæ, sed de Heraclea Thasiæ sensit, opinor. Erasm. 1.6.apoph.

Marius.

Lusius, Mario ex sorore nepos, quū Marius iterum consul esset, vix admoxit militi cuidam adolescenti nomine Trebonio: at is Lusium interfecit. Id factum multis incusantibus, non inficiatus est adolescentis se ducem suum interfecisse: sed causam addidit, ac probauit. Marius itaque quum iussisset afferri coronam, pro facinore in bello præclarè gesto dari solitam, Trebonio imposuit: graui exemplo monens cæteros, ne simili modo tentarent adolescentum puditiciam: quando non solum absoluit, verum etiam coronauit eum, qui & imperatoris cognatum & duces suum ferro necasset. Plutar.in Rom. apophthegm.

Anonymus.

Nero puerum Sporum exectis testibus in muliebrem naturam transfigurare conatus est. Additados, additum flammeum, addita celebrerrima nuptiarum solemnitas. Quid malitiae? palam pro vxore habuit. Hinc fertur cuiusdam non infictus iocus: Bene agi potuisse cum rebus humanis, si Domitius Neronis pater tam habuisset vxorem. Sentiens, exitio totius orbis natum Neronem. Is nunquam fuisset natus, si pater Spori sumilem habuisset vice coniugis.

Huc refer apoph. de Intemperatiis, Scortationis, Voluptate, &c.

De libertate nimia.

Socrates.

Dicebat, sororem libertatis esse pigritiam, testesque huius rei fortissimos, maximæque libertatis populos adducebat Indos & Persas, qui utriusque segnissimi essent ad laborandum: Phrygas vero & Lydos, ad opus faciendum promptissimos esse qui cum seruitute degerent.elianus l.10.de Var. histor.

Plato.

* Nimiam libertatem tum in priuato homine, tum in ciuitate, non in aliud quām nimiam seruitutem evadere dicebat. 1.8.de Repub.

Appius Claudius.

Dicere solebat, populo Romano melius negotium quām otium committit. Sensit vir sapientissimus, pulum Romanum laboribus & bellicis rebus plurimum incrementi semper accepisse, nimio otio autem & pigritia omnia deinceps in peius ruisse. Valer. Max.

Vide apoph. de Indulgentia, Impunitate, Ignavia, Otio, Licentia, &c.

De lidibine fœda.

Bias.

Alcibiadem hoc elogio taxauit, quod adolescens viros abduxisset ab uxoribus, iuuenis factus uxores à viris. Laert. l.4. c.7.

Diogenes.

Animaduertens Olympionicem quendam oculos defigere in scotum, adeo ut præteritum capite reflexo intueretur. Ecce, inquit, ut aries Mar-

De librorum fiducia & multitudine.

Socrates.

Interrogatus, quare non scriberet libros: Quoniam, inquit, chartæ iis qui scripturi sunt, pluris essent emēdæ. Nihil scr̄psit in vita, iudicans librorum copiam officere studiosis sapientiæ. Erasm. l.6.apoph.

Anthonenes.

Amico euidam deploranti, quòd cōmentarios suos perdidisset: Oportuit, inquit, ista animo potius quam chartis inscribere. Sensit vir prudensissimus librorum fiduciam plerunque in causa esse, vt minus exerceamus memoriam: in tuto enim est, quod animo insculptum est: cetera pereunt facile. Laer. l.6.c.1.

Seneca.

TQuot mihi innumerabiles libros, inquit, & bibliothecas, quarū dominus vita vix tota indices perlegit? Onerat discentem turba, non instruit; multo satius est paucis te autoribus tradere, quam errare per multos. lib. de tranquil. animi cap.9.

Idem.

TDistrahit animum, inquit, librorum multitudo. Itaque cum legere non possis quantum habueris, sat est habere quantum legas. Sed modò, inquit, hunc librum euoluere volo, modò illum: fastidientis stomachi est, multa degustare, quæ vbi varia sunt & diversa, inquinant, non alunt. Epist. 2. ad Lucil.

Anonymous.

TBibliothecam illam celebrem, quam Athenis Adrianus Imper. instruxerat, Gorthis exurere parantibus, quidam persuasit à Musis abstinentum, & literis parcendum esse, quibus tum Græci diligentius incumberent, minus ad bellum propensi, & idonei redderentur. Egnatius in vita Claudi.

Oenopedes.

Cùm videret adolescentem multos libros conquigere, dixit, Non cistæ, sed pectori. Sensit autem, non eruditos esse eos qui librorum copiam habent, sed qui ex libris omnia in memoria thesaerum reposuerunt. Anton. in Meliss. part. 1. serm. 50.

De licentia.

Anonymous.

Acō quidam cùm venisset Athenas, vidissetque illic præcones qui muriam promitterent, qui obsoniū, qui publicanos & lenones, aliisque parum honestas functiones profiterrunt, neque quicquam sibi turpeducerent: vbi reuersus est in patriam, cuius percontantibus quomodo seres haberent Athenis? Omnia, inquit, honesta: per itionam innuens, Athenis omnia haberi honesta, turpe nihil. Argutia dicti est in ambiguo sermonis. Plutarc. in Lac. apoph.

Ephori.

Suprà tit. de Contumelia.

Agesilaus.

Notans præpostera licentiam eorum qui Asiam incolebāt, eius gentis corruptis moribus, dicens solebāt: Inter illos qui improbi essent, eos esse liberos; contra qui probi, eos esse seruos, quòd vbi licenter omnia, virtus odio haberetur. Idem.

M.Cato.

Studiose magistratum semper admonere solitus est, vt delinquentes in Repub. grauiter castigarent. Sentiens, nihil pernicioſius esse in Republica, quam licentiam, quam adeo non ferendam in ciuitate putavit, vt iudicaret magistratum lapidandum, qui coercere posset, non tamē faceret. Plut. in Rom. apoph.

Neron.

Infrà de Tyrannide.

M.Antonius Verus.

Dicebat, difficile esse, in maxima licentia

licentia moderari sibi, & cupiditatis
bus quasi frenos imponere. Herodias
nus lib. i.

Caligula.

¶ Monenti Antoniaz auiz, tanquam
parum esset non obediens: Memento,
sit, omnia mibi, & in omnes licere.
Quid arrogantius dici potuit? Suet.
in vita, ca. 29.

Antonius Caracalla.

Eius nouerca, cum esset pulcher-
rima, veluti per impudentiam cor-
pus magna ex parte nudauit. Cum
que dixisset Caracalla: Velle, si li-
ceret: Si libet, inquit illa, licet: An
nescis te Imperatorem esse, & leges
dare, non recipere? Ea mulieris vox
Caracallam imperatorem ad dete-
stabile facinus pertraxit. Ex Aelio
Spartiano.

*Vide apoph. de Impunitate, Licentia
nimia, & Pena neglecta.*

*De lingua, garrulitate, &
loquacitate nimia.**Thales.*

Dicere solitus est, Multa verba
nequaquam arguere hominem
sapientem. Sapiens enim, non nisi cum
res postulauerit loqueretur, & paucis
suam absoluens sententiam. Stultus
autem, non habita vlla ratione loci,
temporis, personarum, &c. sua loqua-
citate omnia effutiet. Erasm. li. 7.
apoph. ex Laert. lib. i. cap. i.

Idem.

Sabinde admonere solitus erat, ne
ita loquamus cum amicis, ut sermo-
nos in ius vocet. Quo docere voluit,
caute de absentibus. etiam coram ami-
cis loquendum esse, ne nos apud alios
deferant, & nostra loquacitas vergat
nobis in magnum malum. Laertius
lib. i. cap. i.

Pythagoras.

* Gladij plagam quam linguae lenio-
rem esse dicebat: ille enim corpus,
huc animum vulnerat. Anto. & Max.
Ser. de loquacitate.

X Chilon.

Non committendum esse dicebat,
ut lingua precurreret animum. Ad-
mōnens, prius cogitandum quid lo-
quaris, quam lingua prorumpat in
verba. Nescit enim vox missa reuer-
ti. Laert. lib. i. cap. 4.

Idem.

Principiebat, linguam cum aliis
semper, tum principiū in conuiuio
continendam, quod illuc cibus & po-
tus inuitet ad intemperantiam. Por-
rò ubi plus est periculi, ibi maior est
adhibenda cautio. Laert. lib. i. cap. 4.

Idem.

A quodam interrogatus, quidnam
apud homines omnium esset difficil-
limum? Retinere, inquit, ea quae cu-
pimus esse arcana. Quo dicto innuit,
quantahominum sit linguae licentia,
qui etiam quae in cordibus recondita
esse deberent, liberiū loquendo ef-
futiunt. Laert. lib. i. cap. 4.

Bias.

Adolescente quodam intempesti-
uas nugas crebro iactante, adeò ut
neque modū esset habiturus, neque
finem: Qui factum est, inquit, ut à
quo scatere verbis didicistis, silere
non didiceris? Stob.

Bion.

Cuidam immodicè loquaci, ut sibi
subueniret oranti, respondit: Abundet
tibi morem geram, si aduocatos mi-
seris, non venias ipse. Laertius lib. 4.
cap. 7.

Timon.

Antisthenem, quoniam multa con-
scriperat volumina, Timon appella-
re solebat παντοφυῆ φλέδων, id est,
ingeniosum nugatorem. Non tamen
dixit θύφων, sed παντοφυῖς, quod in-
genio ad quidvis versat. luvaria tracta-
ret argumenta, & in his quædā digna
philosopho. Laert. lib. 6. cap. 1.

Diogenes.

A Platone petierat vini paululum,
tunc & caricas. Plato misit lagenam,
qui Cynicus hunc in modum gratias

Dd iii

egit:Cum interrogaris quot sint duo
& duo? respondes, viginti: ita nec es-
cundum ea quæ rogaris das, nec ad
ea quæ interrogaris respondes. No-
gauit Platonem ut immodecum loqua-
cem, quod idem in illius scriptis no-
gauit Aristoteles. Laert. lib.6.

X Anacharsis.

Interrogatus quid esset in homine
pessimum, & quid optimum? respon-
dit, Lingua. Sentiens, idem membrum
plurimam adferre utilitatem, si recta
ratione gubernetur: pestilentissimum
esse, si secus. Laert. lib.1. cap.9.

Heracitus.

Interrogatus aliquando, cur file-
vet, Ut vos, inquit, loquamini. Laert.
lib.9. cap.1.

X Zeno.

Adolescentulo [plurima effutienti
immoderatius quam par erat: idcir-
co, inquit, aures habemus duas, & os
unum: ut plura audiamus, loquamur
per pauca. Laert. lib.7.

Idem.

Audiens adolescentem plus satis
loquentem in conuiio, ait: Aures in
linguam defluxere. Allusus autem ad
naturæ artificium, quæ hominibus
duas aures fecit, linguæ autem unam
tantum: ut disceret, plura quidem au-
dienda esse, non autem temere effu-
tienda omnia. Laert. lib.7. cap.1. Ma-
ximus serm.60.

Idem.

Dicere solebat, satius esse labi pe-
dibus, quam lingua: eoque conuiua
quantum poterat, vitabat, quod ibi so-
lutos vine, & aliorum fabulis prouo-
catus, facilius labi posset. Laert. libr.
7. cap.1.

Idem.

Ad Aristonem discipulum multa
temere garrientem, quædam etiam
præcipitanter confidenterque: Fieri,
inquit, nō potest, quin te pater ebrius
proseminarit. oderat futilem loqua-
citatem, ipse in dictum breuis, tum
gravis. Idem.

Democritus.

Quum indoctum quandam verbis
inanibus obstrepentem diu tulisset:
Ad blaterandum, inquit, satis mihi
instructus videris, ad silendum vero
impos. Stob.

Idem.

+ Auaritiam quandam aiebat esse,
omnia velle dicere, nihil audire.
Stob. serm. de garrulitate.

Aesopus.

* Quid esset in hominibus bonum
& malum sciscitus, linguam esse
dixit. Anton. & Max. serm. de loqua-
cite.

Pericles.

Cum publicè dicturus prodiret,
in primis se optare dicebat, ne insolens
verbum excideret, quod popu-
lum, piásve aures lādere posset, aut
suæ etiam voluntati contrarium es-
set. Non ignorauit sanè vir pruden-
tissimus ac eloquentissimus, quam
labilis lubricaque sit lingua, quæ se-
penumero limites suos egressa, in
multa rerum pericula hominem et-
iam nolentem rapit, ac in mortem
quoque aliquando præcipitat. Elian.
lib. 4. de varia hist.

Theocritus Chius.

Cum veniret Byzantium, & ver-
borum prodigos homines inueniret:
Recte (inquit) de vobis dicitur, quod
in ore omnis vobis supplex est, &
vnicum domicilium. Stob.

Idem.

Anaximene dicturo, ita præfatus
est: incipit verborum flumen, men-
tis gutta. significans, habere mul-
tum loquentiarum, sapientiarum parum.
Stob. ser.34.

Idem.

Ineptum quandam poetam reci-
tantem auscultans, & interrogatus
ab eo, quænam ei placerent? respon-
dit: Quæ omisi. erat enim ingrata
nimis prolixa illa loquacitas. Antonius
in Melissa. par.1. ser.50.

Crates.

* Videns adolescentulum secretò

ibulantem, interrogauit, quid illic
tus faceret: Mecum, inquit, loquor.
i Crates, Caeu, inquit, rogo, & di-
enter attende, ne cū homine ma-
loquaris. Seneca epist. 10.

Xenocrates. X

Quum maledico sermoni quorunq;
in summo silentio interesset, vno
iis quærente, cur solus linguam
am cohiberet: Quia dixisse me a-
quado pœnituit, tacuisse nunquam.
aert. Stob.

Aristoteles.

Garrulus quidam, vbi multa nu-
atus esset apud Aristotelem, tan-
tem dixit, Fortassis obstrepo tibi
ugis meis: Non herclè, inquit, ne-
ue enim aduerti animum. Laert. lib.
cap. 1.

Idem.

Callisthenem adolescentem co-
im Alexandro multa indecenter &
berius loquentem, Homericō car-
tine castigauit, dicens:

Talia si loqueris, non multo tempore
vives.

aert. lib. 5. cap. 1.

Solon.

Cuidam dicenti, illum ideo non
oqui, quia insanus esset: Nullus, in-
quit, stultus tacere potest. Nam e-
nim loquacitate stultitia hominum
proditur. Brus. lib 3. cap. 25.

Theophrastus.

Ad quandam, qui in conuiuio per-
petuo silebat: Si indoctus & impru-
dens es, inquit, prudenter facis: sin-
doctus, imprudenter. Sic refert Laer-
tius lib. 5. cap. 2. Sed Plutarchus hunc
in modum dixisse scribit, Si stultus
es, rem facis sapientem: sin sapiens,
stultam. Est enim non minima sa-
pietia pars, tegere silentio stultitiam.

Idem.

Dicebat, potius esse fidendū effre-
ni equo, quam verbo incompagno.
Nemo non metuit insidere equo in-
freni. at plus est periculi à lingua ef-
freni. Laert. lib. 5. cap. 2.

Menedemus.

Quendam friuolis nugis obstre-
pentem, rogauit num fundūm habe-
ret? vt is respondit, sibi plurimas es-
se possessiones: ubi igitur, inquit, &
illas cura, ne tibi eueniat, vt & illa
perdas, & facultates amittas. Notans,
illum ad dicendū non esse idoneum,
sed magis ad agriculturam. Laer. lib.
2. cap. 18.

Anonymus.

† Qui leties sunt, & futilis, & impor-
tuni locutores, quique nullo rerum
pondere innixi, verbis humidis, & lab-
fantibus defluunt: eorum orationera
benè existimatū est in ore nasci, nō
in pectore. Linguam autem debero
aiunt non esse liberam, nec vagam,
sed vinculis de pectore imo, ac de cor-
de apertis moueri, & quasi gubernari. A. Gell. li. 1. ca. 13.

Demosthenes.

In conuiuio audiens hominem
loquaculum, dixit, Si multum sape-
res, non multa loquereris. Stob.

Idem.

Sciscitatus, quæ causa esset vnius
tantum linguæ, & geminarum au-
rium? Quoniam, respondit, duplo
magis audire homini expedit, quam
loqui. *Idem.*

Agis.

Peculiaris erat Lacædemoniis ve-
borum paucitas, vnde & ab ea regio-
ne breuiloquentia Laconismus dici-
tur. Quum igitur Abderitarum le-
gatus apud Agidem multa locutus,
vix tandem dicendi suam fecisset,
rogaretque quid ciuibus suis esset
renuntiaturus? Agis, Illud (inquit)
renuntiā, quārum temporis tibi fuit
opus ad dicendum, tantum me silen-
tem audisse. Hoc dicto exprobavit
stolido oratori inanem loquacita-
tem, responso indignam. Plutarch. in
Lacon. apoph.

Lacones.

Ctesiphontem elecerunt, qui se
profitebatur de re quavis totū diem
posse dicere, dicentes: Boni oratoris

Dd gij

esse, sermonem habere rebus p̄arem. Nulla in re iustius putarunt adhibendam frugalitatem quām in oratione, quam Hesiodus non aliter quām pretiosum thesaurum parcissimē censet esse deponendam ad v̄sum, non ad ostentationem. Plut. in Lacon.apoph.

Idem.

Samiorum legatis prolixiore oratione vtentibus, dixerunt: Media sumus oblii, postrema non intelleximus, quia prima non meminimus. Quo dīcto docuerunt, nimiam loquacitatem vbiique fugiendum esse.

Idem.

Laborum.

Cuidam apud ipsum prolixiore vtenti sermone: Quid mihi, inquit, de re pusilla, longa texis protemia? Quanta res est, tantam oportet & orationem esse qua vteris. Est hoc omnibus Spartanis peculiare, offendit sermone causa quām postulat longiore: adeò nusquam non placebat frugalitas. Nam ad causam non magnam, adhibere superuacuam verborum copiam, luxuriae genus est.

Idem.

Anonymus.

Lacon quidam, cūm in luscinia plumis reuulsis minimum reperisset carnium: Vox, inquit, tu es, præterea nihil. In eos dici potest, qui præter garrulam linguam ac magnifica verba nihil habent. *Idem.*

Idem.

Quidam interrogatus de requam, respondit: Non. Verū vbi percontator dixisset illum mentiri: Non vides igitur, inquit Lacon, te stultum esse, qui scisciteris de his quā nō queris? Salsē taxauit in illo vitium garrulitatis, qui de nibilo quæsierit fabulandi materiam. Plotarch. in Lacon.

Idem.

Alius, quum audiret rhetorem magnos sermonum circuitus connecentem. Per Geminos, inquit, fortis

sanè homo: qui quām nullum habeat argumentum, tamen egregiè voluit linguam. Lacedæmoniis nulla placet oratio, nisi breuis & vera, & ad rem seriam pertinens. Proinde ridiculum existimabat, quod orator in fīcto thēmā tantam vērborum copiam profunderet. *Idem.*

Charidūs.

Interroganti, quām ob causam Lycurgus tam paucas leges tulisset Lacedæmoniis? Quoniam, inquit, pauca loquentibus, paucis etiam legib⁹ est opus. Sensit nimirū, pleraque mala ex multiloquio nasci. Laconibus autem peculiaris erat breuiloquentia Plut. in Lacon. qui eundē in Lycurgo Charilaum vocat.

E Cleomenes.

Venerunt ad Cleomenem Samiorum oratores, hortaturi ut cum Polycrate tyranno bellum susciperet. Id cūm fecissent oratione plus & quo prolixa, respondit in hunc modum: Quā primo loco dixistis, non memini, & ob id ne media quidem intellico: quā verò dixistis omnium postrema, non probbo. Admonet, multiloquium non solum molestum esse auditori, verū etiam ad persuadēdum inutile, præsertim apud principes, tum variis curis occupatos, tum auribus fastidiosis. Plut. in Lacon.apoph.

Idem.

Sophista quodam de fortitudine multa differente, risit Cleomenes. At sophistæ dicenti: Quid rideas Cleomenes, audiens de fortitudine differentem, præsertim quām sis rex? Quoniam, inquit, ò amice, si hirundo de fortitudine loqueretur, idem facerem quod nūc facio: sin aquila, magno silentio auscultarem. Visum est ineptum, quenquam de fortitudine magnificis vti verbis, qui ipse nihil fortiter gessisset vñquam, nee aliud posset, quām in hirundinis momrem garrisce. *Idem.*

Demez.

Demades.

Tibi Athenienses comparare solebat: ex quibus si linguam detrahas, reliquum inutile erit. Maximus ferm. Stob. ser. 2. de Impudentia.

Agis.

Cum sophista quispiam apud Agidem dixisset, orationem esse rerum omnium præstantissimam, videlicet prædicans artem quam profitebatur: Ergo, inquit Agis, tu cum taces, nullius es pretij significans, multo præclarius esse res magnificas gerere, quam habere linguam ad magnifice loquendum expeditam. Plut. Lacon. apoph.

Idem.

Perinthiorum orator in Lacedæmoniam missus, cum apud Agidem dixisset admodum prolixè: ubi perorasset, rogauit eum, Quid esset Perinthii renuntiandum? Quid aliud, inquit, nisi quod tu vix dicendi finem feceris, ego vero tacuerim? Idem.

Idem.

Quam de Græcorum libertate quidam in medium adduxisset magnifica quidem, sed factu perquam difficilia: Tua, inquit Agis senior, verba hospes opus habent viribus & pecunia. Perquam scite declarans, frustra de his verba fieri, ad quam perscienda non suppetit facultas. In consultationibus enim non solum spectandum est quid sit factu pulcherrimum, sed quid fieri possit. Idem.

Idem.

Abderitanorum legato, qui multa locutus, rogarat, Quidnam ciuibus suis renunciaturus esset? Te, inquit, mihi tacenti tantisper auditum fuisse, quantisper dicendo consumpsisti. Simile ei, quod de Perinthiorum oratore paulò suprà ex Plutarcho retulimus.

Anaxandridas.

Cum Ephoris opportuna quidero, sed pluribus quam sat erat, quidam

loqueretur, Anaxandridas: Hospes inquit, re necessaria in non necessario uteris. Significans, quod per se rectum est, & utile, non egere prolixa oratione: quod ipsa causa bonitas facile leipsam commendet. Quod si vsquama locus est loquacitati, eam oportet ad inhonestas causas adhibere. Plut. in Lacon.

Agesilaus.

Cum Rhetorem eo nomine apud Agesilaum Lacedæmoniorum regem laudas et quidam, quod res specie exiguae magno verborum ornatu amplificare posset: Ego, inquit rex, ne suorem quidem arbitror bonum, qui paruo pedi magnos calceos inducat. Qao innuit, inanem loquacitatem nullibi probandam esse. Idem.

Idem.

Megarensi cuidam multa iuveni liter de sua ciuitate aduersus Agesilaum iactanti: Adolescens, inquit rex, tui sermones opus habent magnis viribus. Significans, indecenter eum magnifice loqui, cui vires non suppetunt orationi pares.

Demonax.

Audiens quendam imprudentius de rebus loquentem: Maiore, inquit, studio auribus quam lingua vteris. Stob.

Antipater.

De Demade oratore iam grandevu dicere solebat, Demadi, ut immolatae victimæ, nihil superesse præter linguam & ventrem. Nam venter ex holtia adiiciebatur, & lingua dabatur præconi. Ita senex orator, tantum loquebatur. Loquacitas enim crescit cum ætate. Tradunt autem, Demadem luxi & gulæ fuisse dedicatum, unde & Phocionis reprehendit frugalitatem. Plutarch. in apoph. & in Phocione.

Eparinondas.

Spartiatis, qui multis magnisque in rebus Thebanos accusauerant, pœiocum: Hi nempe vos, inquit, à bas-

uiloquio desistere coegerant. Plut. Ælianus lib. 2. de Varia hist.
in apoph.

Archelaus.

Loquaci tonsori, dicenti, Quomo-
do te rondebo? vrbane, Silens, inquit.
Plut. lib. de curiositat.

Alexander.

Epistolam à matre missam, quæ
occultas accusationes & calumnias
in Antipatrum continebat, legens,
Ephestionem quidem amicum si-
mul, ut consueverat, eandem lege-
re passus est, sed ea lecta annulum
ipse digito detraxit: & ori illius si-
gillum, veluti reticentia symbolum
impressit, dicens: Contine hæc, & ne
quid eorum effutias. Plutarch. in A-
lexandro.

Idem.

Cùm silentium suorum maximo-
perè probaret: quisquis, inquit, se-
cretò commissum diuulgauerit, is
certè aut nimium immodestus: & si
quidem lucristudio id egerit, impro-
bus rectè dicitur: aut si nulla spe
quæstus allicitur, æquè profectò ini-
quus est. Steb.

Iosocrates.

† Duo loquendi tempora consti-
tues, alterum de rebus tibi planè co-
gnitis, alterum de iis quæ necessariò
sunt dicenda. In his enim solis silen-
tium antecellit oratio; In aliis vero
tacere satius est quam loqui. Ad De-
monicum.

Gnathana.

Venerat ex Hellesponto ad Gna-
thænā amator quidā eius fama & no-
mine permotus. Cùm itaque inter
pocula plurima effutiret, & importu-
nus esse videretur, respondens Gna-
thæna: Nunquid, inquit, te ex Helle-
sponto venire dixisti? Cùmque an-
nueret: Cur igitur, inquit, primariam
inibi ciuitatem ignoras? Qui cùm di-
ceret, Quænam tandem est illa? Si-
geum, respondit. Atq; ita artificiose
hoc nomine, futilem eius loquacita-
tem coërcuit: σιγὴ enim silentium &
taciturnitas apud Græcos appellatur.

M. Cato.

Lurconi cuidam ambienti inter
Catonis familiares recipi negauit,
dicens: Se cum eo non posse viuere,
qui plus saperet palato, quam corde.
Eras. lib. 5. apoph.

Idem.

Diceré solebat, eum nequaquam
tacere posse, quem morbus loquen-
di teneret. Ea enim est lingua licen-
tia, ut semel limites suos egressa, vix
intra septa contineri possit. Bru-
son. lib. 3. ca. 25.

Seneca.

† Ut quisque contemptissimus, &
vt maximè ludibrio est, ita solutissi-
ma lingua est. Quod in sapientem
non cadat iniuria, c. 11.

Romani.

Iunium Bassum hominem cū pri-
mis dīcācem, Romani asinum album
appellabant, quod feliciter esset stu-
pidus ac ridiculus. Alba enim, vete-
res felicia vocabant. Erasmus libro 6.
apoph.

Anonymus.

Rhodius quidā ministro Romani
Imperatoris multa vociferanti fero-
citer: Non curo, inquit, quid tu di-
cas, sed quid ille taceat. Loquacitas
caret affectu, taciturnitas habet cer-
tiora concilia. Plut.

Pompeii.

Impatiens Tullianæ dicacitatis,
inter amicos dicere solebat: Cupio
ad hostes transeat Cicero, vt nos ti-
meat. Notans illius ingenium, quo di-
citur hostibus fuisse supplex, in ami-
cos contumax. Hoc Pompeij dictum
ira refert Quintilianus: Trāsi ad Ce-
farem & me timebis.

Cicero.

P. Sextius Ciceronem cum aliis ali-
quot ad causæ patrocinium adhibue-
rat, cùmque ipse vellet omnia dice-
re, nec quicquam dicendi locum da-
ret, ubi iam constayet illum à iudi-
cibus absoluendum, ferreturque sen-
tentia: Vtere, inquit Tullius, hodie

temp-

mpore, nam cras priuatus eris, non hominem, quod in causa suo artratu solus egisset omnia. Eras.lib. apoph.

Valerius Homulus.

Cum hospitio Pium Antoninum operatore excepisset, atque is interrogaret, unde porphyreticas comminas accepisset, quibus tam egregie domum suam ornasset? respondeisse fertur. Cum in domum alienam erueneris, & mutus & surdus esto. Stendens, nequaquam cōuenire, ut iterius bonorum rationes intemperiuū quam decet exigamus. Iulius apitolinus, & Cuspinianus in consilibus.

Alphonsus.

Homines quos vanis sermonibus impleri, & penè distendi intueretur, modò v̄tres, modò vesicas vocabat. Quemadmodum enim v̄tres & vesicæ infusis humoribus extenuantur, & tumescunt, donec humorem infusum respuant: sic homo aquaculus inflatur, donec audita pariendo effutiat. Panormitanus libro 4.

Hieron. Carbo.

Loquaculus quidam Hieronymū carbonem suauissimi ingenij virum obtundebat, atque cum ingentem am verborum cumulum concessisset, petebat sibi ab eo ad singula responderi. Verum cum ille siluisset liu, conuersus tandem ad astantes: Magnum, inquit, ranarum prouenium attulit. Pontanus.

Ennius Senensis.

In Petrum de monte Licino, non incelebrem astronominum, podagra laborantem, incidit: atque ab eodem alteram post alteram fabulam recitassem, diu retenus cum transeuntem notum quendam vidisset: Age, inquit, ò amice, ausculta hunc podagricum. Nam aures meæ audiendo ambæ obtusæ sunt. Notauit autem hominis vanam & nimium molestem loquacitatem. *Aeneas Sylvius*

libr.3. Comment. de rebus gestis Alphonsi.

An. Sylnius.

Dicere solebat, Sapientius esse agere, quām fari. Nunquam enim, nisi cūm necessitas postulat, sapiens loquitur: neque vana, sed ponderata profert. Stulto autem nullum est tempus sermoni clausum: faciléque verba iactat, qui sine consideratione profutur. *Sylvius lib.1. Comment. de rebus gestis Alphonsi.*

Vide apophth.de Garrulitate, Loquacitate, Silentio, & Taciturnitate.

*De lite & contentione.**Chilon.*

E Ius tria præcepta aureis literis Delphis consecrata sunt: Nosce te ipsum, Ne nimium cupias, & Aeris alieni atque litis miseriam fac effugas. *Brus.lib.3.c.27.ex Stob.*

Zenon.

Cum cæteris virtutis admiratoribus fortiter pronuntiauit, non oportere malos viros cum probis contendere, cūm diceret: Annon plorabit malus si bono auersabitur? Ergo nullum ius sinit malum probo contradicere. *Philo Iudæus libr. Quòd omnis probus sit liber.*

Aleibiades.

Suprà apophth.de Fuga excusata.

Ludonicius XII. Gall. rex.

Cum per Luteriam obambulans obuios haberet quosdā è senatu qui raptum ad Curiam properarent: Annon, inquit, hi ad nundinas videntur proficiisci? *Annal. Franciæ. Allusit ad illud Stratocis & Dioclis (quorum meminit Plutarchus) qui se se mutuo inuitabant ad messem aureat: ita enim curiam & tribunal vocabant.*

Idem.

* Valde laudabat auguris cuiusdā responsum, qui consulenti quid oculis maximē prodesset? respondit, si pragmaticum & causidicom rarissimē videris. Annal. Franc.

Idem.

* Ipse persæpe cùm in Curia parlament: Galliarum supremi Lutetiae intercesset, patrenōque causarum dīserios non illibenter audiret, eos tamen Sutoris partes impudenter sibi vendicare dicebat. Nāmque quod Sutoris est proprium alutam producere dentibus, hōc causidicos in dilatandis scriptis, prudentum responsis & Cæsarum legibus facere affirmabat. Annal. Franc.

Litigare, contendere, aut ludere cum potentioribus periculōsum.

Socrates.

Dicebat. Aut quām rarissimē, aut quām grauissimē eum proceribus coniuandum esse. Nō ignorauit enim vir sapientissimus, quām cautē eum potentioribus agendum sit, ne horum potestas nos, qui longē inferiores sumus, opprimat. Stob. ser. 1. de Prudentia.

Phocion.

Demostheni conuicianti in Alexandrini, iam Thebis imminentem dixit, ex Homeri Odyssea.

χέταιροι τίνος ἴστεις επεδίζουσιν αὐτονομίαν;

Id est,

Cur libertate irritare virum, miseranda ferocem.

* Et ingenti gloriæ cupiditate ferventem? Vis-ne vicino rege tam magno urbem nostram iniicere? Nos quidem, qui ob salutem ciuitatum magistratum gerimus, nunquam pa-

tiemur nostros se in apertum extitum præcipitare. Dirutis Thebis, cūm oratores aliquot Athenienses Alexander sibi dedi posceret, & in Phocionem oculos intendisset concio, ac sāpē nominatim vocaret, surrexit, ac iuxta se constituto Nicocle amicorum præcipuo: Eo, inquit, infortunii vibem nostram isti perduixerunt, vt etiam si hunc Nicoclem meum dedi Alexander poscat, dedi iussurus sim. Et verò beatum me putauerim: si mihi pro vobis omnibus sit moriendum, miseret me, ô Athenienses, etiam cornū qui Thebis hue confugerunt: sufficit tamen, solos Thebanos apud reliquos Græcos fieri. Itaque & pro nobis, & pro illis deprecari apud viatorēm quām pugnare præstat. Plut. in Phocione. Eximia sanè vox sapientissimi Græcorum, à posteris, & sequentium seculorum, nostri præcipue, turbonibus, inimicē obseruata: vnde innumeræ clades & ruinæ.

Phaorinus.

Cum in disputatione quadam Hadriano principi, cui infensissimus erat celsisset, admirantibus aliis cur id faceret: Nōnne cedam, inquit, ei qui viginti habeat legiones? Aelia. de Var. hist. & Volat. lib. 16. Virbanorum com.

Artaxerxes.

Aclidz Iapsoni multa in eum licenter dissentiri respondit: Licere quidem illi, quā vellet in regem diceret sibi verò non licere tantum, sed etiam facere. Erasmus libro quinto apophl.

Alexander.

Dion in dialogo Philippi & Alexandri ait, Philippum ad Alexandrum dixisse, Atqui poetas bonos, ac graves rerum scriptores offendere nō debemus, quād nobis dicendi quā volunt facultatem habent? Non omnem, inquit Alexander: nam Ste-sichoro, quād de Helena mentiretur, non fuit utile. Brus. l. 4. c. 4.

Idem.

Idem.

Alexander quum leuitate & cursu plurimum præstaret, horratus est à patre Philippo ut in Olympiis curareret, recusauit autem dicens: Facebam equidem mi pater perlibenter, si cum regibus currendum foret. Plutarchus.

Phocion.

Quum Alexander ab Atheniensibus posceret sibi triremes exhiberi, ac populus nominatim flagitaret adesse Phocionem ut quid consuleret, proferret: surgens, inquit: Consolo igitur, vt aut armis supereris eos, aut superantium amici sitis. Compendio suasit, nihil Alexandro negandum, nisi considerent sciratum posse armis opprimere. Quibus si ille videatur superior, non esse prouocandum animosum iuuenem, & repulsa impatientissimum. Plutarchus in apoph.

Sylla.

Cn. Pompeium à victoria reuersum, Sylla cum aliis honoribus excepit, tum magni cognomen ipse prius illi derulit. At cùm Pompeius his non contentus, vellet triumphum agere, non passus est Sylla, eo quod nondum esset ordinis senatorij. Cæterum quum Pompeius iis qui adherant dixisset, ignorare syllam, quod plures adorarent solem orientem, quam occidentem: Sylla exclamauit, Triumphet. Horruit iuuenis animum, & in dies crescentem gloriam: nec dubitauit illicedere, quem videbat nemini cedere posse. Plutar. in Rom.apoph.

Iul. Cæsar.

Quum Pompeius redita Roma perfugisset ad mare, Metellus ærarius præfectus Cæsari volenti illinc pecunias tollere obstitit, & ærarium clausit. At Cæsar illi mortem minatus est. Ea vox quum Metellum reddidisset attonitum, Hoc, inquit, ò adolescens dictu mibi difficilius fuit quam facta. Sentiens, se vel nutu posse quæ-

vellet occidere, quum secum duceret armatos cohortes. *Idem.*

Pollio.

Temporibus triumviralibus, quā Octavius, Lepidus & Antonius rerum potirentur, Augustus in Polliōnem scriperat Fescenninos, ludibrijs causa. Tum Pollio, At ego, inquit, taceo, non est enim facile in eum scribere, qui potest proscribere. Notans Augusti tyrannicam potentiam nec ea libertate offensus est Augustus. Erasmus libro quarto apoph. ex Suetonio.

*De loco, & de locatione,
seu locorum & sedium
varia distribu-
tione.*

Anonymus.

Philosophus quidam priscus, sed *aiðvūmos*, huiusmodi sermone Arisinoës reginæ luctum compescuit: Quum Iupiter, inquit, inter dæmones rerum faceret partitionem, latus non aderat, sed distributione iam peracta venit. Huic igitur quum Iupiter aliquid honoris tribuere vellet, nec esset quod daret, quippe iam consumptis omnibus, tandem assignauit illi honorem qui mortuis impeditur, veluti lachrymas & mæores. Quemadmodum igitur, inquit, cæteri dæmones bene volunt iis à quibus coluntur, itidem & Luctus. Quod si fuerit abs te contemptus, ò mulier, haudquaquam venturus est ad te: contra si diligenter abs te collatur honoribus illi designatis à Joue mæcoribus ac lamentis, diliger te sempérque tibi suppeditabit aliquid earum rerum quibus abs te perpetuè possit honorari. Plus in consolatione ad Apollonium.

Thales.

Interrogatus, quid esset in omni

rerum natura maximū respondit, Lo-
eus, capit enim omnia. Laertius lib. I.
cap. I.

Diogenes.

Obiurgatus, quod intraret loca
spurca, ac parum honesta. Et sol, in-
quit, subit latrinas, nec tamen inqui-
natur. Sensit, probum virum non fie-
ri deteriorē ob loci infamiam. Laert.
lib. 6.

Taurus.

+ Præses Cretæ provinciæ ad Tau-
rum Philosophum Athenas visendū
cum patre venerat. Taurus patrem
priore loco ut sederet, inuitauit. Pater
verò respondit, sedeat hic potius, qui
Pop. Rom. magistratus est. At Tau-
rus, absque præjudicio, inquit, tu in-
tereā sede, dum filio quoque sella af-
fertur. Qua allata, ostendit in publi-
cis locis, & actionibus, patrum iura
cum filiorum, qui magistratum pe-
tent, potestate collata, interquiesce-
re paululum debere. Sed cum extra
Remp. in domesticā vita conuersan-
tur, inter filium magistratum, &
patrem priuatum publicos honores
cessare, naturales & genuinos exori-
ri. Gell. libro primo noſt. Att. ca-
pite 2.

Demonidas.

Quum à chori magistro postremū
in choro locum accepisset: Euge (in-
quit)chorage, reperisti quo pacto &
hic locus, cum per se sit inhonora-
tus, siat honorificus. Generosus ados-
lescentis animus, qui fiducia sui non
metuit ne locus abiector esset dede-
cori: sed citius futurum arbitraba-
tur, ut per ipsum locus fieret hono-
rator. Id enim sapienti numero factum
legimus, ut hominis virtus magistra-
tui per se contemptu & humili di-
gnitatem conciliarit. Plutarchus in
Lacon.

Agesilaus.

Cum adhuc puer esset Agesilaus
rex, & ageretur ludus solennis, quo
peritia tum exercebatur, atque is
qui negotio praefectus erat, statuī-

set illum in loco parum honorific
paruit quidem, tametsi iam rex de-
gnatus, ac dixit: Bene sanè habet:
stendam enim, non locum viris, se
viros loco conciliare dignitatem. N
mirum ea vox declarabat in puer
miram animi celsitudinem cum pa-
moderatione coniunctam. Plut. i
Lacon.

Aristippus.

Dionysius rex quum offensus es-
set ab Aristippo philosopho, homi-
nem ad cœnam vocauit, & iussit eum
in conviuio insitum omnium ac
cumbere. Aristippus nihil offensus
Hunc, inquit, locum ô rex, illustrar-
vis ac honorificum reddere: signifi-
cans, non locum reddere hominem
viliorem, sed ex dignitate hominis
honorem addiloco. Laert. libro 2.
cap. 8.

De lucro.

Thales.

N Olebat homines per iniuriam
ditescere, quod lucrum fraude
partum, damnum sit, non lucrum.
Laert. l. i. c. i.

Chilon.

Dicere solebat, daranum turpi lu-
cro semper præferendum esse. Illud
enim semel dolore, hoc autem sem-
per. Iactura facta sarciri commodè
potest, addita industria: fama autem
mala ex lucro inhonesto profecta,
nunquam apud bonos viros diluitur.
Et sic lucrum scelere partum, damnū
est, non lucrum. Laert. libro 1. cap. 4.
Stob. serm. i. Antonius part. 1. ser. 31.
Molissæ.

Anonymous.

Pythagoricus quidā philosophus
à furore emerat calciamenta, non
prompta pecunia. Paucis post diebus
rediens ad tabernam, redditurus pre-
mium, audit furem defunctum es-
se. His auditis, nummos non inuita
manu domum retulit: subinde manū

conciens, gestiensque veluti de lu-
cro ex morte calceatoris sibi facto.
Paulo post verò cum hunc animi af-
fectum reprehendisset, redit ad ta-
bernam, & ait sibi: Ille tibi viuit, tu
reddes quod debes, simulse per clo-
strum, qua se commissa laxauerat,
numeros in tabernam immisit, pœ-
nas à seipso exigens improbae cupi-
ditatis, nec assenseret aliena. Eras.
apoph. ex Seneca, lib. 6.

Anonymus.

Quoniam ex annonae caritate qui-
dam ditescebant aulici, multum &
hinc inuidiae Neroni conflatum est:
cum itaque forte accidisset, ut in pu-
blica fame diceretur Alexandrina
nauis appulisse, quidam dixit, illam
aduexit puluerem luctatoribus au-
licis. Quo dicto simul notatum est,
in Cæsare rerum scenicarum stu-
dium, & monoplia quorundam per
Cæsaris fauorem publico damno lu-
crantium Suetonius.

Vide apoph. de Fænore & Vfura.

De luctu.

Solon.

Cum ex amicis quandam graui-
ter mœrentem videret, in arcem
perduxit, hortatusque est, ut per om-
nes subiectorum in urbe ædificiorum
partes oculos circumferreret, quod ut
factum animaduertit: Cogita nunc
tecum, inquit, quam multi luctus sub
his testis olim fuerint, hodiisque ver-
sentur, in sequentibusque seculis sint
habitaturi, & mitte mortalium incô-
moda, tanquam propria deflere. Qua
consolatione demonstrauit, urbes ni-
hil esse aliud, quam humanarum cla-
diuum concepta miseranda. Valerius
Max. I. 7. c. 2.

Idem.

Aiebat, si in unum locum cuncti
mala sua contulissent, futurum ut
propria sua quisque deportaret do-
mum, prius quam ex omni miseria;

rum aceruo villam aliam portionem
ferre mallent. Quo colligebat, non
oportere quenquam, quæ fortuitò
patiatur, tanquam præcipue & intol-
erabilis amaritudinis mala iudica-
re. Idem.

Lucius sophista.

Herodes sophista vxoris Regillæ
mortem luxit impotentiū, adeò ut
picturas & ornamenta domus colo-
ribus atraret, velis pullis tegeret, ac
lapide Lesbio obscurarer omnia:
näm is funestus ac niger est. Quo-
dam igitur die cum Lucius, qui fru-
stra conatus fuerat Herodi persuadere,
ut lugeret moderatus, pueros
videret in fonte ædibus vicino la-
uantes raphana, rogabat cui parare-
tur ea cena? qui responderunt, He-
rodi. Tum Lucius: Iniuriam facit Regillæ, qui albis radiculis ves-
catur in atra domo. Id ubi renun-
tiatum est Herodi, amouit ab ædi-
bus funestam speciem, ne apud pro-
bos viros traduceretur. Philostrat. in
Sophist.

Sextus philosophus.

Dolorem ex prioris filiæ Pan-
thenaidis obitu conceptum, vt cun-
que lenierant Athenienses, intra ur-
bem eam sepelientes: & obitus diem
ceu funestum ex anno sustollentes.
Cæterum cum Elpinicen alteram fi-
liam examinem indecorè lugeret,
proiectus humi ac vociferans: Quas
inferias tibi faciam filia? quid tecum
sepeliam? superueniens sextus philo-
sophus: Maximum, inquit, munus
dederis filiæ, si moderatè lugeas. Phi-
lostratus.

Demonax.

Herodem sophistam immodicè
lugentem Pollucis obitum præma-
turum, cum vellet illi currus & e-
quos velut ascensuro iungere, atque
etiam cœnam apparare, adiit Demo-
nax: Ea tibi, inquit, à Polluce literas,
exhilarato Herodi, & quid vel-
let Pollux sciscitanti: Incusat, inquit,
quod cuncteris ad ipsum venire: si

gnificans, Pollucem ad ipsum non
rediturum, sed recte parari currum,
si vellet sequi defunctum. Erasm. l. 8.
apoph.

Quirinus Sophista.

Amicis cum de morte filij consolantibus: Quando, inquit, potius apparebo vir, quam nunc? Sentiens, dolorem quidem esse acerbum, sed hoc fortitudinis laudem fore splendidiorum. Philostratus.

Pastor.

† Is fuit eximij vir nominis inter priscos Anachoretas, qui cum Arsenium iugis lachrymis madentem visideret, Beatus, inquit, es Arseni, quod cum in hac vita te ipsum luxurias, non erit opus lachrymis in futura. Sur. Tom. 4. ex Pall. & Mephaph.

Anonymus.

Hominem Sparianum, sed ruri agentem quidam obiurgauit, quod prorsus fletui & lachrymis ex intimitis visceribus manantibus indulgeret. At is liberè, rejectaque animi disimulatione, respondit: Quid facerè, inquiens? non enim ego, sed natura mea mihi luctum excutit. Aelian. l. 8. de Var. hist.

Amafis.

Ad quandam filio privatum dixit: Si non tristatus es, cum nondum filius esset, ne nunc quidem dolore debes, cum non amplius est. Stobaeus serm. 121.

Demonax.

Quendam filij mortem inconsolabiliter lugentem, & in tenebris abditum, adiit, certò promittens se filij umbram ab inferis revocaturum, si tres ex hominum numero sibi nominare posset, qui nullius luxissent obitum. Cumque is cogitationem per omnes notos circumferens, ne unum quidem reperisset luctus expertem: Quid igitur, inquit, te ipsum discrucias homo, quasi nouum aliquid acciderit? Erasmus libro 8. apoph.

Antonius.
Suprà de affectibus humanis.

De lusu.

Socrates.

Cum luderet supposita cruribus Carundine cum pueris, ab Alci biade irrisus: Noli, inquit Socrates cuiquam dicere, quod modò à me visideris, donec ipse tibi etiam libero procreaueris. Sensit Socrates, paternum in filios suos affectionem, quo eductus est, ut cum filiis ludere nequaquam erubuerit, vir alioqui sapientissimus. Bruson. libr. 3. cap. 38 Plutarchus & alii idem Agesilaο adscribunt.

Demonax.

Senex quidam Romanus, bene robusto corpore, qui armatus se ad palum exercuerat, rogauit Demonax, num magna vehementia videatur depugnasse: Nimurum, inquit, aduersus hostem ligneum. Ianuens, illum in vera pugna fore meticulo sum. Erasm. l. 8. apoph.

Aristoteles.

Opus est ut pueri aliquam habeant interdum exercitationem, & Architæ tabella recte reperta est, quam pueris dant, ut in ea occupati illi que sunt domi non frangant: nec sit enim pueritia quiescere. Hic est ergo infantibus conueniens ludus: disciplina vero maioribus, tanquam tabella quedam. Aristoteles libro 8. Polit.

C. Cesar.

Pilaludens cum Cæcilio, acceptis ab eo quinquaginta sestertiis, cum collusoribus aliis centum dedisset: Quid, inquit, num ego una tantum manu lusi? Brus. l. 3. c. 38.

Caligula.

Caligula aleadudens, plus mendacio, atque etiam periuio lucratur, & quodam tempore proximo collusori demandara vice sua, progressus

gressus in atrium domus, cùm præcereuntes duos equites Romanos lōnupletes, fine mora corripi confisca-
tique iussisset, exultabundes in do-
num rediit, glorians se nunquam
prosperiore alea vsum. Erasm. libro
5.apophth.

De luxu & luxuria.

Pythagoras.

Dicebat, in ciuitates primùm ir-
repississe delicias, mox saturita-
tem, deinde violentiam, postremò e-
icitum. Laert.li.7 cap 1.

Aristippus.

Cùm quidam Aristippum vidisset
mentem perdicem quinquaginta
raemis, & ob id philosophicum
uxum improbaret: Tu, respondit A-
ristippus, si obolo venalis esset, non
meres? Quum is respondisset, se
empturum: Et mihi, inquit, tati sunt
quinquaginta drachmæ, Laertius li.
cap.8.

Idem.

Quum quidam illi probro darent,
uod splendide exquisitèque viue-
at philosophus: Id, inquit, si vitium
fuerit, in celebritatibus deorum ne-
quaquam fieret. In his enim & ma-
nificè vestiri, & lautissimo ciborum
pparatu solent vti. Porro cùm di-
int infensi vitiis, non placarentur,
ad irritarentur eiusmodi magnifi-
entia, si ea cum virtio esset coniuncta. Sic ille quidam elusit conuicium;
non ostendit quid esset optimum.
Laert. Ibidem.

Zeno Cittieus.

Quendam audiens luxuriam suam
ic coram bonis viris excusantem, vt
liceret, se ex eo quod superfluum si-
si esset sumptum facere, argutissime
espondit: Age dic, dares etiam ve-
xiam coquo tuo, si cùm obsonia plus
equo fallia daret, diceret sibi copiam
alis esse? Sensit vir prudentissimus,
nequaquam ex multa rerum copia
ridum moderandum esse, sed ex nre-

cessitate naturæ, quæ paucis conten-
ta esse solet. Laert.li.7.c.1, Maximus
serm.61.

Architas.

Nullam pestem in mundo capita-
liorem esse dicebat, quam corporis
voluptatem. Hinc enim patriæ pro-
ditiones, hinc rerum publicarum
euersiones, hinc cum hostibus clan-
destina colloquia nascuntur. Nullum
denique scelus, nullum magnum
facinus est, ad quod suscipiendum
non libido voluptatis impellat. Stu-
pra verò & adulteria, & omne flagi-
tium, nullis aliis illecebris excitantur,
nisi voluptate. Cicero in Catone
maiore.

Crates.

Quendam deliciis luxuriisque dedi-
tum, ita per iocum admonuit, Ne
pro lenticula semper augeas patinam,
ne in seditionem nos coniicias. Sen-
tiens, à luxu cupediisque plerunque
nasci dissidia. Lenticula philosopho
cibus est. Λότος carnes habet, & in di-
uitium mensis circumfertur. Laer.l.6.
cap.6.

Idem.

Conspicatus adolescentulum at-
theticum, vino, carne & exercitatio-
ne corpulentiores fieri: O miser, in-
quit, desine aduersus temetipsum
carcerem munire. Maximus mona-
chus serm.27.

Antisthenes.

Antisthenes, quodam prædicante
delicias: Hostium, inquit, filii con-
tingat in deliciis viuere: vt rem pesti-
lecentem detestans, quod plerique pro-
summo bono amplectuntur. Laer.li.
6.cap.1.

Diogenés.

Diogenes inq. serat Lacedæmoniæ:
inade Athenæ reuersum quidam per-
confabantur, vt fit, "Quo iret, &
vnde veniret? A viris", inquit, ad
feminas: notans Atheniensem de-
licis effeminate mores, quum La-
cedemonij durè instituerentur. Laer.
libro 6.

Idem.

Quum videret mulierem in lectica, dixit: Caeam non conuenire feræ. Significans tam efferum ac noxiūm animal ferrea cauea coercendum. Lectica verò sellæ genus est cancellata, ut aliquam caueæ speciem præbeat: in hac diuites ac delicati sedere, atque etiam gestari solebant. Laer. li. 6.

Idem.

Videns delicatum quendam hominem à seruo calceari: Nondum, inquit, sat beatus es, nisi te etiam absterget: id autem erit, si mancus fueris. Laer. li. 6.

Idem.

Luxuriosum quempiam in diuersorio conspiciens, vescentem oleis: Si sic prandisses, inquit, nō ita cœnare. Lentiens, non esse frugalitatis, quod ederet oleas: sed quod stomachus nimis lauto prandio grauatus, nihil appeteret in cœna: vel potius quod ingenti opum vi prodigaliter absunta, tenuiter viuere deinceps cogetetur. Nam teneo prandum optimè condit cœnam. Laer. li. 6.

Idem.

Ad eum qui obsoniis ac luxui plus æquo indulgebat, illud Homericum accommodabat:

ακύρωσθε μοι τέκος ἔσται:
id est.

Nate, mihi fueris brevis æui: significans, illum sibi luxu mortem acceleraturum. Laer. li. 6.

Idem.

Eos qui per luxum in coquos, nepotes, scorta & adulatores, facultates suas profunderent, similes dicebat arboribus per præcipitia nascētibus, quarum fructus homo non gustaret, sed à coruis & vulturibus ederetur. Lentiens, eos qui gulæ ventrique serviunt, non esse homines. Laer. Idem Crateri tribuitur à Stobæo.

Idem.

Infrā de Prodigalitate, profusione & largitione.

Idem.

Stomachabatur in eos, qui probana valetudine diis munera offerrent, & in ipso sacro omnibus voluptatibus se obruentes perderent. Laert lib. 6.

Idem.

Dicebat se non parum mirari seruos, qui cum viderent dominos plæquo voraces, non illis eriperent eos. Nam hoc esse, dominorum valitudini consulere. Ibid.

Idem.

Ajebat, faciles esse deos ad donadum hominibus vitam, ceterum hanc ignorari ab his qui querunt dulcioria vnguenta, aliasque hoc genus delicias. His enim qui fruuntur, credunt viuere: quum veram vitam tranquillam ac suauem sola prestat sapientia. Non igitur dij sunt incusandi, sed homines, qui per stultitiam non postulant ab illis vitam, sed voluptates. Laer. li. 6.

Idem.

Qui scopum non attingunt, hi vulgo ἀτυχεῖ, id est, frustrari dicuntur. At Diogenes negavit illos frustrari, qui aberrarent a scope: sed eos, qui curas suas ad voluptatem velut a scopum dirigenter. Nam ab iis pertinet beatitudinem, cum per eas dueriant in summam miseriam. Laer libro 6.

Idem.

Dicere solebat, in quibus ædibus magna esset ciborum copia, in iisdem multos mures esse & feles sole re: sic ea corpora quæ multum cib caperent, multos morbos contrahent solere. Maximus monachus ser. 27.

Heraclitus.

In seditione rogatus, ut apud populum sententiam diceret, quo pacto ciuitas redigi posset in concordiam, consenso suggestu, poposcit calice aquæ frigidæ, & paululum farinæ inspersit, mox de glechone admiscuit, qui est vel pulegij sylvestris, vel leguminis genus. Deinde epoto cali-

Ecce, discessit, nec verbum addidit: hoc pacto innuens, ita demum civitatem caritaram seditionibus, si repudiat is deliciis, assuescerent parvo contenti esse. Et hic Heraclitus suo respondet nomini. Nam σοφὸς δικτος est, id est, tenebricosus. Referatur & hoc inter ἄφωνα apophth. Erasm. 8. apophth. ex Plut.

Empedocles.

Suprà de Grauter dicit.

Socrates.

Dicebat, eos qui se ad continentiam ac frugalitatem exercuissent, & longè plus habere voluptatis, ac minus dolorum, quām qui summa tura vnde pararent oblectamēta: quod voluptates intemperantiam, præter animi sibi malè consciū crūciatum, præter infamiam ac pauperatatem, frequenter ipsi etiam corpori illis adfetant molestiæ, quām delelationis. Contrà, quæ sunt optima, adem fūnt iucundissima, si quis asseuerit. Laer. I.2.c.5.

Idem.

Suprà de Lautitiis.

Idem.

Aiebat esse turpe, si quis sua sponte seruiens voluptatibus, talern se faceret, quales nemo domi suæ vellet habere seruos. Talibus autem nullā alutis spem reliquam esse, nisi si prois deos comprecarentur alij, ut bonus dominos nancisci possent, quanto prorsus decretum esset seruire. Existimat autem, nullos foediorem anteriorēmque seruire seruitutem, nām qui & animo & corpore seruent voluptatibus. Laertius libro 2. ap. 5.

Idem.

Idem eo die quo bibiturus esse veniam, quum detractis compedibus & frictu sensisset voluptatē, dicebat mihi: Quām mirè hoc natura comparatum est, vt hæ duæ res sese inuenient comitentur, voluptas ac dolor: isti enim præcessisset molestia, non entrem hanc voluptatem. Laer. I.2.

Idem.

Monebat, voluptates non aliēnā quām Syrenas esse prætereundas ei, qui properat vt virtutem veluti patriam conspiciat. Allusit ad Ulysses, qui cera obturatis auribus oraternaliūgavit Syrenas, vt Ithacæ fumum subsilientem cerneret. Laer.

Idem.

Dicebat etiam, multos in hoc vivere vt ederent biberentque, se contra ob id edere ac bibere vt viueret: quod his rebus non ad voluptatem, sed ad naturę necessitatem vteretur. Hanc sententiam retulit Satyricus:

Non viuas ut edas, sed edas ut viueas re posis.

Erasm. lib.3.apophthegm.

Plato.

Generosum conspicatus adolescētulum, patrimonio consumpto ad forces pandochij panem edentem, & aquam bibentem: Si, inquit, sic moderatè prandies, nunquam sic cœnas res. Max. ser. 61.

Idem.

Conspiciens Agrigentinos magnis impensis ædificare, eodemque modo cœnare: Agrigentini, inquit, ædificat quasi semper victuri, & comedunt quasi semper morituri. Dicit autem Timeus, eos lecythis argenteis & strigilibus vlos esse, mensas totas eburgineas habuisse. Alianus libro 12. de Varia historia,

Aristoteles.

Suos discipulos admonebat, vt voluptates contemplaretur, non venientes, sed abeuntes: hoc est, non à fronte, sed à tergo. Venientes enim fucata specie blandiuntur, abeuntes autem pœnitentiam ac dolorem relinquent. Laer. I.5.c.1.

Aristippus.

Sophista Polycenos ingressus ædes Aristippi, quum videret illic mulieres pulchre ornatas, ac magnificè instructum cōiuium, cœpit reprehendere tantum in philosopho luxum: Aristippus dissimulata obiurgatione

Ali quanto: potesne, inquit, hodie nobiscum esse? Cum ille non recusasset: Quid igitur, inquit, incusas? Videris enim non lautiorem mensam reprehendere, sed impendum. Nam si conuiuū ob hoc ipsum displicuerit quod esset laius, recusasses esse conuiua. Porrò probare quidem apparatus, sed offendis sumptu, non frugalis, sed auari hominis esse videtur. Laert. lib. 2. cap. 8.

Menedemus.

Antigono consulenti, deberētne ad comedationem quandam adire: post silentium nihil aliud respondit, quam, Regis filius es. Subindicans, luxum indecorum esse regno natis: nec potentibus licere quod liber. Laertius 1. 22. 18.

Dionysius sophista.

Familiaribus dicere consueuit, mel summo digito, non caua manu gustandum esse. Sentiens, voluptates quam parcissimè admittendas. Philostratus in sophistis.

Arcesilaus.

Arcesilaus Scytha percontanti qui fierer, ut ab aliis sectis multi deficerent ad Epicureos, ab Epicureis nulli descicerent ad alios: Quoniam, inquit, ex viris Galli sunt, ex Gallis viri nequaquam. Sentiens, homines esse prōriorēs ad voluptatem, quam ad virtutē. Gallos dixit, sacerdotes Cybelis euiratos. Porrò voluptatem amplecti fœminarum est potius quam virorum. Laert. libr. 4. cap. 6.

Iseus sophista.

Iseus sophista Assyrius, cum primū etatem dicasset voluptibus, simul ut ad virilem peruenit, veluti aliis subito factus mirā induit morum seueritatem. Itaque percontanti cuidam, Num illa (fœminam ostendens) videretur formosa? inquit, οὐδελαμψί, id est, de si laborare ab oculis. b alero quopiam interrogatus, quis pilcis, aut quæ ausi esset ad vescendum suauissima? inquit, ταῦτα συστάζειν, id est, i-

sta curare desij. Et adiecit: ξενίζει γό τε ταῦτα καί ποτε τρυγάνων, id est, sensi enim me è Tātali hortis fructus colligere. Subindicans, omnes eiusmodi voluptates, quibus iuuentus capit, nihil aliud esse quam umbras ac somnia, qualia de Tantalo fabulantur poëtae. Philostratus.

Polemon.

Occurrentis alij sophistæ cuidam, intestina, mēdines, pisces, & alia quædam vilia portanti obsonia: O vir egregie, inquit, non potest Darij & Xerxis animum recte actione exprimere, qui talibus utitur cibis. Idem.

Theocritus.

Posteaquam Diocli lurconi perisset, vxor, & in funebri cœna, quam illi parabat, nihilo fecius obsonia voraret, flens interim: Desine miser, inquit, nihil profeceris obsoniis indulgens. Sentiens, illi semper flendi fore materiam, si pergeret delitiari. Olim vesci pīscib. pro delitiis habebatur, & infami vocabulo dicebatur oīsophagi. Nunc ea res magna est sanctimonia. Erasm. lib. 6. apoph.

Stratonius.

Rhodios cum videret delitiis dissipolitos, & calido potu vreteres, appellauit albos Cyrenzōs, & ciuitatem illorum appellauit procorum ciuitatem, quod colore quidem differet à Cyrenzōs qui nigri sunt, luxu & voluptatu studio similes. Sic hodie quād appellant albos Mauros Athen

Idem.

Cum Rhodi ageret, taxans eius gentis luxum deliciasque, dicebat illos ædificare ut immortales, obsonare quasi breue tempus viēturos. Auidius enim fruitur his quæ breui scimus auferēda. Eras. 6. apoph. ex Plut.

Idem.

Cum in Maronia potaret cum qui busdam, dicebat se posse seire ad quæ locum spectaret ciuitatis, si tecta facie ipsum ducerent. Cum duxissent, rogassentq. quò spectaret: Ad cauponam, inquit. Sentiens, totam ciuitatem

tatem nihil aliud esse quam cauponam. Itaque quocunque verteretur teatis oculis sciebat se spectare cauponam. Maronia porrò Ciconum ciuitas est, negotiacioni dedita. Eras. I. 6.apoph. ex Athenæo.

Philoxenus.

Is fuit insignis ganeo, qui cum in caupona ollam vidisset, in quo delitiae coquebantur: odore capitus, iussit filium ollam emere. Filio dicente, eam ollam magno pretio vendi: Hoc suauior, respondit, & iucundior erit, quo maiori pretio eam emero. Alianus lib. 10. de Varia hist. Idem collum longius sibi quam gruibus fieri exoptabat, ut in gustu magis oblectaretur. Aristot. in Ethicis, & Bruson. libr. 3. cap. 1.

Alexis.

Alexis poëta Callimedontem rhetorem, ut delitiis deditum, taxauit his versibus:

Ὥμη πάτερες μὴ τὰς τὸ Σπαθίνοις θέλετε,
Ὥμη δὲ μάτηπας καλλιμέδων κέρεσθεσ.

Propatria vel quilibet velit mori:

At matra amore Callimedō solu cupit. Perit Latinis ioci gratia, nam πάτερ patriam significat: πάτερ non matrē, sed vulnū aut pīscem sonat. Pisces olim erant in delitiis. Erasm. lib. 6. apoph.

Isonachus.

Medico percontante rusticum qui ob ingurgitationem male habebat, num ad vomitum cœnasset? Nequam, inquit, sed in ventrem. Iocus Græcis festivior, quod eis sonat pariter & in, & usque ad, eis ei pueris nolias. Erasm. I. 6.apoph.

Gorgo Cleomenis filia.

Cum pater aliquando mandasset, ut cuidam mercedis nomine daret frumentum, & elogium addidisset, Docuit enim me vinum reddere sua uis: Ergo, inquit, ô pater, & vini plus bibetur: & qui bibent, delicatores, de terioreisque redditur. Quis satis prædicet hanc pueram, & sene viro seueriorem? Atqui solet hic se-

xus maximè capi rebus suauibus. Plutarchus in apophthegmat. Lacenarum.

Eudamidas.

Cuidam laudes Athenarum prædicanti, Quis (inquit) eam ciuitatem merito laudet, quam nemo dilexit factus scipso melior? Non iudicauit eam urbem esse dignam villa laude, quæ sic esset corrupta delitiis ac vicissim, ut nullus in ea libenter vivens euaderet melior, sed deteriores omnes. Tacite præferens Spartam Athenis, in qua qui vixisset, efficeretur melior. Plut. in Lac. apoph.

Lysurgus.

Cum statuisset invadere delicias, luxumque, & in his quoque tollere diuinitarum admirationem, instituit sysitia, hoc est conuiua publica. Percontanti verò, cur ea constituisse, sic ut in singulis conuiuis pauci cum armis discumberent: Ut, inquit, expediti sint ad parendum imperatis, & si quid tumultus inciderit, penes paucos sit delictum, sitque inter omnes potus ac cibi & aqua portio: denique non solum in esculentis ac poculentis, verum ne in stratis quidem, aut vasis, aut alia re quacunque plus haberet diues quam pauper. His rationibus cum diuinitiis detraxisset admirationem, postquam nemo erat, qui vel viri posset illis, vel ostentare, dicebat amicis: Quād præclarum est, ô amici, ipsa re declarasse cuiusmodi sint diuinitæ, si quando cæcæ sunt, carēntque spectatoribus & admiratoribus. Interim obseruabat, ne quis prius domi sumpta cœna veniret ad publica conuiua, expletus aliis cibis, aliōve poru. Quod si quis cum cæteris non biberet, ederetve, eum vituperabant, ut qui aliis edulis definitus, abhorreret à victu communi. Porro qui palam conuictus esset id fecisse, ei multa dicebatur. Vnde Agis, qui multo post Lycurgum tempore rex fuit, debellatis Atheniensibus domum reuersus, cum

vellet quadam die cœnam capere cūm vxore , à sysſitiis poscenti, prafæcti militiæ non miserunt. Ea res cūm postero die innotuſſet Ephoriſis, mulſtam illi dixerunt. In eodem factō geminum exemplum nobis est proditum : primum frugalitatis, deinde ſeueritatis, cūm in cauſa non graui leges nec regi pepercerint. Plut. in Lacon.

Agesilaus.

Sciscitante quodam ab Agesilao, Quid Spartæ fructus attuliffent Lycurgi leges? Voluptatum, inquit, cōtemptrum: videlicet indicans, non alia magis ex re naſci reipubl. corruptelam, quām ex deliciis. Plutarch. in Lacon.

Idem.

Cūm audiret quendam mirari, cur rex cum cæteris Lacedæmoniis tam frugali cibo vſtitūque vtteretur? Pro hac frugalitate, inquit, optimā mēfsem metimus libertatem. Quo diſto ostendere voluit, nihil è quæ libertati contrarium eſſe, ac voluptatem. Plut. in Lacon. apoph.

Idem.

In Asia domum contignationem ex quadratis trabibus factam aspiciens, ædium herum rōgauit, num apud illos quadrata naſcerētur ligna? eo negante, sed rotunda dicēte: Quid igitur, inquit, si quadrata eſſent, rotunda faceretis? Notauit autem luxum, & pretiosam illam in ædificandis ædibus ſolertia. Plut. in apoph.

Idem.

Thasiorum ḡns cūm Agesilao Lacedæmoniorum regi cum exercitu per eorum agros proficisciēti, honoris gratia mitterent farinas, anſeres, bellaria, liba ex melle condita, ac omnis generis alia maximi pretij etum eſculenta tum poculenta: p̄ter farinas nihil accepit, ſed reliqua auferri iuſſit, vt inter Helotes & mancipia diſtribuerentur. Sciscitanibus autem, cur id faceret? respon-

dit: Non dſcere, qui virtutis studia tenerentur, id genus delicias recipere. Sapienter oſtendens, nihil ſeruilius & abiecius eſſe, quām gula ventrīſque voluptatibus obnoxium viuere. Plut. in apoph. Lacon.

Lysimachus.

Suprà de Fame & siti.

Lysander.

Cūm filiabus suis non permettere, vt vſtes à Dionyſio datas induerent, interrogatus: Quā mobrem hoc faceret? Ne, inquit, luxuria conſpicuæ, turpiores videantur, quām fuerunt antea. Bruf. lib. 3. cap. 33.

Epaminondas.

Epaminondas à quodam ad coenam inuitatus, quum belliorum obſoniorum & vnguentorum apparatum inueniſſet, eueſtigio abiit, dicens, Ego te ſacrificare, non laſciuire putabaam. Plut. in apoph.

Idem.

Quum coquus impensæ rationem collegis redderet, maximum oleum ſumptum dūntaxat ēgrē tulit: ſed collegis admirantibus, impensar quidem ſibi non displiceredit, ſed quod tantum olei intra corpus ipſe acceperifſet. Damnauit autem luxuriam in nullo magis, quām in ſemet ipſo, quem adeò prodigum olei foſſe in vñctione corporis fatebatur, vt hac in re omnes facilè ſuperarit. Plutarch. in apoph.

Cyrus.

Perſæ, quoniā regionem habebant montuosam asperāmq̄e, cu piebant eam campeſtri ac molliore commutare Id non paſſus eſt Cyrus, dicens: Quemadmodum plantas ac ſemina, ſic hominum mores ad regionis habitum immutari. Sentiens, ſe velle duros homines & laboribus accommodos. Nam mollis ac fertiliſ regio, molles & ignaues gignit homines. Plut. in apoph.

Xerxes.

Iratus Babylonii, quod à ſe deſeffiſſent, poſtquam illos in potesta

tem suam redigit, interdixit ne ferret arma, sed psalteriis tibiisque canerent, scorta alerent, cauponas haberent, ac sinuosis tunicis vterentur: quod voluptatibus molliti non molirentur denuò defensionem. Plutarchus in apoph.

Demetrius Phalereus.

Conspicatus iuuenem luxuriosum, Ecce, inquit, quadrata statuam, habentem syrma, ventrem, pudenda & barbam. Stob.

Alexander.

Darij regiam ingressus, quum vidisset sublimè cubiculum, & in eo stratum, mensas, ceteraque omnia mirifico ornatu instrueta: Hoccine, inquit, erat imperare? Sentiens non esse regium, huiusmodi deliciis induzere. Plut. in Alex. vita.

Idem.

Leatum ingressus, excussis accuratè stragulis, dicere solebat: Num quid hic delicatum aut superfluum mater addidit? Adeò abhorrebat à muliebribus deliciis. Ibid.

Craffus.

Brutus quidam quā balneas patrimoniumq. omne penè vēdidiisset, pecuniamque luxuriōsē dilapidasset, diceret que se sudare, Craffus orator respondit, Non mirum est (inquit) quod ita sudas, modò enim existi de balneis. Notauit autem hominis luxum, qui in causa erat, vt balneum, & alia diuendere coactus esset. Brus. lib. 3. cap. 33.

Scipio minor.

Cum non ignoraret luxuria & voluptatibus militum eneroari vires, omnem luxum, & voluptatem è castris suis amoueri iussit, voluitque, vt milites stantes cœnarent obso-nium non igni coctum. Plutarchus in apoph.

Idem.

Audiens iuuenem quendam placentam ex melle ad urbis similitudinem compactam, Carthaginemque puncupatam, conuiuis diripiendam

dedisse, equo priuauit: rogatus autem, cur militem equo indignum iudicaret? Quja, inquit, me prior Carthaginem diripuit. Quo dicto militem damnauit ignauum, qui gulæ deditus, cum placentis potius melle conditis, quam contra hostes pugnaces, bellum suscipiebat. Plut. in apoph.

Idem.

Quum Memmij cuiusdam tribuni militum iumenta intercepisset, vasculis lapideis refrigerando vino paratis, ac poculis Thericlis, hoc est, operosè factis onusta: Mihi quidē, inquit, ac patriæ dies triginta, tibi ipsi verò per omnem vitam, cùm talis sis teipsum inutilem reddidisti. Significans, bellum quod pro patria gerebatur, mensem fortasse duraturum. Parum autem esse, quod tum militē præstaret inutilem: sed multò gravius, quod si pergeret esse talibus moribus, perpetuò ciuis inutilis esset futurus. Ibid.

Columella.

† De luxu sui temporis cùm queretur, aiebat illius æui homines, nō & libidinibus, & ebrietatibus, dies ludo, vel somno consumere, cōsque se dicere fortunatos, quod nec orientē solem viderent, nec occidentem. In præfat. lib. de rust.

M. Cato.

Albidum quendam, qui omnia sua bona dilapidauerat, audiens conquerentem, domum sibi incendio consumptam esse: Procerua, inquit, fecit. Erant autem Procerua apud veteres ethnicos sacrificia, in quibus mos erat, vt si quid ex epulis superfuisset, igne consumeretur. Brus. lib. 3. cap. 1.

Idem.

Eam rem publicam nequaquam saluam fore dicebat, in qua piscis pluris quam bos venderetur. Sensit autem vir prudentissimus, nihil aquæ in republica pestiferum esse, quam si ciues luxu & deliciis dissoluati

Principius olim luxus erat in pisibus, unde legimus nullum sex numerum milibus emptum. Plut.

Idem.

Quendam qui agros mari vicinos ob luxum vendere coactus est, aiebat se mirari, quasi plus nosset quam ipsum mare. quod enim illud vix paulatim assuebat, ille facile deuoratur. Eras. lib. 5. apoph. ex Plut.

Cicero.

Faustus Syllæ filius, consumptis paternis bonis suppelleatitem propter æris alieni magnitudinem proscriptis. Cicero hominis miseriam irridens, Hanc, inquit, magis amo quam patris eius proscriptionem. Proscriptio quippe Fausti, sibi soli documentum erat, qui solus non habebat unde post hereditatem paternam iam consumptam, commodè viueret. Parentis autem crudelis proscriptio, infinitis ciuibus & Reipublicæ damno fuit. Plut. in apophtheg.

Pompeius.

Ægrotanti Pompeio medicus prescriperat, ut turdis vesceretur. Quumque hi quibus datum erat negotium, negarent inueniri (non enim erat tempus, quo genus hoc animalium capi solet) admonuit aliquis apud Lucullum inueniri posse, qui turdos toto anno alere solitus esset. Itane, inquit Pompeius, nisi deliciis deditus esset Lucullus, nequaquam viueret Pompeius? Contemptisque medico, cibis parabilibus usus est. O vere masculum animum, qui ne vitam quidem deliciis acceptam ferre sustinuit! Plut. in apoph.

Lucullus.

Quum œconomus Lucullo cœnam modestam apparasset, accessitum obiurgauit: illo dicente, Non putabam sumptuoso apparatu opus esse, quum solus essem cœnaturus. Quid ais, inquit Lucullus, an ignorabas apud Lucullum hodie cœnaturum Lucullum? Plut. in apoph.

Gallus.

Testis contra Pisonem repetundarum rerum, cum magnam pecuniam dixisset datam Magio prefecto à Pisone, ne provincialium iniurias à sedelatas aperiret, Scaurusque Magi tenuitatem inopiamque redargueret. Festiuè, inquit, erras Scaure: ego non magnam conseruasse dico, secundum quam nudus nubes legeret, inventrem conieciebam. Notauit autem hominis luxuriam, qua ad summam adactus inopiam erat. Brus. libro 3 cap. 1.

Tiberius Cæs.

Attilio Butz viro prætorio, quun ad inopiam per luxum ac socordiam redatus, fateretur ac deplorare paupertatem suam: Serò, inquit, exercestus es. Dormiunt temulentiae ac luxui dediti, verius quam viuunt nam vita vigilia est. Seneca in epistolis.

Caligula.

Lux prodigioso vtris, ut caliditatemque vnguentis lauaretur, pretiosissimas margaritas acetone liquefactas sorberet, conuitis ex auro panes & oblonia apponeret, nummo non mediocris summæ è fastigio basilicæ Iuliæ per aliquot dies spargebat in plebem, Liburnicas naues genitatis pupibus, & versicoloribus velis fabricaretur: subinde dicebat, Aufrugi hominem esse oportere, aucto Cæarem. Erasm. lib. 6. apoph. ex Suetonio.

Vespasianus.

Adolescentem vnguento delibutum, cum sibi pro impetrata præstura gratias ageret, nutu aspernatus, voce acerbè castigauit: Maluissem, inquit, allium olivæs. Statimque iulsi literas ac diploma reuocari. Suet.

Heliogabalus.

Adhuc priuatus, cum luxuriosus omnibusque voluptatibus deditus esset, reprehensus à quodam, qui dicebat: Ah non times vir luxuriosissime,

ne post tot delicias pauper fias? Quid melius, inquit, quam ut ipse mihi haeres sim, & vxori meæ? Rom. histor. Scriptores.

Idem.

Dicere quoque solebat, se nolle filios, ne quis frugi sibi nasceretur. *Idem.*

Anonymus.

Monachus quidam Ægyptius, interrogatus cur toties voluptates sibi subtraheret? Ideo subrraho, respondit, ut iræ causam & occasionem præcidam. Scio enim, illam semper de voluptatibus belligerari, mentemque meam perturbare, & cognitionem ipsam fugare. Nicephor. libr. ii. ca. 43. Ecclesi. hist. ex Euagrio.

Alphonſus.

Suprà apoph. de Honore, virtutis præmio.

Idem.

Eques quidam ingens patrimonium per luxum ac libidinem absorbuerat, atque insuper magnam æris alie ni vim contraxerat. Pro hoc intercedentibus quibusdam apud Alphonsum regem, ne saltem, quæ debebat, corpore luere cogeretur, Alphonſus respondit: Si tantam pecuniam vel in sui regis obsequiū, vel patriæ commodis, vel subleuādis propinquis impendisset, audirem. Nunc quoniam tantas opes impendit corpori, par est ut luat corpore. Erasm. li. 8. apoph.

Ludouicus X I I . Gall. rex.

*Cuidam referenti, solitosolim & canibus & capellis abstinere sacerdotes, ut non modò attingere, sed ne appellare quidem liceret: At, inquit, pessimè hoc obseruatur à Cardinali Albrechtio, qui caprinis carnibus haud illibenter vescitur, & canum agmina pro venatione habet in delicis. An-nal Franciæ.

Huc aliqua ex parte pertinent apoph. de Prodigalitate, Crapula, Lautitia, In-temperania, Ebrietate, &c.

Vide item apoph. de Voluptate.

D E M A G I S T R A-T V E T G V B E R-natione reipu-blicæ.

C L E O B V I L V S.

 A M Rempub. bene cō-
positam existimabat, v-
bi magistratus magis
infamiam quam legem
metuunt. Plutarchus in
conuiuo septem sapientum, & Stob.
ser. 41.

Bias.

Optimam esse rempublic. dixit in
qua legem omnes perinde ac tyran-
nus metuunt. Ibid.

Thales.

Eam Rempubl. saluam esse puta-
bat, quæ ciues neque prædiuites,
nec admodum pauperes contineret.
Ibid.

Pittacu.

Laudabat eam rempubl. in qua ma-
lis imperandi non daretur facultas.
Ibid.

Chilon.

Optimam pronuntiauit rempubl.
quæ maximè leges, minimè autem
Rhetores audiat. Ibid.

Periander.

Periander felicem fore eam rem-
publ. purabat, in qua cum reliqua æ-
qua existimentur, virtute quod
melius, vitio autem quod deterius
est, designatur. Ibid.

Idem.

Interrogante quodam cur impe-
rium nō deponeret? dixit, Quoniam per
vim imperanti, etiam vltro de-
fistere periculosest. Stobæus. Ibi-
dem.

Solon.

Suprà apoph. de Legum authori-
tate & obseruatione.

Idem.

Eam item remp. in primis probabant, in qua viri boni honoribus afficerentur, mali pœnis coercentur. Stob. ibid.

Idem.

Interrogatus quānam ratione rite respub gubernari possit? respondit, Si tam indignarentur illi quibus nō est facta iniuria, quām quibus facta est. Stob. ser. eod.

Heraclitus.

Rempubl. vt deploratam contempsit, eique dare leges quom rogaretur, recusauit. Secepsit autem in templum Diana, ibique cum pueris ludebat talis. Circumstanti & adignantri populo: Perdidi, inquit, annon præstat hoc agere, quām vobiscum Rempubl. administrare? Laërt. lib. 9. cap. i.

Antisthenes.

Rogatus, quomodo ad Rempubli-
cam capessēdam sit eundum? Velut,
inquit, ad ignem, ne nimis admotus
exuraris, procul amotus frigescas.
Stob. ser. 43.

Bion.

Dixit, oportere bonum virum à magistratu discedentem, non ditio-
rem, sed clariorem euasisse. Stob.
ser. 43.

Pythagoras.

Dicebat primum luxuriam ciuita-
tes ingredi, deinde saturitatem, po-
stea cōtumeliam, postremò exitium.
Stob. ser. 41.

Idem.

Eam ciuitatem optimam esse di-
xit, quæ viros bonos habet. Ibidem.
A Socrate idem dictum est sa-
pius.

Idem.

Principes constitui iussit illos, qui à teneris bene educati sint, & iam adulti à etatem suam lucri gratia non prostituerint. Ibid.

Idem.

Dicere solebat, beatas esse respub.
quæ ab illis regerentur, qui aut ipsi

saperent, aut sapientia incumberet?
Cicero ad Quintum fratrem.

Zeno.

Solitus est dicere decorandas esse yrbes non pretiosis ornamentis, sed inhabitantium virtutibus. Stobæus serm. 41.

Socrates.

* Felicem illius Reipub. constitutionem esse ducebatur, in qua præfetti & magistratus societate coniungentur. Eam item in qua plurima virtuti præmia proposita sunt. Præterea, eam optimè habitari, quæ secundum leges viueret, & iniustos puniret. Stob. ser. 41.

Chrysippus.

Rogatus cur non administraret Rempublicam, dixit: Quia si quis male reixerit, displicebit diis: sin bene, ciuibus. Stob. ser. 43.

Aristocles.

* Dicebat prudentes magistratus debere non propter officium aut imperium, sed virtutis causa admi-
rationem sui parere: vt etiam immutata fortuna eisdem laudibus digni censerentur. Stobæus eodem sermone.

Epicetus.

* Quemadmodum, inquit, fa-
ces in portu sublatæ, magna flam-
ma in paucis cremis excitata, na-
uibus per mare errabundis multum auxiliū ferunt: sic & vir splendidus (i. prudens magistratus) in vrbe pér-
iclitante, paucis ipse rebus contentus, magnis beneficiis ciues afficit;
Stob. eod. ser.

Theophrastus.

Percontatus, quidnam rempu-
blicam conseruaret? respondit, Præ-
mium & pœna. Stobæus sermone 41.

Epaminondas.

Quum Epaminondæ per inuidiam & cōtumeliam gratia sordidus quidam & cōtemptus magistratus dele-
gatus esset à populo Thebano, non aspernatus est, dicens: Non solū

m̄;

magistratum ostendere virum, sed virum vicissim ostendere magistrum. Itaque se gessit. ut deinceps tanquam honestum munus à multis ambiretur, quum antea nihil fuerit, quam cura, fides & stercora ex angiportis eiiciendi. Eras. libr. 5. apoph. ex Plat.

Phocion.

Capitis iam damnatus cum esset, atque huius amici ceteri qui simul cum illo damnati fuerant, flentes ducerentur, ex inimicis quidam obiam factus, post multa conuicia in aciem Phocioni expuit. Tum Phocion ad magistratum clamans, Non hunc, inquit, compescet aliquis indecorè se gerentem. Ita vir sanctissimus, etiam moriturus publicæ disciplinæ curam habere voluit. Plutar. in Phocione.

Agaciles.

Interrogatus, quoniam pæcto magistratus, nullo stipatus satellitio, imperare suis posset, respondit, Si ita imperet suis, ut pater filii. Quo inquit, si magistratus benevolentia & iene factis adiungeret sibi ciuium inimicos, non opus esse barbarico conductitiōque satellitio, cum nulos haberent corporis custodes tutiores quam ciues, erga quos patris gerent affectum. Plut. in Laco.

Agesilaus.

Magistratus officium esse dicebat, erga rebellantes audacia, erga subiectos benevolentia vti. Plut. in Lacon. Ut postea dixit Virgilius principis partes esse, Parcere subiectis, & ebellare superbos.

Idem.

Rogatus à quodam cur Spartano- um respub. præ ceteris secundis rebus florerer: Quoniā, inquit, plus cæris, in hoc sese exercent, ut pariter imperare & parere sciant. Sensit ir prudentissimus, ciues disciplinæ apaces, causam esse incoluntatis publicæ. Plutarc. in Lacon. apophthegm.

Themistocles.

Cleon cum primū statuisset Rempub. capessere, amici in unum locum conuocatis, eam quæ ei cum illis intercesserat, amicitiam dirupit, tanquam quæ in administratione ciuitatis rectum ac iustum institutum emoliat, & transuersum agat. Themistocles contra, qui, cum quidam moneret ut præclarè magistratu fungeretur: nequaquam, inquit, in eos sessurus sum throno, in quo amici non meliore sunt futuri conditione, quam inimici. Non enim ciuitas homines amicis & sodalibus carentes, sed commodos & temperantes requirit. Antonius in Melis. par. 2. ser. 1.

Agathon.

Dicere solebat, magistratū trium debere meminisse. Primum, quod imperet hominibus: deinde, quod secundum leges: tertio, quod non semper imperet. Stob. ser. 43.

Apollonius.

Cum vidisset in Domitianis ædibus, quandam senio iam confectum magistratū inhianter affectare, atq; imperatori ceu seruum se submittere: Huic, inquit, ô Damis, nō persuasit Sophocles, ut agrestem dominum furiosumque ausfugeret. Brus. libro 5. cap. 5.

Fabius Max.

Fabio iam fene, filius illius consul factus est, qui cum publicitus multis audiehtibus habuisset orationem, Fabius consenso equo præcedebat. Quum autem iuuenis lictorem mississet, qui patrem iuberet equo descendere, alij quidē factum hoc auer sati sunt. At Fabius ab equo desiliens, non habita ætatis ratione, accurrit, ac filium complexus. Euge, inquit, fili, sapi: qui intelligas, quib. impares, & quam magnū magistratum suscepferis. Plut.

Scipio minor.

Quum in censura Mumium solle gam haberet, festiuē grāvērūq; pro

rostris dixit, se ex maiestate Reipub. omnia facturum, si sibi Quirites collegam dedissent, siue non dedissent, Plin. in l. de Viris illustribus cap. 58. Val. Max. l. 6 c. 4.

M. Cato.

Exhortans magistratus ad sumendas poenæ de his qui delinquerent, dicebat eos qui maleficos prohibere possent, nec facerent, lapidandos esse. Seniens illos de vniuerso populo pessimè mereri, quòd ad scelerum licentiam inuitarent improbos. Plut. in apoph.

Idem.

+ Cùm repulsam in petitione cōsulatus tulisset, nullum tamen blandiendo sibi demererit voluit, & postea à petitione consulatus abstinuit, quòd diceret, Viri boni esse, administrationem Reipub. si qui ipso uti vellent, non subterfugere: neque tamen eam ultra quam conueniret expertere. Dio. Caff. l. 40.

Alex. Seuerus.

Honores iuris & gladij nunquam vendi passus est, dicens: Qui emit, & vendat necessitatem est. Hoc ethnicus, & iuuenis: quid iam decet principes Christianos? Lampridius & Brus. l. 4. cap. 5.

Alphonsus.

Dicere solebat, eos, qui aliis præcessent, tanto priuatis hominibus meliores esse oportere, quanto honoribus & dignitate antecellerent. Seniens, tum demum subditorum mores rectè formari posse, si hi quibus reipublice gubernatio commissa est, vitæ inculpatæ exemplo præcedant, ut unum sint exemplar omnibus virutis. Panormit. lib. 6. de rebus gestis Alphonsi.

Idem.

Magistratum, cotem appellare solitus est, quo hominum ingenia probarentur. Quemadmodum enim argenti ad aurum atque argentum probandum cote indice vtuntur: sic magistratus se uti, rex docere vo-

luit, quo ciuium mores atq; animos exploraret. Magistratus enim, vt cōmuni proverbio celebratur, virum iudicat: quod quidem Pittaco Mitylenæ & Soloni alii tribuerunt. Quāquam Aristoteles l. 5. Moraliū, Biantis nomine citarit. Est autem sensus, vix satis perspicere posse mores & ingenium in vita hominis priuata. Alphonsi dictum recitat Panormit. lib. 3.

Idem.

+ Malum pupillum esse dicebat Imperatorem, qui ex visceribus provincialium, homines nec necessarius nec Reipub. utiles, sua prodigalitas patceret. Pontani. lib. de liberalit. cap. II.

Vide apoph. de Principatu & Principe.

De magistratum delectu.

Socrates.

Dicere solebat absurdum esse, ci artes manuarias nemo exerceat qui eas non didicerit: neq; quisquam aliud faciendum locet ei qui eius officijs sit planè ignarus: ad publico magistratus admitti eos, qui rerum omnino rudes essent. Erasm. lib. 3. a poph.

Plato.

* Censebat publica munera nemini esse concedenda, quòd nominatus ad ea capessenda diues esset, aut huiusmodi quicquam possideret, ut rubor, magnitudinem, generis claritatem: sed ei qui legibus pareret maxime, & hac re ceteris in ciuitate præstaret. l. 4. de legibus.

Chilon.

Fratri querenti, quòd Ephorus ipse non crearetur, quum ille esset: Ego, inquit, iniuriam ferre noui, tamen: significans neminem esse idoneum magistratui, qui non possit diligula

Amulare multa præter æquum & bonum facta , iuxta illud $\alpha\gamma\chi\omega\alpha\kappa\sigma\sigma\nu$ & $\delta\alpha\gamma\omega\alpha\delta\sigma\kappa\sigma\omega$, id est, Princeps & quia & iniqua pariter audias. Laërt. in Thilone.

Antisthenes.

Admonuit Athenienses, vt asinos tñque atque equos deligerent ad agriculturam. Quum illi dicerent hoc animal esse alienum ab aratione: Quid refert, inquit, quum in vetera republica duces sint, qui nunquam didicerunt administrandi rationem: sed hoc satis est, quod à vois delecti sunt? Sentiens, multè absurdius esse, ei commendare tempub. qui gubernandi artem non tenet, quām si asinum pro equo adhibeas rato. Laërt. l.6.c.1.

Carneades.

Cūm in senatu dixisset, neminem consulem, neminem prætorem aut operatorem esse, nisi sapientem: Alino, qui tum prætor erat, audiente, ibridens ait: Ego igitur tibi Carneades prætor esse non video, quia ipiens non sum? Brusonius libro 4. ap.5.

*T. Manlius.**Suprà de Consolatione.**M. Cetio.*

Cives incusabat, quod semper iissem committerent magistratum. Vimeni enim, inquit, aut illum habere magistratum, aut indicate paucos esse dignos magistratu. Quorum iterum erat male sentire de publica otestate: alterum, de ciuiibus. Plut. in Ro. apoph.

Idem.

Censuram petens, quum cæteros competitores videret supplices, populique blandientes, ipse clamabat, opulo opus esse medico austero, alidisque remediis: proin eligendū en qui iucundissimus esset, sed qui lexorabilis. Atque hæc dicens, ante mnes censor creatus est. Agnouit opulus morbum suum: eoque Ca-

to plus valuit obiurgando, quām cæteri blandiendo. Ibid.

Saturninus.

Quum milites illi peplum imperiale imposuerint, aduocata concione de seipso dixit: Cœmitones, bonum ducem perdidistis, & malum principem fecistis. Ante fuerat egregius, sed quoniam in imperio fuerat seuerior, ab iisdem à quibus imperator factus fuerat, interemptus est. Non quiuis ad quodvis munus idoneus est. Trebellius Pollio.

Augustus Cæsar.

Romanum admonuit magistratum, vt rempublicam cōmitterent iis qui vsu & experientia rerum plurimum possent, nec eam finerent pendere ex cuiusquam voluntate. Nihil enim in Repub. perniciosius esse putauit, quā si magistratus rerum imperitus dominium obtineat. Xiphilinus Dionis abbreviator, in Augusto.

Idem.

Cām ægrè ferret, quod Caius, quā Agrippa eius filius suscepérat, nondum adolescens consulatum petiſſet graui dolore affectus, precatus est, ne vnquam inciderent in huiusmodi tempora, in quæ ipse olim inciderat, vt minor xxi. annis consul fieret. Cūmque adhuc instaret, respondit, id imperium deferendum esse ei, qui nihil peccaret, quiq; posset studiis populi Romani obſistere, deinde vt eos modestiores faceret. Dion. Niçœus in August.

*De magistratum moleſtiis ac variis ſollicitudinibus.**Democritus.*

Democritus dicere solebat, molius esse regi ab aliis, quām regere homines malos,

Chrysippus.

Rogatus, quare ad Rempublicam non accederet? Quia, inquit, si male administrauero, deos: si bene, ciues habebò iratos. Laërt.

Alcibiades.

Dicere solitus est de suis factis, se Diocurorum vitam viuere. Nam dum populi gratiam obtineret, diis parem se videri: cum verò illam amississet, nihil à mortuis discriminis habere. Aelianus libro decimotertio de Var. hist.

Themistocles.

Audiens quosdam ambire magistratum: Si mihi, inquit, duas ostenderitis vias, quarum una ad sepulchrum, altera ad tribunal duceret, multò libenter ingrederer eam quæ rectè ad sepulchrum duceret. Non ignorauit sanè vir sapientissimus, quæ curæ, molestiæ, vexationes, encunuent eos, qui in magistratu constituti, omnibus expositi esse coguntur, Aelian. l. 6. Var. Hist.

Demosthenes.

Ad iuuenes quos habebat familiares dicere solebat: Sibi ignaro iam quantum inuidiæ, metus calumniæ ac discriminis sit expectandum ad Rem pub. accedenti, si ex duobus alterum sit eligendum, citius in exilium ituru, quam ad suggestum aut tribunal. Eras. l. 4. apoph. ex Plut.

Selenius.

Frequenter dicere solitus est, paucis noctum esse, regum aut magistratum quæcumque sint curæ. Alioqui nullum inuentum iri, qui regium diadema humi projectum tolleret. Eras. l. 8. apoph. Stob. ser. 46. Antigono ascribit, cuius dicti meminit etiam Val. Max. l. 7. c. 2.

Antigonus.

Cum regium sibi traditum accepisset diadema, priusquam capitl imponebat, dixisse fertur: O nobile magis quam fœlicem pannum quem si quis peccatus cognoscat, quam multis sollicitudinibus, periculis & miseri-

riis sit refertus, ne humili quidem centem tollere vellent. Val. Max. l. 7. c. 2. Stob. ser. 46.

Pompeius Magnus.

Quum ex literis senatus intellexisset, omnia quæ Sylla armis obtinuerat, in ipsius potestatem esse tradita populi suffragiis centuriatis, per custos foemore dixit, Proh, nunquam finienda pericula! quanto satius erat obscurum nasci, si à militaribus curis nunquam dabitur recedere: nec hac exuto inuidia, licet cum uxore ruri vitam degere? Magnam potentiam ambit inexpertus, odiat expertus, sed deponere tutum non est. Plutarch.

Idem.

+ Dicebat de se ipso liberè: sibi magistratus antè fuisse delatos, quām expectasset, ac prius vltro depositisse, quām ciues expectassent. Plutar. ir. apoph.

Alphonſus.

Cenam senex quidam importunus & garrulus quum sine fine obreperet, exclamasse fertur, & dixisse: Asinorum conditionem esse potiorem quam regum. Nam illis dum pascuntur, dominos parcere: regibus neminem. Antonius Panorm. & Æneas Sylvius de dictis & factis Alphonſi.

Idem.

Infrā tit. de Otio honesto.

*De magistratu momentaneo.**Cicero.*

CVm Caninium consulem postrederet, qui tamen postero die consulatum pro more alteri tradere cogebatur, iocose de breui eius magistratu iudicans. Consulem, inquit, habuimus vigilansimum & fortissimum, qui in toto suo consulatu som

num non vidit. Xiphil. Nicæi abbre-
mator, in Cæsare.

Idem.

De Caninio Reuilio cùm paruo
tempore consul fuisset, sex videlicet
neridianis horis, idem dixit, Consu-
em habuimus tam seuerum, tamque
ensorium, ut in eius magistratu ne-
no pransus sit, nemo cœnauerit, ne-
no dormierit. Erasmus libro quarto
poph.

Idem.

Suprà de Honore momentaneo.

Idem.

Vatinius cùm morbo laboraret,
eo nomine in Ciceronem inuehe-
etur, quod agrotantem non acces-
set: Volebam, inquit Cicero, in tuo
enire consulatu, sed me nox occupa-
it. Ibidem.

Idem.

Adhunc consulem congratulandi
associandi gratia plurib. euntibus:
taturemus, ait, ut hominem ante sui
consulatus exitu præueniamus. Plut.
alis fuit autem sub Galieno impera-
re postea Marius tyrannus, ut scri-
t Trebellius Pollio, qui vna die fa-
us est imperator, altera visus est
iperare, tertia interemptus est.

M. Voracillus.

In C. Seruiliū, qui vno tantum
e consul fuit, ita lusit: Antè Flami-
ns, nunc consules diales fiunt. Abu-
s est voce, Diales: quasi à die dedu-
ci fit, ac non magis à Ione, cui Fla-
mīnes instituebantur. Macrob. lib. 2.
. Saturn.

De magnanimitate.

Democritus.

Ciscitatus, quid esset magnanimi-
tas? respondit, Leuiter ferre fru-
ationem. Stob. ser. 106.

Socrates.

* Quidam ei cum alio quedam col-
lenti, filium eius mortuum esse
occupauit, ille verè colloquio abso-

Iuto. Nunc, inquit, abeamus, Sophro-
nisci funus curaturi. Eod. ser.

Diogenes.

* Aduersis quibusdam casibus pres-
sus, dixit, Euge, ô fortuna, tu viriliter
mihi præs Eod. ser.

Phauorinus.

* Dicebat, virum in vera magna-
nimitate & philosophia educatum,
antequam calamitates ingruant, ani-
mi tranquillitatē intra se recondi-
tam habere. At, inquit, in rebus ad-
uersis aliena consolatione opus habe-
re, id tranquillitatis animi modum
excedit. Ibidem.

Aristoteles.

* Magnanimitatem describens di-
cebatur esse virtutem, per quam vtra-
que fortuna honor & ignominia fe-
runtur. Item, Magnanimitatis esse
decenter ferre & felicitatem & infe-
licitatē, & honorem & ignominiam,
non admirari delicias, neque clien-
telas, neque potestates, neque victori-
rias publicorum certaminum, & si-
mul habere mentem immotam & ex-
celsum. Magnanimus autem est, qui
neque vitam amat aut magnificat,
simplex moribus & generosus, qui
iniuria lacesciri possit, nec pronus sit
in vindictam. Sequitur autē magnani-
mitatem simplicitas, ingenuitas, &
veritas. 1. de virtutibus.

Xanippe.

* De Socrate marito suo dicebat,
cùm infinitæ mutationes & rempub.
& ipsos occupassent, in omnibus si-
milem se vidisse Socratis vultum, &
exeuntis domo, & domum redeuntis.
Ad omnia enim cōcinnus & magna-
nimus erat: quamobrem nihil vñquā
ipsum tristitia affecit. Stob.

Anonymous.

* Magnanimus est, inquit, qui o-
mnia facile fert: pusillanimus verò,
qui ne parua quidem. Stob. ser. 7.

Epicetus.

* Dicebat esse quosdam leuiter
magnanimos, qui tranquillè facerēt
absque iracundiae motu & quæ magna-

atque alij vehementer impetuosi & iracundi. Arrian in dissert.

Plutarchus.

† Viro fortissimoq; animo praedito nihil formidabile potest accidere, præter infamiam. lib. contra Epicureum Coloc.

Vide apoph. de Constantia, Fortitudine, Prudentia, Moderatione animi, Fortuna, &c.

De magnificentia.

Nicias.

CVm inter Græcos præcipius esset qui magnificentia excelleret, ideo à populo in iudicium vocatus, ait: Sint mihi ipsi, non populo Atheniensis tanti sumptus facti, meumque operibus ipsis nomen inscribam. Pontan. cap. 12. de Magnificentia ex Plut.

Plato.

Videns Agrigentinos magnis impensis multa ædificia extruentes, dixisse fertur: Agrigentini quasi semper vietiuri ædificant, & comedunt quasi semper morituri. Notavit autem vanam illam ædificiorum condendorum magnificentiam, cùm homo fragile & caducum animal, facile tugurium habere possit, in quo ad paucos annos, quibus in hoc mundo quasi in alieno solo obambulat, à tempestatibus intemperie se defendat. Athen. lib. 12. de Var. hist. Idem de Rhodiis dixit Stratonicus apud Plutarchum.

Augustus Cæsar.

Cùm urbem Romam multis modis & ornasset & compunisset, atque etiam in posterum (quod quem in ipso fuit) tutam reddidisset, non sine causa glorians dicere solebat: Romam lateritiam accepi, marmoream reliquo. Nihil principi magnificientius, quam si ditionem, quam accepit, reddat statu meliore. Sueton. in eius vita. Pontanus, c. 32.

de Magaificentia. Erasm. Rot. lib. 4. apoph.

Constantinus Imp. & Hormisdas Architectus.

† Eiusdem etiam urbis magnissimam cùm fuisset cum admiratione contemplatus Constantius, dixit: Naturam vires omnes in unam urbem effusisse. Et cùm Hormisdam interrogasset, quid de eadem urbe Roma sentiret? Id tantum sibi placere respondit, quod didicisset ibi quoque homines mori. Philosopho digna responsio. Platina in vita Felicis II. PP.

De maledicentia, ac mordacitate.

Pythagoras.

QVodam dicente, Nimium mihi maledicis ac plus satis derides. Atqui, inquit, spleneticis etiam acris & amara prosunt, dulcia nocent. Ant in Melissa, part. 2. ser. 78.

Aristippus.

Audiens quendam temerè hominibus maledicentem: Utinam, inquit, et linguae tuæ, sicut ego aurium mearum dominus essem. Laet.

Empedocles.

Interrogatus, cur cùm mala audit, tam indignanter ferret maledicita? Quia, inquit, ne laudationes quædem mihi lucundæ forent, nisi maledicta rohi molesta essent. Mar. ser. 11. de Admonitione.

Diogenes.

Cuidam conuiciatori, At nec mihi inquit, credit quisquam, te laudant nec tibi, me vituperant. Ant. in Meliss. part. 2. ser. 59.

Iacchus.

Suprà apoph. de adulacione & a sentatione.

Isoocrates.

De Atheniensium ciuitate dicebat, eam scortis simillimam esse.

Et

Aristoteles.

Cum ab imprudente quodam male
lè audiret: Tu, inquit, & conuicia fa-
cile audis, & libenter dicis: mihi au-
tem & dicere non est consuetum, &
audire iucundum. Ant. in Meliss. pars
2. serm. 72.

Melissus.

Quum probro illi daretur, quòd
maledictis indignaretur: Si maledi-
cta, inquit, æ quo animo admittam,
ne laudes quidem sentiam. Brus. lib.
1. cap. 16.

Philostratus.

Ælianus quum Philostrato rogan-
ti, quid operis cuderet, dixisset se o-
pus in tyrannū nuper mortuum cu-
deret: Admirarer, inquit Philostratus,
si viuentem accusasses. Superstitione
siquidem tyrannum incessere, viri
opus est: mortuum verò, cuiusque.
Brus. l. 1. c. 16.

Lysander.

Cum in publico quodam conuen-
tu quēdam audioisset, liberius quam
par videbatur, contra ipsum loquen-
tem: Tua, inquit, verba ciuitate opus
habent. Quo dicto notauit eius in di-
cendo libertatem, quæ quidem in
conuentu facile fertur, sed alio loco
non itidem. Plutarch. in Lacon.

Cleomenes.

Cleomenes maledicenti ait: At
propter hoc tu omnibus maledicis,
ne tempus de tua loquendi maligni-
tate habeamus? Plutarch. ibidem.

Agestans.

Quoties audiebat aliquos ab aliis
laudari aut vituperari, existimabat
non minus esse dicēdos eorum mo-
res qui loquebantur, quam eorum de
quibus loquebantur. Sensit vir pru-
dentissimus, eos qui audiebat
alienæ laudi, magis prodere morbum
suum, quam detegere mores alienos;
& qui ob res parum honestas lau-
dant quempiam, aut ob laudabiles
vituperant, indicare stultitiam suam,
peruersumque iudicium. Plutarc. in
Lacon. Bras. l. 1.

Cleantes.

† Cum quendam pœnitieret, quod
sum maledicto incessit, respondit;
ndecens esse Liberum patrem atq;
Iserculem à Poëtis illudi, nec irasci,
autem leui maledicto indignari.
Diog. Laer. l. 7. c. 2.

Socrates.

Ei cum nuntiatum esset, à quopiam
um maledictis incessi: Bene, ait, lo-
ui non didicit. Laert.

Plato.

Quodam narrante nonnullos esse
vi ipsum maledictis insectarentur:
et ego, inquit, sic viuam, vt illis si-
es non habeatur. Anton. part. 2. ser.
9. Meliss. 2.

Alcibiades.

Canem miræ magnitudinis abscisa cauda per urbem dimisit: hoc quū multis stultum atque ineptum vixum esset, monentibus eum amicis, ac sermones qui de eo circumferabantur enarrantibus, ridens Alcibiades, Sic inquit, res, vt intenderam, successit. Hoc enim Atheniensibus loquendi volui præbere argumentum, vt eos à peioribus, quæ de me & aliis quoque hominibus conuiciosè loquuntur, nouis his auerterem. Plutarch. in Alcibiade.

Chabrias.

Ab improbo quodam multis conuiciis affectus: Bene, inquit, fecisti, quod nihil eorum quæ insunt prætermisisti. Anton. in Meliss. part. 2. serm. 69.

Memon.

Quo tempore bellum gerebat aduersus Alexandrum pro Dario rege, militem quendam mercenariū multa conuicia pétulanter iacentem in Alexandrum, hasta percussit: Ego, inquiens, te alo vt pugnes adu. Alexandrum, non vt illi maledicas. Plut. in apoph.

Demochares.

Significare volens se nihil penderre obrectationes vulgi, cum videret multos obrectatores vnā sedentes in tōstrina, & malè loquendi omnino cupidos: Quid loquimini (inquit) vos Dysmenidz? simul hoc nomine ingenium, naturāmque ipsorum innuens, & detegens. Älian. lib. 3. de Varia hist.

Pisistratus.

Cum conuia bene potus ei maledixisset, irritantibus amicis ad pœnas de cōuia sumendas dixisse fertur, Non aliter illi succenso, quām si quis obligatis oculis in me occurrisset. Sensit maledicendi ancam dedisse vinum, & ignouit errorem. Älian.

Idem.

Dicenti cuidam, quod à maledico

laudaretur: Miror, inquit, nisi quī illi dixit me mortuum esse. nam viuentem ille posset laudare neminem. Stobæus.

Hieron.

Xenophanes Colophonius Homerastix, quem apud Hieronem Siciliæ regem lamentatetur pauperatē, quod vix à se duo famuli possent nutriri: At Homerus, inquit Hieron, cui tu assidue maledicis, plus quam decem milia hominum alit, vel mortuus. Reprobrauit autem in natam homini maledicentiam, quæ paupertatis & inop: suæ non minima causa erat, Plutarchus in apoph: hegym.

Philippus.

Philippum Alexandri patrem conuicio afficiebat quidam effreni lingua præditus, cùmque amici hortarentur, vt conuiciatorem reprimere: Non est hoc, inquit ille, faciendum, ne amplius affectus & implicatus plura in nos iaciat maledicta. Anton. part. 2. Melis. ser. 69.

Idem.

Dicebat, se suis conuiciatoribus gratiam habere, quod se meliorem redderent. Ego, inquit, studeo illos mendacij conuincere. & si quid improbè fecerim, muto consilium, & pœnitentia emendo factum. Anton. in Melis. part. 2. ser. 69.

Idem.

Maledictis à Nicandro laceritus pluribus cœpit illum donis honestare: quibus acceptis cœpit Nicander eum laudare. Ad amicos igitur conuersus Philippus, Videlisne ergo, inquit, & nostrum esse, benè & malè audire, & à maledicentia morbo affectos sanare? Plutar.

Antigonus.

Milites quum in illum probra facerent, ac ignorarent Antigonum tam propè adesse, prodiens rex ait: Flebitis, nisi longius amoti maledictis mihi. Sic enim recitat Plutarchus in apoph. Seneca verò libr. 3. de ira,

ira, ait illum dixisse: Longius discede, ne audiat rex.

Idem.

Quum per noctem milites omnia
sibi mala imprecantes audiret, quod
rex eos in illud iter intricabileque
lutum adduxisset: accessit, ignoran-
tesque a quo adiuuarentur, explicuit:
Non, inquit, maledicite Antigono,
cuius vitio in has calamitates incidi-
stis: Sed ei bene optate, qui ex hac
miseria vos abduxit. Plutarchus &
Seneca.

Pyrhus.

A quibusdam rogatus, ut maledi-
cum quandam ex Ambraciā pelle-
ret: respondit, Potius apud paucos, il-
lic manens, quam apud multos de
nobis obloquatur. Plut.

Idem.

Quum audisset, sibi a quoquam
maledictum, conuiciatorem ad se du-
ci iubet, at interrogat, num dixisset
ea propter quae accusatus erat: re-
spondit, Dixi, ô rex, & dicturus plu-
ra eram, si plus vini appositum mihi
fuisset. Quo audiro; Pyrrhus ridens,
hominem impunè dimittendum
mandauit. Plutarch.

Cicer.

Seruilia M. Brutus mater, cum pre-
tiolum ære paruo fundum a Cæsare
emisset, subiiciente hastæ bona ciuiū,
non effugit tale Ciceronis dictum: E-
quidem quo melius emptum sciatissim-
omparauit Seruilla hunc fundum
Tertia deduca. Filia autem Seruilia
rat Iunia Tertia, eademque C. Cras-
f. vxor: lasciuiente dictatore tam in
patrem quam in pueram. Macrob. l.
.c.2. Saturn.

Sicinius.

Cum leui momento amorem si-
nul & odium permutteret, eoru-
de hominum & patronum & accu-
titorem se præberet: Sicinius homo
maledicus, qui multa in quoscunque
robra iacere consuetus erat, aliquā-
o rogatus, cur soli Crasso non ma-
diceret, cum maledicendi materiis

haberet amplissimam? non facio, in-
quit: fœnum enim habet in cornu.
Plutarch.

M. Cato.

Cuiusdam, qui multis intemperan-
tiæ notis iniustus erat, probris vexa-
tus: Impar mihi tecum, ait, certandi
conditio est. nam ut male audire &
maledicere, tibi facillimum simul &
promptissimum est: sic & mihi male-
dicere insuave est, & infuetum. Eraf.
l.5.apoph.

Valerius.

P. Clodius cùm iratus esset Valerius,
eò quod mutuum ei petenti non de-
disset: Quid amplius, inquit Valerius,
mihi sauturus es, nisi ut Dyrrachium
eam, & redeam deinceps? Mordaci-
ter ad Ciceronis exilium alludens, a
quo tamen gloriore reuocatus est.
Macrob. l.2.ca.6. Saturn.

Orbilius.

In reum testis prodiens, cùm a
Galba, oratore eloquentissimo qui-
dem, sed corpore deformi, interro-
garetur, Quānam artem exerce-
ret? Nullam, inquit, sed in sole gibbos
fricare soleo. Macrob. lib.2. cap.6.
Saturn.

Cicer.

Suprà apoph. de Honore & magi-
stratu momentaneo. & apoph. de fa-
cerè & iocosè dictis.

Cicer.

In C. Cæsarem mordacitas Cicero-
nis dentes suos strinxit. Nam pri-
mum post victoriam Cæsaris inter-
rogatus Cicero, cur in electione parti-
s errasset? respondit, Præcinctura
me decepit. notans Cæsarem, qui ita
toga præcingebatur, ut trahendo la-
ciniam, velut mollis incéderet: adeò
ut Sylla tanquam prouidus dixerit
Pompeio, Cæsare tibi illum puerum
male præcinctum. Macrob. lib.2.c.3.
Saturn.

Idem.

Deinde cùm Laberius in fine fu-
dorum annulo aureo honoratus a
Cæsare, cuestio quatuordecim

gradus ad spectandum transisset, violato ordine, & cum detraictus esset eques Romanus, & cum Mimus remissus, ait Cicero prætereunti La-berio, & sedile querenti: Recepissem te, nisi angustè fuderem, simul & illum respuens, & nouum senatum mordaciter taxans, cuius numerum Cæsar supra fas auxerat. *Macrobi. lib. 2. cap. 3. Saturn.*

Idem.

Alias facilitatem Cæsaris in eligen-
do senatum irritum, palam mordaci-
terque irrisit. Nam cum ab ipso ho-
spite suo P. Mallio rogaretur, ut De-
cursionatum priuigno eius expedi-
ret, assistente frequentia hominum,
respondit: Hoc fieri sanè nequit, si
Romæ imperabit Pompeius. *Macr. l.
z.c. 2. Saturn.*

Idem.

Nec intra hac mordacitas stetit,
quippe ab Androne quodam Laodi-
ceno salutatus, cum causam aduen-
tus requisiisset, coperissetque (nam
ille se legatum de libertate patriæ ad
Cæsarem venisse respondit) ita ex-
pressit publicam seruitutem: Εάν εἰ
τύχεις, καὶ μετ' ἡγεμόνα περιθέλλον. Si
obtinueris, & pro nobis intercede.
Macrobi. li. 2. c. 3. Saturn.

Idem.

Cum Lepidum audiisset in sena-
tu ad patres conscriptos dicentem,
Ego non tanti fecissem simile fa-
ctum, Cicero respondit, Nec ego
tanti fecissem. *Macrobi. libro 2. ca. 3.
Saturn.*

Plancus.

Infrā de Mortuis non lændendis.

Augustus Cæsar.

Indignant Tiberio, ac per episto-
lam etiam conquerenti apud eum de
conuiciatore, respondit: Satati tuæ,
mi Tiberi, noli in hac re indulgere,
& nimium indignari, eo quod sint
qui male de me loquantur. Satirest
enim, si hoc habemus ne quis male-
facere possit. *Sueton.*

Tiberius.

Ab initio sui principatus, in con-
viciatores & maledicos dicere sole-
bat, In ciuitate liberalinguam quo-
que liberam esse dixerat. *Suet. Tacit.*

Domitianus.

Cum homines mordaces atque
maledicos haberet odio, semper ra-
men eos dicere solebat peiores esse,
qui maledicis aures preberent, neque
reprehenderent, quam ipsos maledi-
cos. *Sueton.*

Fl. Vespasianus.

Infrā tit.de Malitia.

Idem.

De Licinio Mutiano nota impu-
dicitiaz viro clam apud communem
amicum conquerens, addidit clausula:
Ego tamen vir sum. Notans, ob-
trectatorem esse parum virum. Simi-
le est illud Matonis,

*Pareius ista viru tamen obiicienda
memento.* *Suetonius.*

Sigismundus imp.

Cum accusasset purpurati apud
Sigismundum imperatorem maledi-
centiam Germanicæ multitudinis,
qua de suo principe passim oblo-
queretur, subridens Imperator: An
vobis, inquit, graue videretur illos
male loqui, cum nos male agamus?
Indicanit autem, in nobis metipis si-
tum esse, quod bene vel male audia-
mus. *Aeneas Sylvius li. 2. comment. de
reb. gest. Alphonsi.*

Sfortia.

Quum transfuga Nolanus eques,
ingenio infami, ut sibi gratiam cum
Sfortia compararet, Tartaliam omni-
bus maledicis in conuiolio Sfortiaz
famam lacerasse detulisset: deque ea-
re, ut fides sibi haberetur, iureiuran-
do saepius affirmaret: Non opus est,
inquit Sfortia, ut multum tu persuad-
endo mecum labores, quum Tar-
taliam nunquam verbum de quoquam
sit eloquutus, quin male dixerit. *Pau-
lus Iouius de dictis & factis Sfortiaz,
cap. 85.*

Vide apoph. de delatione.

De

De malignitate maledica.

Chilon.

Multis nequaquam maledicendum esse dicebat, quandoquidem ignavum esse videretur eos lingua incassere, qui respondere non possent. Laert.lib.1.cap.4.

Idem.

Idem docebat, neminem conuiciis lacescendum, ne si dixerimus quae libent, audiamus vicissim quae dolent. Habet enim & maledicendi morbus suam voluptatem, sed quae plerunque male audiendi summo dolore perfatur. Huc allusit M. Tullius, Salustio comminans fore, ut si quam voluptatem male dicendo cepisset, eam male audiendo amitteret. Laertius.

Socrates.

Cuidam admiranti quod nihil in eum commoueretur a quo conuiciis incescebatur. Mihi, inquit, non maledicit, quandoquidem ea quae dicit mihi non adsunt, nec in me haerent. Atqui ob hanc causam hominum vulgus magis commouetur, si quid dicitur in immerentem. Boni quam male audiunt, sibi gratulantur, quod puri sint ab his malis quae ipsis impinguntur, nec in se dici interpretantur: nihilo magis quam si quis oculorum errore Platonem appellat Socratem, & in Socratem congerat maledicta. Is non maledicit Platonem, sed ei quem existimat esse Platonem. Eraf.lib.3.apoph.

Idem.

Vetus commedia solebat nominatum in ciues maledicta iacere. Horum libertatem quum plerique metuerent, Socrates dicebat, Expedire, ut quis semet illis sciens ac volens subiiceret. Nam si quid, inquit, dixerint in nos meritum reprehendendum, admoniti corrigemus, & profuerint: si falsum conuicium in nos jacula-

buntur, nihil ad nos. Erasm.libro 3. apoph.

Aristippus.

Quum a quodam conuiciis incesceretur Aristippus, tacitus abiit. at quum maledicus insequeretur abeuntem, dices, Cur fugis? Quoniam, inquit, tibi quidem potestas est male loquendi, mihi vero non audiendi. Salsissime notauit hominis impudentiam, qui quum sibi ius sumeret male loquendi, non saltem hoc iuris concederet alteri, ut subduceret se, desineretque male audire. Nam vox haec, Cur fugis? erat velut expostulantis de iniuria. Laert.libro 2. cap.8.

Diogenes.

Cum adolescentem natura malum lapides in celum iactantem videret: Euge, inquit, scopum non attinges. Innuit autem, eos celestium bonorum nequaquam haeredes esse, qui malitiosam agerent vitam. Laer. lib.4.

Idem.

Corinthum profectus, ludum ingressus est, quem ibi Dionysius regno pulsus aperuerat, audiebatque pueros male canentes. Interim ingressus Dionysius, quoniam putabat Diogenem consolandi gratia venisse, Humaniter, inquit, facis Diogenes: haec est rerum humanarum volubilitas. Imo (inquit Diogenes) miror etiamnum vivere, qui tantum maiorum in regno patratis: & video nihilo meliorem esse ludimagistrum quam fuisti rex. Laert.& Erasm.lib.3. apoph.

Idem.

Eunuchus quispiam contaminata famam, inscriperat ædibus suis, μηδὲ εἰσεῖτω ξένος, Ne quid ingrediatur mali. Id videns Diogenes: Edium, inquit, dominus quae ingreditur? Eunuchus boni ominis gratia posuerat titulum, ne quid infelicitatis attingeret domum, id Diogenes detorsit ad mala animi, quae sola vera mala

Cant.Laert.lib.6.Brus.lib.4.cap.II.

Antisthenes.

Eos qui nos maledictis incesserent, magister tolerandos dicebat, quām qui nos lapidibus impeterent. Verba enim non laedunt, si quis contemnat:
Laert.lib.6.cap.4.

Demosthenes.

A caluo quodam maledictis aspersus: Ego quidem, inquit, tibi nullam facio iniuriam: quin potius laudo capillos tuos, qui malam caluviam effugerint. subnotans, illum nō iudicio, sed celebri vino maledicuum esse. *Eras.8.apoph.ex Stob.*

Diogenes.

Hospitibus quibusdam celebrem illum Demosthenem videre cupientibus, porrecto medio dito: Hic est; inquit, ille Demosthenes Atheniensium orator. Digitus pollici proximus, index dicitur, quod hunc intendentes solent aliquando cōmonstrare. Digitus autem medius apud priscos infamis habebatur ob causam hīc non referendam. Porro Demosthenes vulgo malè audiebat, quasi parum vir esset. Id significans Diogenes, maluit illum medio quām īdice demopstrare. *Laertius libro sexto.*

Timon Atheniensis.

Interrogatus cur omnes homines odio prosequeretur? Malos, inquit, meritò odi: ceteros ob id odi, quod malos non oderint. Sentiens, non esse verè probos, qui non detestantur improbos. *Erasmi libro sexto apophēgm.*

Pytheas.

Pytheam oratorem quidam crimi nabatur, quod malus esset. At ille non inficias ibat: hanc enim illi conscientia necessitatē imponebat. Sed respondebat se minimo tempore omnium qui rempubl. Atheniensium administrassent, minime malū fuisse: nempe in hoc sibi placens, quod non perpetuū fuisse eiusmodi. Pugnisque se non iniuriam facere, si

nō cum pessimis compararetur. *Stob.* Ilidum hoc sanè Pythea. Non enim solum qui iniuriam infert, malus est: verū etiam qui iniuriam inferre in animum inducit. *Ælianu lib. 14. de Varia historia.*

Herodes sophista.

Proteo Cynico sine fine ipsum conuiciis incessenti: Consenuimus (inquit) ambo, tu quidem male loquens, ego male audiens. Sensit, immedicable malum esse, cui ille tam diu assueuerat, & se moderatiū ferre, quod iam nouum non esset. Philost.

Anonymous.

Ad eum qui maledicta in alios per calumniam iactata facilè solebat admittere. Lacon: Desine, inquit, aduersum me præbere aures. Sensit, nō solum eos vituperio dignos qui calumniarentur alios, verū etiam qui calumniantibus accommodarent aures. Et iniuria genus est, aduersus nihil male meritum, audire maledicam linguam. Non enim essent maledici, si nullum inuenirent auscultatorem. Proinde Lacon expostulauit etiam cum illo, qui præbuerat aures de ipso male loquenti. Plutarc. in Lacon.

Nicander.

Cuidam dicenti, quod Argui male de ipso loquerentur: Num igitur, inquit, dant pœnas qui de bonis loquuntur male? significans, Rempubl. male moratam, vbi licet impunè maledicere nihil male commeritis. Plut. in Lacon.

Cleomenes.

Cum improbus quidam Cleomenem conuiciis incesseret: Num id eo, inquit, tu maledicis omnibus, ne si velimus respondere, et iūm habeamus vicissim de tua dicendi malitia? Ut ē sublimi cōtempst maledicūm, nec ullo responso aut alia pœna dignum iudicauit nebulonēm, cui nihil esset præsidij præter maledicam linguam?

Hagiām, Plut. in Lacoṇ.

Idem.

Arguiis nonnullis Cleomenem conuicio lacescentibus, ut per iurum & impium: Vobis, inquit, potestas est mihi maledicendi, at mihi potestas est vobis faciendi male. Admonens non esse tutum eos maledictis irritare, quibus in manu est, cūm velint, re ipsa lādere. adhāc, non oportere potentes humiliorum dictis admonitū commoueri. Satis enim vindicta est, quod licet, cum libet, vlcisci: cūm illis nihil aliud reliquum sit, quād male loqui. Plutarc. in Lacoṇ. apophth.

Leotychidas Arifonū F.

Cuidam ipsi dicenti, quod Demarati amici male de eo loquerentur: Per deos, inquit, nihil miror, quandoquidem nullus illorum de quoquam bene loqui posset: Docuit contemnendam esse maledicentiam, quæ non à iudicio, sed ab animi morbo proficiuntur. Qui verò passim maledicunt omnibus, eos palam est id naturæ vitio facere, non ex eorum merito quibus obtrētant. Plutar. in Lacoṇ.

Artaxerxes.

Quum Aclides Iapson multa in Artaxerxem regem licenter & contumeliosè diceret, haec tenus quidem vltus est maledicum, ut per tribunum militum denuntiaret, ei licere in regem quæ vellet diceret, sibi verò in illum licere quæ vellet & dicere & facere. Eras. lib. 5. apoph.

Dionysius sen.

Quibusdā eum accusantibus quod hominem improbum, ciuibisque odicium honoraret, atque proueheret: At volo, inquit, aliquæ esse, quem maiori, quād me, odio prosequantur, Brus. lib. 4 cap. ii.

Philippos rex.

Bonos ac malos sibi conciliandos dicebat: ut bonis quidem vteretur, malis verò abuteretur. Bruson. lib. 4. cap. ii.

Idem.

Smicythus Nicanorem deferebat apud regem Macedoniae Philippum, quod sine fine de ipso male loqueretur, quumque suaderent amici, ut hominem accersi iuberet, deque eos supplicium sumeret: Philippus ita respondit: Nicanor non est Macedonum pessimus: videndum est igitur, necubi nos cessemus in officio. Ut igitur cognovit vehementer afflictum inopia, & tamen à rege neglectum fuisse, iussit donum aliquod ad illum deferri. Hoc facto, quum rursus Smicythus diceret regi, Nicanorem apud omnes sine fine prædicare laudes ipsius, Videtis igitur, inquit, in nobis esse situm, ut bene aut male audiamus. Immane quantum absunt ab hoius principis ingenio, quin unquam sibi videntur satis laudari, quum nihil faciant laudandum: nec student beneficiis sibi conciliare benevolentiam hominum, sed metui malunt quād amari: cūmque sè penumero faciant detestanda, idque palam, tamen perit quisquis ausus est hiscere. Plut.

Idem.

Quidam petulantioris lingue maledicta coniūcere solebat in Philippum: hunc amici hortabantur, ut eumceret in exilium. At ille negavit hoc se facturum. Quarentibus, Quid ita? Ne, inquit, oberrans inter plures male de me loquatur. Quod maledictus non egit in crucem, vel clementia erat quod ignoruit, vel magnanimitatis quod contempnit: quod noluit expellere, prudentia, plus enim nocuisset. Plutarch. in apophthegmat.

Idem.

Peloponnesij cùm Philippum Macedoniae regem, à quo multa beneficia acceperant, in ludis Olympiae sibilis derisissent: rex admonitus ab amicis ut eam iniuriam rependeret, negavit se id facturum: si tam praeve, inquiens, sunt ingenio, ut eos

Irrideant qui de ipsis bene meriti sunt: quid tum fiet, si quid mali sentirent? Sensit vir prudentissimus, maledicos non vltione prouocando esse, ut magis maledicant. Plut. in apoph.

Antigonus.

Quum aliquando tempore hyperbo compulisset castra transferri in locum ubi non erat rerum necessariorum copia, atque hac de causa milites quidam in regem maledicta congererent, ignari ipsum esse in proximo, virga tentorij vela deduxit, Flebitis, inquit, ni longius semoti de me male loquamini. Quid hac facetia clementius? aut quid hac clementia facetius? Simulabat se non indignari quod male de ipso loquerentur: sed quod tam vicini, ut exaudiri possent ab eo, cui maledicebat. Plutarchus in apoph.

Idem.

Cum nocte quadam quosdam militibus suis exaudiisset omnia imprecantes regi, qui ipsos in illud iter & inextricabile lutum induxisset, accessit ad eos qui maximè laborabant: eosque quum ignorantes à quo adiuvarentur explicitisset: Nunc, inquit, maledicite Antigono, cuius via in has miseras incidistis: sed ei bene optate, qui vos ex hac voragine eduxit. Hac vindicta contentus erat regis vere excelsus animus. Eras. Rot. li. 4. apoph.

Scip. Emilianus.

Apud Numantium iratus C. Melleo, dixit, Si quintum pareret mater eius, asinum fuisse paritorum. Tarditatem mentis, ac deformitatem corporis illi fratribusque eius exprobans. Eras. Rot. li. 6. apoph.

M. Pinarius.

M. Seruilius dissuasurus legem quam ferebat M. Pinarius: Dic mihi M. Pinari, inquit, si contra te dixeris, num mihi maledictus es, ut certis soles? Ut fermentem, inquit Pinarius, feceris: ita & metes. Per allego-

riam minitans, illum male auditum si male dicteret. Eras. libro 6. 2. poplt.

Pompeius.

Suprà apoph. de Ingratitudine.

Augustus Ces.

In cognitione quadam, cum Aemilio Aeliano Cordubensi inter cetera crimina illud vel maximè obincetur, quod male loqueretur de Cæsare: conuersus ad accusatorem Cæsar Augustus, Velim (inquit) hoc mihi probes: efficiam ut Aelianus sciat, me quoque lingua habere, plura enim vicissim de eo loquar. His minis contentus, nihil postea de illo inquisiuit. Suetonius.

Tiberius.

Suprà apoph. de Clementia.

Fl. Vespasianus.

De iurgio quadam inter senatorē & equitem Romanorum ita pronuntiavit, ut diceret, Non oportere maledici senatoribus: remaledici vero, & ciuilē falso esse: prærogatiuam enim dignitatis ipse sibi ademit, qui lacefuit. Suetonius.

Huc refer apoph. de Conuicio, In iuria patentia, & Detractatione.

*De malitia.**Thales.*

* Quid nocentissimum esset interrogatus? malitia dixit. Nocet enim illa bonis etiam, si attigerit, Stob.

Democritus.

* Malitia, inquit, res est quæ facile capitur. Nam dum in solum lucrum intenta est, incircumspecte obuiam se quæstui præbet, & temere persuadetur. Stobæus sermone 2. de malitia.

Socrates.

* Hominem cui ex malitia spes dependet, similem esse dicebat illi qui nauim infirmæ anchoræ committit. Idem.

Epiſtetus.

* Quemadmodum , inquit , vipe-
ram, aut aspidem, aut scorpium in e-
burneo aureo vel ſcrinio inſpiciens,
non propter materiæ pretium ipsa
dilgis aut magni facis tanquam fe-
licia animalia, ſed potius propter na-
turæ iſporum exitialem vim abhor-
res ac detestaris: ſic etiam in diuitiis
& fastu fortunæ malitiam videns in-
effe, nō ad materiæ ſplendorem ob-
ſtupesce , ſed morum prauitatem
contemne. Stob.ser.5.

Idem.

† Turpe eum, qui apum mune-
ribus dulcem facit potionem, Deo-
rum munus rationem , amaram red-
dere vitio. Stob.ser.2.

Seneca.

† Malitia iſpa maximam partem
veneni ſui bibit , hoc eſt authorem
ſuum premit imprimis & grauitate
afficit. Epift.81.

Idem.

† Nemo eſt extra periculum mali-
tiæ , niſi qui eam totam excuſſit. E-
pift.75.

*Vide apophth.de vitiis variis hoc
volumine ſuo ordine de-
cripta.*

De malo & malis.

Plato.

EA quæ mala dicuntur , malis
bona, iuſti verò mala eſſe di-
ebat. Bona rurſus, bonis quidem ve-
rè eſſe bona, malis autem mala. Stob.
erm.2.

Dion philes.

* Res malas ſeu improbas dice-
at nunquam in eodem ſtatu mane-
re , ſed ſubinde moueri, & in maio-
rem crescere petulantiam , nec vi-
lum certum modum aſsequi. Stob.
ad.ser.

Hyperides.

* Incipientibus malis obſtruere;

tas eſſe vias dicebat. Nam cùm ſe-
mel (inquit) radices egerit , & in-
ueterata fuerit malitia , tanquam
congenita ægritudo, diſſicilis extin-
etur fit. Stob.ser.44.

Socrates.

* Iniuriam, inquit, facere , & non
obedire meliori , ſive Deo , ſive ho-
mini, malum ac turpe eſſe ſcio. Nun-
quam enim vel metuam, vel fugiam
illa , de quibus an bona ſint incertus
ſum, magis quām mala, quæ mala eſ-
ſe non dubito. Plato in apol.Socra-
tis.

Democritus.

* Malum, inquietabat, etiam ſi ſolus
ueris, neque dixeris, neque feceris.
Diſce autem teipſum multò magis
quām alios reuereri. Stob.ser.31.

Pythagoras.

* Vir malus plus mali patitur af-
flictus conſcientia , quām ille qui in
corpo reuertitur & flagris cæditur.
Stob.ser.24.

Idem.

* Qui de malis, inquit, pœnas non
sumunt, bonos affici volunt iniurijs.
Stob.ser.44.

Epiftetus.

* Si cupis, inquit, bonus fieri: pri-
mūm crede quod malus ſis. In En-
chirid. & Stob.ser.de virtute.

Iamblichus.

* Dicebat, quemadmodum ſuppu-
tato ſatiuſ eſt vri quām ita manere:
ſic etiam malo viro mori , quām vi-
uere. Stob.ser.44.

Archytas Pythagoreus.

* Semper , ait , infelicem oportet
eſſe malum , ſive adſit materia,
malè enim ea vtitur ; ſive ea cāreat.
Sicut cæcus , ſive lumen habeat , &
claritatem viſibilem : ſive in tene-
bris degat. Stobæus ſermone de vire
tute.

*Vide apophth.de Improbitate, & re-
liquis viis que toto hoc
opere perſtrin-
guntur.*

*Xenocrates.***De mancipiis.***Diogenes.*

Graeci mancipia, præcipue fugitiua, vocant *αιδός πάτωσις*: quæ dicitio videtur composita ex viro & pede, cuius Grammatici variam reddunt etymologiam. Cùm igitur quidam improbus Diogenem interrogasset, quare mancipia fugitiua dicerentur *αιδός πάτωσις*? Quoniam, inquit, pepes habent virorum, animum autem qualem tu nunc habes, qui hoc percontaris: sentiens, illi esse mentem non hominis, sed pecudis. Laert. lib. 6.

Idem.

Iactante se quodam, ac dicente: *Niros supero in Pythiis: Imò, respondit, potius vincis mancipia.* Lusit ad vocum cognationem, *αἰδός πάτες & αἰδός πάτωσις*. Mancipia autem appellabat omnes eos, qui cupiditatibus propriis seruirent. Idem.

Aristippus.

Suprà de educatione & institutio-
ne liberorum.

Seneca.

† Errat si quis existimat servitutē in totum hominem descendere Pars melior eius excepta est. Corpora obnoxia sunt, & adscripta hominis: mēs autem sui iuris. Corpus venditur & emititur, interior illa pars mancipio dari non potest. Ab hac quicquid venit liberum est. li. 3. de Benef. c. 20.

*Vide apoph. de Seruis.***De mansuetudine.***Chilon.*

Decuit, potentiam adiungendam mansuetudinī, ut à suis princeps nō tam metum extorqueat, quām impetrat reuerentiam. Reuerentia comes est amor, metus odium. Amari aurem non solum honestius est, verū etiam tutius. Laert. li. 1. cap. 4.

Cùm passer futurus accipitri præda in sinum Xenocratis philosophi volasset, cum humaniter defendit, dicens: Nō oportere supplicem prodebat. Plutarch.

Archidamidas.

Cuidam Charilaum regem laudanti, quod pariter erga cunctos fuisse mitis ac mansuetus: Et qua fronte laudetur aliquis, respondit, qui erga sceleratos se mitem præbebat? Perspexit vir egregius mansuetudinem eum iustitia coniunctam esse oportere. Alioqui principis in facinorosos lenitas, quid aliud est, quām in bonos crudelitas? Plut. in apoph.

Cleomenes.

Cùm è ciuib⁹ quispiam apud Cleomenem diceret, bonum regem omnino erga omnes mitem & placidum esse oportere: Sed haec tenus, inquit, ne sit contemptui. Significans erga improbos mansuetudinem nimiam esse inutilem ciuitati: norānsque quorundam mores, qui principes veherenter bonos & clementes, cùm impensis amare debuerint, habent cōtemptui. Est quidem præcipua virtus in principe comitas ac mansuetudo verū ob malorum ingenium hæc ita temperanda est, ut principi sua constet authoritas. Plut. in Laconici apoph.

Aristoteles.

* Mansuetudinem describens, dicebat virtutem esse animosq; facultatis, qua prædicti ægrè mouentur aīram. Mansuetudinis autem esse posse moderatè ferre obiecta crimina & contemptus, nec celeriter rapi in vltiones, nec facilè moueri ad iras sed moribus comem esse ingenioq; quieto & stabili. lib. de virtutibus.

*Titus Vespasianus.**Supra de Clementia.**Vide apoph de Clementia &
Humanitate.*

Ostendent terris hunc tantum fata, neque ultra
Esse invenimus, &c. Dion Calsius.

De mathesi.

Aristippus.

CVM ciuib[us] suis nauigans, naufragio eieetus in littore mari[us] vidit figuras mathematicas in hareria depictas. Salua, inquit, res est, iominum vestigia conspicio. Vouuit ostendere vir sapientissimus, eos emum esse homines, qui cognitione diuersarum artium à ceteris animalibus different. Vitrupius lib. de Architektura, & Erasm. lib. 3. poph.

Socrates.

† Geometriam in sola contemplatione versantem, & nunquam ad ovis accendentem serio reprehendat, quod in iis occupata mens humana, nihil vita dignum praestare deretur, immodico veri imaginarij studio boni exercitationem gligens. Xenophon. libro 4. Memorab.

Anaxagoras.

† Interrogatus cur se natum arbitretur? Respondit, ut cœlum & terram contemplantur. Laer. li. 2.

Diogenes.

Reprehendebat mathematicos, quod solem, lunam & stellas intueratur, ea autem non viderent, quæ ante pedes. Laertius libro 6. oph.

Ariston.

Eos qui encyclopediæ & mathematicis disciplinis vacarent, negligunt philosophia, similes dicebat esse oīcis Penelopes, qui cum ipsa pot non possent, ancillis miscebant. Stobæus sermone 2. de Imprudentia.

Hadrianus imp.

Iadrianum Romanorum imperatorem ferunt ex matheseos peritia sciuisse futura, ac Varum non longævum dixisse ex Virgiliano mine:

De matrimonio.

Thales.

* **R**oganti matri ut matrimonium riniret, nondum esse tempus dicti: deinde maior natu, non amplius esse tempus. Plut. & Stob.

Idem.

* Interrogatus, cur in vigore ætatis liberos non procreasset, respondit, Quia nolui sponte negotium vietæ facessere, & eius tranquillitatem turbare. Stob. ser. 66.

Lycurgus.

* Dicebat cum semel uxoris benevolentia in maritum priuata est, minime vitalem ei reliquam vitam esse. Stob. eod. ser.

Epaminondas.

* Interrogatus, quidnam utilitatis caperet vir innuptus? respondit pro patria mori non dubitare. Ibid.

Vide apoph. de Coniugio, & infrā de nupiis.

De medicina.

Diogenes.

CVM consideraret hominum vitam, videns medicos & philosophos, dicebat nullum animal hominem sapientius esse. Verum cum vide-ret coniectores, & huius generis alios aiebat, sibi nihil homine videri stultius. Laer. li. 6.

Nicocles.

Medicos felices nominabat, quoniam successus quidem ipsorum sol intuetur, errores autē tellus operit. Ant. par. 1. ser. 56. Melis. Max. ser. 50.

Stratonicus.

Ad medicum quædam dixisse fertur, Laudo tuam experientiam, quia non sinis infirmos computarescere, sed statim eos à vita liberas. Antō. in Melis. par. 1. ser. 56. Sed hoc Nicocli adscribit Max. ser. 50.

Didymus.

Didymus perfectum medicum esse dicebat, non quidem qui omnino curarer, sed qui nihil eorum, quæ ad vertilitatem ægri, & curam pertinent, omnittit. Ant. in Meliss. par. i. serm. 56. Max. ser. 50.

Trophilus.

Interrogatus, quis perfectus medicus fieret? dixit, Ille qui possibilia & impossibilia discernere potest. Stob. scr. 100. Max. ser. 50.

Philotimus.

Cuidam ostendenti digitum exulceratum, qui hepar haberet tabidum (id enim ex colore deprehendit) Non est tibi, inquit, ò bone, periculum ab vnguium vitio. Idem ferè sit ab omnibus: ut de leuioribus malis querantur, grauiora dissimulent, Erasmus libro 6. apophtheg. ex Plutarcho.

Quintus Pergamenus.

† Romæ ægrotum quandam diuitem à prandio visitabat. Æger capitis dolore laborans, vini odorem quem Medicus iste benè potus exhalabat, non ferens, hac ipsum de remodestè monebat. Tum ille: Odore vini ab homine sano ægrè ferre noli, quandoquidem neque ego fabricantis tui odorem auersor. Galen. lib. 6. Epidem. Com. 4. Aphor. 9.

S. Sulpitius.

† Noli imitari malos medicos, qui in alienis malis profitentur tenere se medicinæ scientiam, ipsi se curare non possunt. In Epistol. ad Ciceronem.

Anonymus.

Medicus quidam ægrotanti dedecitat pharmacum, eoque sumpto conualuit ægrotus. Euenit ut aliquanto post idem morbus recurreret, ægrotus cum ad idem pharmacum, quo prius conualuerat, confugeret, nec sentiret remedium, accessit medicus, admiratus quâ factum esset, ut eadem medicina quæ prius depulisset morbum, postea magis aggrauaret? Ha-

ius rei causam sciscitanti, medicus facetè respondit: Fateor idem fuisse pharmacum, sed ideo non profuit, quia ego non dedi. Sentiens, medicorum esse dare pharmaca, qui norunt quando & quomodo danda. Quæ prosunt iuueni, nocent seni: & contra quæ iuuant cœlo tepido, lœdunt frigido. Hoc refertur ab Augustino.

Pausanias & Socrates.

Eum medicum censebat optimum Pausanias, qui non fineret ægrotos extabescere, sed quamprimum seperaret. Inhumanior quidem videtur hæc sententia, sed tamen à Socrati opinione non multum abhorrens qui vult, admodum valetudinario nec illa iam ex parte utiles reipublicæ quo animo debere è vita decidere sic tamen, ut nemo sibi vim adferat sed honestis actionibus immoriatur. Certè non appetat quid magnificiant, cum quatuordecim medici multo tempore immodicis impendiadmituntur, ut anni iam præmortuam in unum alterumve menser proferant. Quid enim aliud agunt nisi quod arte sua mortem reddur longiorem: quasi hoc cuiquam sanit optabile, diu mori? At viri sapientes mortem inopinatam ac breueri judicarunt optimam. Plutarchus in Lacon.

Demades.

Maiorem gratiam medici debiri dixit, qui morbum ingruentem accent, quam qui iam præsentem expellerent. Magis quippe optandum est, omnino non pati, quam à passionibus liberari. Ant. in Meliss. par. ser. 56. Max. ser. 50.

Hieron.

Medicum tum demum ægroti micum esse dicebat, cum in extrema necessitate se diligentissimum stendit. Anton. in Meliss. par. i. sermon 56.

Dionysius sen.

Post alias multa sacrilegia in Epidauro, Aesculapio barbam auream deti

tetraxit, quod negaret conuenire, cum Apollo Aesculapij pater imberns fuisset, ut filius barbam aleret. inoxit autem ideo antiquitas Aesculapium barbatū, ut innuerent, in medico multarum rerum usum & experientiam requiri. Val. Max.

Tiberius Cæs.

Dixisse fertur, eum hominem sibi ideri ridiculum, qui sexagesimum ratergessus annum, manum porri-cret medico. Sentiens, hominem tā randem natu scire oportere, quo-modo iam sibi mederi debeat. Porri-unt manū medico, qui consulunt lum, explorantem pulsus venarum. ras.l.6.apoph.

Maximilianus Imp.

+ Adeū ægrotantē aliquando spe-cri medicorum turba confluxit, ingulos seorsum introduci iuber, nec um redditā salute: Medice, quot? exclamat. Cæteris se posse re-spondere negantibus, tacitè verò uasi delirium Imp. irridēntibus: po-remus introducitur senex, expe-riencia quām doctrina clarior. Is in-imo statim congressu Imp. rogan-. Quot? Quod tua pace dixerim Cæ-r clementiss. innumerōs respondit. bridens Imperat. Ingenua confes-sio, ait, Cæsareum te medicum fecit. Ed tu porrō experimentis per mor-bis abstine, inuentis ex fide vtere. singerus Vol. 5. libro 2. Theat. viræ um.

De medicina con-tempta.

Diogenes.

Idens quendam medendi artem iam profitentem, qui prius fues-t palæstrites, sed ignauus: dixit illi, ne os qui te ha-ctenus deicerunt, inc vicissim deiicies? Deiicit lu-ga-r, quem superat: & deiicit medi-cis, quos in luctum coniicit, aut e-

tiam in sepulchrum. Similis locus est apud Martialem, de eo qui ex medi-co factus est hoplomachus. Laërtius lib. I.

Idem.

Didymon, qui vulgo audiebat adulter, curabat oculum virginis. Ei Diogenes dixit: Vide ne corrumpas pupillam. Hoc dictum apud nos perdit suam gratiam. Apud Græcos autem νόην & virginem sonat, & oculi pupillam. Lusit igitur ex ambiguo Diogenes Laërt.l.6.

Nicocles.

Quum malus quidam medicus di-ceret, se magnam habere potestatē: Quidni, inquit, ista dicere liceat, qui tam multos impunē sustulerit? Max. serm. 50.

Anonymus.

Sapiens quidam, cùm imperitus medicuse dixisset, Senex factus es: respondit, Bene quidem, & satis felici-ter: medicō enim non usus sum. Antonius in Melissa parte 1. sermo-ne 56.

Aristoteles.

Cùm morbo teneretur Aristoteles, & medicus ei præceptum quoddam iniungeret: Ne, inquit, me cures, vel vt bubulcum, vel vt fossorem; sed prius causam edissere: sic enim facili persuasione memorigerum reddide-ris. Docens, his nihil sine causate-meraque proferendum esse. Eliani. 1. 9. de Var. hist.

Arcesilaus.

Dicere solitus est: Quemadmo-dum ubi multæ leges, ibi plurimum vitiorum: ita quoque ubi multi sunt medici, ibi etiam sunt multi morbi. Laërt. 1. 4. c. 6.

Pausanias.

Medicus quidam inuisebat Pau-saniam, dicebat, Nihil habes mali: Non enim, inquit, te medico vtor. Hoc ipsum quod nihil habebat ma-li. adeo non acceptum ferebat me-dicis ut eos solos iudicaret prospe-

ra esse valetudine, qui medicis non vtereatur. Id ut perpetuo verum non sit, tamen extra controversiam est, maximam malorum partem à medicis proficisci, vel quia sint imperiti, vel quia negligentes, vel quia ambitione quæstûve corrupti. Plutarchus in Lacon.

Idem.

Quum ab amico argueretur, quod de medico quodam male loquereur à quo nec illa re Iæsus esset, nec cuius fecisset periculum: Si fecisset (inquit) periculum nequam viuem. Plut. in Lac.

Agephilus.

Quum medicus quidam Agephilus regi præscriberet curationem nimis exactam, minimèque simplicem, qualis esse solet apud Lacedæmonios: Per Geminos, inquit, sumam quæ præscribis, si mihi prorsus est in fatis ut non viuam: etiam si nō omnino sumpsero. Significabat, eiusmodi curationes citius acceleratas mortem, quam depulsuras morbum. Nec tam operosa pharmaca sumenda, nisi ei qui destinavit mori. Omnibus in rebus ei genti placuit frugalitas ac simplicitas. Plut.

Philippus.

Suprà de iocose dictis.

Menechmus.

Rogatus à medico, qui putabat eum insanire, Dic mihi hoc. Solent ne tibi unquam oculi duri fieri? Urbanus respondit: Quid? Num me locutam esse censes, homo ignauissime? Brus. ex Plut.

M. Cato.

+ Summo odio non medicinam sed medicos prosecutus est: ita ut ad M. filium scriperit: Bonum est eorum literas inspicere, non perdiscere. Quandocunq; ista gens suas literas dabit, omnia corruptet: tunc etiam magis, si medicos suos huc mittet. Iurarunt inter se barbaros omnes necare medicina: Sed hoc ipsum merecede

faciunt, ut fides ijs sit, & facile. Plin. lib. 29 c. 1.

Plato.

+ In hac artium sola euénit, ut cuicunque medicum se professo, statim credatur, cum sit periculum in nullo mendacio maius. Nulla vero lex est, quæ putiat in scitiam: nullum exemplum cum vita. Discunt periculis nostris, & experientias per mortes agunt, medicumque tantum hominem occidisse impunitas summa est. Imperitos nimirum & improboi arguisse credendus est Cato. Plin. ibidem.

Hadrianus imp.

Hadrianus imperator moriens, dixit illud vulgatum: Turba medicorum Cæsarem perdidit. Arbitror illū huc detorisse Græcum proverbiū, πολλοὶ σεχτηροὶ καθίσαντες πάλεσσιν, πολλοὶ δὲ ιστεγοὶ τῷ βασικῷ αἰαλέσσιν. Quæ quam & hodie verum est, turbā medicorum multis causam esse mortis. Dion Cassius.

De mediocritate.

Philoxenus.

Dicebat esse iucundissimas carnes, quæ carnes non sunt: & suauissimos pisces, qui pisces non sunt, quemadmodum amoenissimam esse navigationem iuxta terram, & ambulationem iuxta aquam. Eras. lib. 6. apoph. ex Plut.

Cicero.

+ Nihil est, quod tam deceat, quam in omni re seruare mediocritatem. 1. & 3. off.

Lycurgus.

Interrogatus, quam ob rem statuisset, ut ad ædium culmen imponendum fabri securi vterentur, ad fores verò addendas sola serra, nec ullo alio instrumento. Ut, inquit, ciues mediocritatem seruent in omnibus quæ apud alios sunt admirationi. Videha-

etur enim parum decorum esse , si per ostium rude inferrentur exotica pretio chara, arte operosa , &c. Plut. in Laco.

Seneca.

Nero sibi comparat aulæum quoddam insigne , tum pretio , tum pulchritudine. Id videns Seneca , Declarasti, inquit, te esse pauperem. Causam rogante Nerone : Quoniam i illud amiseris , inquit , non poteris aliud parare simile. Euenit ut illud aulæum naufragio periret . In ioc autem profecerat Senecæ admodum , ut Nero iacturam adamatæ rei erret moderatius. Qui nummum habet unicum , quo amissæ non queat iterum promere , pauper est , Tuttimum igitur est , mediocribus ac paabilibus delectari. Erasm. libro 6. poph.

Alphonsus.

Optimum factum sibi mederi dibat , si voluntas nostra inter amorem ac metum media intercederet . et quantū amor ad excessum impellere , tantum timor illam è diuerso traherent . Sensit autem mediocritatem in omnibus esse optimam , & omnium actiones media voluntate imperandas. Panor. l. 4. de reb. gest. Iphonsi.

Vide apoph. de Temperantia.

De memoria.

Socrates.

Ocrates literas , quas vulgus putat repertas iuuandæ memorie caudixit vehementer officere memor . Olim enim homines si quid audent dignum cognitu , non libris , l' animo inscribebant : hac exercitione confirmata memoria , facile rebât quisquid volebat : & quod isque sciebat , habebat in prom. Post , reperto literarum usu , dum ris fidunt , non perinde studueat animo infigere quod didice-

rant. Ita factum est , ut neglecta memoria cultu , minus viuida esset rerum cognitio , & pauciora quisque sciret : quandoquidem tantum sciimus , quantum memoria tenemus. Eras. l. 3. apoph.

Antisthenes.

Suprà de Librorum fiducia & multitudine.

Themistocles.

Ludum præteriens , in quo dicetur esse professor , rogauit quid is proffiteretur : cum responsum esset , artem memorie hic doceri , contempserit , dicens : At ego mallem artem obliuiscendi . Verum hæc vox digna fuit eo qui linguam Persicam intra annum potuisse scere. Plut. in Græco. apoph. Meminit Cicero lib. 2. de oratore.

Idem.

Cum Themistocli Simonides , aut quis alius , artem memorie pollicetur : Oblivionis , inquit , mallem . Nam memini eorum quæ volo , obliuisci non possum quæ volo. Cicer. lib. 2. de Finibus bonorum & malorum , & 5. Academicarum quæst.

Polemon.

Proconsul torquebat prædonem quandam : cumque dubitaret quod supplicij genus esset de illo sumptuoso , superueniens fortè fortuna Polemon , lube , inquit , illum ediscere veterum scripta. Ipse quidem Polemon multa edidicerat , sed in exercitatione nihil ducebat laboriosius ac molestius , quam ediscere: eoque Fabius iubet hoc tedium protinus à pueris devorari. Philostr. in Sophist.

Appius Claudius.

Cum apud Scipionem iactaret , se omnes Romanos posse memoriter nominatimque salutare : ille , Bene , inquit , narras. Ego enim non ut multis cognoscerem , sed ne ab yllo ignorarer , adnixus sum. Bruson. lib. 4. cap. 4.

Cass. Seuerus.

Cum ex Senatus censu libri il-

lius exureretur: Nunc, inquit, superest ut ipse viuus comburatur, qui illos edidici. Quid animo inscriptum est, nisi cum vita eripi non potest. Eras. l. 8. apoph.

Cicero.

† Memoria minuitur (sc. in senectute) nisi eam exerceas: nunquam tamen senem quenquam audiui oblitum, quo loco thesaurum obruisset. In Catone maiore.

Claudius Cæs.

Cum cūdam notam appositam, deprecantibus familiaribus ademissem: Litura tamen, inquit, extat. Sentiens, etiam remissa culpa, manere tamen infamia prioris vestigium. Al ludens ad scripturam, quæ licet spolia delcatur, aut graphio radatur; relinquitur tamen literæ vestigium. Eras. libro 6. apophthegm. ex Suetonio.

De mendacio.

Thales.

A Quodam rogatus quantum à vero Falsum abesset? Quantum, inquit, oculi distant ab auribus. Sensit autem, eos plerunque mentiri, qui audita, non visa referunt aliis. Max. germ. 35.

Aristoteles.

Interrogatus, Quid lucri facerent mendaces? Ut vera, inquit, loquentibus non credatur. Laertius libro 5. cap. 1.

Anacharsis.

Aiebat se mirari, quæ fieret, ut Athenienses qui prohiberent mentiri, tamen in cauponum tabernis palam mentirentur. Qui vendunt merces, emuntque, lucri causa fallunt quemcunque possunt: quasi quod priuatum esset turpe, siat honestum, si publicè facias in foro. At in contractibus maxime fugiendum erat mendacium.

Sed tūm maximè mentiuntur homines cūm maximè negant se mentiri. Apud Athenienses lex erat, quæ iubebat dī ἀγροῦ ἀθλῶν ēiv. Laertius l. 1 cap. 9.

Aesopu.

Sciscitatus, quid lucri accedere mendacibus? Ut eis, inquit, etiā cūtura dicunt, fides non habeatur. Maxim. 35.

Archidamus.

Chius quidam iam senex in Lace dæmonem peruenit, qui quidem alioquin erat arrogans, sed sene &uti suæ ipsius pudebat: quare canos tintura obliterare conabatur. Progressus autem in publicum, de rebus orationem habuit quarum gratia veniat: tum surgens Archidamus, dixit. Quid ille tandem rectum diceret, quæ mendacium non in anima solùt sed capite quoque circumferret? Stcer. 10. ex Theophrasto.

Anonymous.

Laconi cūm quidam dixisset, Mētiris: v̄rbanè Lacon, Quia (inquit) liberi sumus: sed alij, si quando vel non dixerint, s̄tibunt. Plut.

Epanetus.

Dicere solitus est, mendaces omnium scelerum & iniuriarum authores esse. Plut. in Lac.

Anonymous.

Quidam mirantibus, quod humile candelabrum emisset: Pransorium erit, inquit. Eludens iocoſo mendacio, ne parcus videretur. In coniuictum humilioribus candelabris, exactius perindeamus quæ sunt aposita. Eras. l. 6. apoph.

Persæ.

Inter peccata, duo grauissima numerabant. Prius esse debitorem: alium, mentiri, quod oberari plerumque mentiuntur, dum pollicentur in die nec præstant quod pollicentur. I. Herodoto.

Cyrus.

Diceret ad Armenium solebat: Cogni-

innino non mentiendum esse. Aper-
tum enim mendacium hominib. ma-
xime impedimento esse ad veniam
consequendam. Danda est quippe his
venia, qui ex inscitia vel errore men-
tiuntur: verum hi qui data opera a-
vertē nugantur, nulla venia digni-
fiant. Xen. lib. 2. Pædiæ.

Galba.

Galba, quodam iactante, quod in
Sicilia murēnam quinque pedes lon-
gam emisset: Nihil, inquit, mirum,
iam ibi tam longæ nascuntur, ut his
viscatores pro rebus cingantur.
Mendacium evidentiore mendacio
lerisit. Fulgosius li. 4. cap. 18. Erasm.
lot. l. 6. apoph.

Cicero.

Fabiæ Dolabellæ dicenti, se tri-
inta annos haberc: Verum est, ini-
uit, nam hoc iam viginti annos au-
io. Volebat ille iunior videri, quām
at. Itaque Cicero elusit illam simu-
ita assensione, significans interim
lam esse quinquagenariam. Erasm.
.4. apoph.

Idem.

Obiicientibus, quod à reo pecu-
iā accepisset, qua magnificas quas-
am ædes esset empturus: Fatebor,
iquit, accepisse me, si emero. Eas
cum esset mercatus, exprobrantib.
initatem: An nescitis, inquit, boni
iurisfamilias esse, dissimilare si
uid constituerit emere? Erasm. l. 4.
apoph.

Idem.

Iulium Curtium, quod iunior vide-
tur, multa de annis ætatis suæ mē-
tentem, ita redarguit: Ergo, inquit,
iuni vñā declamabamus, non eras-
itus. Erasm. 4. apoph.

Augustus Cæsar.

Iulia Cæsaris Augusti filia, cum
aturre canos habere capillos cœ-
sse, habebat comprices quæ ca-
nos capillos sublegebant. Verum
cum Augustus pater intervenisset
am, canos capillos super vèstes fi-
z vidit, quos euulserant, cum zu-

tem, aliud agens, rem dissimulasset;
demum post multa interrogavit fil-
liam, Vtrum post aliquot annos cana
esse mallet, an calua? Quumque illa
respondisset se canam esse malles;
Cur ergo, inquit, tuo iussu & insti-
tu istæ ante tempus caluam te face-
re student? Et sic prudenter mendac-
ium in filia deprehēdit ac corrigere
studuit. Erasm. libro 4. apophthki.
ex Sueton.

P. Nigidius.

+ Vir bonus, inquit, præstare debet
ne mentiatur, prudens ne mendaciū
dicat. Alterum incidit in
hominem, alterum non. Gell. l. xi.
cap xi.

*De mendacio vrbane
excusato.*

Plato.

Dicebat mendacium conceden-
dum esse medicis, aliis verò mi-
nimè. Medici quippe, vt ægrotan-
tium animos consolentur, promittunt
sèpè sanitatem, etiam in ipso mortis
agonē, ne animum desponteant. li. 3,
de Repub.

Phocion.

Aristogiton sycophanta in sermo-
nibus nihil nisi arma bellaque sona-
bat: quum verò intellexisset dele-
ctum militum haberí, simulata vale-
tudine crus obligabat, baculoque in-
nixus ceu vulneratus, claudicans pro-
diit in publicum, cùm Phocion à tri-
bunali prospiciens, ait: Scribe Ari-
stogitonem claudum, & eundem im-
probum atque mendacem. Plut.

Stratoles.

Superatis pugna nauali Athenien-
sibus, summa celeritate coronatus;
faustū victoriæ nuntium attulit, vnde
supplicationes decretæ, epulumque
per vnamquamque tribum con-
stitutum. Sed biduo post, cùm verus
nuntius calamitatis afferretur, uni-
uersus populus in Stratoclem exar-

fit. Tum ille: Quid, inquit, viri Athenienses vobis molesti intuli? duos dies summa estis ea causa in voluptate versati. Fulgo. li. 4. cap. 18. & Erasm. li. 4. apophth. ex Plut.

Xenophanes.

† Cùm narraret quidam se anguilas in aqua calida vidisse viventes: Ergo eas, inquit, in frigida elixabimus. Plutarch aduers. Stoicos.

Philippos rex.

Ab hospite quodam invitatus ad cœnam, inter eundum fortè obuios secū abduxit Vmbras. Vbi sensit hospitem turbari quòd tam multis non sufficeret apparatus, præmisso ad singulos amicos puerō, iussit vt placere seruarent locum: illi persuasi, dum placentam expectant, paululum e-debant, ita factum est, vt cœna sufficeret omnibus. Faceto ioco simul & elusit amicos, & hospitis pudori subuenit. Plut. in apoph. Reg. & Imp.

Augustus Cæsar.

Herennium adolescentem vitiis corruptum Cæsar castris excedere iofferat: quumque ille dimissus simplex ac plorabundus, apud Augustum hac deprecatione vteretur, Quo ore redibo in patriam? quid dicam patri meo? Dic, inquit, me tibi displicuisse. Quoniam pudebat adolescentem fateri, quòd ipse Cæsar displicuisse: Cæsar permisit ut sermonem inuerteret, culpam in ipsum conferret. Suet. August.

D e m e n d i c i t a t e , & m e n- d i c a n t i b u s .

Diogenes.

Q Vibusdam Diogeni probro verentibus, quod peteret, cùm id Plato non faceret: Imò, inquit, petit & ille, sed

Admoto capite, ut ne quisquam audiatur alter.

Abusus est Homericō carmine quod est Odyss. a. quo significauit Plato-

nem non minus esse petacem, nisi quòd ille clām peteret, ipse palām. Laer. li. 6.

Idem.

Posteaquam inopia compulsus cœpisset mendicare, his verbis solebat aggredi: Si cui alteri dedisti, da & mihi: si nemini, à me incipe. Significabat, se non inferiorem cæteris mendicis: itaq; vt qui daret quibuslibet, daret & Diogeni: qui verò tam parcus esset, vt nemini quicquam daret, huic tempus esse, vt aliquando dare inciperet. Laer. li. 6.

Idem.

A prodigo petebat minam, ille admiratus improbam postulationem, interrogabat, Cur ab aliis obolum petere soleret, à se autem minam? Quoniam, inquit, ab aliis iterum me accepturum ipero, à te autem fortassis nunquām, Laert. li. 6.

Aristoteles.

Obiurgatus à quodam, quòd dedit set eleemosynam homini malo: Non mores, inquit, sed hominis miseriam respexi. Laert. li. 5. c. 1.

Idem.

Ab alio, eadem de re castigatus, Non homini dedi, inquit, quicquam, sed humanæ sorti. Laert. li. 5. c. 1.

Stratonicus.

Cuidam laudanti ipsum, 'vt ali- quid acciperet: Ergo, inquit, maior mendicus sum. Sentiens, non esse mu- sicorum dare laudanti, sed accipere à laudatis. Athen.

Anonymus.

Lacedæmonius quidam videns quandam Diis corrogantem: Nihil, inquit, moror deos, qui me sint pau- periores. Hinc liquet, vetus esse, sub obtentu religionis exercere mendicitatem: quam plerunque tales collec- tæ non impendantur diuis, qui nullius rei sunt egeni, sed improbo- rum luxui ac libidini. Plutarchus in Lacon.

Idem.

Mendicus quidam petiit aliquid à Laco-

Lacone at ille: Si quid, inquit, dederō, magis es futurus mendicus. Verū istius probrosē vitē tuā fuit au thor, qui tibi primus dedit, tēque fecit inertē. Apud Lacedæmonios probro dabatur mēdicitas, quōd & otiū odissent, & minimo essent contenti. Benignitas autem in mendicōs, spe cie habet magnā virtutē: sed ea piorum hominum bonitas alit plurimorum malorum luxuriosam ignauiam. Idem.

Antigonius.

Trasillo Cynico petenti drachmā, Nō est, inquit, munus regium. Cynico subiiciente, Talentum igitur da: At non est, inquit, Cynicum tale munus accipere. Vt roque cornu repulit iostulatoris improbitatem, quem eā estimabat nullo dignum beneficio. Iutarch. in Reg. & imper. apoph.

Maximilianus Imp.

† A mendico fratris nomine salutis, & fraterno amore dignam elec tosynam dare rogatus, vbi ab Ad aio hanc consanguinitatem deduci udiuit, obolum astuto mendico de dit: Abi, inquiens, & à fratum quo bet tantudem exige, ac diuitiis, ne ubita, me longè superabis. Ægid. otroz. de dict. & fact. mem.

De mente.*Thales.*

Lim interrogatus, quid in tota rerum natura esset velocissimū? spondit, Mens humana. Discurrit im per vniuersa hominis cogitatio. Laer. li. 1. c. 1.

Pittacus.

* Quarenti, quid in minimo manuū esset? respondit, bona mens corpore humano. Stob. serm. 3. deudentia.

Anonymus.

* Mens est hominibus magnum imā frenum. Φυχὴ μέγας χάρης αὐθιπότερον γένεσι. Stobæus serm. dem.

Cercidas.

* Mentiū, inquit, est videre, mentis audire. Sed quomodo viderent sa pientiam, licet propinquam, viri quorum mentem lutum repleuit? Stob. serm. 4.

Rheginus.

* Dicebat mentem infirmam veritatis non esse capacem, sicut solare lumen imbecillius & impotens visus aspicere nequit. Ibid.

Socrates.

* Sicut ex ciuitate, quā bonis legi bus administratur, seditionem ho minem expellere oportet, ita, inquit, ex homine quem saluum cupimus, malam mentem. Stobæus serm. de prudentia.

Phocion.

Semper admonere homines sole bat, vt mente vigilarent, cuius somnus veræ morti finitimus esset. Stob. ser. de Prudentia.

Alphonfus.

Cūm pro more lectioni Seneca (quem præcipue semper coluit) incamberet, interrogatus à Daualō, purpatorū humanissimo, cur animus mortalium ita immensus, atque insatiabilis foret? respondit rex, animum hominis à Deo profectum, non prius cōquiescere, quām èo rediret, vnde profectus esset. Esse proculdu biò animum nostrum Dei & æternitatis capacem, & propterea neque impleri, neque satiari posse iis rebus quā fluxæ & incertæ essent. Pan. lib. 1. de Alphoni rebus gestis.

Seneca.

† Bona mens nec commendatur, nec emitur: & puto si venalis esset, non haberet emptorem. At mala quotidie emitur. Epist. 27.

De mercedis cupiditate.*Antisthenes.*

I interrogatus, cur tā paucos habet discipulos? inquit: Quoniam despello illos virga argentea. Sentīę

ideo paucos venire, quod magna
mercede doceret: vulgus autem ma-
gis amat pecuniam, quam sapientia,
& hinc Satyricus exclamat:

*Scire volunt omnes, mercedem soluere
nemo.*

Dicitum Antisthenis extat apud
Laert. lib. 6.

Aristippus.

Supradicte educatione & institutio-
ne liberorum.

Polemon.

Zeno Criticus, ubi iam in philoso-
phicis aliquantum profecisset, non
ramen contentus esse voluit: sed ad
Polemonem, ut in Dialecticis exer-
cetur, commeabat. Vnde Polemon
dicere solitus est: Sat scio ò Zeno, te
per posticum irrepare, & furari do-
gmata, quibus Placenicum more in-
dutus es. Notauit hoc dicto Zenonem,
qui furtim & gratis a præcep-
tore discere volebat, ut aliis postea
multa mercede venderet. Laertius
lib. 7. cap. 1.

Socrates.

Sæpenumero dicere solitus est, se
quidem discipulos decem docere mi-
nis, ceterum qui ipsum docuisset au-
daciā & vocalitatem, mercedis lo-
co daturum decē millia, vocis enim
exilitas, animique timiditas, redde-
bant Isocratem inutilem ad dicen-
dum. Erasm. R. o. li. 8. apoph.

Simonides.

Rogante quodam ut sibi conscri-
beret encomium, & gratiam se rela-
turum inquiete, argutum autem
non dante: Duas (respondit) arcas do-
mi habeo: unam quidem gratiarum,
alteram argenti. Et cum necessitas
exegit, gratiarum quidem arcam a-
periens, semper vacuam inuenio: al-
teram verò solūm commodam mihi
ad rem vitæ necessariam. Notabat au-
tem hominis sordissimi tenacitatem,
qui cupiebat multo studio ac labore
philosophi, suas decantari laudes,
nullum laboris præmium aliud offe-
rens quam gratiarum actionem, qua-

trib. verbis absoluuntur: cum interimi
philosophus tem ad viatum & ami-
cum necessarium non verbis, sed
promptis nummis coemere cogatur.
Stob. serm. de Injustitia.

Anonymus.

Philosophus quidam dicebat, ma-
gistros à discipulis magnani merce-
dem exigere debere. Ab ingeniosis
quidem quod multa discant: ab hebe-
tibus, quod multam molestia exhibe-
ant. Max. ser. 17.

Phænicides.

Cum apponenter pisces in conui-
cio, sed his duntaxat qui dedissent
symbolum, dixit, Marc quidem esse
commune, sed pisces in eo natos eo-
rum esse qui emissent. Erasm. lib. 6.
apoph.

Stratonicus.

† Cuidam miranti, quod totam
Græciam peragraret, nec tam diu in
vlla Ciuitate consisteret: Respondit,
Græcos omnes à Musis tributum ac-
cepisse, nunc autem vicissim ab illis
inscitie suę ipsorum mercedem exigi
Athen. 1.8.

Timotheus musicus.

Cum duplarem mercedem exi-
geret ab eo, qui sub alio præceptore
musicæ operam dedisset, interroga-
tus cur hoc faceret? Quia, inquit
duplex eriam labor mihi subeundu-
est. Primò quidem dedocendi vere-
ra, deinde docendi noua. Bruso. lib.
2. cap. 23.

Corax.

Corax primus apud Syracusas
mortuo Hierone, Rhetoricen insti-
tuit mercede profiteri. Lysias autem
adolescens paetus est cum eo, vi-
tum solueret, cum optimè Rhetori-
cam callerer. Verùm ubi artifex iam
factus, præmium custaretur, à præ-
ceptore ius vocatur. Sed cum que-
reretur, qui finis litis esset futurus?
Lysias ait: Si persuasero iudicibus
me nihil debere, non tradam præ-
ptori quicquam, quia iam vici: si
non persuasero, etiam non dabo.
quis

quia artem persuadendi à te non dico. Tum Corax: Imò, inquit, si persuaseris, dabis: quia artem calles: si minus, dabis etiam, quia non visisti. Et tum iudices subiecerunt, ~~κακονοεγένετο γένος~~ id est, malum corui malum esse ouum. Vide Prolegomena in Hermogenis rhetoricaem: Gellium libro quinto, capite decimo: qui simile quiddam de Protagora sophista, & huius discipulo Euathlo, narrat: L. Apuleium in Floridorum libris: Erastum Roterodamum in proverbio, Mali corui malum ouum.

Catherius.

Sabinus Clodius cùm vna die & Græcè & Latinè declamasset, quibusdam querentibus, quòd pusillam mercedem acciperet ex duabus declamationibus: Catherius ait, nunquam magnam mercedem accipere eos qui brevia pneumata docerent. Brus.lib.4.cap.31.

*De metu & timore, vel timiditate.**Socrates.*

Socrates Alciabiadem adolescentem, primum ob imperitiam trepidantem, ut sit, apud tantam multitudinem verba facere lepida εἰσαγωγὴ animauit: An non putas, inquit, ὁ Alciabades contemnendum futurum? Annuit An non præconem? quū & hic annuisset: an non contemneres, inquit, tabernaculorum opificem? Quum similia quedam proposueret, & is fateretur hos esse contemnendos, tunc Socrates: Atqui, inquit, ex his constat Atheniensium populus, quem tu vereris. Quorum si singulos putas cōtemnendos, quin minus etiam contemnas condensatores? Sed sit, non referre apud quām multos dicas, sed apud quām condensatores. Fit enim hoc miro modo, ut quos singulos despicias, congrega-

tos reuerearis. In conuiuio Platonis Socrates admiratur Agathonis audaciam, qui coram tot hominum millibus præsenti animo recitasset suam tragœdiā: cui quum Agathon respōdisset, se citius velle coram multis hominum millibus dicere quām apud vnum Socratem: Atqui in illis, inquit, millibus & Socrates erat. Fit enim & illud miro modo, ut quem vnum reuereare, in turba mixtum contemnas. Etas.lib.8.apoph.

Diogenes.

Suprà de Argutè dictis.

Aristippus.

† Quarebat ex eo quidam, cur in periculo naufragij expalluisse, ipse verò minimè? Non eandem, respondit, esse causam sibi atque illi: quoniā is quidem esset non magnopere sollicitus pro anima nequissimi nebulous: Ipsum autem pro anima Aristippi timuisse. Gell.li.19.ca.1.& Aelian.de var.hist.li.9.c.20.

Seneca.

† Si vultis, inquit, nihil timere, cogitate omnia esse timenda. lib.6.Nat. Quæst.in initio.

Socrates.

Cùm intelligeret, quantum sibi animi obesset timiditas, sè penumero dicere solitus est se suos quidem discipulos docere decem minis: verùm qui ipsum docuisset extra omnem timiditatē in concione loqui, mercedeis loco daturum decem millia. Sola enim timiditas & vox exilis reddebat hominem inutilē ad dicendum. Eras.lib.8.apoph.

Cleanthes.

Cuidam illi probri causa obiciēti, quòd esset timidus: Ideo, inquit, minimum peccato. Bona est timiditas, quæ deterret à turpibus, & reddit hominem circumspectum. Laert. libr.7. cap.1.

Xenophanes.

Quum ipsi Hermoneus timiditatem obiceret, quòd nollet secum tesseris ludere: Fateor, inquit, me non

solum meticulosum, verum etiam vehementer meticulosum, sed aduersus in honesta. Honestatimidas est, quem deterret a turpibus. Plut. de vitiosa verecundia.

Cleomenes.

Cleomenem cum quidam interrogasset, cur Spartiatæ non consecrarent diis spolia ab hostibus detracta? Quoniam, inquit, a timidis venerunt. Porro quæ parta sunt ab his qui ob timiditatem capti sunt, nec decet in tueri iuvenes, nec diis consecrata reponi. Plut. in Lacon. apoph.

Anonymus.

Quidam Metapontinus Laconi obiicieni ignauia: Atqui, inquit, non parum alienæ regionis possidemus. Ergo, inquit Lacon, non solum ignauie estis, verum etiam iniusti significans non posse fieri, ut quis meticulosus & imbellis multum teneat alienæ ditionis, nisi fraude partum, Plut. in Lacon.

Vibius Crispus.

Cuidam qui in foro Romæ loricatus ambulabat, prætexens id se pœnu facere, perquam scitè dixit Vibius Crispus, Quis tibi sic timere permisit? Ludens ex inopinato. Exspectabatur enim, ut obiurgaret hominem, quod præter consuetudinem Romanam armatus incederet. At ille increpuit hominem, quod sic timeret, quum liceret manere domi, si quid timeret. Eras. Rot. lib. 6. apoph.

Themistocles.

Quum Græcos ad navalem pugnam hortaretur, incitareratque, Admantus abhorrens a pugna, ita ad Themistoclem ait: At qui in certari nibus sante alios profiliunt, flagris læduntur. Bene quidem, respondit ille: sed nec ijjcoronantur, qui secundum pugnandum est, subducunt. Plut. in apoph.

Idem.

In Eretienses ita cauillari solebas, ut diceret eos similes piscium, qui

gladioli vocantur: quippe qui gladium quidem haberent, cor autem non haberent. Norans illorum ignauiam, quod armatis non adesset animus. Plut. in apoph.

Philippus.

Cum subactis Græcis, quidam autores essent, ut ciuitates præsidiis contineret, ne deficerent: Malo, inquit, diu bonus ac commodus, quam breui tempore dominus appellari: sentiens, regnum, quod beneficiis ac benevolentia teneretur, esse perpetuum: quod vi metuque, non esse diuturnum. Plut. in apoph.

M. Cæsa.

Suprà de authoritate,

Cicero.

Suprà de Fuga.

Augustus Cæsar.

Suprà de locosè dictis,

Caligula.

Caligula illud è tragœdia subinde iactabat: Oderint, dum metuant. Hanc ne quis miretur, eiusdem vox fuit, Vt nam populus Romanus unicam servicem haberet. Hanc emisit, infensus turbæ, fauenti Venetæ aurigarum factio[n]i, quum ipse faueret Praesinz. Eras. lib. 6. apoph.

Ludouicus xii. Gall. Rex.

† Bello Mediolanensi tormenta vi-tare monitus, Ecquem Regem Gallū vñquam pila necatū audiuitis? Re-spondit: Qui metuit, me clypei loco vtratur. Corrozetus de dict. & fact. memorial. Idem Carolum V. Imp. in Tunetana obsidione dixisse ferunt.

De militia & militibus.

Iphicrates.

Iphicrates censebat, militem & diuitiarum & voluptatum audum esse oportere: Diecns, illum audaciūs pericula subiturum, quo suis cupiditatibus suppeditaret. Plut.

Phocion.

Quum Laosthenis ducis milites con-

cinnæ

cinnè ornatos aspexisset , rogatus ,
qualis sibi ille exercitus videretur?
Bellè me hercule,inquit , ad stadium
decurrendum instructus .Plut.

Epaminondas.

Epaminondas dicere solebat , mi-
litum quibus arma gerenda sunt , cor-
pus exercitatum esse oportere , non
solum athleticè , verùm etiam mili-
tariter .Nam athletæ tantùm hoc a-
gunt , ut corpore sint robusto : at mi-
litem oportet corpus habere expe-
ditum & agile .Vnde & vehementer
obesis infensus erat , adeò ut huius-
modi quendam expulerit ab exercitu ,
dicens : Quod vix clypei tres qua-
tuorve regerent ipsius ventrem , per
quem nunquam vidisset sua puden-
da .Plut.in apoph.

Arehidamus.

*Videns filium suum nimis teme-
re contra Athenienses pugnantem:
Aut vires tibi sunt augendæ , dixit ,
aut minuenda audacia .Plutar.

Agesilaus.

Quidam conspiciens Lacedæmo-
niorum quendam claudum ad bel-
lum exeuntem , quum ei equum ve-
luti debili necessarium quereret :
Non intelligis , inquit Agesilaus , in
bello opus esse manentibus , quibus
decretum est in prælio aut vincere ,
aut mortem oppetere , non autem fu-
gientibus .Plut.in Lacon.apoph.

Phocion.

Quum Macedones irrupissent in
Atticam , ac maritima illius depopu-
larentur , Phocion eduxit iuuenes æ-
tate florentes , quorum multis ad ię-
plum concurrentibus , hortantib[us]—
que ut colle quodam occupato ibi
collocaret exercitum : O Hercules ,
inquit , quām multos duces , milites
verò perpaucos ! Notans iuuenilem
temeritatem , quæ duci præire cona-
retur , quum militis sit , non dare cō-
silium , sed ubi res postulat , bonam
pauare operam . Attamen commisso
prælio yicit , & Nicionem Macedo-
num ducem superauit . At non mul-

tò post tempore , bello deuicti Athe-
nienses ab Antipatro accepere præ-
sidium : Plut.in Græc.apoph.

Aratus.

*Laudante quoipiam virum despe-
ratum & audacem , & idcirco in-
bellis eximium : differre dixit magni-
facere virtutem , & vitam nihil face-
re .Stob.serm.51.

Ateas.

Hunc in modum scripsit Philip-
po : Tu quidē imperas Macedonibus
bellandi peritis , at ego Scythis , qui &
cum fame & cum siti pugnare va-
leant .Significans , hac parte Scythes
ad bellum esse magis idoneos .Plut.in
apoph.

Antiochus.

Ostendebat Hannibali in eampo
kopias quas bellum contra Roma-
nos suscepturus comparauerat , nem-
pe exercitum insignibus argenteis
aureisque florentem : inducebatque
etiam currus cum falcibus , & ele-
phantos cum turribus , equitatū-
que frenis , ephippiis , phalerisque pre-
fulgentem .Atque ibi rex tanto tam-
que ornato exercitu gloriabundus ,
Hannibalem aspicit : & ,Putasne sa-
tis , inquit , esse Romanis hæc omnia ?
Tum Pœnus ignauiam vanūmq[ue] ap-
paratum militum irridens : Planè , in-
quit , satis esse credo hæc Romanis ,
etsi auarissimi sint . Bruson.libro 2.
cap.32.

Pescennius.

Interrogatus , cur omnia vasa ar-
gentea à castris amouisset ? Quia , in-
quit , potuisset fieri ut sarcinæ milita-
res in potestatem hostium venirent ,
fierentque barbari argento nostro
gloriosiores .Brus.lib.2.cap.32.

P. Scipio.

+ Militem conspicatus vallum por-
tantem : Premi , inquit : mihi onerevi-
deris , & commilito .Quo respondet :
Valdè equidem Imperator .Sanè , in-
quit , Scipio : in ligno enim spem salu-
tis depositam habes , non in gladio .
Polianus lib.9.

M.Cato.

Videns quendam vehementer obesum, mirabatur cui usui tale corpus esse posset. Reipubl. cuius interguttur & inguen omnia venter occupat. Eras. lib. 5. apoph.

Anonymus.

Multis Othonem imperatorem roganibus, ne deposito imperio exercitum ac Rempublicam deserret: quidam è gregariis militibus sublato ense dixit. Scito Caesar sic protegimus animatos esse: moxque se ipsum iugulavit. Sueton.

Alex. Seuerus.

* Miles, inquietus, non timet, nisi vestitus, armatus, calceatus, satur, & habens aliquid in zonula. Lamprid.

*Vide plura in apophth.**de bello.*

De militum in rebus agendis ignauia.

Timotheus.

Audace quodam milite vulnus Atheniensibus ostentante, Et me, inquit Timotheus, puduit, quod cum ego in Samo dux vester essem, catapultæ telum prope me ceciderat. Significans, hoc vulnus illi non factum in prælio minus pugnantis, sed procul. At bono duci adeo cauedum, ut ne propè quidem iaculum vel possit accidere. Vulnus gladio factum, fortitudinem arguit: telo factum catapultæ, diligentia signum est. Plut. in apoph.

Empedocles.

In eum mirmillionem, qui retiarium insequebatur, nec feriebat armis, hunc in modum iocatus est: Vizum capere vult, timet igitur ne lethale homini vulnus infligat. Brus. li 5. cap. 12.

*Lysander.**Suprà apoph. de Ignauia.**Cyrus minor.*

Aiunt ipsum dicere solitu, quod porteat militem magis merueret dum quam hostes, si talis sit futurus ut custodias seruet, amicis abstineat & hostes citra tergiuersationem aggrediatur. Xen. lib. 2. expedit Cyri.

*Damatria.**Suprà de Filiorum abdicatione.**Anonyma.*

Lacena quodam, cum filium in strage quadam loco celiisse animaduerteret, domum redeuntem occidi curavit, ne posthac ignavia exemplum ceteris esset. Plut. in apoph. Lacenarum.

*Antalcidas.**Suprà apoph. de Ignauia.**Phocion.*

Cum militem suis reliquo ordine in hostes prodire consperisset, eundemque conspecto Macedone pedem retrahere: Te, inquit, hominem ignauissime, num bis iam deseriti ordinis pudet? Nam & quem Imperator tibi decreuerat, & quem tu te tibi locum delegeras, reliquisti Plutarch.

Xerxes.

Cum Xerxi nuntiatum esset, quam fortiter, quamque etiam felicitate Aitemisia rem gessisset in pugna nauili, dixisse fertur: Sibi foeminas fuisse viros, contraria viros fuisse foeminas, quod parum dextrè se gessissent. Herodotus lib. 8.

Myronides.

Creatus dux exercitus aduersus Boëtos, edxit ut Athenienses exirent. Cum autem adesset congregandi tempus, ducisque monerent, nondum omnes adesse: Adiuncti, inquit, qui pugnaturi sunt. Hos itaque cum videret promptos, hostem aggressus vicit. Sic interpretans, eos qui ob ignauiam non studiuerint tempestivè adesse, ne in pugna quidem bonam operam nauatueros. Plutarc. in apophthegm.

Theop.

Therycion.

Therycion Delphis rediens, cùm Philippi castra in Isthmo esse, angustiasque occupatas vidisset: O malos, inquit, ianitores vos Corinthij, quoniam ignavia Peloponnesus facile pertrahit. Brus.li.3.c.2.

Marcellus.

Quā ob turbatos ordines in Marcelli copiis vīctor Hannibal extitifet, reuersus in Castra Marcellus cōlocato exercitu, ait, Se quidē multa Romanorum arma & corpora, Romanum verò videre neminem. Plutarchi.

Scip. Africanus.

Militi, cui scutum erat elegantiū ornatum: Non miror, inquit, quod cutum rāta cura ornaris, in quo plus iabeas præsidij quam in gladio. Significans, illum ignavum militem. Nypeus tuerit, sed gladius fortitudinis organum est. Idem.

Hannibal.

Gisconi nuntianti, sibi admirabilem videri Romanorum instruētum ad pugnam numerū: Imò aliud, inquit, mirabilius te fugit. Quidnam hoc esset, sciscitanti Gisconi: Quod tam numerosa, inquit, hominum multitidine nullus appellatur Gisco. sed ducis iocus multum timoris detrahit, multumque alacritatis addidit nilitibus. Idem.

Fabius Maximus.

Salinator, quum ob eius ignaviam & incuriam Tarētum à Romanis decisset, arcem tamen retinuit: quum verò aliquot post annos Fabius Maximus oppidū pulso Hannibale recessisset, rogarētque eum Salinator, vt nemisset, opera sua se Tarentum cepisset: Quidni? inquit Fabius. Nunquam enim ego receperisse, nisi tu anississes. Notauit tacitè Liuij ignaviā. Plutarch.

C. Crassus.

Militem videns sine gladio curarentem: Heus, inquit, commilito: pugno bene uteris, festiuiter taxans in-

ermem militem, cui pro gladio pugno sit vtendum. Eras.li.6.apoph.

M. Cato.

Dicebat sibi inuisum esse militem, qui ambulans moueret manus, pugnans moueret pedes, clariūsq; sterteret quam in clamaret: pessimum autem imperatorem, qui sibi non posset imperare. Plut.in apoph.

Cicero.

Pompeij ignaviam Cicero vrbanissimè taxauit. Dicentibus enim, se ferò ad Pompeium venisse, respondit, Minime ferò, nam nihil hic paratum video. Quem fugiam igitur, sat tis video (Cæsarem intelligens.) sed quem sequar fortiter pugnātem non habeo. Plut.in apoph.

Huc refer etiam apoph.de

*Fugitiū.**De militari disciplina.**Anonymous.*

Vidam in acie, quum strictum iam ensem in hostem esset infixurus, quoniam interim signum datum est receptui canens, non infixit. Roganti verò cuidam, cur hostem quem in potestate habebat, non occidisset? Quoniam, inquit, melius est parere Imperatori, quam hostem occidere. Exemplum disciplina militaris, à qua immane quantum recesserunt, qui sub belli titulo mera excent latrocinia. Olim non licebat ferrire hostem, nisi tuba dedisset signū: eadem simulatque cecinerat receptui, homicidij crimen erat hostem interemisse. Plut.in Lacon.

Clearchiū.

Militum auribus subinde solebat inculcare: Militi magis esse metendum imperatorem, quam hostem. quæ vox mortem minabatur militi, qui parū graviter se gessisset in prælio. Honestius autem est cū laude viata impendere patriæ, quam cū dedecore pœna. Hoc dictū non quiuis mi-

lites laturi sint: sed hi facile ferebantur, quibus matres domi solebant edicere, ut aut victores cum armis redirentur, aut mortui inermes referrentur. Valer. Max. lib. 2. cap. 8. & Frontin. libr. 4. cap. 1.

Epaminondas.

Quum studeret Epaminondas Boeotos, otio dissolutiones continenter in armis habere, simul ut Boeoti de bello duce creando cogitareret, his verbis illos adhortabatur, Posthac consultate viri, nam si ege militia praeferat agam, vobis militandum est, adimens illis spem otij sub tali imperatore. Plut. in Græc. apoph.

Idem.

Idem scutatum militem senserat à captiuo quodam magnâ pecuniarum vim accepisse. Huic Epaminondas; Mihi, inquit, reddre clypeum: tibi verò cauponam emitto, in qua vitam degas. Post hæc enim noles eodem modo subire periculum, quippe iam unus de numero diuitiū ac beatorū. rectè iudicauit, timidum (ut est in proverbiis) esse Plutum. Magis enim metuit mortem, qui dum habet unde possit suauiter viuere. Plutarch. in Græc. apoph.

Lamachus.

Lamachus castigauit quendam è ducibus, qui deliquerat, & quum ille dixisset, In posterum isthuc non committam: Nō licet, inquit, in bello bis peccare. Error enim in bello mors est. Plut. in apoph. Stob. ser. 52. Ant. in Melis. par. 1. ser 67.

Philippus.

† In regione spatiose castrameturus, quum dicerent milites futuram ibi iumentis pabuli inopiam. O hercules, inquit, qualis erit vita nostræ conditio, si ad asellorum occasionem viuendum nobis est? Cœl. li. 8. cap. 1.

Lysander.

Infrā de Suspitione vitanda.

Braſidas.

* In milite tria requirebat, yelle,

vereri, ducibus obedire. Thucyd. lib. 5.

Pyrrhus.

Pyrrhus ei cui delectum militum commiserat, dixisse fertur: Tu grandes elige, ego eos fortes reddam. Significans, institutione fieri bonum militem. Fertur autem Pyrrhus disciplinæ militaris optimus fuisse magister. Plut. in apoph. Frontinus l. 4. ca 1. strategematum.

Hannibal.

Quum Romanorum legati conditiones pacis retulissent apud Carthaginenses, & Gisco quidam ausus esset suadere bellum cum Romanis redintegrandum: Hannibal indignè fersens, hominem imbellem de rebus arduis loqui, adhuc dicentem è suggesto deturbavit. Hoc factum tan violentum in libera civitate demirante & indignantे multitudine Hannibal consenso suggesto dixit neminem mirari debere, si qui à primis statim annis Carthaginem reliquerit, interim etatem omnem in bellis & armis transegisset, minuisset urbanas consuetudines, horum præfatus, pacem suadere cœpit & persuasit. Plut. in Hannibale.

Scipio Major.

Percontanti cuidam in Sicilia, quare fretus classem educere pararet in Africam ostendit viros armatos trecentos, sese exercentes, præterea turrim excelsam mari imminentem, dicit: Nullus horum est, qui non consensa turri scmet in mare præcipitaturus sit, si iussero. Sentiens, non perinde referre quam numerosam educas multitudinem, modò fortis dum educat exercitatos, & dicto audientes. Plut. in Rom. apoph.

Scipio minor.

Postquam venit in castra, multam que illic licentiam, lasciviam superstitionem ac luxum offendisset, diuinos ac sacrificios cum lenonibus protinus eiecit: quin & vasa omnia iusserit amoliri, excepta olla, yero & po-

culi

lo fūili. Ex argenteis , poculum
brarum non amplius duarum per-
sist si quis habere velle: balneis v-
vetuit. Qui vngeretur, iussit vt ipsi
se fricarent, iumentis enim, qui ma-
bus carent, opus esse alio à quo
centur. Edixit , vt milites stantes
anderent obsonium non igni co-
um : cēnarent autem discumben-
spanē, aut pultē solam, & carnes as-
sue elixas. Ipse verò sago circun-
gus, obambulabat per exercitum,
cens, Se lugere exercitus dedeco-
. Plut.in apoph.

Paulus Æmilius.

Quum Paulus Æmilius in exerci-
multam confidentiam ac loquaci-
tem comperisset militum , officia
icum sibi vindicantium, résque nō
cessarias curantium: iussit illos quie-
re, nec aliud quicquam agere,
ām vt enses suos acuerer , cætera
i fore curæ. Nœturnas autem ex-
bias iussit illos sine lanceis, sed cū
adiis agere: quò nimirum adempta
e depellendi hostem , tanto acrius
ignarent cum somno. Plut.in apo.

Idem.

Militi dicebat hæc tria esse curan
: corpus vt quām validissimum &
rnicissimum haberet: arma apta,
imū ad subita imperia paratum:
ter diis immortalibus & Impera-
i curæ esse. Liuus li.44.

M. Attilius.

Quum exercitus Romanus terga-
ret Samnitibus, M. Attilius consul
uo præterventus ad portam ca-
rum edixit , vt quicanque miles
vallum tenderet , siue Samnis es-
siue Romanus, pro hoste habere-
. Quò pergis,inquit,miles? Hic ar-
& viros inuenies, nec viuo con-
tuo nisi vītor castra intrabis.
oinde elige,cum ciue an cum ho-
pugnare malis. Eras.li.6.apoph.

Scip. Africanus.

Africanus censor tribu mouebat
ituronem, qui in Pauli pugna nō
verat. ille quum diceret, se custo-

dīæ causa in castris remansisse, roga-
rētque cur ab eo notaretur : Non a-
mo, inquit Africanus , nimium dili-
gentes. Dissimulauit centurionis i-
gnauiam , & accusauit nimium dili-
gentem custodiam. Erasm. 6.apo-
phthegm.

Serg. Galba.

In grauissimis bellis severissima
disciplina habuit milites suos: adeò
vt simulatque venisset in castra, pro-
tinus vulgaretur ille Trochaicus:
Disce miles militare : Galba est, non
Getulicus. Eras.li.6.apoph.

Alexander Severus.

In expeditionibus , si quis de via
in alicuius possessionem deflexis-
set , pro qualitate loci fustibus , aut
virgiscædebatur, aut alioqui cōdem-
nabatur. Si dignitas personæ tales
pœnas non recipiebat, grauissimis
contumeliis afficiebatur, quum di-
ceret : Velléfne hoc in agro tuo fie-
ri, quod facis in ali eno? Clamabat
sæpius , quod à Christianis audie-
rat, idque per præconem , quoties a-
liquem emendabat , dici iubebat:
Quod tibi fieri nolis , alteri ne fece-
ris. Quid nunc dicemus de militibus
Christianis, qui siue quæant, siue re-
deant, furantur, rapiunt, constuprāt,
pulsant, abigunt pecora, pertusis va-
sis sinunt effluere vinum? Quid mul-
tis ? Crudelius tractant suos quām
hostes. Et hoc hodie, si superis pla-
cket, appellatur ius militare , & ad hæc
conniuent principes. Eras.ex Æmilio
Lampridio.

* Quibus hæc addemus etiam ex
probatis historicis , Liuio , Tacito ,
Curtio , & aliis collecta , & ad nostri
seculi militiam disciplina exutam
accommodata. Emunt duces mili-
tem , non legunt. Pecuniola pro-
ponitur , tympanum strepit : & ec-
ce coeunt aliquot ignoti inter se,
ignorantésque purgamenta vrbiū
suarum , quibus ob egestatem &
maxima flagitia peccandi necessi-
tudo est , affueti latrociniis , bello-

rum insolentes, quorum lingua vana, manus rapacissimæ, gula imensa, pedes fugaces, quæ honestè non minari non possunt in honestissima, nullam disciplinæ formam nec extrema quidem eius lineamenta seruantes, lascivientes certatim, inter quos omnia indisposita, temulenta, per vigiliis Veneris ac Bacchanalibus quam disciplinæ & castris propiora. Hi nec in procinctu & castris habentur, sed per munici pia desides, hospitibus tantum metuendi, effundunt se in luxum, epulas & nocturnos cœtus: Ibi circumferri merum largius iubent, debellatur super mensa Alexandrum: suas vires extollere docti hostium paucitatem contemneret: cæterum galeati lepores, & quibus ut ad populandos finitimorum agros, te & que vrenda, & capienda pecora aliqua vis sit, ita in acie & signis collatis nulla vis est, ne in victoria eis decus, nec in fuga flagitiū. Ut omnia paucis: Exercitus lingua quam manu promptior, prædator è sociis, & ipse hostium præda.

Idem.

Quum Antiochiam venisset, ac milites qui lauactris ac muliebris delitios vacauerant, in vinculis duci iussisset, orta seditione ab ea legione, cuius socij erant in vinculis, tribunal ascendit: ac vindicis omnibus ad tribunal adductis, circumstantibus militibus, & quidem armatis, grauiter illos admonuit, ut meminissent Romanæ disciplinæ. Quum loquenter milites tumultu interpellarent, nihil conterritus, iussit ut tales voces ederent aduersus hostes, non aduersus Imperatorem: minatus exautorationem, nisi quiescerent. At hæc, quum vehementius etiam fremerent, ac ferro quoq; minarentur: Deponite, inquit, dextras, contra hostem erigendas, si fortes estis, me ista non terrent. Quum non desinerent tremere, exclamavit: Quirites discedite, atque arma deponite. Mox o-

mnes non armis tantum, sed & sagittis militaribus depositis recesserunt non in castra, sed in varia diuersori Pòst rāmen eius legionis militib; fidelissimis vsus est. Aelius Lampridius.

Idem.

* Disciplina maiorum, inquit, re pub. tenet, quæ si dilabatur, & nomen Romanum & imperium amittere Lamprid.

Auid. Cassius.

* Solebat dicere, Miserum esse exercitantur athletæ, venatores, gladiatores, non exerceri militi quibus minor esset futurus labor, consuetus esset. Vulcat.

Theodericus rex.

* Extat eius insigne dictum in formula ducatus Retiarum libr. 7. Veterarum Cassiadori, de militum disciplina. Milites, inquit, tibi commisi viuant cum provincialibus iure civili, nec infoleat animus qui sentit armatum: quia clypeus illius exercitus nostri quietem debet pristare Romanis.

Aurelianus.

Cum à vicario suo literas accepit, quibus efflagitabat ut rescribet, quomodo res gerenda esset, stolidum rescribit hunc in modum: Si tribunus esse: in dī si vis viuere, minus militum contine: nemo pullus alienum rapiat, onus nemo contingat, vuam nullus auferat. Vopiscus in Aureliano.

De minis.

Chilon.

Dicere solebat, nulli minandus esse, non solum quod molierum videatur esse potius quam virorum verumetiam quod minitari ei cui vivis nocere, est inimicum admonere ut sibi caueat, tibique ipsi lèdere facultatem adimere. Amicis autem minari, parum est humanum. Reptilem

mē minamur, quoties aliquem hoc
medio correctum esse cōpimus, &
ac pœna decreuimus esse contenti.
aēr.l.i.c.4.

Socrates.

* Ut tonitrua pueros imprimis,
a minas stultos territare dicebat,
obœus, sermone.4. de Impruden-
a.

Diogenes.

Dicente ei quodam valde iactan-
t, vno iētū caput tibi perfringam:
et ego, inquit, à sinistris astans te
emere faciam. Laett.

Agatocles.

Infrā de Vltione & vindicta.

Polydorus Alcameni F.

Cūm audiret quendam in hostes
iinas effudentem: Non intelligis,
inquit, te maximam vindictæ partem
ustra consumere? Qui enim statuit
imicū vlcisci, minis nil aliud ef-
cit, nisi ut præmonito inimico, sibi
inuiat lādendi opportunitatem.
lut.in Lacon.

Dereyllidas.

Orator missus ad Pyrrhum Epi-
starum regem, qui iam exercitum
regionem Spartanorum induxerat
et cognoscerent, quid sibi vellet:
im Pyrrhus diceret, ut regem suū
leonymum reciperent, hunc in
odum respondit: Si Deus est Cleo-
mus, non timemus ipsum, nihil e-
im sceleris in eum comamisimus: si
omo est, profectò nihilo nobis præ-
antior & bellicosior. Quo dilem-
itate irrigit superbas regis minas..
ni enim superbè minantur aliis,
ideant ne id quod aliis minantur in-
sos recidat. Plut.in Lac.

Anonyma.

+ Spartana filium audierat a-
ud peregrinos improbè versari, scri-
pit Laconicus: Turpis de te fama
ulgata est, hanc discute, aut noli
iuere. Mater etiam Pædareti scri-
pit: Aut rectius age, aut ibi mane,
eposita spe saluum te Spartam redi-
e posse. Plut.in Lacon.

Lysander.

+ Arguiis, qui de controuerso a-
gro afferre videbantur, quām Lace-
dæmonij equiora, Lysander districto
gladio; Qui hoc, inquit, potiarur, hic
de agri finibus dicet optimè. Plut.in
Lacon.

Epiēterus.

* Si quem, inquit, cum minis & im-
petu volueris aggredi, memento præ-
meditari humanum esse tibi man-
suetūmque ingenium, & quod pœni-
tudo damnūmque te sequutura sint.
Si quicquam immane commiseris,
Stob.serm.20.

Philippus.

Multa questus apud Romanorum
legatos de morib. & calumniis Thes-
salorum, tandem elatus ira, hanc vo-
cem adiecit, Nondum omnium die-
rum solem occidisse. Hic sermo non
Thessalis modò, verū etiam Ro-
manis suspectus, utriusque gentis fre-
mitum excitauit. Tit. Liu.4. Decad.
lib. 9.

C. Cesar.

Vide suprà Litigare, contendere:
aut ludere cum potentioribus peri-
culosum.

De misericordia.

Phocion.

* Nec ex templo aram, nec ex hu-
mana natura misericordiam
tollendam esse dicebat. Stob. ser. 1.
de virtute.

Demosthenes.

* Iustum est, inquit, misereri, non
improborum hominum, sed eorum
qui immerito infelices sunt. Stob.
serm.44.

Xerxes.

* Videns Hellespontum nauibus
suis constratum omnia litora atque
Abydenorūm plana hominibūs re-
ferta, iactauit se beatum, móxq; mi-
sericordia ductus fudit lachrymas,

Artabano causam huius mutationis querenti dicens, subiit animum meū cogitatio quām beruis sit hominum vita, quando ex tam numerosa hominum multitudine post centesimū annum nemo superfuturus est. Herod. I. 7.

Agesilaus.

* Audiens in bello civili Græcorū multos hinc inde cœcidisse in pugna, & Spartanos esse victores, nullo lætitiae signo dato, sed misericordia dūctus, ingenti edito gemitu, Heu Græciam, inquit, quæ tot milites bello intestino perdidit, quot ei si incolumes sint ad debellandos barbaros sint satis. Plut. in apoph.

Senatores Constantinopolitani.

* Leo, Basilius Macedonis Imperator, filius, per calumniam in carcerem cōiectus fuerat. In palatio Psittacus in cauea suspensa degebat, vociferari solitus, heu, heu: domine Leo. Quodam die Basilius Senatores quoddam ad conuiuum vocauit, qui quum auem cantum illum sèpius repetenter audirent, misericordia & mæstitia oborta cibo potuq. omisso assederunt, lacrymantes. Sciscitatus causam Imperator, Quā (inquiunt) cibum capiamus, voce huius ausi obiurgati nos qui rationis compotes, & dominorum studiosi credimus? Bruta hac ausi domini sui nomen inuocat, nos luxui dediti insontem obliuioni mādamus. His verbis mitigatus Imperator, Leo nem carcere educatum pristinæ dignitatē restituit. Cedrenus in Annal.

De moderatione animi.

Chilon.

Eius dictum est, Ita moderandam esse vitam, ut nec inferioribus sit terrori, nec superioribus despectui. Metui à subditis, tyrannicum est: negligenter verò est, sic agere, ut à majoribus contemnaris. Hoc & ad ætatem referri potest. Sic temperandi mo-

res, ut à iunioribus ameris potius quām timearis, à maioribus non contemnaris. Immodica severitas par terrore: somnolentia, violentia, & cogitantia, similiaque virtus gignunt contemptum. Potes & ad fortunar accommodari quæ si sit vehementer ampla, parat qui metuāt citius, quār qui ament aut reuercantur: sin huius, patet contemptui. Mediocritas igitur h̄c quoque est optima. Ausoniū carmen sic habet:

Nolo minor me timeat, despiciat maior. Eras. ex Laërt. I. 1. c. 4.

Socrates.

Quum ei relatum esset, Quidam de te malè loquitur: Verberet me ciatim, inquit, modò absentem. Max. serm. 10.

Idem.

Quidam à Socrate salutatus, non refutauit, sed hoc nequaquam molestè tulit Socrates: amicis autem ad mirantibus, & ob hominis incivilitatem indignantibus dixit: Si quis ne præteriret, peius affectus corporis quām nos sumus, nequaquam illi succenderemus: cur igitur illi succensem, qui peius affectus est animo quām nos sumus? Erasmus libro 3. a poph.

Idem.

* Aiunt eum, colapho percussum nihil amplius dixisse, quām molesti esse, quod nescirent homines quando cum galea prodire deberent. Sene ca I. 3. de ira, c. 11.

Idem.

+ Cum fuissest à quodam calce percussus, admirantibus illius moderationem & tolerantiam, dixit: Quid enim, si me asinus calce impetiisset, num illi diem dixisse m? Laërt. libro 2. cap. 5.

Diogenes.

A calvo quodam conuitiis affectus: Tibi contumeliam, inquit, non dico, sed capillos tuos laudo, quād malam effugerint caluam. Maxim. ser. 10.

Idem.

Idem.

Proditori cuidam ei maledicenti, audeo, inquit, me facturum inimicum, non enim inimicis, sed amicis elefas. Max. ser. 10.

Zeno Citties.

Cum esset à quodam interrogatus, quomodo affectus esset erga coniunctionem? Perinde, inquit, atque si legatis absque responso dimittatur. Significans, eos qui non habent quod spondeant, ad coniunctionia solere congere: eaque non pluris oportere tri, quam si nihil esset responsum anet. Laërt. l. 7. c. 1.

Cleanthes.

Sositheus poëta coram populo leanthem præsentem hoc carmine oscidit,
επικλεαθες μωρεία βοναλέτι.

Id est,

Quos Cleanthus fatuas agitat.
Ante coniunctionem tacitus, nil quicquam mutauit de vultu. Qua patientia delectati auditores, applaudentes filosopho, Sositheum elecerunt. Cū sitheus diceret, se pœnitere quod um aspersisset: respondit Cleanthes, Absurdum fore, si cum poëtæ querenter illudant Libero patri & erculi, nec illi succenseant, si ipse obie coniunctionem indignaretur. De diis im multa probro sa scripsere poëti, cum cum Bacchum faciunt mollem, aidum ac temulentum; Herculem iunt seruientem Omphalæ, usque sandalia commitigatum caput, etc. l. 7. c. 1.

Aristippus.

Confutatus in disputatione à quoniam audacissimo homine furioso & lido, cum videret illum inflatum gestientem ob partam victoriam: o quidem, inquit, redargutus ab, sed suavius dormiturus te, qui reguisti. Laërtius l. 2. c. 8.

Antigonus.

* Nihil facilius fuit Antigono, am duos manipulares ducti iube-

re, qui incumbentes regio tabernaculo faciebant quod homines & periculosissem & libentissimè faciunt, de rege suo male existimantes. Audierat omnia Antigonus, utpote cum inter dicentes & audientem palla interesset: quam ille leuiter commouit, &, longius (inquit) discedite, ne vos rex audiat. Idem quadam nocte cum quosdam ex militibus suis exaudisset omnia mala imprecantes regi qui ipsos in illud iter & inextricabile lutum deduxisset, accessit ad eos qui maximè laborabant, & cum ignorantes à quo adiuuarentur explicuisse: Nunc (inquit) maledicite Antigono, cuius vitio in has miseras incidistis: ei autem bene optate, qui vos ex hac voragine eduxit. Idem, tam miti animo hostium suorum maledicta quam ciuium tulit. Itaque cum in paruo quodam castello Græci obsiderent, & fiducia loci contemnentes hostem, multa in deformitatem Antigoni iocarentur, & nunc statu humilem, nunc collisum nasum deriderent: Gaudeo (inquit) & aliquid boni spero, in castris meis Silenum habeo. Cū hos dicaces fame domuisse, captis sic vsus est, ut eos qui militiæ viles erant, in cohortes describeret, cæteros præconi subiiceret: id quoque se negauit facturam fuisse, nisi expeditet his dominum habere, qui tam malam haberent linguam. Sen. l. 3. de ira, c. 22.

Isoocrates.

Cum quidam apud eum obrectatoris sermonem referret, ac diceret, me præsente ille hæc in te maledicta spargebat, Nisi tu, inquit, libenter audisses, nunquam coniunctus esset. Max. ser. 10.

Xenocrates.

In gratitudinis à Platone insimulatus, nunquam indignatione irâ ve commotus est, sed & illi qui ipsum ad respondendum Platoni instigaret: Hoc, inquit, quod nunc facio, mihi bonum atque commodum est. Et prudentis-

simè homini silentium imposuit. Aelian. l. 14. de Var. hist.

Chrysippus.

Quodam ei dicente, Amicus clan-
colum te mordet, & conuiciatur. Ho-
minem, inquit, ne arguito, quoniam
idem palam facturus est. Max. ser. 10.
& Ant. ser. 53.

Idem.

A quodā improbo multis affectus
cōuiciis: Optimē, inquit, fecisti, quodā
nihil eorum quæ in te sunt, praterie-
ris. Max. ser. 10.

Philemon.

Nihil neq; suauius, neque musicæ
cōuenientius esse dicebat, quām pos-
se conuiciantem ferre. Etenim con-
uiciū facientem, si qui conuicio af-
ficitur dissimulet, in ipsum conuiciū
redundat. Max. ser. 10.

Demonax.

Sophista quidam cūm Demonactē
accusaret, diceretque, Cur me toties
tā acerbē calumniaris? Quia, inquit
Demonax, non contemnis malē lo-
quentes. Max. ser. 10.

Moschion.

Multorum improborum calum-
niis peti, neque indecorum neque de-
trimentosum esse dicebat. At ab v-
no aliquo bono vituperari, & deco-
rum & commodum esse iudicabat.
Max. ser. 10.

Arcesilaus.

Cūm honestos viros ad cœnam in-
vitasset, accumbentibus omnibus, &
cibum iam gustare volentibus, vidēs
abesse panem: Quām, inquit, res est
apta cōuiuiis apparandis, esse sapien-
tem. Dedit vir prudentissimus phi-
losophicæ moderationis exemplum,
qui non incandescebat iis, qui pro of-
ficio mensam necessariis rebus ornare
decebant. Laërt. l. 4. c. 6.

Agis.

Eos à quibus odio prosequebatur
clandestino, in duces belli eligebat,
magistratus factos euebat, si quid
in eo improbē ageretur, patrocina-
batur, atque hac arte reddebat eos

ex clandestinis hostibus amicos. Quid
hac animi moderatione pulchrius
fuit? qua mederi malevolis maluit
quām vleisci. Plutarch. in apoph. La-
con.

Idem.

Cūm quidam Agesilaum Lacedæ-
moniorum regem interrogasset, quic
apud Spartanos Lycurgi leges pro-
fuissent? moderatè respondit, Omnia
voluptatum docuerunt cōtemptum.
Plut. in Lac.

Idem.

Cūm Persarum nummi sagittariū
haberent insculptum, Agesilaus ex
Asia soluens ait, se triginra sagitta
rio rum millibus fugari, tot enim Da-
ricorum aureorum millibus Athene-
nasac Thebas deportatis, ac in ple-
bis moderatores distributis, Timo-
crates effecerat, vt omnes hostiles
animum aduersus cum milites iusci-
perent. Plut. in Lac.

Idem.

Postquam Agesilaus ingenti stra-
ge fecisset Corinthiorum vires, eōs
que intra mœnia compulisset, mul-
tis horribilibus vt urbem oppugna-
ret, negavit id suæ virtuti conuenire
qui peccantes ad officium cogeret, ni
qui nobilissimas Græciæ vrbes sub-
uerteret. Et hoc est vt eximiæ cuius-
dam moderationis, ita quod adiecit
admirabilem viri prudentiam argue-
bat: Si, inquit, eos extinguere voluer-
mus, qui nobiscum aduersus barba-
ros steterunt, ipsi nos expugnaueri-
mus vel quiescentibus hostibus, quan-
do subuerfis sociis, nullo negotio, quan-
do volent, nos oppriment. Plutar. in
Lacon.

Agis.

Quodam dicente, Philippum esse
eturū ne Lacedæmoniis patēret iter
in Græciam: Nobis, inquit Agis se-
nior, ô hospes nostra' patria sufficit
ad illuc viuendum. Peccus ad utrum-
que paratum, & ad proferendum im-
perium si contingat, & ad boni con-
sulendum fortunā licet mediocrem
cū

cum principum vulgus nec quod obligit sapienter administrent, nec viles satientur ditionis accessionibus.
Plot.in Lacon.apophtheg.

Agesilaus.

Lysandro defuncto, Agesilaus aueroSAM sodalitatem aggregatam omperit, quam ille ex Asia domum eversus, statim contra Agesilaum instuerat. Id primum indignè ferēs Agesilaus, destinatar omnibus ostendere, cuiusmodi ciuis Lysander, dum iueret, fuisset: ac perfecta oratione uadam quā moriens Lysander post reliquerat de rebus nouandis, & mutatione rerum in Repub quoniam erguebat Lysandrū perniciolum fuisse ciuem, ac seditionis audum, euulare voluit. Attamen cum ab Ephoro quodam sene ac terum perito intellectisset, hoc non bonum fore, ait: oculum refodere Lysandrum, ne in ortuos sauire videamus frustra: lut.in Lacon.

Pelopidas.

Cum fortis quidam miles per camnam apud ipsum deferretur, ut ei conuiciatus esset: Evidem, dicit, facta eius respicio, verba autem in audiui. Stob.ser.40.Ant.in Mel.par.1.ser.53.M. ix.ser.10.

Hippocratis.

Suprà de Ingratitudine.

Polydorus.

Suprà de Bono belli duce:

Demaratus.

Cum Persa quidam crebris munebris puerum, quem amabat Demarus, tandem abduxisset, atque id Titans apud illum dixisset, o Lan, venatus sum aenam tuum: Persos, inquit, non tu sanè venatus es, i mercatus. in iocum vertens commeliam. Plut. in Lacon.

Theopompus.

Vxori obiurganti, quod regnum imilius ac minus esset filius traditus quam accepisset: Haec tenus igit, inquit, manus quod diuturnius. y ge moderata sunt, in longum tem-

pus durant, & hoc ipso meliora sunt; Plutarch.in Lacon.

Philippi.

* Demochates ad illum Parrhesias, ob nimiam & procacem linguam appellatus, inter alios Atheniensium legatos venerat. Audita benignè legatione, Philippus, dicite mihi, inquit, facere quid possum, quod sit Atheniensib.gratū. Excepit Demochares: Te, inquit, suspendere. Indignatio circumstantiam ad tam inhumanam respōsum exorta est: quos Philippus conticescere iussit, & Thersitē illum saluum incolumēmque dimittere. At vos ceteri legati, inquit, nunciatae Atheniensibus, multò superbiores esse qui ista dicunt, quam qui impunē dicta audiunt. Senec. I.3.de ira,c.23.

Pammenetius.

Quum videret Cyri milites per urbem captam discurrentes, percontatus est Cyrus, quid agerent? Quum quis respondeisset, Diripiunt urbem tuam, opesque tuas populantur: Ne aquam, inquit, o rex, nihil iam hic meum est, tuum est quod diripiunt. Ea vox commouit Cyrus, ut suos à direptione reuocaret. Erasm. libro 6.apophthegm.

Pompeius.

Dē se liberè profitebatur, quod omnem magistratum quem gesserat, & citius esset nactus quam ipse expectasset, & citius depositisset, quam ab aliis expectatum esset. Quod citius suscepisset imperium, vel fortunæ fuit, vel præmaturè virtutis: quod mature depositus, animi moderati erat, non ad tyrannidem spectantis, sed ad reipublicæ commodum. Plutarchus in Rom.apoph.

Augustus Cæs.

* Timagestis historicus multa concilia in eum & eius domum voce & scriptis effutuerat: deinde apud Asinium Pollioñem diuerterat, ubi de Cæsare Augusto historias scriptas in ignem posuit. In urbe Roma Cæsar maledicuum hominacionem tulit p[ro]p[ter]e

tienter, & duntaxat Pollio dixit, Σηροτερφεῖς, id est, feram alis. Paranti demum excusationem obstatit. Fruere, inquit, mi Pollio, fruere. Et cum Pollio diceret, si iubes Cæsar, statim illi domo meā interdicā. Hoc me, inquit Augustus, putas factū, cum vos in gratiā reduxerim? Vides quid potentissimus monarchā fecerit, & quanta animi moderatione sit usus. Senec.li.3 de ira, cap.23.

Fl. Vespasianus.

Sylvius liberalis, quem in defensione dixitis rei obliquè mordens dixisset, Quid ad Cæsarem, si Hipparchus se tertium millies possidet? Notans Vespasianum, velut inhiantem rei facultatibus: Cæsar non modo non offensus est, verum etiam dictum approbavit, quasi simpliciter prolatum. Sueton.

Alex. Seuerus.

Epigramma quod in laudem Pescenij Nigri fuerat adscriptum illius status ad viuum efficit, quem praefecti suaderent erandum, Seuerus noluit, dicens, Si talis fuit, sciant omnes qualem vicerimus: si talis non fuit, putent nos omnes talem vicisse. filius Spartanus.

Otho Imp.

Jam moriens, vocauit ad se Coceum fratris sui filium, quem sic admonuit: O fili, habuisse te patrum Cæsarem nec prorsus oblipiscaris, nec admodum memineris. Docere amem voluit adolescentem, ubique moderandum esse animum: ut si cogitaret se patrum habuisse imperatorem, virtute amplectetur, ne de honestamento esset antecessoribus: & interim tamen non adeo superbire, vt alios præ se conteneret. Suet.

Idem.

Vbi iam mori destinasset, sensit eos qui ab ipso deficere & abire cœptabant, pro desertoribus corripi ac detineri. Itaque vetuit ne cuiquam fieret iniuria, dicens: Adiiciamus vitæ & hanc nostram, & in profundam ye-

speram usque patente cubiculo, quis adire veller potestatem sui conueniendi fecit. Sueto. in vita Othoni Syluij.

Huc aliqua ex parte pertinent apophthegmata, Ira remittenda, Humanitate, Mansuetudine, Patientia in iuria, Victoria moderatione, Ultione negligēta, &c.

De modestia.

Socrates.

* IN nauigando gubernatori, in viuendi ratione melius ratiocinari parendum esse dicebat. Ant. & Max. ser. de animi humilitate.

Livia.

Livia Augusti Cæsaris vxor, interrogata quibus rationibus Augustum sibi subiecisset respondit, Multa modestia, quod ea quæ placent Augsto, faceret libenter: quodque se sciare dissimularet, quibus ille rebus domi frueretur. Dion in Tiberio.

Godefredus Bulionius.

† Eius consilio, auspiciis, & armis plurimi orientis ciuitatibus, maxime Hierosolymis expugnatis Christiani principes, & bellatores humeris impositum in regiam delatum uno omnino consensu, Reges proclamarunt: qui regni quidem tumultum non abnuit, auream vero regi, indignum esse dicens, illic aure diadematæ hominem vti, vbi Rex Regum Christus pro hominum spream coronam tulisset. Guliel. Tylib. 9. cap. 9.

Alphonsus.

Lucas Medicus, orator omnium clarissimus, cum oratione membris omnibus absolutissima, Alphoni regis innatas virtutes decantasset, re hac audiens: Si vera sunt quæ de me prædictasti, inquit, diis immortalibus merito gratia ago: sin minus, vt iste faciant, oro & obsecro. Laudanda principis honestissimi modestia.

Panor.

inormit.libro 1.de rebus gestis Al-
nioni.

De modestè dictis.

Pythagoras.

Ostquam venisset Phliuntem, & cum Leonte Phliasiorum princi-
doctè & copiosè quædam disse-
isser, Leo ingenium & eloquètiam
omnis admiratus, quæsiuit ex eo,
ua maxima arte considereret cui Py-
thagoras respondit: Se nullam quidè
tem scire, sed esse philosophum, id
sapientiæ studiosum.huius vere-
ndia, sapientis cognomen arrogās,
o se prius vendiderant σφόδ, ver-
in titulum modestiæ. Eras.libr.7.
ophth.

Socrates.

Ocratis illud omnium maximè ce-
ratur, quòd dicebat, Se nihil sci-
nisi vnum, quòd nihil sciret. In-
irebat enim de singulis, tanquam
ibicens, non quòd reuera nihil ha-
bet certò cognitum: sed hac ironia
suā declarabat modestiam, & alio-
n redarguebat arrogantiam, qui
profitebantur nihil nescire, cùm
era nihil scirent. Sophistæ quidā
solicè profitebantur, sèle ex tempo-
responsuros ad omnē propositam
teriam: hōrum arrogantem insci-
n se penumero confutabat Soera-
Atque ob hoc ipsum, vt ipse qui-
n interpretator, ab Apolline iu-
atus est sapiens: quod quamuis o-
ium rerum ignorantiam cum ca-
cis haberet communem, eo nomi-
namen illos superaret, quòd suam
citiam agnosceret, cùm illi hoc
que nescirent, se nihil scire. Eras.
.apopht.

Anonyma.

Quum se contulisset Corinthum,
cula quædam diu attentè illum-
pexit, nec dimouebat ab illo ocu-
admiranti similis, quūmque ille
isset, Quid vis mater, & quam ob-

causam me sic aspicis? Demiror,in-
quit, si te mater decem menses per-
tulit in utero, quum hæc ciuitas v-
nicum tantum diem habens te leat Eras.l.6.apopht.

Arcesilaus.

Si quando probabat aliquid, diceret
solitus est, οημ' εγώ, id est, aio, siue mihi
videtur, siue fateor. Si quid displi-
cebat, dicebat, & συγκεταθνοει τετοις ο δίνα, id est, his non assen-
tietur ille, nominato quopiam: simul
& in asseuerando seruās modestiam,
& in contradicendo fugiens inui-
diam.Laer.l.4.c.6.

Aristoteles.

Admonebat, neminem de se debe-
re prædicare vel in laudem vel vi-
tuperationem: quòd illud esset homi-
nis vani & inanis, alterum stulti ac
recordis.Laer.l.5.c.1.

Agestlaus.

Cum ex Ægypto in patriam pro-
ficiisci vellet, in portu Menelai mor-
bo lethali correptus est, verùm cùm
jam mortis hora instaret, suis prohibi-
bit, ne corporis sui imaginem vel
statuam in honorem eius erigerent.
Si quod, inquit, præclarum facinus
gessi, hoc erit monumentum mei: si
minus, ne omnes quidem statuæ illu-
strabunt mei memoriam. Plutarch.in
Laconicis.

Idem.

Audiens Megarensem adolescen-
tem multa iuueniliter de sua ciuitate
iactantem: Sermones, inquit, tuæ
opus habent magnis viribus. Mode-
stè reprehendit adolescentē, qui ma-
gnificè quidem loquebatur, viribus
autem careret. Plut.in Lacon.

Antalcidas.

Cum in Samothracia sacris initia-
retur, interrogatus à sacrorum anti-
stite, quidnam præclarigessisset in
vita? Si quid, inquit, feci quod laude
dignum est, deos nequaquam latet.
Et sic modestè tacuit, ne fe vel im-
modicè laudare, aut turpiter vitupe-
rare diceretur. Plut.in Lacon.

Theopompus.

Suprà de Ambiguè dictis.

Alexander.

Videns diuinos sibi honores tribui, vulneratus in bello ait, Cur me deum vocatis, qui me videtis sanguinolentum ac vulneratum sentire humanam imbecillitatem? Plutarch. in apophth.

Augustus Cæsar.

Si quando filios suos dimitteret ad peregrinos, modestè eos sic hominibus commendauit, ut benefacere, si mererentur. Sueton.

De modo & medio- critate.

Pitacius.

Aiunt dicere solitum, Dimidium plus esse toto, de quo dicto multa Erasmus in Chiliadibus. Hoc dictum autem extat apud Laert. libro 1. cap. 5.

Solon.

* Eius item dictum nobile, & singulis momentis repetendum dictum celebratur: Μηδὲ πλεῖστον. i. Ne quid nimis, quo mediocritatem auream, in omnibus seruandam esse iubet. Laer. & Stob.ser.3.

Cleobulus.

* Nec minus celebre est illud Cleobuli, Μέτρης αὐτοῦ, i. Modus optimus: Eadem modiocritatem commendans. Laer. & Stob. 2.

Socrates.

Percontatus quænam esset potissima iuuenum virtus? Ut, inquit, ne quid nimium tentent. Calor enim ætatis vix finit illos seruare modum. Laer. in Socrate.

Democritus.

* Si quis modum (inquit) excesserit, iucundissima quæque iniucundissima fient. Stob.ser.17. Idem ab epicteto dictum est, Ariano teste.

Vide apoph. de Temperantia.

Aristippus.

Aristippus Aretam filiam salubribus præceptis instituebat, consueficiens, ut vbique quod immodicum esset cōtemneret, quod mediocritas in omni re sit optima: & in fœmina maximæ virtutis sit, temperare cupiditatibus. Laert.lib.2. cap. 8.

Diogenes.

Cum multis videretur immodi philosophus, respondit, sese imitachori magistros, qui tonum legitimum excedere solent, ut alij congruum arriperent. Quod enim excedit modum, tametsi vitiosum est, tamen ad excitandam aliorum socordiam conducibile est. Ita pallium ad olium Diogenis diuitibus suas delicias exprobabat. Laert.lib.2. cap. 8.

Theopompus.

Suprà de ambitione.

M.Cato.

Qui magistratum eundē frequenter ambirent, dicebat velut ignarivæ, ne aberrarent, lictores qui præcederent semper quærere. Soleban enim lictores præire, non ut viam ostenderent, sed honoris gratia. Volut autem indicare vir prudentissimus, modum etiam in petendo magistratu obseruari oportere. Erasm lib.5.apoph.

Seneca.

† Cum vestem quamlibet decet sumo cum ambulo ut oportet, cum cœno, ut debeo: non cœna, aut ambulatio, aut vestis bona sunt, sed meum in his propositum seruandi in quaquire rationi conuenientem modum Epist. 92.

De molestia.

Socrates.

* Interrogatus quomodo quis sine molestia vitam ageret? negavit id vello modo fieri posse. Non enim licet, dixit, ciuitatem aut domum inhabitanti & cum hominibus versari, sine

i, sine molestiis degere. Stob. ser-
none 97.

Idem.

* Interrogatus quid bonis mole-
tum esset? respondit, Prosperitas
miserorum. Anton. & Max. serm. de
Dolore.

De mollitie.

Bion.

C Vidam obiicieni, quod adole-
scensem quendam ad se no pel-
lexisset: Tenellus, inquit, caseus non
trahitur hamo. Significans, pueros
elicatos non esse ad philosophiam
economics. Laert. lib. 4. cap. 7.

Zeno.

Cum mollis adolescentis lutosam
iam lentè segniterque transcendet:
Merito, inquit, suspectum habet
utum, non enim in illo, veluti in spe-
culo licet se intueri. Laert.

Plato.

Discipulo nimium effeminato,
nolli, curandaque cui deditissimo
ubridens, Quomodo, ait, tibi carce-
rem ædificare perges? Stob.

Diogenes.

Suprà de Generatione.

Idem.

Videns adolescentem quempiam
esse ornantem molliter: Si ad viros,
inquit, frustra: si ad fœminas, iniuste,
Laert. lib. 6.

Idem.

Diogeni Cynico cum à comptio-
re adolescentem ac molli proposica-
sse quæstio, ut eius nodum solue-
ret: Non tibi prius respondendum
esse puto, inquit Diogenes, quam
sublatis vestibus ostenderis, vtrum
vir sis, an fœmina. Notauit autem ex
cultu virili hominis mollitię. Laert.
lib. 6.

Idem.

Quum adolescentuli circumstan-
tes Diogenem acclamassent, Canis,
canis, at mox territi fugere cœpisse-
sent, rogati que cur fugerent, dixi-

sent, Ne mordeas nos canis. Bono, in-
quit Diogenes, animo sitis, filoli, ca-
nis non edit betas. Te & illis expro-
brans molliciem. Laert. lib. 6.

Idem.

Speusippus quum vehiculo ferre-
tur in Academiam, obuim habuit
Diogenem: cui cum Salve dixisset:
At tu, inquit nequaquam salve, quia
eiusmodi cum sis, non diu viueré cu-
pis. Notauit autem molliciem ho-
minis, quæ plerunque multorum
morborū causa est, vt labor & exer-
citium sanitatis. Laert.

Arcesilau.

Divitem quendam immodicè mol-
lem ac delicatum, capillitio arte cō-
posito, oculis volubilibus ac lubri-
cis, quum is alioqui castus & integer
haberetur, ita perstrinxit: Quid re-
fert, inquit, aduersi an auersi cinœ-
di sitis? Sensit autem, mentis integritati
corporis etiam habitum & cultū
opertere congruere. Laert. li. 4.

Anonymous.

Sybarita quidam iter faciens per
agros, quum videret quosdam fo-
dientes, dixit, se spectando illos fo-
dientes rupturam capere. Ad hanc
vocem auditam quidam ita respon-
dit: At mihi te audienti latus dolet.
Tanta erat Sybaritarum molliities,
vt nullum opificium in ciuitatem
admitteret, quod cum strepitu exer-
ceretur, quod genus sunt fabrorum
ferrariorum & lignariorum. Atque
adeò ne gallum quidem gallina-
ceum in ciuitate fas erat alere, ne
quid esset quod illis somnum inter-
rumperet. Iocus autem in loco erat,
quod agricola probabilius dixit, si-
bi ex tam stulta voce dolere latera,
quam Sybarita dixerat, se ex fosso-
rum ligone sentire rupturam. Late-
ra dolent loquenti, non audienti: &
rupturam patitur grauiter laborans,
non spectator. Athenæus lib. 12.

Cleomenes.

Nicagoras Messanus, quem in Ägyp-
tum venales equos optimosque

Hh iiij

adduxisset , factus obiam Cleomeni Lacedæmonio , antè sibi cognito , salute data , interrogauit: Cur in Ægyptum profectus esset ? Qum ille equos optimos , bellisque idoneos se adduxisse responderet : subridens Cleomenes , Mallem (inquit) mimos & cynædos adduxisses. Notauit autem eo dicitio Ptolemæum , qui mollis & effeminatus inter mulieres yuebat. Plut.

Anonymus.

Recitanti quod scripsit Pindarus , Græcia fulcimentum esse Athenas , Lacon dixit : ruituram Græciam , si tali fulta niteretur. Taxauit Atheniensium molitiem , quæ poetæ elo- gio non responderet : aut certè poe- tæ vanitatem , qui tali præconio cele- brasset indignos. Plut. in Lacon.

Demonax.

Proconsul Cynicum quandam , à quo publicè erat proscissus ob molitiem , ad supplicium abripi iussit. Huic deprecator erat Demonax , dicens , homini ignoscendum esse ob sectæ vitium. At cum proconsul non denegaret veniam , rogat tamen quo afficiendus sit supplicio , si in eodem peccato porrò deprehenderetur? Demonax , hominem totum inungi , ac forcipevelli oportere , pronuntiabat. Notans libertatem castigandi in Cy- nico , & molitiem accusati , vnguentis enim semper deletabatur. Eras. lib. 8 apoph.

Hæ cognata sunt apophthegmata de Vnguentis & Ignauia.

De monitione.

Vide Admonitio , Caſtigatio , Re- bensio , &c.

De Monarchia.

Alexander.

Darius obtulit has conditiones Alexandro , vt ab ipso acciperet

talentorum decem millia , & insupe Asiam secum ex aquo partiretur. I- cum recusaret Alexander , Ego , inquit Parmenio , accepissem , si Alexan- der essem: Et ego , inquit Alexander si Parmenio essem: Dario autem hū in modum respondit , Neque terran duos soles , neque Asiam duos reges ferre posse. Et hīc animi celsitudi- probare possis , nisi dictum impoten- tiam quandam dominandi saperet Sic Plutarchus in apophthegmat. re- gum & imperatorum. Verū ho- paulo aliter recitat Serinus in Com- mentariis , cuius hęc sunt verba: Cūn Lydis Crœsus imperaret , fratre in cō- fortium imperij assumpsit : tū quid: ex Lydis accedens , dixit , Omnia in terra bonorum , ô rex , maximum es- sol : neque quicquam extaret in ter- ra , sole non illustrante. At si gemini soles forent , periculum immineret , ne omnia conflagrantia pessum irēt. Ita & regem vnum quidem accipiūt Lydi , & seruatorē esse credunt : duos verò simul tolerare non possunt , &c. Stob. ser. 45.

Aristoteles.

† Entia nolunt disponi , nec est ho- num pluralitas principantium , vnu ergò princeps. li. 12. Metaph. & Ho- merus ēis βασιλεὺς.

Socrates.

* Ei qui anima nesciret vti , dicebat melius esse vt seruus vitam duceret quam liber. Esse autem hoc animi , tanquam nauis , gubernaculum tra- dendum alteri cuiusdam , qui didicerit gubernandi homines artem , quam ci- pilem quoque , & iudiciale , & iusti- tam , vt est , sāpius appellabat. Stob. serm. cod.

De morbis animi.

Democritus.

Dicere solebat , si corpus animum in ius vocaret , haudquaquam futurum vt ille muneris male admis- trati

istrati crimen effugeret. Animus in corpore veluti præsidio collocatus est, & tamen pleraque mala corpori a animo veniunt.

Anonymus.

Chrysippi discipulus medicus non gnobilis, Antigoni regis amicum iuendam ex nimia intemperantia norbo laborantem, negavit posse sanari, quumque alter medicus Epitores Philippus, se sanaturum polliqueretur, respodit, illum ad morbum egri respicere, se autem ad animum. ex Cels. lib. 3.

De morbis corporis.*Socrates.*

¶ Interrogatus, quid morbus esset?
Respondit, Perturbatio corporis. Stobæus, ser. 98.

Plato.

Dicere solebat, si me interrogaes, quo præsente vel absente melius habeant corpora? responderem stique, sanitatem præsente, morbo remoto. Ficin. lib. 5. de hominis natura.

Philotinus.

Empyone quodam grauter ex ie- cinore laborante atque exulceratum digitum ostendente: O bone, inquit, vir, tantumne tibi superest otium ut de vngularum vlcere sollicitus sis? Plut.

Alcmaon.

* Rogatus, vnde morbi acciderent? respondit, alios ob efficientem causam, propter excessum caloris aut sic citatis: alios materialem ob causam, abundante aut deficiente aliomento: alios veluti in aliquibus vasis, ut in sanguine, medulla, aut cerebro: ali quando autem ab externis causis eos nasci, propter quasdam aquas, regionem, laitudinem, rerum penuriam, aut his similia. Stob. ser. 98.

Diogenes.

Earum domoru, in quibus reperi- tur copia alimenti, multos esse mures & felces: sic etiam corpora quoque

rum cibi caperent, multos quoque morbos a sciscere dicebat. Stob. ser. de Intemperantia.

Antiphon.

* Dicebat morbum esse timidis & ignavis loco festi: quippe qui ægrotantes ad laborem prodire non cogantur. Stob. serm. 8.

Ion sophista.

Dicebat, rem morosam esse ægrotationem. Nam ægrotis & vxor molestæ est, & medicum incusant, & letulum molestè ferunt. Ex amicis autem, & qui accedit grauis est: & qui discedit, molestus. Sic animus agrotus & lœtis & tristibus offenditur, Philostratus.

Epaminondas.

Tempore belli Leuctrici, quū accepisset quandam strenuum virum periisse morbo, per iocū dixisse fertur: Vnde fuit illi moriendi otium in tantis negotiis? Frequenter autem non minima morbi pars est, imaginatio morbi, metusve. Hunc langorem solet excutere negotiorum ardor. Erasm. lib. 5. apoph.

Polemon sophista.

Suprà de iocose dicitis.

Cicero.

In Vatinium, qui scrophas habebat in ceruice (id est morbi genus) quum causam quandam ageret: Tumidum, inquit, habemos oratorem. Asiatici autem dicti sunt tumidi. Eras. Rot. lib. 4. apoph.

Seneca.

† Simplex erat antiquis ex simpli- ci causa valetudo. Multos morbos multa fecula fecerunt. Epist. 95.

Idem.

† Nunc verò quam longè processerunt mala valetudinis? Has vñuras pendimus voluptatum ultra modū, fasque concupitarum. Innumerabiles esse morbos miraris? Coquos nūmera. ibi.

Vide *Ægrotatio, Sanitas,*

Hh iiiij

De moribus.

Socrates.

Dicere solebat, Neque vinum austerum aptū esse potionis, neque mores agrestes hominum conuersationi. Stob.ser.4. de Imprudentia,

Antigonus.

† Mirari se dicebat, cur iij qui lapida signa sculperent, summa ope niterentur, ut lapis homini quam simillimus enadat, seipso curare negligenter, ne similes lapidibus & videantur & sint. Laert. libro 2. cap. 5.

Diogenes.

Musicos in ius vocabat, dicens, quod lyra chordas congrue aptarent, animi mores negligerent. Laer. libro 6.

Aeschylus.

Aliquando spectans Isthmia certamina, quū alter pugilum esset cæsus, totumque theatrum exclamaret, O, Chium Iouem fudisti! vide, inquit, cuiusmodi sunt hominum mores: cæsus silet, & spectatores vociferantur. Solent isti ob dolorem exclamare. Hic contraria, qui dolebat, silebat: qui læsi non erant, exclamabant. Eraf.li. 6.apoph.

Augustus Cæs.

Livia & Iulia Augusti Cæsaris filiae, in gladiatorum spectaculo cum omnium formosissimæ essent, omnium oculos in se conuertebant, comitatus dissimilitudine. Liviæ quippe cingebant viri graues, Iuliam vero iuuenies lasciuientes & luxuriosi. Augustus igitur pater cum hæc vidisset, intellexit demum quam diuersis moribus filias haberet. Eraf.lib.apoph.ex Suet.

Alphonsus.

Cum Syracusanum quendam equitem truculentis moribus, hominem barbarum appellasset, atq; ille quod præclaræ patriæ Græca origine esset, nomen barbari abhorres, in quo ap-

mo ferre iniuriam videretur: Ego, inquit rex, non à patria soleo, sed à moribus barbaros definire. Docuit autem non ex patria vel parentibus, sed ex moribus, ceu leonē ex vnguis, iudicandum esse. Panorm.lib.1.de reb. gest. Alphonsi.

De morum diuersitate.

Socrates.

EPhorus Cumæus, Theopompus Chius, cum diuersis moribus essent, Socrates de his dicere solebat, alterū freno egere, alterum calcari bus. Quintilianus li.10.ca.1.& Cicero li.1. de Oratore.

Aristippus.

Vterque Dionysium coluit, Aristippus & Plato: sed Aristippus à delectiis aulicis, quum adessent, non abstinebat: Plato etiam inter regalem luxum, frugalitatem seruare nitebatur. Itaque quum Plato reprehenderet Aristippum, quod adeò lautitiis indulgeret: rogauit, quid sentiret de Dionysio, num vir bonus videretur? quum respondisset, Videri bonus. Atqui ille, inquit, me multè viuit laetus. Proinde nihil vetat, eundem & lautè viuere, & bene viuere. Laert.li. 2.cap. 8.

Philippus.

Duo erant fratres, quorum alteri nomen Amphoteros, quod Græcis sonat ambo: alteri Hecateros, quod illis sonat vterque. Philippus animaduertens Hecateron esse cordatum, ac gerendis rebus accommodum, contraria Amphoteron ineptum ac degenerem, inuertit illis nomina, dicens Hecateron esse Amphoteron. Amphoteron autem esse Oudeteron, id est, neutrum. Significans alterum fratrum, videlicet Hecateron, duorum in se virtutes complecti, alteri nihil reliustum. Itaque ei qui Amphoteros dicebatur, mutauit nomen in contrarium, ut & se ipso diceretur, quasi nullius pretij. Plut.in apoph.

Annis

Antipater.

Dicere solebar, quum duos habet Athenis amicos: neque Phocionum persuasiss posse, ut acciperet, neque Demadem inquam dando cpleuisse. Plut. in apoph.

*De moribus in melius mutatis.**Agis.*

Istorici narrant, Agidem puerū in summis deliciis esse educatū, et similitudinē adolescentis ad Reip. gubernacula admotus est, incredibili mutatione, reiectis pristinæ virtutib; voluptatibus, huc totum animum adiecit, ut Spartā barbarorum ac Græcum moribus corruptissimā ad pristinam frugalitatem reuocaret: quæ res illi fuit exitij causa. Utinam autem æteri principes, quorum prima ætas erè luxu deliciisque corrumperit, altem cum Agide tum animum verant ad bonam frugem, cum regni labenas accipiunt. Plut. in Lacon.

Seneca.

† Exigo à me, inquit, non ut optimis partim, sed ut malis melior; hoc nihil satis est, quotidie aliquid exercitiis meis demere, & errores meos obiurgare. lib. 3 de B. vita. ca. 17.

Iseus sophista.

Suprà de Luxuria, luxu & voluptate.

Cleomenes.

Diutino morbo vexatus, expiato-ribus ac diuinis cum auscultarer, an-è non solitus id facere, quodam id admirante: Quid miraris, inquit? Nō enim idem sum nunc, qui tunc eram. Cum autem non sim idem, nec pro-
bo eadem. Elusit quidem ille incons-
tantia reprehensionem: verum ta-
men est, non eadem placere seni,
quæ iuueni placuerant. Plutarc. in
Lacon.

Idem.

Argius profitentibus, se prioris

conflictus fortunam, in qua vieti fuerant, iterato prælio sarcire velle. De-
miror, inquit Cleomenes, si duarum syllabarum accessione facti estis me-
liores, quam eratis prius. Huius apophthegmatis argutia Latine reddi non potest. nam Græcis μέτραι pugnare est, αιώνες διατηρεῖ pugnam. Inter hæc duo verba nihil interest, nisi quod posterius soperat prius duabus syllabis ἀντί. Plutarc.

Themistocles.

Adolescens in compotationibus ac mulierum amoribus volutabatur. Ac postquam Miltiades factus imperator apud Marathonem deuicit barbaros, iam nullus offendit illum quicquam agentem præter decorum. Percontantibus autem, cur mores tam repente mutassent? Militia (ait) nunc me non patitur cessare atque dormire. Plut. in Themist. & in apoph.

*De moribus mutatis in peius.**Hybreas.*

Evthydamus rhetor cum aliquan-
do ob oratorium clarus atque va-
tilis Reip. esset, ad tyrannidem postea inclinabat. Eius amicus Hybreas, illo mortuo, Euthydamē, ait, Malū es ciuitatis pernecessarium. Nam nec tecum viuere possumus, nec sine te. Brus. li. 4. cap.

Theodorus Gadareus.

Tiberij in rhetorics præceptor, animaduertens in puer sanguinariū ingenium sub specie lenitatis latitās, subinde inter obiurgandum appellauit illum οὐλὴν αἰματοσυμπεφυλέον, id est, lutum sanguine maceratum. Hic initio principatus miram lenitatem præ se tulit, sed progressu temporis ad immanem crudelitatem deuenit. Eras. 6. apoph.

De morionibus ac stultis.

Fridericus imperator.

INTERROGAUER AN MORIONES IN CONVIVIUM INTROMITTENDI ESSENT? NEQUE STULTIS, INQUIT, DELECTARI POSSUM, NEQUE SUPERBIS ESSE AMICUS. NON INTELLIGUNT HODIE PRINCIPES FRIDERICI DICTUM, QUI HAC HOMINUM FÆCE ITA DELECTANTUR, VT OMNES AULÆ STULTORUM & MORIONUM SINT PLÆNAE. ÆNEAS SYLVIUS LIB. 2. COMMENT. DE REBUS GESTIS ALPHONSI.

Alphonsus.

QUANQUAM ESSET LIBERALISSIMUS, STULTOS TAMEN & MORIONES PER RARO ADMISIT, HUIUSMODI HOMINES CISTERNAE RIMOSÆ PERSIMILES ESSE DICÉS, QUAS VT NULLUS IMPLERET IMBER, SIC HOS NUL LI QUAMUIS MAGNI PROVENTUS RERUMQUE COMPENDIA EXSATIARENTE. PONTANUS DE LIBERALITATE.

Idem.

TE SCURRAM AUT MORIONEM HABEBAT IN AULA, QUI CENSORIA VIRGULA SINGULORUM FACTA, DISCLÁQUE NOTABAT, & RABELLIIS DESCRIPTA STATO TEMPORE REGI OFFEREBAT, SUO ADSCRIPTO IUDICIO, QUODNAM SIBI EX OMNIBUS STULTISSIMUM VIDERETUR. ACCIDIT VT REX IPSE MAURUM SERUUM FIDELISSIMUM CUM MAGNA PECUNIA VI, EQUORUM EMENDATORUM CAUSA IN AFRICAM MITTERET. ID FACTUM MORIO LUERIS MANDATUM, NIL MINUS EXPECTANTI REGI IN HÆC VERBA RECENSUSSÌ FERTUR: ALPHONSIUS REX CHRISTIANUS, MAHUMETANUM PŒNUM ALIQUIT AUREORUM MILLIBUS ONUSTUM AD MAHUMETANOS DIMISIT. EXITUS ACTA PROBABIT. EGÓ VERÒ SI BONA FIDE REUERTATUR MAURUS, ILLUM STULTISSIMUM, ALPHONSIUM SAPIENTISSIMUM: SI NON REUERTATUR, QUOD VERO SIMILIOS EST, ALPHONSIUM STULTISSIMUM, MAURUM SAPIENTISSIMUM, PRO EA QUA POLLEO, CENSORIA AUTHORITATE PRONUNCIARE NON VEREBOR. ÆGID. CORROZ.

de dict. & fact. memorab.

Io. Stokensis.

† LEOPOLDUS I AUSTRIACUS CONTI HELVETIORUM TRES PAGOS CONFEDERATOS, MAGNO CONSCRIPTO EXERCITU; TUGÆ, DE INUADENDA SINTENSUM REGIO NE CUM SUIS DELIBERABAT INTERERAT CÆS FILIO JOANNES STOKENSIS, DUCIS MORIO VT ALIAS SÆPÈ, QUOD ILLUM PROPTÉ STULTITIAM & INGENIJ TARDITATEM REBUS SERIIS ANIMUM ADHIBERE NON POSSE SCIRET. IS TAMEN PRÆTER MOREM, & EXPECTATIONEM EXCLAMAVIT: DE INUADENDO COGITATIS OMNES, NEMO DE E UADENDO. OMINOSEM EAM VOCENT FUSSE FUNESTUS EXITUS DECLARAVIT. SÆPE ETIAM EST OLITOR, AIT POËTA, VERBA OPPORTUNA LOCUTUS. STUMPFIUS.

De morte.

Thales.

DICEBAT NIHIL INTERESSE INTER VITAM & MORTEM: OB ID OPINOR, QUOD VTRAQUE RES ZQUE ESSET SECUNDUM NATURAM: NEC MORTEM MALAM ESSE MAGIS, QUAM NATIUITATĒ. CUIDAM VERÒ OBSTREPENTI, CUR IGIUR TU NON MORERIS? FALSE RESPONDIT: OB HOC IPSUM, QUIA NIHIL REFERT. POTIUS ENIM HABETUR QUOD ACCERSITUR. LAERT. LIB. 1. CAP. 1. STOBÆUS ADSCRIBIT PYRRONI, SER. 110.

Bias.

CUIDAM MORTEM ADUOCANTI IN LIBEROTORUM AMISSIONE: CUR HOMO, INQUIT, IPSAM VOCAS? NONNE ETIAM SINON VOCAUERIS, VENIES? MAXIM. SERMONE 36.

Idem.

PERCONTATUS, QUOD GENUS MORTIS MALUM ESSET? QUOD, INQUIT, LEGIBUS CONSTITUTUM EST. SENSIIT AUTEM VIR PRUDENTISSIMUS, EAM MORTEM HOMINIBUS NEQUAquam FORMIDANDAM, QUÆ SECUNDUM NATURÆ LEGES INUADIT MORTALES, SED EAM POTIUS, QUAM DELICATIS TURPIER & IGNOMINIOSÆ PROMERITI SUNT, QUI DEBITUM LICTORI AC GAR-

M.

nifici officiū præstant. Maximus ser.
36. & Stobæus.

Socrates.

Critoni vehementi studio suadenti, vt si vitam ipse suam negligeret, certè liberis etiānum paruulis & amicis ab ipso pendentibus se seruaret in columem: Liberi, inquit, Deo, qui mihi eos dedit, curæ erunt; amicos hinc discedens inueniam vobis aut similes, aut etiam meliores, ne vestra quidem cōsuetudine diu cariturus, quādoquidem vos breui eodem estis commigraturi. Eras. li. 3. apoph. ex Platone & Xenophonte.

Idem.

* Animaduertens amicos qui eum in carcerem sequebantur lugere, Quid hoc est? inquit. Nonne iamdum sciebas me, ex quo genitus eram ab ipsa natura morti fuisse damnatum? Atqui bonis aduentantibus præcipi è vita, mihi nimirum meisq; beneuolis lugendum foret. Si verò malis impendentibus diem obeo, arbitror tanquam pro felicitate quadā à vobis omnibus esse latandum. Xenophon in apol.

Idem.

Cuidam dicenti, Athenienses te morti adiudicarunt, Et illos, inquit, natura. Sentiens non esse magnū malum, si quis adigatur ad mortem, pauci post morituras, etiamsi nemo interficiat. Quanquā hoc dictū quidā ad Anaxagoram referunt. Eras. lib. 3. apoph.

Idem.

* Dicebat rectè philosophates mortem meditari, quæ eis minimè terribilis erat. Plato in Phædone.

Musonius.

* Scitis dictis morte meditandis sibi & aliis proponebat Inter quæ & hæc occurrunt. Virtute prædicti homines, inquit, siquidē cōducat, cū paupertate manent in viuis: Sin minus, facilè migrant, tanquam ex solenni conuentu ac celebri, ita etiā è vita. Non aliter quā è domo, inquit Bion, exigimur,

si locator nō accepto pretio locatio- nis fores reuellat, regulā adimat, pu- teum obstruat: ita etiā hoc corpulcu- lo relegor, quādo quæ locauit natu- ra oculos ademerit, aures, manus, pedes, non moror amplius. Sed sicut è conuiuio discedo, nihil indignans: iti dem è vita. Sicut bonus histrio bene prologū, bene medium fabulæ, nec non bene etiā catastrophen agit: ita bonus vir quoque primordia vitæ re- cte, & media probè, finémq; cōgrue- tem his administrat. Et vt palliū vbi detritum fuerit depono, ita non pro- crastino, nec vitæ tuendæ desiderio flagro, sed & cum liceret adhuc feliciter degere, morior, &c. Stob. ser. de virtute.

Anaxagoras.

Absens morti addictus est. Id nun- tianti, Iam olim, inquit, istam sente- tiam tulit natura æquè in illos, atque in me. Sentiens, Athenienses non mi- nus addictos morti, quam esset is quem damnarent. Aliis aliud mortis genus obtingit, sed omnibus eadem est morienti necessitas. Laertius li- bro 2.

Idem.

* Duas esse mortis doctrinas di- cebat: alteram, tempus antequam natu- sumus, alteram somnum. Stob. serm. 119.

Diogenes.

Rogatus num quid mali esset mors? Quo, inquit, pæco malum, cùm præsentem non sentiamus: Quod autem abest, nulli malum est: Dum sentit homo, vivit: nondum i- gitur adest mors, quæ si adsit, abest sensus. Malum autem non est, quod non sentitur. Hanc ratiocinationem quidam tribuunt Epicuro. Mors qui dem mala non est, sed iter ad mortem miserum est. Id si metuimus, tota ho- minis vita quid aliud est, quam iter ad mortem? Laert. li. 6.

Idem.

Ei ex vulnere humeri grauitate la- boranti, vehementique dolore affec-

sto, quidam ex amicis insultabat dicens, Quin igitur mortem obis, & Diogenes, & te ipsum his damnis liberastum ipse respondit: Eos qui sci-
rent, quæ in vita fieri dicique conue-
niret, in vita manere æquum esse. In
quo genere hominum seipsum etiam
numerabat. Verum tibi, inquit, qui
neque quid agendum, neque quid dic-
endum sit, noveris, opportunum mo-
riendi tempus est. Me vero qui sciā
illa, pars est in viuis agere. Ælian.
lib. 10. de Var. hist.

Antisthenes.

Audiens Diogenes Antisthenem
graniter ex morbo decubere, qui
amore huius vitæ morbum molestius
ferebat, cum sica ad decumbentem
ingressus est, ad quem cum Antisthenes
dixisset, Quis me his doloribus
liberabit? Diogenes prolata sica,
Hæc, inquit. Contra Antisthenes: Do
loribus, inquit, dixi, non vita. Laërt.
lib. 6.

Epicurus.

Dicere solebat, contra cætera o-
mnia aliquid tutum inueniri posse,
at contra mortem omnes nos inha-
bitare urbem immunitam. Maxim.
serm. 36.

Idem.

* Ridiculum esse dicebat, currere
ad mortem tædio vitæ: cum genere
illo vitæ quod elegisti, ut currendum
esset ad mortem efficeris. Item, Quid
tam ridiculum, inquit, quam appete-
re mortem, cum vitam tibi inquietam
feceris metu mortis? Seneca epi-
stol. 24.

Aristippus.

Interrogatus, quomodo Socrates
obissem diem? ut ego, inquit, optarim.
Significans, talem mortem quamvis
vita optabiliorem, nec potuit bre-
uius facilem obitum describere. Di-
cti tamen argutia in hoc est, quod
Philolophus aliud respoderit, quam
expectabat percontator. Ille quære-
bat de genere mortis, morbo peris-

set, gladio, veneno, an præcipito? Illi
putans id nihil referre, respondit, il-
lum feliciter esse mortuum. Laërtius
lib. 2. c. 8.

Idem.

Cum aliquando Corinthum nau-
garet, & orta tempestas naufragium
minaretur, expalluit: id animadver-
tens è vectoribus crassus quispiam
miles, ac philosophorum osor, sed a
ta tempestate cœpit ei insultare: Cu-
i inquiens, vos philosophi, qui prædi-
catis mortem non esse formidandam
expallescitis in discrimine, nos indo-
ci non timemus? Quoniam, inquit
Aristippus, non de pari anima tib
mihique cura ac metus est. Aul. Gel-
lius hoc addit: Ego timeo animæ Ar-
stippi, tu non times animæ nebulo-
nis. Rebus vilissimis minime time-
mus. unde proverbiū, Hydria in fe-
ribus. Hinc lusit Aristippus, illū non
expalluisse, non quod esset fortior,
sed quod, quom esset homo nihili
haberetque animum omni virtutem
vacuum, minimum erat detrimentum
si perisset. Vir eruditus, ac sapien-
tia præditus non perit, nisi graui Rei
publicæ dispendio. Laërtius libro 2
cap. 8.

Silenus.

A Mida captus cum esset, hoc ei
pro sua missione dedisse scribitur.
Non nauci homini longè optimum
est, proximum autem quamprimum
mori. Cicer. libro primo Tuscul.
qæst.

Musonius.

Musonius interrogatus, quis opti-
mè extreum diem claudere posset?
Qui semper, respondit, postremum
vitæ diem sibi instare proposuerit.
Max ser. 36.

Idem.

* Mortem honestam, dum licet,
arripiendam esse dicebat: ne paulò
post mori quidem necesse sit, & ho-
nestè non amplius licet. Stobæus
ser. 7.

Idem.

Idem.

* Dicebat non posse qui multo-
rum cum utilitate vixit , digna mor-
te cadere, nisi plurimorum cum fru-
ctu & vita etiam moreretur. Eodem
ter u.

Antiphanes.

Solitus est dicere, mortalia præci-
pue hominibus cogitanda esse: quan-
doquidem omnibus hominibus sit mor-
riendum. Stob.

Arceſilaus.

* Mors, inquit, quæ malo nomine
censemur, hoc unum habet peculiare
ex omnibus quæ mala iudicantur,
quod præsens neminem unquam af-
fecit molestia: absens, & dum in ex-
pectatione est, molestiam adferat. Plu-
tarach. de consolat. ad Apol.

Theramenes.

Quum in quadam domo versatus,
inde prodiisset, illa subito lapsu cor-
ruit. Atqui cum reliqui Athenienses
alij aliunde ad eum confluenter, &
inopinatae saluti congratularentur,
ille præter omnium opinionem re-
spondit: Nescitis, viri, ad quænam
tempora & pericula Iupiter me ser-
uare voluerit. Intellexit vir sapien-
tissimus, se à mortis improbitate ne-
quaquam turum esse: quæ licet con-
niveat in summo vita periculo, at-
tamen paulo post cumulatis malis
hominem arripuit in portu quasi na-
uigantem. Nec seipsum quidem fe-
felliit: nam non multò post à triginta
tyrannis de medio sublatus est, cicu-
tam bibere coactus: nempe qui ex
ruinis domus liberatus, veneno tur-
piter perire coactus est. Aelian. 9. de
Var. hist.

Ægypti.

Olim in diuitium epulis apud Ægy-
ptios, unus cadauer lignum, sed
quam proximè ad verum effectum, o-
stendebat singulis dicens: In hunc in-
tuens pota, & oblecta te talis post
mortem futurus. Dubires, quo animo
id fecerint: utrum ut moderatius frue-
rentur voluptatibus, conditionis suæ

memores, an audius, utpote mox a-
bituris. Herodotus libro tertio. Plu-
tarach.

Secundus philosophus.

Ab Adriano imperatore Secundus
philosophus interrogatus quid esset
mors? respondit, Æternus somnus,
dissolutio corporum, diuitium pauro,
pauperum desiderium, inevitabilis
euentus, incerta peregrinatio, latro
hominis, somni pater, fuga vita, vi-
uorum discessio, resolutio omnium.
Laërt.

Pyrrho.

Aiebat, nihil interesse inter vitam
& mortem. Et cum quidam ad eum
diceret, Cur igitur tu non moreris?
Quia nihil interest, respondit. Stob.
ser. 120.

Heraclitus.

* Mortem in omnibus homini-
bus perpetuò latere dicebat: idem
enim est, inquit, viuus ac mortuus,
vigilans & dormiens, adolescens &
decrepitus: quia hæc in illa, vicissim-
que mutantur. Plut. de Consolat. ad
Apol.

Anonymous.

Lacon quidam ad Rhodium Dia-
goram, qui in Olympiis & filios, &
ex filio filiaque nepotes vidisset coro-
nari: Morere, inquit, Diagora, nam
in Olympum ascendas. sentiens, tum
optimum exire de vita, quum res
sunt prosperrimæ. Ita Plut. in Vitis.
Meminit & Cicero in Tuscul. quæst.
libro 1. Lepos est in ambiguo. nam
Olympus mons est, in quo singulis
Iustris peragebantur Olympia cer-
tamina: & pro cœlo accipitur. Plut.
in Lac.

Anaxagoras.

* Cum rerum naturalium causas
autoribus explicaret, interque disser-
endum de filij morte nuncium fer-
mone cuiusdam acciperet, paululum
oratione inhibita, dixit iis qui una
aderant, sciebam filium me genuisse
mortu-

mortalem. Plut. de consolat. ad Apoll.

Xenophon.

* Ei sacrificanti quum nuntiatum esset Gryllum filium in pugna periisse, sertum capiti detraxit, & quæsiuit quoniam modo cæcidisset: cumq. responderetur, eum generosè fortiterq. præcæteris præliantem, multis hostium interfætis occubuisse, exiguo admodum temporis sumpro intervallo, dum ratione motum animi compesceret, rursus imposita capiti corona reliquum sacrificium absoluit, nuncisque respondit, Non ut immortalem aut longæum filium meum redde-rent à diis postulauit (cum incertum sit an hoc expediat) sed ut probum ac patriæ amantem: cuius quidem voti nunc sum factus particeps. Plut. eod. lib.

Lochadus.

Cuidam nuntianti quod è filiis ipsius alter interisset: Olim sciebam, inquit, illi morientum esse. Nihil illi visum est nouæ rei, si mortalis natus moreretur: nec magni referre, paulò ferius an citius vita decederet, cui omnino breui foret decadendum. Plu. in Lac.

Cicero.

Auditio falso rumore de Vatinij morte, quum Quinimum libertum eius interrogasset, Recte omnia? atque ille respondisset, Recte. Mortuus est, inquit: Significans, non omnia recte habere, si ille viueret. Erasm. li. 4. apoph.

Iul. Caesar.

Quum inter cœnandum ortus esset sermo, quod genus mortis esset optimum? incunctanter respondit, Inopinatum, & quod optimum iudicauit, ipsi contigit. Plut. in apoph.

Seneca.

* Tantam quorundam hominum imprudentiam esse dicebat, imò dementiam, ut quodam timore mortis ad mortem cogarentur. Epist. 24. ad Lucill.

Idem.

+ Omnis dies, omnis hora, quam nihil simus ostendit. & aliquo argu-mento recenti admonet fragilitatis oblitos, cum æterna meditantes respon-sere cogit ad mortem. Epist. 101.

Quintilius Plautianus.

Cum iam grandis natu viueret ru-ri, nec quicquam quereret aut fa-ceret curiosius, attamen à Seuero in-sidiis circumuentus, ut ad mortem ra-peretur, paulo antè quam moreretur, postulauit, ut ea quæ ad se-pulturam suam iamdudum comparauerat, ad se perferrentur. Quæ post-quam vidit veritate consumpta: Quid hoc rei est, inquit? Itane cu-nctati sumus? Deinde factio sacrificio, Idem, inquit, peto à Diis immortalibus quod Adriano Seuerianus optauit. itaque interiit. Xiphilinus in Se-uero.

Hormisda.

Constantius imperator, cum Hor-misda Persæ vrbis Romæ magnitu-dinem atque hominum ædificiorūm que magnificentiam ostendisset, pe-teretque ut quid de ea sentiret, pau-cis enuntiaret, respondit, ex tanta re, quanta ei ostendebatur, nihil eum de-lectasse magis, neque esse ex quo ma-giorem fructum cōsequi posset, quam quod ex iis quæ videret verum esse comprehendenderet. In vrbe quoq; Ro-ma, quanquam amplitudine opibūsque alias antecederet vrbes, tamen, sicut in cæteris orbis terrarum locis, homines etiam mori. Breui responso rerum humanarum vanitatem osten-dens. Fulg. lib. 7. c. 2. ex Am. Mar-cellino.

Fridericus imp.

Iis principibus qui immites & cru-deles erga suos fuissent, mortem ni-mis extimescendam esse dicebat. Nā quales se dum viixerunt, aliis præsti-ttere, tales, cum moriuntur, in se iu-dices inuenturos esse. Ostendere au-tem voluit, iis mortem esse ama-

ram,

am, qui mala anteactæ vitæ conscientia premuntur. Aeneas Sylu. libro 2. commentarior. de rebus gestis Alfonsi.

Messedanus.

Iam senex, cùm ab amico in crastinum vocaretur conuiuim, Cur ne vocas in crastinum, inquit, qui à multis annis crastinum non habui, sed mortis aduentū in singulos dies expectavi: quæ nobis nunquam non insidiatur, donec nos incautos etiam interdum opprimat? Guido Bituric. x hist. Eccl.

D.Hieronymus.

Edicere & scribere solebat, ab eo omnia facile contemni, qui assiduè ē moriturum cogitauerit. Paucis erbis humanae vitæ fragilitatem ostendens. Fulgosius libro septimo, cap. 2.

Alphonsus.

Interrogatus, quæ res reges ac priuatos, diuites ac pauperes, claros & obscuros, denique omnes prorsus exequaret, respondit, cinis. Indicans, post mortem, regis à priuato, diuini à paupere, formosi ab informi, personam nequaquam discrepare. quis enim ex cineribus aut ossibus aumanis terra eritis differentiam ullam videre potest? lib. 4. de reb. gest. Alfonsi.

Franc. Borgia.

† Postquam ex hac vita migravit Augusta, cuius funeri adfuit, atque deo præfuit, ex cōque quanta hominibus sit miseria didicit, cùm exiguus tumulus sceptra, coronas, regis que maiestates excipiat, totus mutatus est in melius: Diceréque solebat, nō rem Augustæ sibi vitam attulisse. Libaden. lib. 1. de eius vita, cap. 9.

cius curam habeas in columitatis. Nō enim est fortitudinis, sed amentiz, semet temerè in vita discrimen concire: sed quoties, aut inevitabilis necessitas vrget, aut grauis honestaque causa suadet mortem contemnere, fortis animi est. In morbo non est metuenda mors, sed interim adhibenda curatio mediocris. In bello sumendum est animus ad mortem paratus, sed interim fortiter pugnandum est pro victoria. Ausonij carmen sic legendum arbitror:

Viuem memor mortis, vti sis & memor salutis.

Potest autem & hic accipi sensus: Hactenus memineris te moriturum, ut abstineas à vitiis, curisque superua caneis: sed interim perinde quasi diu victurus sis, ea cures quæ ad honestam beatamque vitam pertinent. Multos mortis consideratio deterret ab honestis actionibus, contrà obliuio mortis multos inuitat ad licentius peccandum. Potest & sic intelligi: Ne sic metuas mortem, ut viuas anxius ac tristis, sed vitæ spes mortis horrorem temperet. Hunc sensum indicat carmen quod sequitur:

Tristitia sanctæ exuperans, aut animo, aut amico.

Hæc vita præterquam quod multis miseriis exposita est, nihil habet tristius, quam quod mortem habet certissimam, diem mortis incertissimum. Sed omnia superanda sunt, aut animi fortitudine, aut amicorum alloquiis. Nullum enim in dolore remedium præsentius, quam curas, astusque animi amicorum finum effundere, quorum & consolatio & communis dolor maximam malum partem tollit. Chilonis porrò dictum extat apud Laër. l. 7. c. 4.

Bion.

Conspexo ense, proiecto dixit: Quis te perdidit? aut quem tu? Ant. part. 1. Melil. ser. 58.

Diogenes.

Lugente quodam, quod in peregrin-

De morte contemnenda.

Chilen.

Dicere solitus est, ita esse contemnendam mortem, ut nihil se-

na terra moriturus esset dixit : Quid luges, ò stulte ? Vnde cunque eadem est via ad sepulchrum. Ant. in Melis. part. 1. ser. 58.

Idem.

Cum Speusippus, paralysi resolutus, vchieulo deportaretur in Academiam, ac Diogeni forte obuio dixisset χάρης : respondit , At non tu sane, qui cum ad istum sis affectus modum, sustineas vivere. Sentiens , esse veri philosophi, sponte mortem asciscere posteaquam desit esse vsui ad vitam humanam. Idque fecit postea Speusippus. Eras. 1. 3. apoph.

Socrates.

Decrepitam agens vitam, in mortuum cum incidisset, & quidam interrogaret, quomodo sese haberet ? Repondebat, inquit, utroque modo. Nam si fuero superstes, plures emulatores habebo. Sin vitam excessero, plures laudatores. Alianus libro 2. de Var. hist.

Idem.

Quodam dicente, Athenienses te morte afficendum deceperunt : Et ante eos, inquit, natura. Maximus sermon. 36.

Idem.

Audiens se morte multatum, Magna me spes, inquit, tenet, Iudices, bene mihi eundire, quod mittar ad mortem. Sed tempus est iam hinc abire me, ut moriar: vos , ut vitam agatis. Cic. lib. 1. Tusc. quæst.

Idem.

* Ad suos iudices conuersus, Mortem, inquit, metuere, aliud nihil est, quam falsò putare se esse sapientem. Qui enim mortem metuit, videtur ignorare quod scit, &c. Plato in Apologia.

Idem.

Iam ad morte damnatus ab Atheniensibus, cum forti & constanti vultu, potionem veneni è manibus carnicis accepisset: admoto iam labris poculo, vxori Xantippe inter fletum & lamentationem vociferanti, inno-

centem eum perimi : Quid ergo, id quid Socrates, nocenti mihi mori satius esse duxisti? O immensam illam sapientiam ac constantiam, quæ in ipsi quidem vita excessu obliuisci sui potuit. Laertius in vita Socratis. Val. Maxim. libro 7. capite secundo, Xenophon in Apologia pro Socrate Stob. ser. 1.

Idem.

Careeris ministrum porrigenent in poculo cicutam interrogavit, quomodo sumendum esset hoc pharmacum, quod eius artis esset peritus, al. Judens ad ægrotos, qui à medicis discunt, quando & quomodo oporteat sumere quod ab illis temperatum est, cùmque puer respondisset semel rotum hauriendum, si posset: deinde ratisper inambulandum, donec sentiret grauedinem in cruribus: pèst in lecto decumbendum supino corpore, ibi pharmacum effecturum quo solet. Socrates rogauit, licet étræ, ind aliquid libare (quod in conviuis mos sit effusa vini potiuncula, nominat alicui deo libare) minister respondisse tantum miscuisse , quantum opificet, hoc sermone innuens, nihil est quod effunderetur. Tum Socrates Sed & fas est & oportet orare deo ut felix faustaque sit hæc mea migratio. Eras. 1. 3. apoph.

Idem.

Puero illum tegente, quod iam frigerent præcordia, ad Critonem adstantem conuersus, Debemus, inquit, ò Crito, gallū Aesculapio, quem persoluere ne neglexeris , perinde quam sumpta potionē medica conualuit set. Nam Crito hoc summis viribus egerat, ut Socrates vitæ suæ consolaret. Adeò inerat illi viro nativa quodam vis urbanitatis, ut moriens eti iocaretur. Nam hanc ferunt illi fuisse supremam vocem. Ibid.

Plato.

Medicus Platonis consilium dabant ut felicta Academia, loco pestilentis fine

imo, in Nycæum scholam se transferret: nequaquam autem ille obtineravit, dicens, se producendæ vita sua, ne in Atho quidem summittet transmigrare velle. *Ælian. lib. 9. de Varia histor.*

Aristoteles.

Dicere solebat, ea quæ longissimo ratu à nobis absunt, nemo metuit. Nam cùm moritum sese nemo inoreat, mortem tamen quam prope se non suspicamus, minimè expascimur. *Stob.*

Zaleucus.

* Procēmio legum suarum Locrēbus latarum scitu digna hæc apponit, Morituros omnes, iniuriarum uas commiserunt memores, p̄cūnientia inuadit, & vehemē cupiditas ua vellent exactam sibi vitam omnem fuisse iustum. Quamobrem sinulos oportet semper in singulis aionibus illud tempus adeo suis coitionibus familiare facere, ac si cæsens esset. Ita enim maximè hosti iustique cura urget. *Stob. ser. 42.*

Idem.

Dicebat s̄pēnumero, è vita miare esse optimum, veluti è coniō non sitibundum nec temulentiū. *Stob.*

Democritus.

Ægrotans cùm in lethargum indisset, & postea rediisset ad se: Non e decipiet, dixit, amor vitæ, & se sum è vita eduxit. *Ant. in Melissa, art. i. serm. 58.*

Idem.

* Mortem ideo contemnendam es dicebat, quod frustra vitetur. Dum uim, inquit, mortem homines sui, sequuntur ipsam. *Stob. ser. 4.*

Aristippus.

Cùm naui veetus Aristippus, præillis impotentibus supra modum erturbaretur, quidam ex iis qui simul nauigabant: Nūmve, inquit, etiā i metu percelleris, quemadmodum ulgus tam ille: Prostus, ait, neque

iniuria. Vobis enim de vita scelerosa infelicisque labor est, & præsens periculum: mihi vero de felicitate & beatitudine. *Ælian. lib. 9. de Varia histor.*

Aristides philos.

Interrogatus, quatenus deceat hominem viuere? Tatisper, ait, dum deprehendat emori præstare, quām in tot calamitatibus viuere. *Stob.*

Aristides Locrensis.

Morsus à mustella Tartesia, iam moriens dixisse fertur, multò ubi iucundiorum mortem futuram fuisse; si vel ex leonis, vel ex pardalis morsu obtegisset (quandoquidem necesse fuerit aliquando mortis occasionem existere) quām ab eiusmodi contempta bestiola. Vnde apparet eum acerbissimum ignominiam morsus, quām ipsam mortem tulisse. *Ælian. libr. 14. de Var. hist.*

Anaxarchus.

* Dicente ei Alexando, suspendam te: Minare his, inquit, è vulgo: mea autem nihil interest, super terrāne an infra terrāni computree scam. *Stob. ser. 7.*

Epicterius.

Dicere solebat, magis necessarium esse animæ quām corpori mederi, quum præstet mori, quām male viue re. *Anton. in Melissa, part. i. ser. 58.*

Æschines.

Mortem nequaquam terribilem, sed violentam affectionem circa mortem horrendam esse dicebat. *Stob. ser. 117.*

Idem.

Gloriosè mori summam felicitatem esse dicebat, cùm omnibus ex æquo sit fatalis. *Stob. ser. eod.*

Epicharmus.

Emori nolo, inquit, sed me esse mortuum nihil æstimio. *Cicer. libr. i. Tusc. quæst.*

Theodoricus Macedo.

Audiens Lysimacum mortem sibi minitantem crudelissimam: Hæc, inquit, aulicis tuis potius ministrare

Ego enim parum curo , humine , an sublimè in cruce putrescam. Cicerò lib.1.Tusc. quæst. Valerius Maximus lib.6.cap.2.Seneca de Tranquillitate vita, cap.14.

Gorgias.

Rogatus, an libenter obiret: Minime, inquit, sed ex hoc domicilio putrescente libenter abeo. Bruso. Stob. serm.117.

Theodoru philos.

*Lysimacho tyranno minitante ei necem, non deprecatus est, sed mortem contemnēs, Ignorabam, inquit, te non regis, sed cicutæ vim habere. Stob.ser.2.

Demosthenes.

Dum pro Atheniensibus & libertate verba faceret, & Philippus dicebat, Num times ne cap' abs te auferri præcipiam? Nō .. inquit, nam et si ipsum loco moueris, patria immortalitate donabit. Stob.

Corsicus.

Admodum senex, cum difficiili admodum morbo liberatus esset: Apage, inquit, quām molestè reversus sum, iam aliquantulum vita progressus, quam ingredi omnino necesse est. Max.ser.4.

Agis.

Interrogatus, quo pacto quis libertatem suam tueri possit? Si mortem, inquit, contempserit. Hic metus, qui cadere dicitur in constantem virum, multos deterret à pulcherrimis facinoribus: hoc qui caret, potest vbiique quod rectum est sequi, nec est quod timeat improbos: qui ut extrema moliantur, nihil aliud possunt, quām occidere. Plutar. in Lacon.

Idem.

Idem per insidias captus, ac præter meritum ab Ephoris condemnatus, quum ad laqueum duceretur, cōspiceretque quendam ex lictoribus flētem, ob indignitatem rei, cuius cogebatur esse minister: Desine, inquit, ô homo, vicem meam flere. Nā sic moriens præter ius & æquum, melior

felicioꝝq; sum his qui me occidunt. Hæc loquutus, vltro collum laqueo induit. Quo nemo Stoicorum docui quid fortius, hoc ille iuuenis nō verbis, sed te præstitit, felicitatem omnem solo honesto metiens: eōsq; iudicans infeliores, qui faciunt iniuriam, quām qui patiuntur. Plut.

Idem.

Cūm ab Ephoro interrogaretur num pœniteret eorum quæ gesissent respondit, se nulli planè tangi pœnitentia consilij, cum prudentia honesto quo coniuncti: tametsi non ignoraret, mortem se præmij loco relatum. Plutarch. in Lacon. apophr.

Hippodamus.

Quo tempore Agis aduersus Achidamum aciem instruētam habebat, simul cum Agide iussus ire Spartam, curaturus illuc ea quibus erat cœpus: An non, inquit, honestius est pro Sparta fortem bonumque virum præstaas, mortem oppetam? Ac possumptis armis, stansque regi ad dextram, pugnando interiit. Consulunt volebant illius senectuti, quæ viribus defēta in bello non ita mulcium esset: habitura momenti, in patria futu nonnulli vsui (excesserat enim annum octogesimum) at ipse sibi non indulxit. Plutarc. in Lacon.

Astycratidas.

Infrā de patria fōrtiter propugnād Ageſilaus.

Percontanti cuidam, qua ratione sibi pararet eximiam gloriā? Si mortem, inquit, contempseris. Nihil nim in bello præclaræ rei geret, eius animum mortis metu occupauit. Idem affectus in omni vita mortuum, à pulcherrimis facinoribus vocare solet. Plutarch. in Lacon.

Alcamenes.

Cuidam percontanti, quam ob causam Spartani impavidè semet expenerent periculis? Quoniam, inquit Alcamenes, pro vita timere consuētus, non aliorum more expauere significans, moderatā vita et

am adderē calcar ad fortiter agen-
tum : immodicum mortis pauorem
ib egregiis factis deterrere. Plutar-
chus in Lacon.apoph.

Thestamenes.

Postquam Ephori capit is senten-
iam in ipsum pronunciassent , abiit
idens, rogantibus qui aderant, an e-
iam contemneret Spartanorum le-
ges? Nequaquam, inquit: quin gau-
leo potius, quod hæc mihi multa
oluenda est, cum eam nec induxe-
im cuiquam, nec a quopiam mutuò
cceperim. Vir innocens, non accu-
auit patriæ suę leges, sed hoc felici-
atis esse iudicabat, quod mori iube-
tur, qui neminem ad mortem ade-
isset, nec cuiquam deberet vitam ni-
si. Facetè mortis pœnam vocavit
sulctam, rena atrocem molliori vo-
abulo signans. Iure autem cogitur
oluere pecuniam, qui eam vel extor-
tab alio, vel moruò sumpsit. Plut.
i Lac. & Cic. quæst. Tusc.lib. i.

Theramenes.

Quum iussu triginta tyrannorum
theniensium morti adiudicatus,
orrectam veneni potionem fortiter
ausisset, quod ex ea superfuerat, sic
isit solo, ut clarum sonum ederet,
ddensq. seruo publico, qui eam tra-
derat: Critiæ, inquit, propino, vide-
tur, ut hoc poculum continuo ad
um perferas. Erat is Critias, è 30.
rannis crudelissimus. Eraf 1.6.apo.

Pythagoras.

In ædibus Milonis cum familia-
bus suis assidens, accedit ut ædes ex
uidia succenderetur a quodam, qui
eum cœtum receptus non fuerat.
ij dicunt ab ipsis Crotoniatis id
e factum, metu tyrannidis. Pytha-
gas egressus, cum ad agrum fabis
enam peruenisset, restitit, ac dixit,
ipi præstat quām calcare, interfici
ām loqui. Et sic a persequenti-
si iugulatus est. Suidas.

Cleomenes.

Percontatus a quodam, eur Spar-
ni Diis spolia hostium non etiam

dicarent? respondit, Quia timidis
detracta sunt. Sensit vir fortissimus,
in bello fortiter occubendum esse,
potius quām hostibus præbenda ar-
ma : cum honestè mori non solùm
laudabile, sed salutare etiam sit. Plu-
tarclius in Laconicis.

Callicratidas.

Apud Arginus, quum esset na-
uali pugna conflicturus, atque Her-
mon nauclerus diceret, bonum esse
ab eo loco soluere, quod Athenien-
sium tritemes numero longè plures
esset. Quid, inquit, tum postea? Atqui
fugere ignominiosum est Spartæ,
ac damnosum: contraria manentem aus
mori, aut vincere, honestissimum.
Gloriam vitæ anteposuit, sed publi-
cam gentis, nō priuatam suam. Plut.
in Lacon.apoph.

Idem.

Ante conflictum peracto sacri-
cio, quum aruspex nunciaret ex in-
censis, exercitui quidem portendi vi-
ctoriam, sed imperatori mortem: ni-
hil expauefactus, Haud penes vnum
(inquit) sunt res Spartæ, me siquidē
mortuo, nihilo deterius habitura est
patria: sed si cesserò hostibus, aliquid
decedet patriæ, pro qua lubens mori-
iar. Itaque quum Cleandrum pro se
ducem designasset, naualem pugnæ
aggressus est, ac pugnando interiit.
Plut.in Lacon.apoph.

Idem.

Percontanti quam ob causam for-
tes viri gloriosam mortem ingloriæ
vitæ anteponant? Quoniam, inquit,
alterum naturæ proprium, alterum
peculiariter suum esse ducunt. Nam
naturæ beneficio vivunt & ignauis-
simi: at honestè mori, non contingit
nisi virtute præditis. Plut.in Lacon.

Leonidas.

Leonidam quum Ephori percon-
tarentur, si quid præterea rei facere
statuisse? Nihil aliud, inquit, quām
veibo tenus impediturus barbaroru-
transitus, sed reuera pro Græcis mo-

riturus. Egregium imperterriti du-
ctoris documentum, in causa hene-
sta piisque nec certam mortem hor-
rescere. Plutarch. in Lacon.

Zeuxidamus.

Ætolo quodam dicente, quod qui
studarent probitatem cum fortitu-
dine coniungere, ius bellum esse po-
tius cum pace: Non per deos, inquit,
sed his mors vita potior esse debet.
Correxit Lacon dictum Ætoli. non
enim oprandum bellum: sed nec in
bello nec in pace libertatem tueri li-
cet, nisi mortis terrorem abieceris.
Plutar. in Lacon.

Seneca.

† Contemne mortem, ait, & omnia
qua ad mortem ducunt, contempta
sunt. lib. 2. Q. Nat. c. 19.

Idem.

† Mors naturæ lex est, moris tribu-
tum officiumque mortaliū, malo-
rumque otonium remedium est. Op-
tabit illam quisquis timeret. Omnibus
omissis hac vnum, Lucili, meditare,
ne mortis nomen reformides: effice
illam tibi cogitatione multa fami-
liarem, ut si ita tulerit, possis illi vel
obuiam exire. In fine libri 6. Nat.
Quæst.

Idem.

† Percepit sapientiam, si quis tam
securus moritur, quam nascitur. Nunc
vero trepidamus, cum periculum ac-
cessit, non animus nobis, non color
constat: lachrymæ nihil profuturæ
cadunt. Quid est turpius quam in
ipso limine securitatis esse solici-
tum? Causa autem hæc est, quod ina-
nes omnium bonorum sumus, quo-
rum in fine vitæ desiderio labora-
mus. Non enim apud nos parseius
vlla subsedit: Transmissa est & efflu-
xit. Nemo quam benè viuat, sed
quandiu curat, cum omnibus pos-
sit contingere, ut bene viuant: vt
diu, nulli. Epist.

Anonymous.

Quidam Lacon sagitta percussus,
cum animam ageret, dicebat: Non

me mouet quod morior, sed partim
quod ab imbelli sagittario, ac mu-
herculæ simili, partim quod nullo
facinore edito morior. Vicit sole
esse solatio virtute præstantis viri
dextra cadere. Lacedæmonij verò
quoniam ensibus pugnare solebant
cominus, non putabant esse virtu-
tis, procul missa sagitta quempiam
interficere: quod idem possunt &
feminæ. Tum iniquiore animo de-
cedunt è vita, qui rectè factorum
post se relinquunt memoriam. Plut.
in Lacon.

Spartanus.

Insidiis circumseptus ab Iphicrat
Atheniensium duce, quem illius mi-
lites rogarent, quid in eo rerum stat
esset faciendum? Quid aliud, inquit
nisi vt vos seruemini, ego pugnandi
moriar? Talis erat animus Caton
Uticensis, qui cæteris suasit vt se
saluti consulerent, ipse spontane
morte turpem effugit scrutinem
Plutarchus in Lacon.

Damindas.

Cum Philippus irrupisset in Pele-
ponnesum, & quidam ita loquer-
tur, periculum est ne acerba patia-
tur Lacedæmonij, nisi Philippo re-
concilientur: O semiviri, inqui-
quid nobis poterit acerbi accider-
qui mortem contemnimus? Plutarc.
in Lacon. apoph.

Anonymous.

Apud Spartanos cum mos esset,
quod quisque posset suffurari aufe-
ret, modè in furto non deprehend-
etur: puer quidam, cum viuam v-
peculam, quam sodales erant furati
sibi ab eis traditam seruaret, ven-
sentque qui perdiderant, inquiren-
gratia, vulpeculam sub veste abd-
tam tenebat: veram cum efferrata b-
stia latus pueri vsque ad intestinum
corroderet, dissimulauit tacitus d-
lorem, ne proderet furtum. Me-
verò cum obiurgaretur à consola-
bus cur fecisset: Præstabat, inqui-
fortites immori, quam hac nota tr-
duc

Iuci, vt ob mollitatem diceret lucrificasse vitam ignominiosam. Plut. in Laco.

Cercidas.

* Incidens in morbum periculissimum, libenter se moriturum esse dicebat: post mortem enim se vivum ex philosophis Pythagoram, & historicis Hecatænum, ex poetis erò Homerum. Ælian. lib. 13. de via hist.

*Eteocles.**Suprà de Consolatione.**Pelopidas.*

Pharsali congressurus cum Alejandro Pheræorum tyranno, milites dimonuerunt, duplo plus Thessalorum esse cum Alejandro, quām ipse Thebanos haberet: Tanto, inquit, nelius nobis erit, plures enim vincentes. Hoc & alteri cuidam adscriptum. Eras. lib. 5. apoph.

Idem.

Ab Alejandro Pheræorum tyranno præter fœdera captus ac vincitus Pelopidas, conuicia cōgessit in fœlifragum: vt autem iratus ille dixit, Mori properas: Admodum, inquit, juo magis in te exasperentur Thebani, tūque citius des pœnas violati cederis diis pariter atque hominibus suis. Eras. lib. 5. apoph. ex Plut.

Alcibiades.

Dicebat, nihil nouum esse, si Laedæmonij intrepidè in bellis occum eret. Defugere enim eos hoc modo egum seueritatem & cruciatum, atque labores alacriter prompteque um morte commutare. Ælian. lib. 5. de Varia histor.

Chabrias.

Proditionis accusatus est vna cum Iphicrate. Cùm autem ab Iphicrate biurgaretur, quod cùm esset in periculo, tamen ad gymnasium itaret, solitaque pranderet hora: Ergo, inquit, si quid secus de nobis statuerint Athenienses, te squalidum ac famelicum, me verò pransum ac vngatum occident, Plut. in apoph.

Phocion.

Cùm aliis bonis viris ab Atheniensibus damnatus ad mortem, cùm carnifex cicutam apportaret & bibissent omnes, solusque Phocion superesset, consumpto ab aliis veneno, carnifex negabat se daturum, nisi numerarentur duodecim drachmæ: anti enim vñire cicutæ vñciā. Phocion itaque ne per illius contentiōnem mora fierent morti, accito ad se cuidam ex amicis: Quandoquidem, inquit, Athenis ne mori quidē gratis licet, quæso dato huic pretium. Plut. in apoph.

Pelopidas.

Postquam Epaminondas Pelopidas liberum reduxisset, aiebat se gratiam habere Alejandro, per quem experimento compserisset, se non tantum ad bellū, sed etiam ad mortem bene animatum esse. Plutarc. in apoph.

*Dionysius senior.**Infrà, de regnandi libidine.**Alexander.*

Calanus ille Indicus gymnosophista, cùm sibi ipsi manus adferre vellet, struem lignorum struxit: eámque incendens, se in ignem, contemnens mortis durum supplicium, præcipitauit. quod cum Alexander vidisset, admiratus hominis audaciam, dixisse perhibetur: Calanum potentiores se hostes bellasse ac vicisse. Alexander enim cum hominibus pugnans viator evasit, Calanus verò cum laboribus ac morte. Ælian. lib. 5. de varia histor.

Corn. Scipio.

Cùm in Africa Pompeij partes sequutus, res párum prosperè gessisset, & Hispaniam petens intellexisset nauim, qua vehebatur, ab hostibus captam, gladio præcordia sua transuerberauit. Deinde Cæsarianis militibus quærentibus, vbi est imperator? Imperator, inquit, bene habes. Suprema vox morientis declarata.

uit animū meliore fortuna dignum.

Appian.

Gr. Petronius.

Vnā cum naue in qua vēhebatur captus, Scipioni incolumitatem pollicenſi, respondit, Cæſariani milites non ab aliis accipiunt, sed præstare solent salutem: quo dicto, se pugione coufescit. Erasm. lib. 6. apophthegmat.

M. Cato.

Aiebat plurimum referre, vtrum quis virtutem magni aestimet, an vitam non magni faciat. Sentiens, non eos statim esse fortes, qui quovis modo vitam vel mortem contemnunt, sed qui tantifaciunt virtutem, ut huīus gratia vitam alioqui charām negligant. Nam semet in vita discri- men coniicere, aut infeliciū est, & quos vita iam tædet: aut immanium, & beluis similiū. Plutarch. in Ca- zone.

Bassus.

Si quid incommodi aut metus in morte esse diceretur ab aliis, moriens eis hoc vitium esse dicebat, non moris. Mors enim nihil incommodi hominibus adfert, sed ab omnibus incommodis ac fortunæ misera procellis liberat. Senec. epist. 30.

C. Mævius.

C. Mævius Augusti centurio, cùm in bello ab Antonio captus esset, interrogatus ab Antonio, quomodo secum agi vellet? Occidi me iube, inquit: morienim malo, quām tuo beneficio viuere. Appian.

Tiberius.

Audiens quendam è reis nomine Caruiliū sibi mortem consisse, priusquam esset damnatus. exclamauit: Caruilius me euasit. Adeò leue supplicium esse iudicabat mortem. Sueton.

Galba.

* Pisone à Galba adoptato, conſpiratione facta prætorianorū Otho Imperator salutatus est. Galba ad sumulum ſedandum in lectica de-

lato milites infensi occurrentes in gesserunt vulnera. Ille iugulum offrens, Agite dum, inquit, si hoc ex Re pub. est. Cruribus igitur & brachii ſœdè laniatis iugulum hauiſit, vt cœbrior fama est. Camurius xv. legioni miles. Plut. in Galba.

Caninius Iulius.

* Mori iussus, quod Caium Cæſarem verbis offendisset, ad necen vocatus à centurione latrunculis ludebat. Tum numeraris calculis dixi ſodalī, vide ne post mortem meā mentiaris te viciſſe: & ſimul centurioni annuens, Testis, inquit, eris, vno me antecedere. Ceruicem in percussori præbuit intrepide. Sene ca.

Hadrianus.

Sub mortem his versibus lusifſe dicuntur Hadrianus imperator,

*Animula, vagula, blandula,
Hoſpes coméque corporis,
Quæ nunc abib⁹ in loca
Pallidula, rigida, undula,
Nec ut foles dabis iocos?*

Dion Cassius.

Seuerianus.

* Adrianj iuſſu moriens, eō quod Cōmodum successorom parum prudenter designatum ab Imperatore dixiſſet, ignem petiit, & accenso thure vos, inquit, dij testes eſtote nihil à morte dignum esse commiſſum. Tantum hoc precor, ne quum mori velit posset. Dion Nicæus.

Rubrius Flavius.

Cum à Nerone defeciferat, captiuu abductus, & mox ad mortem damnatus est. ve: ūm cùm à libertore admittetur, vt fortiter ceruicem præterderet. Utinam, ait, tu tam fortiter fierias. Senec.

Anton. Pius.

Quodam die dixit amicis: Quicquid fletis, ac non magis de communis morte pestilentia que cogitatis? Philosophia docuerat hominem & mortem contemnere, & res humanas ridere. Parantibus autem abire dixit

Si iam

Si iam dimittitis , vale vobis dico,
vos præcedens . Facerè petuit ab ami-
cis discedendi veniam , ac veluti pe-
rè profectus iussit illos valere ,
submonens interim fore , vt illi præ-
cedentem sequerentur . Capitoli-
us.

M. Antonius.

Cleopatra metuens Antonij sa-
litiam , confugit in monumentum
emissis cataractis : misitque qui di-
derent , illam spontanea morte pe-
nisse . Id credens Antonius , & ipse si-
ni parans adferre vim , dixit , ô Cleo-
patra non doleo quod te caream , nā
nox vna futuri sumus : sed quod ego
antus imperator , fortitudine viæ
um à foemina . Viæum se putabat ,
quod illa prior spontaneæ mortis
loriam occupasset . Plutarc . in An-
tonio .

Pertinax imp.

Conspicatus milites prætorianos
a se irruere . Me , inquit , milites si oc-
ciditis , neque ipsi rem magnam fa-
citis , neque mihi sanè grauem homi-
ni huius ætatis & gloriae , cùm huma-
æ vitæ finis aliquis sit necessarius .
Non ignorauit imperator , semel es-
e moriendum : & sic non referre , quo
mortis genere ultimum vitæ diem
laudamus . Herodianus lib . 2 .

Idem.

Cùm intellexisset tumultuari quos-
lam ob intersectum Commodum
imperatorem , dixisse fertur : Si dele-
is Commodi morte , nihil profectò
noui fuit : quandoquidem homo na-
tus fuerat . Herod lib . 2 .

Mauricius.

*Quom Phocæ tyranni iussu Mau-
ricij Imperatoris quinque filij mares
spectante patre , necarentur , inuicto
animi robore hanc calamitatem per-
tulit , subinde hæc verba repetens , Iu-
stus es domine , & iudicia tua iusta
sunt . Intrepidè tandem etiam ipse cer-
vicem præbuit . Cedren .

Andronicus Comnenus.

* Ab Isaglio angelo imperio euer-

sus , atque innumera ab insana plebe
mala percessus , tandem pedibusfu-
ne alligatis suspensus , generoso ani-
mo illata opprobria tolerabat , ac
mente integra ad confluentem tur-
bam & ferocientem conuersus , hæc
dixit , Domine , miserere mei : & , quid
calamum contritum infringitis ? Ni-
cetas lib . 2 .

Ignatius Martyr.

Ad bestias damnatus , cum iam ad
supplicium duceretur . Non curo , in-
quit , quo supplicij genere moriar .
Frumentum autem Dei cùm sim , be-
stiarum dentibus comminui atque
subigi elector , vt panis siam mūdus
Christo , qui mihi panis est vitæ . Eu-
seb . lib . 3 . cap . 36 .

Anonymus.

*Quoniam pater mors ei significare-
tur , respondit , desine loqui blasphemias .
Nam pater meus immortalis
est . Socrat . hist . eccl .

Hilarion.

† Lacoæs eum frustrâ tota nocte
vna quæsierant , quo tandem clara
pâcer reperto : Quid , inquiunt , faceres , si
latrones ad te venirent ? quibus ille ;
Nudus , inquit , latrones non timeret .
Tùm illi : At qui occidi potes . Possum ,
inquit , possum , & ideo latrones non
timeo , quia mori paratus sum . Cuius
admirati constantiam , mortisque con-
temptum , noctis errorem confessi re-
siperunt . Hieron . in vita .

Alphonsus.

Alphonsus Aragonum & Siciliæ
rex , quoniam familiares , quos ipse a-
lumnos suos appellabat , visitaret in-
firmos & ægrotantes , promore audiens
Gabrielem Surrentinum sua-
uissimum & splendidissimum adoles-
centem ægrotare ad mortem , homi-
nem accessit : quem cùm à mortis di-
tro aspectu abhorrente intellexit : Nō
est , inquit , cur tantopere mortem
timeas , quum hæc bene puréque
morientibus sit vita , atque eius vitæ
principium , quæ neque doloribus ,
neque metui , neque inuidiæ , neque

* Crumniis vllis subiecta est, &c. Anto.
Panor. de reb. gest. Alphonsi, & Aen.
Syl. de dictis eius.

De morientium moni- tis & doctrinis.

Cyrus.

* Si quæ sunt hominum dicta
memoranda, ea certè videtur
quæ paulò ante excessum ab hu-
ijs corporis ergastulo prolata sunt.
De Cyro aurem Xenophon ait eum
moribundum, quum de sua felicita-
te, dèque filiis duobus pronuntiasset,
Cambysè commendasse amicos his
verbis: Te quoque, mi Cambyses,
scire velim, non aureum hoc sce-
ptrum esse, quod regnum tibi con-
seruet: sed amici fideles regibus &
verissimum & tutissimum sceptrum
sunt. Còparandi autem hi non natu-
ra nec vi, sed potius beneficentia. Fi-
liis autem, Corpus meum, ait, ô filij,
quum diem in terris supremum clau-
sero, nec in auro condite, nec in ar-
gento, nec vlla in re alia: sed terræ
quam primum reddite. Quid enim
beatus quam in terra abdi, quæ om-
nia præclara, bona omnia profert &
nutrit? Postrema hæc eius vox fuit,
Si benefici in amicos fueritis, etiam
in hostes vobis animaduertèdi facul-
tas erit. Valete filij carissimi, atque
idem matri meis verbis renuntiate.
Itidem omnes amici qui adestis & a-
bestis saluete. Xénophon.

Augustus Cæsar.

* Supremo die amicos percuncta-
eus est his verbis, An num vobis
videtur me minimum vitæ humanæ sat
commodum egisse. Deinde adiecit
hanc clausulam,

Δοτε καὶ κρίτοις πάντες ὑμεῖς μετὰ
χαρᾶς κρυπτοστεῖ.

Vitæ tragicomœdiam ita à se a-
ctam putans, ut spectatorum posteri
eatis plausum sibi promeruisse vide-
retur. Sueton.

M. Antoninus Philosophus.

* Moriens risit res humanas, &
mortem contemnens ad amicos con-
uersus dixit, Quid me fletis, & non
potius de pestilentia & communi
morte cogitatis? Et quum illi vel-
lent recedere, ingemiscens ait, Si
iam me dimittitis, vale vobis dico,
vos præcedens. Et cùm ab eo qua-
reretur, cui filium commendaret, il-
le respondit: vobis si dignus fuerit, &
diis immortalibus. Julius Capitoli-
nus.

Seuerus.

* Eius nouissima verba hæc fue-
runt. Turbatam Rempublicam ubi-
que accepi, pacatam etiam Britanni-
relinquo, senex & pedibus æger: fir-
num imperium Antoninis meis re-
linquens, si boni erunt: imbecillum
si mali. Tandem subiecit,

πάντα ἔγνωμεν, καὶ σὲν ἐμοὶ λύση
τέλει.

Id est,

Omnia fui, sed nihil prodest.
Ælius Spartian.

Idem.

+ Vrnam, quam sibi præparaue-
rat cùm moriturus iussisset afferri
manibus contrectans: Tu, inquit, vi-
rum capies, quem totus orbis terra-
rum capere non potuit: Dion Nicæus
& Xiphilinus.

Phocion.

Iniustè damnatus, quid filio dici
vellet percontatus respondit, Ne me-
mor sit iniuriæ qua ab Atheniensi-
bus pater est affectus. Plut.

Socrates.

* In extremo vitæ suæ momento,
has voces protulit: Scio etiam inter-
fectores testimonio mihi futuros,
quod nullum vñquam hominem
læserim, sed potius operam dede-
rim, vt discipulos meos meliores
efficerem. Et ad Critonem conuer-
sus, Liberi Deo qui mihi eos dedit
curæ erunt: amicos hinc discedens
inueniam vobis aut similes aut me-
liores, ne yestra quidem consuety-

dine div caritrus, quādoquidem eodem vos breui estis commigraturi.
Xenophon.

Theophrastus.

* Iam moribundus interrogatus à discipulis, num quidpiam mandare vellet, respondit, Nihil quidem quod imperaret se habere, nisi quod multa dulcia gloriae obtentu vita mentiatur: nos vero quum viuere incipiimus tum mori: & nihil inanius esse amore gloriae. Deinde subiicit, sed este felices, studia ista, vel omittite, grandis enim eorum labor est: vel ea prosequimini, magnam enim gloriam pariunt. Porro maior est vita huius vanitas, quam utilitas. Verum non conceditur iam ut vobis consilio adsim: vestrum iam est quid facto opus sit deliberare. Laetus.

Saladinus.

† Morti cum esset proximus, iussit in hasta circumferri camisiam per totum exercitum præcone clamante: Hanc secum fert mercedem Saladinus Asiae domitor gentium victor. Cranzius li.7.metropol.c.26.

M. Antoninus Philos.

† Cum ab eo iam morti proximo Tribunus militum signum postulaverat, inquit, ad Orientem (Comnodum successorem innuens) ego enim iam ad occasum propero. Xiphilinus in eius vita.

Theodosius M.

† Ea morbum delapsus, Honorium & Arcadium filios Imperij hæredes reram pietatem coere hortabatur: a enim pacem conluerari, bellum ex ingui, hostes in fugā verti, trophæa rigi, & victoriā denique constare. Theodorotus li.5.hist.Ecc. c.25.

Constantius Imp.

† Sub vita finem trium se pœnitentia professus est; Cædis propinquorū; ollati in Julianum tituli Imp. & mutantæ religionis; Ab Orthodoxis enim d'Arianos defecerat. Zonaras tom.3. Annal.

Theophilus Imp.

† Veritus ne se mortuo Theophobus tyrannidem innaderet, quem iam diu suspectum habebat, ex quo à Persis Imperator fuerat salutatus, eum prope regiam in carcerem coniecit; Cumque vita exitum sibi cerneret in stare, iussit illum iugulari, eiisque caput sibi afferri, cui manum imposita, capillisque apprehensis, dixit: Iam neque ego sum Theophilus, neque tu Theophobus: hisque dictis animam efflavit. Zonaras tomo 3. Annal.

P.Thraseas.

* Accepto mortis decreto, Helvidium & Demetrium in cubiculum inducit, porreatis vtriusque brachij venis, postquam cruentem effudit: humum super spargens, proprius vocato quæstore: Libemus, inquit, loui liberatori. Specta iuuenis (ad Demetrium conuersus) & omen quidem Dij prohibeant: cæterum in ea tempora natus es, quibus firmare animū expedit constantibus exemplis. C Tacitus.

Othon imp.

Iam destinata morte, Cocceium fratris filium ad se vocatum sic adhortatus est extremis verbis: ô fili, habuisse te patrum Cæsarem nec prorsus obliuiscaris, nec admodum memineris. Noluit illum prorsus obliuisci, ne desereret curam suorum, rursum noluit valde meminisse, ne mortem patrui viciseretur. Suet. in Othon.

Commodus.

M. Antonini filius, quum in extremitate parente moneretur, ne barbaros iam attritos sineret vires recipere: respondit, Ab incolumi quævis paulatim negotia perfici posse, à mortuo nihil. Vera quidem sententia: sed impia vox erat, parentis extrema monita contemnentis, ac morienti velut insultantis. Sex. Aurel. Victor.

D. Ambrosius.

* Quum Stilico comes & multi nobiles eum agrotantem hortarentur, vt boni publici causa vita spatiū sibi prorogari a Demonio peteret, respondit, Non ita inter vos vixi, vt pudeat me viuere: nec timeo mortem, quoniam bonū Dominum habemus. Paulin. in eius vita.

Vide seq. apophthegmata de morientium monitu.

D. Bernardus.

* Egrotans, suos fratres admonuit, vt in tuto diuinæ clementiæ finu, spei anchoram fidicique suæ per inconuulsibilem charitatem firmius radicarent. Addidit, Quia non arbitror, me magna vobis religionis posse relinquere exempla, tria vobis imitanda commendo quæ in studio quo cucurri me pro possibilitate mea memini obseruasse. Minus sensui meo quam alterius credidi 2. Læsus de lædente vindictā nō expetiui, 3. Nemini scandalum facere volui: & si quando incidit, sedauit potui. Author vita.

De mortis & somni cogitatione.

Socrates.

Dicere solebat, mortem esse similem profundo somno, aut diutinæ peregrinationi. Somnus profundior adimit omnem sensum: & animus à corpore digressus, aliquando in suum domicilium redditurus est. Eraf. li. 3. apoph.

Anaxagoras.

Aiebat, duas esse mortis doctrinas: alterā tempus, antequam nati sumus, alteram somnum. Stob.

Diogenes.

Lethali somno experrectus cum esset, ac medicus interrogaret, quidnam ageret: Rectè, inquit, habeo, Nam frater fratrem amplectitur: aliquidens ad Homerum, qui θύγατρε, &

Ὥστοι germanos finxit. Laertius libro 6.

Gorgias.

Iam vicinus morti, viribus deficiens, sensim in somnum delapsus iacebat. Et si quis ipsum ex familiari bus interrogaret quid ageret? respondebat: Iam somnus incipit me fratri suo tradere. Stob.

De morte generosa.

Anonymous.

LAcæna quædam, vt audierat filium incolumem, sed fugisse ab hostibus, scripsit illi: Malus rumor de te sparsus est: aut hunc dilue, aut ne sis. Præstabilius iudicavit mori, quam cum ignominia viuere. Plut. in apoph. Lacæn.

Phocion.

Iam damnatus, cùm videret eiulare eos qui vñā morte mulcandi etiæ erant: An non, inquit, ô Tuditippe, pulchrum tibi ducis cum Phocione mortem oppetere? Ålia 1.13. de Varia hist. Plutarc.

Epaminondas.

Dicere solebat pulcherrimum esse genus mortis in bello mori: quod hæc mors primùm cum laude fortitudinis coniuncta sit, modò bellum geratur pro patria: deinde breuis, nō diu crucians hominem, aut paulatim extabefaciens. Plut. in apoph.

Idem.

Cum grauiter & ad mortem usque in clade cruentissima vulneratus esset, prostratus humili, interrogavit milites, an clypeus suus adhuc saluus esset. vt audiuit saluum, rogauit præterea, an hostes deuicti essent? cùm & hoc audiuerisset, Nunc finis, inquit, vitæ meæ: sed melius & altius initium aduenit. Nunc Epaminondas nascitur, quia sic moritur. Valer. Max.

Idem.

Suprà de Fortitudine heroica, & militari.

tione degenerassent. Plut. in Lacænarum apoph.

Alia.

Quum audiuisset, filium in prælio cæsum: Deponite illū, inquit, vt erat in ordine locatus, eiūsque locum expleat frater. Tale robur animi, quale in paucis reperias viris. Non metuit orbitatem, modè virtus patriæ im penderetur, Plutarc. in Lacænarum apoph.

Alia.

Quum in publica solennique pompa audisset filium in prælio quidem tulisse victoriam, sed ex vulnerum multitudine mori, coronam non deposit, sed gloriās comitibus dixit: Quanto pulchritius est, amica, in acie viatorē occumbere, quam in Olympiis parta victoria viuere. Quantum hæc virago dissensit à cæteris mortalibus, quibus persuasum erat, diis proximum esse, in Olympiis ferre palīam, quum ibi non ageretur certamē virtutis, sed artis & impendiorum: tum nihil esse terribilius morte: neque quicquam esse tanti, quod viræ iactura sit emendum? Hæc nullam existimauit victoriam speciosiorem, quam quæ patriæ quereretur: necv illam mortem optabiliorem, quam quæ cum hac laude contigifset. Ibid.

Alia.

Quum quidam sorori suæ narraret, quam fortiter ipsius filius in prælio occubuerisset: Quantum, inquit illa, de filio cepi voluptratis, tatum tuam doleo vicem, qui à tam honesta societate defeceris. Ibid.

Archileonida Brasidæ mater.

Post obitum filij, cum Amphibolis quidam venissent Spartā, eamque inuiserent percōtata est, num honeste, & vt Spartano dignum erat, occubuerisset? illis iuuenis virtutem amplificatibus, ac dicentibus, eum in bellis negotiis Lacedæmoniorum omnium esse præstantissimum, respondebit, O hospes, honestus quidē ac stre-

De morte generosa non deflenda.

Socrates.

Ritonem orabat, ne præcepto rem defunctum deploraret. Mālē dictum enim non solum in hoc ipso delinquare, sed etiā animis non nihil hoc officere Xen.

Idem.

Vxori muliebriter comploranti, dicentique, Mi vir, innocens morieris, Quid (inquit) vxor, num me no centem mori malles? Mors bonorum ob hoc ipsum minus deflenda est, quod præter meritum & occiduntur. bis verò deplorandi sunt, qui ob mala facta dant pœnas: sed longè miseriū est, meruisse pœnas, quam dedisse. Eras. li. 3. apoph.

Idem.

Præclarum esse dicebat, in bello fortiter occumbere. Etenim qui sic è vita migrat, funere & sepulchro magnificentissimo honoratur. Et siue pauper quis ita decedat, laudatione non caret: siue etiam vilis quispiata & ignavus, rursus à sapiētibus viris extollitur, qui non temerè, sed multo tempore composita & consula oratione egregiè laudant. Plato in Menexemo.

Polyænus.

Polyænus non dolendum esse propter mortuos dicebat: quādoquidem melius sit mori, quam miserè viuere. Max. ser. 35.

Anonyma.

Lacæna quādam quum audisset, quod filius fortiter in prælio se gentis occubuerisset: Nimirum, inquit, neus erat. Non deplorauit mortem illij, sed de virtute sibi gratulata est. Contrà, quū de altero audisset, quod in timideitatē prælium detrectans, alius esset: Nimirum, inquit, non eat meus. sentiens, non esse habendos tro liberis, qui à parentum institu-

nous erat filius meus, sed multos illo
præstantiores habet Lacedæmon.
Plut.in Lac.apoph.

Anonyma.

Quidam cùm Lacænæ matre dixis-
set, quām fortiter frater in bello oc-
cubuisse: Non pudet te, inquit, non
fuisse in morte tam generosa comi-
tem? Ad eò hæc mulier non molestè
mortem filij tulit, vt reprehenderet
ignauiam alterius filij, qui honestam
mortem subire non voluisse. Plut.in
Lac.apoph.

Alia.

Lacæna quædam cùm filium audis-
set in acie cecidisse, ait:
*Plorentur timidi, mi infelix humabe-
re nate:*

*Et matre hac vere dignus es, & pa-
tria.*

Plut.in apoph Lacæn.

Dematria.

Suprà de Generatione.

Anonyma.

Quædam filium, qui deserto loco
fugerat, hostis crudelitatem metuens
interemit dicens: Haud meū est hoc
germen, quod adeò à vita abhorret,
semel amittenda. Plut.

Gyrtias.

Cum Acrotatus nepos in puer-
orum pugna plagi ferè examinatus
esset, plorantibus aliis: Tacebitis, in-
quit: factō enim ostendit, cuius san-
guinis esset: Alludit autē ad Lacedæ-
moniorum fortitudinem, qui morte
contemnentes, omnibus vitæ pericu-
lis sese obiiciebant. Ibid.

Eadem.

Eidem cùm è Creta nuntius esset
allatus de morte Acrotati: Cùm ad
hostes, inquit, proficeretur, nōnne
futurum erat, vt aut ipse moreretur,
aut illos oceideret? Iucundius autem
est audire, quòd mortuus est, vt & i-
pso & ciuitate & progenitorib. dignus
erat: quām si iners & imbellis per
omne ævum viueret. Solent autem te-
nerius & impotentius amare nepo-
tes suos quām ipsæ matres. Et vbi nūc

sunt quæ in morte liberorum confu-
giunt ad laqueum: cùm Gyrtias ne-
potem & seminecem lugeri vetuerit,
nec eundem flendū putarit, quòd
fortiter pugnans interiisset? Plut.
Ibid.

Anonyma.

Quædam sepelebat filium, ad eam
cùm vilis anicula accessisset, dicens,
Heu fortunam ô mulier! illa subiecit:
Per Geminos (inquit) bonam equidē
arbitror. Siquidem cuius gratia fi-
lium peperi, videlicet vt pro Sparta
moreretur, id mihi contigit. Fortissi-
ma mulier, aniculæ deplorationem
vertit in gratulationem. Cicer. Tusc.
quæst.l.i. Plut.in Lac.apoph.

M. Crassus.

Cùm Publius Crassus filius fortissi-
mè in bello cecidisset, hostes caput
iuvensis hastæ impositum gestantes,
Romanis magno cum contemptu o-
stenderunt. Quo tam tristi spectacu-
lo nil commotus Crassus pater, qui
belli dux erat, ait: Hic meus priuatus
dolor est, mea hæc calamitas, cæte-
rū publica ciuitatis salus & gloria
in vestra incolumitate sita est. Plut.
in Crasso.

Seneca.

Paulina vxor Senecæ, cùm marit
mortem iam imminentem adeò gra-
uiter ferret, Seneca, Caeu, ait, hanc
meam mortem amplius vt contume-
liosam defleas, ne vel te minus amas-
se, vel gloriæ meæ inuidisse videaris.
Ex vita Senecæ.

Antigonus.

Quum renuntiatum esset, filium
Alcyonæum in acie cecidisse, demis-
so vultu paulisper apud se cogitauit,
mox erupit in hanc vocem: O Al-
cyone, serius quām eportuit vitam
morte commutasti, qui tam auda-
cter in hostes infilieris, neque tu
salutis, neque meorum monitorum
villam habens rationem. Putauit non
esse deflendum, qui sua culpa periis-
set, sibiique calamitatēm accersisset,
ex Plut.

Galio-

Galenus Imp.

Cum patrem Valerium audisset extinctum, vocem laudatissimam sine laude usurpavit, dicens. Sciebam patrem meum esse mortalem. Trebell. Pollio.

De morte suorum æquo animo ferenda.

Plato.

Dicebat, in mortem amicorum quiescendum esse, partim eo quod nondum liqueret bonum esset in malum quod accidisset: partim quod acerbè ferenti, nihil à luſtu est commodi. Tollitur enim dolor, si quis secum consideret, quale sit quod uenit. Laërt. I. 3.

Anaxagoras.

Cum in exilio agenti nuntiata esset mors filiorum, Sciebam, inquit, ne genuisse mortales. Laërt. II. 2. c. 3. Cic. I. 3. Tusc. quæſt. Älian. I. 3. de Var. iſt.

Xenophon.

Cum filium suum corruisse percepisset, ne lachrymans quidem, ait: sciebam me genuisse mortale. Laërt. I. b. 2. c. 6.

Antigonus.

† Cum filij sui cadauer ex acie detatum videret, nec lachrymas fudit, nec colorem mutauit, sed collaudatum quod ut fortis & generosus imes occubuisse, sepulchro mandati uisit. Älian. Var. hist. I. 3. c. 5.

Melania.

† Fuit hæc Marcelli Cos. filia, quem marito nondum humato, duos simul amississet filios, incredibili ani- ni constantia, ita sibi ab omni dolore emperauit: ut ne quidem lacrymata fuerit. Sed deuoluta in pedes tantum, dixit: Expeditius tibi seruitura sum, Domine, quia tanto me onere liberasti. Hieron. in Cronic. & in Epist. ad Paulam.

Eschadus.

Nunrianti quod è filiis ipsius alter interiisset: Olim sciebam, inquit, illi moriendum esse. Nihil illi visum est nouæ rei, si mortal is natus moreretur. Plut. in Lacon. apoph.

Telamon.

Audiens filium sibi charissimum morte surreptum esse, vultu immobi- li, vir aduerlus omnem iniquam for- tunam infractus, dixisse fertur, Bene se res habet, ego enim quem genui, moriturum sciui. Cicer. lib. 3. i. uscul. quæſt.

Iulianus.

Cum iam extremum traheret spi- ritum, audiens suorum lachrymas, ait, Nolite deplorare ac lugere prin- cipem iam quidem moribundum, sed cælo diisq; reconciliatum. Pontanus libro 2. capite 7. de domestica forti- tudine.

Franciscus Almeida.

† Cum unicum filium virtute ac moribus egregium, in portu Chau- lensi oræ Indicæ (in qua prætereat re- gis Emmanuelis nomine) à Mamma- lucis cæsum audisset, ita dolorem vu- tu compressit, ut illū nullius solatio indigere cuncti perspicerent. Quin ipse reliquos, ne lugerent admonebat. Se namque non diuturnam vitam, sed virtutem insignem à Deo precatum fuisse. Qui filium earum habuit, non lacrymis sed virtute amorem o- stendat: illius enim cædem vlcisci sta tuo. Qui mihi alacrius in hoc opere perficiendo operam præstiterit, eum ego existimabo maiore caritate filio meo deuinctum fuisse. Sic incensi sunt prætoris oratione milites, tamq; perunaciter cum Saracenis & aliis Lusitanorum, & Christiani nominis hostibus dimicarunt, ut magno illis steterit generosi adolescentis interitus, multo ipsorum cruento vindicatu. Osorius lib. quinto rerum Etama- nuel.

De mortuis non lœ-
dendis.

Chilon.

Verabat de mortuis malè loqui, quòd ignavum videretur eos incessere lingua, qui respondere non possunt: ac turpe esset, cum umbris ac latus luctari. Nam id est, quodāmodo sepultum refodere. Laërt. li. i. cap. 4.

Philostratus.

Ælianuſ ſophiſta ſcripſit in Gymnidem tyrrannum. Hunc quum Philoſtratus Lemniuſ offendiffiſſet lugētem, indignabundo & concitato ſimilem percontatus eſt, quid argumenti eſſet prā manib⁹: Scribo, inquit, Gymnidis accuſationem. Laudarem, inquit Philoſtratus, ſi viuen-tem accuſaſſes. Id enim erat viro dignum, nam lacerare defunctū, cuiuſ in promptu eſt. Eras. lib. i. apoph. cap. 16.

Ageſilaus.

Cūm Lysandri literas & oratio- nem de nouandis rebus, déque mu-tando reipublicæ ſtatu coram exercitu legeret vellet, & Lysandrum de-functū eſſe audiret, noluit defuncti aperire improbitatem militibus: indecorū eſſe putans, ſimultatem exercere cum ſepulto. Plut. in Lacon. apoph.

Plancus.

Postquam animaduertiſſet, inue-ſtigias quasdam orationes ab Asinio Pollione ſcriptas eſſe, quas tamen ante mortem edere nollet, ne respon-deretur maledictis, dixiſſe ferrir, Cum mortuis non niſi laruas lucta-ri. Quo dicto paſſim repercuſſit illas Pollionis orationes, vt apud erudi-tos nihil impendentius, teſte Plin. iudicaretur: partim etiam docere voluit, mortuos ne maledictis quidē lœdēdos, qui iam in terra quiescant,

nec audiant amplius: neque maledictis respondere poſſint. Plin. & Cu-ſpin. in Consulibus.

De muliere tum mala-
tum forti, temperanti
& sagace.

Crates.

Mundum muliebrem dicebat ef-ſe, quod ornat ſeaminam: ornat autem id, quod eam reddit com-positiorem ac modeſtiorem. Verū id non pŕeftar, inquit, neque ſmarag-đus, neque purpura, ſed quācunque adderent vim ac ſpeciem honestatis ac verecundiæ. Gæcis κόσμος & mu-dum ſonat, & ornementum. Inde κο-ρονᾶς ornare. Laërtius libro ſexto, cap. 5.

Diogenes.

Conſpicatus mulieres garrulas in-ter ſe colloquentes, Aſpis, inquit, à vipera venenum mutuatur. Anton. in Meliſſa. part. 2. ſer. 34.

Idem.

Inuitus mulierem in lec̄tica, non ſecundum feram ait eſſe caueam Al-ludit autem ad ferociam ac rebellio-nem mulierom, qua adeò excellunt interdum, vt non mulieres ſint, ſed in feras tranſmutetur. dignæ igitur quæ nōn vehantur lec̄tis, ſed cathe-nis ligentur, quo viris ſint manuſtiores, Laërt.

Ariſtoteles.

† Mulier maioris eſt pietatis quām vir, ſed maioris inuidiæ, & malitio-ſior eſt viro & facilius decipit. De a-nim. 1. 8.

Sextus Philoſ.

* Mulierem malam, inquit, decet ſigillum. Maxim. ſermon. de mulieri-bus.

Pythagoras.

* In mulierem & in ignem inci-dere, æquale eſſe dicebat. Eodem ſer-mone.

Solen-

Solon.

* A quodam rogatus, an vxor esset iudicanda? Si turpem duxeris, inquit, habebis poenam: si pulchram, abebis communem. Eodem serm.

Aristippus.

* Mulierem paruam, sed pulchram onspicatus: Paruum quidem pulchrum, inquit, magnum autem maius. Anton. sermon. de muliere fori, &c.

Protagoras.

* Vxorem tem perantem querere ihebat, nec formosiorē illud enim, inquit, est thesaurus qui surripit non ostest, hoc autem animi opinio, sue ersuasio. Eod ser.

Philo.

* Dicebat Physicos narrare mulierem nihil aliud quam imperfectū esse marem. Infirmiora item quammodo esse mulierum cōsilia, nec ita res quæ sub sensum cadūt quicquam posse eas comprehendere. Eodem serm.

Philonus uxoris.

* In complurium sc̄minarum cōinterrogata, cur sola ex omnibus areo non vteretur ornatus? Satis, inquit, vxori magnus ornatus viri sui iuris est. Ibidem.

Pericles.

Quum deuictis Samiis Athenas ressus, pro concione laudasset eos si in bello ceciderant, ceteræ manuæ redeuntem è concione corosac vitiiis decorarunt. Elphinice rō Cimonis soror propius accens, dixit illi, Præclara sunt ista que issisti, & coronis' decoranda: qui is tot fortibus viris spoliasti. Ad ec aliisque conuicia nihil commo s Pericles, tantum arrisit: nec ad respondit, quam versiculum Arislochi:

ἴση μνεῖσθαι γέγος ἐξ αἰλαίφεσσ.

id est,

Vnguento, annis cum sis, canere inun-

Significans, publica negotia non esse curanda vculæ. Tam enim hoc indecorum, quam turpe foret eam vnguentis vti. Plutarchus in Pericle.

Aristippus.

* Mulierem os exornantem animal deformem indicare dicebat. Antonius sermone de mulieribus improbis.

Philoxenus.

Suprà de argutè dictis.

Democritus.

* Sciscitatus, cur cum magnus esset, paruam doxisset vxorem: Ego (inquit) in malo eligendo, quod minimum erat, elegi. Eodem ser.

Socrates.

* Dicebat, Quum diligere & appetere te dixerit mulier, tum ab illa magis metuendum tibi est quam cum conuiciatur. solitus etiam est dicere, tria se mala assecutum, grammaticā, paupertatem & perniciosa vñorem: quorum duo effugissent, perniciosa verò vxore minimè. Adolescentulis eum de matrimonio consulentibus, Quemadmodum pisces, inquit, qui nondum intra nassas sunt, volunt intrare, qui autem iam intus sunt volunt exiger. sic & vos ne idem vobis accidat videte. Item Xanthippen ornata & ad spectacula euntē conspicatus: Nō, inquit, vt spectes, ô vxor, proficilceris, sed vt specteris. Eod ser.

Protagoras.

* Interrogatus quam ob causam inimico filiam nuptam duxisset? Quia (inquit) nihil ei dare poteram deterritus. Eod ser.

Idem.

Anum exornatam conspicatus: Si (inquit) viris, falleris: si sepulchro, ornata es. Ibid.

Secundus philosophus.

Interrogatus, quid esset mulier mala? respondit: Viri naufragium, domus tempestas, quietis impedimentum, vita captiuitas, quotidianū dānum, voluntaria pugna, sumptuo-

sum bellum, belua coniuua, sollicitudo confidens, lexena complectens exornata scilia, animal malitiosum, malum necessarium. Max. ser. 9.

Anonymus.

Lacon quidam cum vxorem satis pusillam duxisset, rogatus cur hoc fecisset? E malis, inquit, quod minimum est, elegi. Plut.

Menander.

+ Cum multæ in terra feræ sint, omnium maxima mulier fera est. In hypobolimæa. Stob. serm. 73.

Euripides.

+ Ardua res est, contra reptiles bestias remedia præbuuisse Deos, sed nullus contra mulierem malam remedia adhuc inuenit. In Andron.

Gorgo.

Dicente hospite quodam, Solæ vos Lacænæ viris imperatis: respondit, Nos quidem solæ viros parimus. Idem.

Cyperie mulieres.

Quum Cyperij aduersus Astyage Medorum regem infeliciter pugnasset, mulieres in urbem fugientibus obuiam ierunt, ac nudatis ventribus: Quod, inquit, ignauissimi ruitis? An nescitis, vos huc iterum intrate non posse, vnde semel naturæ lege egredi fuistis? Inverso ordine matres amant mares, quæ solent à periculis auocare. Erasm. l. 8. apoph.

Alexander.

Antipater constitutus ab Alexander Macedoniæ præfetus, quum ad Alexandrum scripsisset Olympiadis matris ineptias atq. importunitates, commotus Alexander, ait: Grauem pensionem pro decem mensibus, qui bus in utero eius fuisset, matrem à se exigere. Plut.

M. Cato.

Illud sæpe in vita se pœnituisse dixit, si quid arcana fœminæ credidisset. Est quippe loquacissimum animal mulier, non facile retinens ea quæ in aurem dicta sunt. Plutarch. in Catone.

Idem.

Obiurgans aliquando mulierum impotentiam: Omnes, inquit, homines vxoribus dominantur, non omnibus hominibus, nobis autem uxores. Hoc modo colligens, mulierum omnium esse dominas. Plut. in Ro. apoph.

Seneca.

+ Tanta quosdam, inquit, dementia tenet, ut contumeliam sibi possieri putent à muliere. Quid referat habeat leſticarios, quæ oneratas aures, quæ laxam sellam? Atque impudens animal est, & nisi scientia accessit, ac multa eruditio, ferari cupiditatym incontinens. Lib. in Sap non cadere iniuriam.

Cleopatra.

Cum Augustus Cleopatram inuferet, exigeretque ab illa rationes Seleucus, unus ex procuratoribus ipsius, indicavit aliquid esse subtractum ab ipsa. Illa in procuratorem insiliit & arrepto hominis crine crebris ictibus pulsavit os. Hæc quum Augustus ridens conatus esset inhibere, illa: A non, inquit, permolestum est, ô Cæsar, quum tu me digneris inuisere; si uos meos heram incusare, quod non nihil muliebrium ornamento rum suum traxerim, non ea quidem mihi, sevt Octavia & Liuiæ munuscula dem. Hoc commento persuasit Cæsari, de vita cogitare quum mori decreuisset. Plut. in Ant.

Iulia.

Iulia Augusti Cæsar's filia à parte castigata, quod cum adolescentibus luxuriosissimis procacius ambilaret, respondit: Hi mecum senes fieri licet modò sint iuuenes. Eras. l. 4. apoph. ex Suet.

Poppea.

Poppea, quæ postea Neronis uixit, quærens sibi matrimonium, Octavia dissidium fieri, quod sic non speraret incolumi Agrippina

erit

rebris in eam criminibus vsa, & aliquando per facetias principem Ne-tonem pupillum vocabat, qui iussis ilienis obnoxius, non modò imperij, sed etiam libertatis indigeret. Ta-tus.

De multiloquio.

Vide apoph. de Garrulitate.

De munere exiguo non contemnendo.

Aristippus.

Eprehensus à quodam, quòd Socratis discipulus, contra Socratis morem pecuniam acciperet: Metò, inquit, hoc facio, nam Socrati urimi diuites amici mittebant trium & vinum, è quibus pauca in us necessarios reseruans, remittebat reliquum. Nimirum habebat illi dispensatores Atheniensium pri-
-nos: ego verò Eutychidem, seruum eum emptitum. Significabat, se nihilominus contemnere pecuniam, iam Socratè: sed illi fuisse largios amicos: Laert. 1.2.c.8. Hoc colore possent & hodie quidam excusa-
-t, profitentes summum pecunie ntemptum, quum apud amicos beant depositam pecuniam, quòd im habeant benignos penicurato-
-s, nunc esurituros satis, si nihil sit cubi repositum nummorum. Esim.

Diogenes.

Cuidam exprobranti, quòd à Phi-
-po rege pallium accepisset, Ho-
-merico versiculo respondit:
Οὐ τοι δοτε βούτ' οὐδὲ δεινός εἰ γενέσθαι
δώρε. id est,
Non sunt reycienda insignia munera
diuum.
Iqd Homerus de forma corporis,
et Deorum munus est, scripsit, hoc

Diogenes derorsit ad pallium à rege datum. Laer.li.6.

Artaxerxes.

Artaxerxi, iam siti deficiente, Peribarzenes eunuchus, cùm aliud non liceret, à rustico quopiam for-didum vtre detulit putris aquas eotylas octo continentem. Eam a-quam cùm rex totam ebibisset, ro-gatus, Ecquid illi placuissest ille po-tus? Deos testatus est, se nunquam vinum potasse iucundius, nec ullam aquam quamvis purissimam, sibi viam suauorem. Ac pòst noctis eum hominem, qui eunicho aquam dederat, è paupere diuitem fecit, Tanti refert in tempore dare mu-nus. Erasm.

Idem.

Suprà de Agricultura & bene-ficentia.

Seneca.

† Non quanti quæque sint, sed à quali dentur, peripciendum. lib.1.de benef.c.9.

Carolus V.

† Secesterat fessi iam ætate, in So-dalium Hieronymianorum cœnobium, in agro Placentino: ad quem salutadum, & inuisendum Fran. Borgia venit. Triduum cum Cæsare ver-sato, iamque itineri accincto, dacen-tos aureos eleemosynæ vice dandos Carolus curauit: modicum id esse te-status: sed se iam bonis exutum pri-uatam personam sustinere. Cuius si status, conditionisque respectum ha-beret, nunquam alias maius à se be-neficium accepisse agnoscet. Riba-den. in vita Fran. Borg. lib. 2.ca.12.

De munera corru-ptela.

Socrates.

Dicebat Archelaum quadragin-
-ta minas in domū suam impen-disse, cōducte mercede Zeufide Heg-

racleota , qui picturis eam exornaret, in seipsum verò nihil. Et ob hanc causam multos è longinquis terræ partibus magno studio contemplandæ domus causa venire : ipsius verò Archelai gratia, neminem in Macedonia proficisci, nisi si quem forte persuaderet, pecuniis & muneribus inescaret : quibus tamen honesti bonique viri capi non possent. Älian. l. 14. de Varia hist.

Corydus.

Cùm Demosthenes ab Harpalio poculum ingēs dono accepisset: Hic, inquit *Corydus* alios Acrocothonas, hoc est bibulos appellat, cùm ipse magnam pateram attraxerit. *Corthon* cyathus est fistulis, attrahit qui accipit donum, & attrahit vinum qui babit. Eras. l. 6 apoph.

Callicratidas.

Suprà de Hostibus non crudeliter tractandis.

Agesilaus.

Quoniam Persarum numisma sagittarium habebat inscolptum, ex Asia discedens Agesilaus rex, aiebat, Se triginta sagittariorum millibus à rege Asia depelli, tot enim Daricorum aureorum millibus Athenas ac Thebas deportatis, & in plebis moderatores distributis, Timocrate effecerat, ut populus hostilem animū aduersus milites susciperet. Plutarc. in Lacon. apophth.

Cyrus junior.

Lacedæmoniis ut secum societatem inirent, potius quām cum fratre, hac oratione sese commēdauit, Aiebat sibi cor longè grauius esse, quām fratri: plus illo meri bibere, meliusque ferre quām illum. Nam illū vix in venatu posse in equo sedere, ut non excutiatur: in reb. acerbis, ne in sella quidem. Sciebat enim, Lacedæmoniis inuisos esse molles ac timidos. Hortabatur insuper ut viros ad se mitterent: pollicens, se peditibus daturum equos, equitibus curgus: agrum possidentibus, se datu-

rum vicos: vicos qui haberent, eis se facturum urbium dominos, cæterum auri argenti que vim tantam, v non possent numerare, sed pender cogerentur. Nimirum hoc erat quod dixit Artaxerxes regalis esse addere quām adimere. Plutarch. in Reg apophthegm.

Xerxes.

Suprà de Humanitate.

Philipps.

Idem Alexandrum filium obiugans, quod largitionibus Macedonum benevolentiam consecraretur. Quæ te malum, inquit, ratio in ista spem induxit, vt eos tibi putas fideles, quos pecunia corruperis? At tu id agis, vt Macedones te non regem suum, sed præbitorem putem. Cicero lib. i. Officiorum. Val. Ma libro 7. c. 1.

Idem.

Cùm arcem quandam valde nimitem capere destinasset, atque eploratores retulissent proflus difficile, atque adeò etiam impotabile, percontatus est, num usque deò difficile esset ut nec asinus a onustus posset accedere? Significat nihil esse tam munitum, quod aut non expugnetur. Quod ipsum portæ significarunt fabula Danae, aue stupratus, sed deo in aurum ver Flaccus,

*Aurum per medios ire satellites,
Et ferrumpere amat castra potenti
ferro.*

Plutarchus in apophth. item Cicero epist. ad Attic.

Bias.

Suprà de Benevolentia.

Phocion.

Harpalus, ab Alexandro fugie magno cum auri pondere Athè venit, ibique cùm multos munes ad se allexisset, ad Phocion etiam septuaginta talenta destituit. Phocion verò ad nuncios conuerit. Auferte isthac (ait) hominum probissimi, meoque nomine mo-

em lu&umque renuntiate Harpalos,
is ià corrumpenda ciuitate manum
ostineat. Phocion.

C. Potius.

Audiens Romanos acceptis mū-
eribus pristinum nomen & decus-
nississe: Utinam, inquit, ad illa tem-
pora me fortuna seruasset, & nunc es-
tis natus, quando Romani dona ac-
pere cœpissent. Non profectò pas-
suum eos imperare diutius. Cic. I.
Offic.

M. Cintius.

Legem cùm tulisset, qua causidici-
munera ob agendum causam per-
dere prohibebatur: hancque tem-
Cento molestè ferret, prodissér-
e, ac satis contumeliosè dixisset,
uid fers Cintio? Ut emas, inquit,
i. si vti velis. Quasi dixisset: Quia
ipere munera gratis prohiberis:
iso. I. 2. c. I.

C. Caesar.

Sylla prætraram adeptus, commis-
sus est Cæsari se sua in illum pote-
re usurum: Iure, inquit Cæsari ri-
s, tuam potestatem appellas. quā
ære mercatus es. Notans Syllam,
d eum magistratum largitioni-
sibi parasset. Erasm. I. I. apophth.

Iugurtha.

sprà de Auaritia.

Alphonsus.

Sagnopere laudare solebat dictu-
mio cuius, hostibus fugientibus
tem argenteum extruendum es-
quod putaret, hostes pecunia so-
undos, ut ab acie discederent. E-
I. I. 8. apoph.

De munerum con- temptu.

Socrates.

Leibiades ambitione quadam
munificus, cùm plura magná-
munera Socrati dono misisset,
Xantippe admiraretur donorum

amplitudinem, eaq; cuperet cum ae-
cipere, Socrates dixisse fertur: Imò
nos certemus liberalitate cum Alci-
biade, & ea quæ mittuntur ab ipso
non capiamus, quādam munificentia.
Ælian. I. 9. de Varia hist.

Idem.

Cùm quis Socrati diceret, magnū
esse compotem eorum fieri, quæ quis
cuperet: respondit: Sed multò maius
est, ne cupere quidem ab initio. Alia.
I. 6. de Var. hist.

Idem.

Cùm Alcibiades spatiösam aream
dono offerret Socrati, in qua sibi do-
num ædificaret: Quid, inquit, si mihi
caiceis opus esset, nū corium mihi da-
res, vnde mihi calceos conficerē? Et
si dares; an non ipse ridiculus esseri
si acciperem? Hac similitudine mu-
nus inutile recusauit. Erasm. libr. 3.
apoph.

Idem.

Obiurgatus ab vxore Xantippe
quod multa missitantibus amicis, nō
hil acciperet, dixit: Si omnia quæ
dantur, statim acciperemus, ne si pe-
teremus quidem in posterum, vt da-
rent, habituri essemus. Stob. serm. de
Prudentia.

Idem.

Archelaus rex Socratem ad se vo-
carat, multa pollicens: Socrates re-
spödit, se nolle ad eum venire, à quo
acciperet beneficia, eum illi reddere
paria non posset. Hac dictum im-
probat Seneca: quod philosophus
persuadens auri argenteique contem-
ptum, plus dat, quam si det aurum &
argentum. Erasm. Rot. 3. apoph.

Idem.

Cùm Aristippus Socratis discipu-
lus, ex quæstu quem Socrati corum
primus facere instituit, præceptoris
misisset viginti minas, remisit illico
Socrates ad illum pecuniam, dicens:
ipsius genium hoc nequaquam per-
mittere. Dicebat enim Socrates, sibi
peculiarem esse dæmonem, à quo
prohiberetur arcano signo, si quid
K k ij

tentaret parum honestum. Genium autem illum, opinor fuisset ratione. Atque interim ciuiliter indicauit Aristippo, sibi non probari, quod philosophiam doceret mercede, eoque donum ceu sacrilegio partum reiecit. Erasm. lib. 3. apophth.

Aristoteles Cyren.

Oblata ab hominibus munera non accipienda esse putauit: Et eam quidem ob causam, quod munera acceptorum molestias habiturus sit, ut rependat: aut si omnino non referat, in ingratitudinis reprehensionem facillimè incidat. Ælian. libr. de Vatia histor.

Demetrius Cynicus.

Quum Cæsar ducenta talenta ei attulisset, ridens reiecit: Si tentare, inquit, me constituerat, toto illi sui experiendus imperio. Bruf lib. cap. 9. ex Sen. de benef. lib. 7. cap. 11.

Ephialtes.

Pauperrimus fuit, attamen quum amici decem talenta ipsi dono darent, non accepit: Hæc, inquiens, me cogerent, si quidem reuerenter vos haberem, aliquid præter ius concedere: sin minus vos obseruarem, ingratissimum habeti. Ælian. lib. 11. de Var. histor.

Iulius Gracchus.

Pecuniam ab amicis ad ludorum impensam conferentibus acceperat, sed magnam pecuniam missam à Fabio Persico non accepit. Obiurgantibus autem, quod non accepisset: Ego, inquit, ab eo beneficium accipiam, à quo propitiationem accepturus non sum? Quumque illi Rebilis, consularis homo, eiusdem infamia maiorem summam misisset, & instaret ut acciperet, Rogo, inquit, ignoscas: à Persico enim non accepi. Seneca.

Anacron.

Posteaquam à Polycrate tyranno quinque talentorum acceperat munus, insomnes duas egit noctes, indeque cogitatione sollicitus, reddidit

ea, dicens: Non tanti ea sibi esse, tanta cura vexari vellet. Ælian. Stob.

Lycurgus.

Suprà tit. de Integritate vitæ.

Agesilaus.

Cùm in Lydia Tissaphernen fasset, ac quamplorimis interempti iam in agros regios fecisset incusionem, rex Persarum per legate quorum præcipuum Titraustes, i gentem pecuniarum vim vtrò illum misit, petens ut à bello desistret. Agesilaus spreta pecunia respedit: Pacis quidem tempore Reipublicæ vigere autoritatem, ut habeat decernendi, quod ad tuédi ciuitatis tranquillitatem censue conducere, belli verò temporē item. Sibi verò iucundius esse, si riles suos diter, quām si ditescat i præterea se pulcherrimum ducet. Græci non munera caperent ab stibis, sed armis pararent spolia excellentis animi, qui non aliud tutis præmium ambiret, quām gloriā: nec pacem hosti vendre fraudato milite. Plutarch. in ap. Lacon.

Alcamenes.

Alcamenem Telecri filium quidam interrogasset, Cur mundi Messeniis oblata non accepisset spondit: Quoniam si accepisset, legibus pacem habere non possem. Quo diæto docuit, munera quaquam esse accipienda, quæbus & Reipub. aliqua saltē exte obesse possunt. Plut. in Lacon.

Cleomenes.

Mæander Samiorum tyranni incursionem Persarum profugit Spartam, ostenditque quantam cuniarum vim secum apportassit quantum Cleomeni vellet latere. At Cleomenes ipse quidem nihil accepit, sed veritus ne quid aliis bus donaret, adiit Ephoros, dixi satius esse si hospitem suum Sanè Peloponneso submouerent, n.

Spartano persuadeat, inquit, ut fiat malus. Ephori verò Cleomenis consilio parentes, eodem statim die promulgarunt edictum, ut Mæander Peloponneso decederet: Quantus in hoc homine diuitiarum contemptus, à quibus non secus atque à præsentissimo veneno timuit ciuiis suis, cumplerique non aliter existimat beatas iuitates, quam si quam maximè abundant opibus. Hunc Mæandrum Herodotus lib. 3. Mæandrium appellat. Plut.

Gorgo Cleomenis filia.

Quum Aristagoras Milesius Cleomenem ad bellum pro Ionibus adversus regem Persarum suscipiens horaretur, magnam pecuniam vim pollicens, quantoque maius ille recusabat, tanto plus adderet remissæ summæ: Pater, inquit, corumper te hic peregrinus, ni ocyus um ædibus extruseris. Plutarch. in poph. Lacon.

Callicratidas.

Cum Cyrus stipendum mississet nilitibus, Callicratidi seorsum xenia, amicitiae monumenta: stipendum quidem accepit, xenia verò renegans sibi cum ipso priuatam labendam amicitiam, sed quam habaret publicam cum Lacedæmoniis omnibus, eadem illi secum quoque intercedere. Quid hoc animo incorruptius, qui totus ad Reipubl. communia spectabat? Idem.

Pelopidas.

Cum obiurgaret eum amici, quod pecuniarie rei ad vitam tuendam conferentis nullam curam gereret: It, inquit, meherculè res utilis est: erum huic Nicomedi intento digno in hominem quandam claudum è motilum. Ælian. lib. II. de Varia ist. Plut.

Epaminondas.

Pauper quidem erat, sed quum Iason ei quinquaginta auri talenta misseret: In iuriam, inquit, mihi facis. ed. quinquaginta drachmas à cive

mutuatus, ut essent pro vita co, profectus est in Peloponnesum. Cum verò nuntium allatum esset, satellitem eius pecunias à captiuis cepisse, Mihi, inquit, da scutum: Tu verò tibi cauponam eme, in qua viuas. Nō enim vterius pericula subire voles, cum diues sis factus. Plut.

Idem.

Suprà de Diuitiarum contemptu.

Idem.

Cum legati venirent ferentes munera animo corrumpendi, ad prandium eos venire insit prius, ut in eodem causam aduentus explicarent. Apposita est igitur mensa vilis, bibebantque vinum acidum. Subridens igitur Epaminondas, ad legatos ait: Abite, & domino vestro mea prandia narrate: quibus me contentum, non facilè suis munieribus ad proditio- nem alliciet. Stobæus serm. de Pru- dentia.

Idem.

Cum Artaxerxes Persarum rex ipsi tria Daricorum millia mississet, Diomedontem Cyzicenum asperius increpauit, si tantam nauigationem suscepisset, corrupturus Epaminondam, eumque iussi hæc verba ad regem referre: Si fauet commodis Thebanorum, habiturus est Epaminondā amicum gratis: sin minus, hostem. Plut. in apoph.

Phocion.

Cum à Menillo oblatam pecuniā contempssisset, rogatus ab illo causam, cur saltē filio sumendam non permitteret? respōdit, Si filius vitam morésque composuerit, vivet ille qui dem paterna hæreditate contentus: Si verò prodigus & immodestus fuerit, ne argentum quidem hoc satis futurum est. Plut.

Idem.

Alexander Macedonum rex centum talenta dono miserat Phocioni. is verò percontatus est eos qui pecuniam adferebant: Quid ita, quum es- sent Athenienses permulti, sibi vni

illa mitteret Alexander? Illis respondentibus, Quoniam vnum te iudicat vi-
rum & honestum & bonum. Ergo finat,
inquit, me talem & haberi & esse. Ut
scite arreptum ab illis argumentum tor-
sit ad occasionem recusandi munieris.
Iam quis hic non admiretur incorru-
pti pectoris sinceritatem? Pauper erat
Phocius, nec doni magnitudine quic-
quam mouebatur. Simul autem indicat,
illos qui quum Republica adminis-
trent, tamen a capiundis muniberis
non temperant, nec bonos esse viros,
nec tales haberi debere. Plutarch. in
apoph.

Alexander.

Civitas quaedam ut ab armis Ale-
xandri quietem haberet, obtulit illi
partem agrorum, & praefera rerum
omnium dimidium. Cui sic respon-
dit: Hoc animo veni in Asiam, non
ut acciperem quod dedissetis, sed ut
vos haberetis quod reliquissim. Plut.
in Alexandre.

Xenocrates.

Quum Xenocrati Chalcedonensi
ingentem pecuniarum summam mi-
sisset, ex ea philosophus tres tantum
minas recepit, & reliquum referri ius-
fit, dicens: Ipsi pluribus esse opus, qui
plures aeleret. Laer. lib. 4. cap. 2. Stob.
sermone 3.

Idem.

Alexander ad Xenocratem lega-
tos misit cum aliquot talentis, quos
ille in Academiam perductos parca
genuique cœnacepit. Postridie
interrogantibus, cui vellet adnumerari
pecuniam? Quid? inquit. Itane
vos ex hesterna cœna non intellexi-
stis, me pecunia non indigere? Phi-
losophilus ethnicus reiecit a ditissimo
liberalissimoque rege vltro dela-
tam ingentem pecuniaz summam:
& nunc pro sanctis haberi volunt,
qui extremam professi paupertatem
in tantum ut horreant etiam a rei
nummi contactum, non aliter quam
viperæ, non referendis artibus venâ-
cur diuitum ac pauperum liberalita-

tem. Laert. lib. 4. cap 2. Cicero lib.
Tusc. quæst.

Dionysius senior.

Corinthiorum legati cum ad Dio-
nysiū seniorem missi essent, &
pro more amplissima dona obtul-
eret, recusarunt planè, eo quod le-
sseret apud ipsos vetans ne legatione
fungentes munera acciperent a prin-
cipe. Quibus Dionysius respondit
Rem profectò absurdam facitis, qui
quod vnum bonum habet tyrannus
hoc tollitis, dum docetis, etiam be-
neficium a tyrannis accipere peric-
lousum esse. Grauem rex iudicaba
contumeliam esse, oblata recusal
munera, cum haec ynica re tyran-
ni aliis te commendare possint. Plut. i
apoph.

Cimon.

Quendam barbarum è Persis A-
thenas aiunt cum magna auri copia
venisse, Cimonisque domum adiisse
& ob tutelam phialas duas, altera
Daricis, alteram argenteis plenas o-
tulisse. Conuersum verò ad eum Cim-
onem subrisisse rogasséque barbi-
rum, mercenarijne an amicum
Cimonem habere vellet? cum autem
respondisset, amicum: Abi igitur, i-
quit, tuaque isthac tecum mune-
deret. Ego enim amicitia tua fre-
hise cum opus fuerit liberaliter
tar. Plut.

M. Curius.

Samnites, posteaquam a M. Cur-
deuicti essent, venerunt magnam
vrim auri offerentes. verum Cur-
ius cum fortè ad focum sederet, &
cado ligneo rapas comedenter, San-
tum legatis respondit: Nihil opus e
auro talem cœnanti cœnam. Alij a-
tem respondisse scribunt: Ego ma-
aurum habentibus imperare, quā
ut alij mihi aurum accipienti imp-
rent Plutar. in Rom. apoph. Plin.
Viris illustr. cap. 33. Cicero in Caton-
maiore.

C. Fabricius.

Samnites cum ad C. Fabriciu-
m imper.

nperatorem populi Romani venient, grandem offerentes pecuniam: abricius planas manus ab auribus d oculos, & infrà deinceps ad nares ad os, & ad gulam atque inde porò ad ventrem imum deduxit, & leatis ita respondit: Dum illis omnis membris, quæ attigi, obfistere & operare possum, nunquam quicquā erit. Propterea pecuniam, cùm nū il mihi vsui sit, non accipiam ab iis, sibus eata vsui esse scio. Higinius b. de vita, rebūsque illustrium viro- m, Gellius lib. 1 cap. 4. & 14.

Idem.

Fabricio cū Pyrrhus pro redimens captiuis multum auri mississet, iurum quidem non accepit. Postri- e verò Pyrrhus maximum elephan- m emisit, qui ignaro Fabricio à rgo subito barriens appareret: Id si factum est, respiciens Fabricius, ridens: Me, inquit, nec aurum he- , nec hodie belua fecit attonitum. nsit, Pyrrhum hoc de industria e- sse, vt quoniam auro bonisque ver- s deliniri non poterat, immanni vo- beluae terroreretur. Sed expertus e- rrhus, animum vndeque inexc- ignabilem. Plut. in apoph.

Idem.

Cyneæ Pyrrhi legato, magnam tri vim dono offerenti, respondit: Se alle imperare aurum habentibus, iam habere aurum. Erasm. libro 6. ophtheg. Simile cum eo, quod Cu- o ab aliis tributum paulò antè re- limus.

Hormidas.

+ Insignis erat & honoratus in au- Varanis regis Persarum, à quo cùm lendidis vestimentis ornatus esset cum enim Rex beneficiis expugna- conabatur) excādesceñs tunicam cuit & abiecit: Si huius, inquit, gra- a, me religionem longè optimam iutaturum putas, munus tuum vna impietate tibi habe. Rex tam porti animo virum suspexit quidem, ed è regia nudum exegit. Nisceph.

ii. 14. ca 20.

Cyranienſis.

M. Bruto cùm tota ferè sese dedis- set Lusitania, sola vrbs Cyana perti- naciter arma retinuit. Verùm cùm tentaretur per Bruti legatos, vt data pecunia se darent Bruto, Cyaniensis populus vno ore respondit: Sibi fer- rum esse à maioribus relictum, quo libertatem patriæ tuerentur: non au- rum, non munera, quibus ab hoste se redimerent. Recitat Erasmus. libro 8. apoph.

Vide de Diuitiarum contemptu.

Spartacus.

Spartaco in Crassum omnes mo- uenti copias, quidam equum deno obtulit. At ille: Si vicero, inquit, plu- rimos ex hoste equos habiturus sum: si vicitus fuero, nec hic mihi futurus est vsui: simùlque cum dicto, equum gladio transuerberatum interemit. Eras. lib. 6. apoph. ex Plutarcho.

Alphonſu.

Suprà de Belli studio.

De mundo.

Thales.

I nterrogatus, quid omniū esset pul- cherimum? respondit, Mundus, est enim opus Dei, quo nihil pulchrius est. Eras. 7. apoph. ex Laert. lib. 1.

Demonax.

Cùm quidam exquirerent, an mun- dus esset animatus, & rursus an glo- bosus? Vos, inquit Demonax, de mun- do solliciti estis, at vestram ipsorum immundiciem non curatis. Anton. part. 2. ser. 77. Melissæ.

Macarius.

+ Transmissurus Nilum cum altero Macario, eodem pontone, quo Tribu- nus magno apparatu, & fastu vehe- batur, cùm vtrumque pannosum & squallidum esset intuitus: Beati estis, inquit, vos qui mundum illuditis. At Macarius (vt erat vrbanus) Nōs quidem, inquit, mundum
K & iiiij

illudimus, sed vos mundus. Pallad. in hist. Lausiaca, ca. 20.

Dé musica.

Socrates.

Natu iam grandior, cùm inter paeros fidibus canere disceret, obiurgantibus respōdit: Nequaquam absurdum esse discere ea, quæ prius nesciuisset communī vitæ tam utilia & necessaria esse. Tanti fecit musicam vir sapien issimus, vt iam grandævus discere nequaquam erubesceret. Erasm. li. 3. apoph.

Salon:

Cùm eius nepos ex fratre inter popula carmen quoddam Sapphus cecinisset, delectatus est illa cantilena, & iussit adolescentem vt eam se doceret. Cùm autem quidam interrogasset, quā ob causam hoc desideraret? respondit. Ut postquam ipsam didicerō moriar. Ålian. de Var. hist.

Antisthenes.

Quum in conuiuo quidam diceret Antistheni, Cane tibiis: Tu mihi eas infla, inquit. Non recusauit obsequium, si ille viceſſim obſequeretur. Sed interim indicauit, non esse philosopho decorum, tibiis canere. Laert. libro 6. cap. 1. Brus. libro 4. cap. 17.

Stratonicus.

Aliquando trophæum quum erexit, hunc inscripti titulum: Aduersus malè canentes cithara. Notans, tales ubique quam plurimos esse, quos ipse viciſſet. Erasm. 6. apophth. ex Athen.

Agesilaus.

Cuidam Agesilaum reganti, quam ob causam Spartiatæ ad tibiarum cætum inituri prælium exercerentur? Ut quum ad numerum, inquit, incedunt, appareat qui formidolosi sint, qui fortes. Nam anapæstorum ictus strenuis addebant atimum, vehementer mericulosis pallorem ac tremorem incutiebant. Itaque quum pes

non responderet ad modulus tibiarum, prædebatur ignavorum imbecillitas. Magni siquidem refert, videlicet perspectos habeat militum suorum animos, quo norit qui sint prælio submouendi, aut qui qua parte exercitus collocandi. Plut. in Læcon. apoph.

Alexander.

Quum Alexander etiamnum puerescens cithara daret operam, & præceptor artis subinde moneret quan chordam quomodo pulsare deberet & puer parum obsequens doctori dixisset, quid si hanc pulsarem? Citharædus lepidè respondit: Si isthuc quisris, tanquam mox rex futurus, nibi refert: si ut artifex futurus, plurimum interest. Eras. l. 8. apoph.

Nero.

A Mathematicis audierat, fore vali quando deiiceretur imperio, eoque Græcum Iambicum dimetrum identidem usurpabat.

τὸ τέχνιον πάσα γῆ τρίφει:

Terra quenam artem alit.

Putans, se tantum profecisse in arte canendi, vt etiam si exigeretur, i quavis ratione ob musices peritiam posset haberi in pretio. Quumque imminentibus qui illum insequebantur, de salute desperans, cogitaret si bi vim adferre, subinde dicebat: Quatus artifex pereo. Suetonius.

De musica contempta, 8
Musicis, tum peritis
tum imperitis
irrisis.

Antisthenes.

Quidam admirantibus Ismeniam, quod esset insignis tibicen: Nequam, inquit, hominem est oportet, nam si bonæ frugis esset, non esset egregius tibicen. Indicabat eo non posse bonos viros euadere, quatenus

tantum operæ eiusmodi artibus im-
pendissent Plut.in vita Periclis.Pon-
tan.li.5.ca.1. de Prudentia.

Diogenes.

† Grāmaticos admirabatur, quōd
cūm Vlyssis mala requirent, sua i-
gnorarent. Musicos item arguebat,
quod cūm lyræ chordas congruē ap-
tarent, animi mores inconcinnos ha-
berent. Laer.li.6.c.2.

Ateas.

Quum Ismeniam tibicinem opti-
mum in bello cepisset, iussit illum-
canere, ac cæteris admirantibus, ipse
iuravit per ventū & acinacen, sibi in-
cundius esse, audire hinnitum equi.
Plut.in apoph.

Ismenias.

Canebat in sacrificio, quūmque
non litaretur is qui conductus fue-
rat arreptis tibiis canebat ridiculè, &
hoc canente litatum est. Incusanti-
bus autem iis qui aderant: Diuini-
tus, inquit, contingit venustè canere.
Hic Ismenias ridens: At me (inquit)
canente dij voluptate capti commo-
abantur: te verò festinante illos abi-
gere, arriperunt hostiā. Refert Plu-
archus Symposiacōn libro secundo.
Conductius ille sibi laudem arroga-
bat, quōd ipso canēte litatū sit, quasi
dij magis delectati sint ipsiōs cantu
quām Ismenia. Id lepidissimè retor-
it Ismenias: ideo non fuisse litatum,
quōd dij gaudentes erudita musica,
liutius amarent adesse sacrificio. At
quum ille tam ridiculè caneret, quasi
tuderet deos abigere, ne vacui rece-
rent, arriperunt viātimam.

Diogenes.

Suprà de Doctrina factis dissentia-
te a.

Idem.

Citharœdum imperitum, obesō-
ue corpore, & ab omnibus vitupe-
atūm, solus Diogenes laudabat. De-
mirantibus quam ob rem id faceret:
audio, inquit, quōd quū talis sit, ma-
uerit se cithara, quām latrociniis e-
cercere; significans illū corpore ya-

lidum, ingenio rudem, latrociniis a-
ptiorem esse quām musicæ. Locus est
ab inexpectato. Laer. li.6.

Idem.

Alterum citharœdum, quo quo-
ties caneret, ab auditoribus deicre-
batur, obvium ita salutabat: Salve gal-
le. Quām ille offensus salutationis
nouitatē diceret, Quid ita? Quoniā,
inquit, cantu tuo excitas omnes. to-
cum captauit ex ambiguitate verbi
Græci. αἰετόπειν enim dicitur, & qui
excitat dormientem, quod solēt gal-
li gallinacei malè canentes: & qui se-
dentem excitat ut surgat, quod ille
solebat. Laer.li.6.

Idem.

Cuidam iactanti musices peritiam
respondit,

Τρώματις γάρ αὐδοῦσιν οἰκοῦνται πό-
λεις,
Εὖδ' οἶνος δὲ φαναρίστι καὶ τερπί-
ματιν.

Id est,

*Prudentia urbes bene gubernat: et do-
mus.*

Nec antilenis, nec modis regitur probè.
Eras. lib.3. apoph.

Satyrus.

Is egregius tibicen persæpe Ari-
stoteli philosophi disputatōnibus in-
tererat, & his quæ dicerētur mirè af-
fectus aiebat: Cur ergo ego non igni-
trado hoc telum, ad nihil utile? Sub-
obscure referens tibiam, & quodam
modo suam artem ad philosophiæ
studium comparatam extenuans, &
nil ut stimans. Alia.li.3. de Var.hist.

Aristoteles.

Interrogatus, quid de musica sen-
tiret, respondit, louem neque canere
neque citharam pulsare. Sésit nimi-
rum hoc studium parum utile homi-
nibus esse, quo dij nos etiam déle-
xarentur. Brus.li.4.c.17.

Satyrus.

De Phaone malo tibicine dicebat,
quōd non caneret harmoniam, sed
Cadmum. Phaon autem, quum se ge-
reret pro tibicine, iactaretque se Me-

garis habere chorū: Nugaris, inquit Stratonicus, non habes, sed haberis. Significans illum discipulum esse potius quam magistrum, aut chorū ipsō doctiorem esse. Erasm.lib.6. apophthegm.

Idem.

Quum vidisset Propin citharē dū Rhodium, corpore quidem magnū, sed arte pusillum, percōtantibus quālis videretur ē respondit prouerbiali dicto: Nullus, malus, magnus, pīcīs. Singulis verbis hypostigme separatis alium efficiens sensum. Athenæus. Vide prouerbium etiam apud Eras. Nullus, magnus, &c.

Idem.

Quum in sacrificio malus quidam tibicen esset cantaturus: Bene omnandum est, inquit, libātes precentur deos. Significans opus deorum auxilio, ut benè caneret. Athenæus.

Idem.

In citharē dū imperitum, cui nomen erat Cloon, sed vulgō dicebatur bos: Olim, inquit, asynus lyra dictum est, nunc bos est ad lyram. Athenæus in Diphnos.

Idem.

Rhodi quum artis suā specimen edidisset, neque quisquā plausu aliōve gestu signum fauoris dedisset, abscessit illinc dicens: Quum id quod nullo constet impendio, non præstis, quā sperem me à vobis præmium accepturum? Athenæus & Eras.li.6. apoph.

Idem.

Citharēdus quidam malus eum excipiebat cōuiuio, atque super cœnam ostentabat illi artem suam. Erat autem apparatus splendidus. Itaque Stratonicus quum illo canente non haberet qui cum loqueretur, confregit poculum & poposcit maius. Id quum accepisset cum multis cyathis, soli calicem ostendit, mōxque sese vino ingurgitauit, & obdormiuit. Quum autem fortè superuenissent aliquot comessabundi, cantoxi, qui

conuiuium exhibebat, noti, Stratonicus expurgiscens factus est ebrius. At illi quum intellexissent, quod multum assidueque bibendo fuisset inebriatus, Stratonicus compendio respondit; Hic insidiator & sceleratus cantor, me veluti bouem ad præsepe, dum cœnam accipit, occidit. Roues multo cibo saginantur, priusquam mastentur, Athenæus.

Anonymus.

Xenophantus certis modis Alexandrum ad arma solebat concitare. Eam Musices vim admirantibus cunctis, quidam ait: Si tantus artifex est, incinat modulos quibus illum à bellis reuocet. Sentiens non esse magnā artis hominem eò perpellere, quod suapte natura pronus est. Erasm.li.4. apoph.

Demosthenes Mitylen.

Pulsuit fores hominis musicæ ac citharæ dediti, quūmque is auditu pulsu iussisset illum introire: Faciam, inquit, si prius alligaris citharā. Subnotans illum nihil aliud quam cithara canere. Plutarchus Symposiacōn libro 2.

Anonymus.

Citharēdus quidam cū apud quempiam caneret, pollicitūque esset is apud quem cantabat, quanto melius cantaret, tanto se plura datum: quum promissa postridie repiceret, ei dulce quid occinens, subiecit, Voluptatem tibi redbo (inquit) pro voluptate. Ex Aristotelis libr.9. Ethicorum recitat Bruson.lib.4. capite 17.

Anonymus.

Lacedæmonius quidam, quum super conuiuium esset illata lyra: Non est, inquit, Laconicum nugari, longè dissentiens à cæteris Græcis, quibus nullum conuiuium suave videbatur absque musica. Id Lacon inutile iudicabat, laetus existimans honestis ac festiuis fabulis condire compotationem, quā inani lyra strepit. Plut.in Lacon.

Age;

Ageſilaus.

Rogatus, ut veller audire quendam, qui mira ſimilitudine lufciniæ vocem imitabatur, recuſauit: Frequenter (inquiens) ipsam audiui lufciniæ. significans, ineptæ eſſe voluptatem, magis delectari ipſa ſimulatione quam natura. Plutarchus in Lacon. apoph.

Cleomenes.

Quidam ut Cleomeni cantorem quendam commendaret, quum aliis multis nominibus prædicabat hominem, tum illud in primis affirmabat eū eſſe cantorem inter Græcos præstantissimum. At Cleomenes, oſtenſo quendam ex his qui aderant: At per deos hic, inquit, eſt apud me iuriſ condiendi artifex. Contempſit artem ad ſolam delectationem utilem. Plut.

Demaratus.

Demaratus cum audiret cantorem quendam oſtentantem artem ſuam, nihil aliud laudis illi tribuit, tantum ait: Mihi videtur non male nugari. Tantus erat contemptus artium: quæ licet eſſent operosæ, tamē ſolummodo delinirent aures, nullam ſeriam utilitatem ad ferrent Reip. Plutar. in Lacon. apoph.

Archidamus.

Quum quidam prædicaret citharœdum, eiisque in canendo facultatem admiraretur: Heus, inquit, vir optime, quid honoris ac præmij abs te ferent boni viři, quum tātopeprædices citharœdum? Recte ratauit non vulgi modò, verū & principum præpoſta iudicia, qui plerūque pluris faciunt mimum aut motionem, quam ſapientem fidique cō. ilij virtū: citharœdum verò, cuius arion Reipub. ſed voluptati ſeruit, aleo non iudicauit prædicandum, ut iec inter bonos viros habendum dureret. Plut. in Lacon.

Idem.

Ad eum qui ipſi cantorem commendare volens, dixit, Hic eſt bonus

cantor: At apud nos, inquit, hic eſt bonus cōdimentorū artifex: perinde quaſi nihil referret, utrum quis muſi corum instrumentorum ſono, an obſonius & condimentis voluptatem ad ferret. Apud Athenienses cantores erant in ſummo preſio, quum coquis non haberetur idem honos: Lacedæmoniis verò nihil placebat artium, quod ciuium animos effeminaret magis quam ad virtutem accenderet. Plut.

Aleibiades.

Imbutus philosophiæ præceptis, voluptates ac artes indecoras aspernatus eſt, disciplinas liberas ſemper amplectabatur. Lyram hoc argumento reiſiebat, quod vocem hominis imitaretur (ex quo colligere licet, olim qui lyra caneabant, ſimil & voce ceciniffe) plectrum, quod habitum formamque liberalem immutaret in illiberalem, tibiam dupli nomine damnabat: & quod ſic mutaret oris habitum, ut vix à familiarissimis agnoveretur qui caneret: & quod homini propriam adimeret vocem, loquendique facultatem eriperet. Nemo enim potest ſimul & inflare tibiam & loqui. Cantent igitur, inquit, Thēbanorum filij, qui dicere neſciunt, nobis autem Atheniensibus, ut à maioriſbus accepimus, gentis princeps eſt Pallas & Apollo: quorum illa fistulam confregit, hic tibicinem excoriauit. Proditum eſt priscorum fabulis, Palladem ad ſepulchrum tibia canentem, offensam oris deformitate, proiectam communuisse tibiam. Apollo Marsiam canendo viatum excoriauit. Eras. 5. apoph. ex Plut.

Eudamidas.

Rogatus de cantore quodam, qui feliciter cecinerat, qualis ipſe videtur: Magnus, inquit, in re parua delinitor. contempſit operosam artem, cuius nullus erat fructus præter inanem ac temporariam delectatiunculam. Plut. in Lacon. Brus. li. 4. c. 17.

Gelon.

In conuiuio quum lyra circumferatur, cæterique ordine canerent (nā ī apud Græcos honestum habebatur) Gelon equum iussit adduci in conuiuium, facilēque ac leuiter in illum insiliit. significans, hoc esse regalis, quād lyra canere. Plutarc. in apoph.

*Pyrhus.**Suprà de Artiū contemptu.**Philippus.*

Cum audisset filium suum quodam in loco scitè cecinisse, ciuiliter obiurgauit, dicens, Non te tui pudet, qui noris tam bellè canere? significans, alias artes esse rege digniores. Plutarchus in Pericle, & in regū imperatorūmque apoph. Fontanus lib. 1. cap. 5. de Prudentia.

Alexander.

Cum transmissio Helleſponto Troiam inuiseret, veterum heroum res gestas animo revoluens, quidam, si vellet, pollicitus est se Paridis lyram daturum. Hic Alexander: Minime, inquit, illa mihi est opus, cum Achil- lis lyram habeam. Hac vir strenuus fortium virorum laudes canere consuevit, cum Paris sua lyra molles ac lasciuos modulos occineret. Plutarchus in reg. apoph. Åelianus lib. 9.

Seneca.

† Docet me Musicus inter se acutę, ac graues voces consonent, quomodo neruorum disparem redditum sonum fiat concordia? Faciat potius, quomodo animus secum meus consonet, nec consilia discrepent. Epist. 88.

De mutationibus.

Lycurgus.

Interrogatus, cur Spartani toties pugnaturi contra hostes castra mutarent? respondit: Ut eo magis lædamus hostem. Plutarchus in Lacon. apoph.

Augustus Cæſ.

Quodam die venit in ædes, in quibus habitarat Caio Vticēsis, hic cùm Strabo, quo Cæſari adularetur, Catonis peruicaciam accusaret, quod sibi manus adferre, quād Iulium vi- torem agnoscere, maluisset: Quis quis, inquit Augustus, præsentem Reipubl. statum mutari non vult, & ciuīs & vir bonus est. Vnico dicto & Catonis memoriam tutatus est, & sibi consuluit: deterrens, ne quis in posterum affectaret res nouas. Nam præsens status non is tantum diciatur, qui tum erat, cùm hæc loquere tur Augustus: sed is quoque, qui fuerat tempore conspirationis in Iuliū. Si quidem hæc dictio præsens apud Iainè loquentes, ad tria temporā pertinet, præteritum, præsens & futurum: vt, Præsentibus non erat contentus: & præsens vita, quoniam agitur: & præsens in tempore mitrat, id est, in futuram opportunitatem. Eras. Rot. lib. 4. apoph. ex Suetonio.

Tyberius.

Cum ab amicis interrogaretur non tam facile magistratus & præfecturas suas mutaret? Respondebat, se data hoc opera semper fecisset. Natura enim omnes, qui rerum administrationi præsint, pecunia & cupidos, plurimūmque studij ad remagis magisque agendum eos collat. Cæterū, si diutius in magistratu versentur, segniores ad quæstū faciendum fieri. muscas enim si longius corporum viceribus insidente minus graues & molestas fieri, quippe sanie vicerum ad satietatem referatas: & eum qui viceribus scatendis acceptum afflictumque iri, saturis iam repulsis, famelicas aliad vulnera admittere velit. Nicephorus Callistus Ecclesiastice sue histriæ libro 1. cap. 17.

Sophronius.

Is Pompeiopoleos Paphlagoni episcopus, cùm audisset in synod Seleucia

Seleuciana Acatij opiniones & dogmata recenseri: Si per singulos dies, inquit, propriam edere fidem licuerit, veritatis integritas non diu manebat. Socrates lib. 2. Tripartita histor. cap. 34.

Vide apoph. de Legum abrogatione, & nouitatis studio.

De mutuo.

Anonymus.

Quidam miserimos homines esse dixit, qui modò rubros modò pallidos habeant dentes. Notabant autem eos, qui mutuo acceperunt ab alijs: qui, dum mutuum repetitur, erubescunt: dum verò creditorum viderint, pallescunt, ne cogantur ad soluendum. Recitatur hoc dictum apud Suidam.

Lycurgus.

Dicebat, Dignitatem quidē istam, qua mouemur ad facilius mutuo dandum aliquid, in opibus hominum sitam esse: illam verò, quæ nos ad facilius fidem habendam inducit, in moribus. Stob. ser. 35.

Perseus.

Quum cuidam noto daret pecuniam, cautionem fecit in foro apud mensarium. Hanc diligentiam quum amicus admirans diceret, Adeōne legaliter Persee? Scilicet, inquit, ut amanter recipiam, nec largiter reposcam. Fit enim sapenumero, ut qui cum amico bona fide, sine testibus, ac syngraphis agunt, post cogantur eum ea legibus agere. Plut.

Gelon.


Exigebat pecuniam à suis ciibus, quos ubi videret tumultuan tes, ait se petere mutuò: quippe redditum. Ita volentes dederunt, at quæ ille peracto bello reddidit. Hoc artificio perfecit, ut pecunia non decesset ad bellum necessaria, nec ciues haberet minus benevolos. Plutarc. in apoph.

Galba.

Quum penulam mutuò à quoli am rogaretur, festiuè respondit: Si non pluit, non est opus tibi: si pluit, ipse vtar. Bruson. libro 4. c. 22.

Idem.

Cuidam qui cœnaculum perpluebat commodato roganti penulam, dixit: Non possum commodare, nam domi maneo. Significans, domi maximè opus esse penula. Solent alij seclus excusare, non possum commodare penulam, ipse execo. Eras. I. 6. apop.



D E N A T A N D I P E R I T I A.

Aristippus.

VM quendam sibi vehementer placentem audiisset, eo quod egregie sciret natare, irritis hominem dicens: Non te pudet, tam insolenter de his rebus iactare te, quæ & delphinum & ranarum sunt propria? Laér. I. 2. c 8. & Eras. I. 3. apoph.

Albuquerque Prorex Indiae.

† Cūm classis graui tempestate vexaretur, & puerum infantem animadueteret, aquis in nauem suam influentibus penè mergi, illum sustulit humeris, dicens: Huius innocentia fretus, confido me Christi benignitate è fluctibus emersorum. Et salvus cum puerō emersit. Oforius li. 8. De rebus Emman.

De nativitate omnibus hominibus com- muni.

Stratonicus.

Audiens, quād difficulter Timet
Athēi regis mater partum edidit.

set: Si, inquit, opifisem peperisset, nō Deū, quales emississet inter pariendū voces? Irrisit vir sapientissimus hominum stultitiam, qui regibus ac potentioribus diuinis ascribunt honores, cùm ex communi illa nativitate appareat, & què homines esse vnt nos, qui infima sorte viuimus. Non minus enim (si non durius) & grē pariunt regum & principum matres, quā subulcorum princeps & què vitam clamore & eiulatu auspicatur, vt alij qui eius imperio subiecti sunt. Athénas.

Seneca.

† Nascimur vno modo, multis morimur. Idem 7. controuisi.

† Vide apoph. de Hominis fragilitate & miseria.

De natura.

Socrates.

Dicitur eum execrati solitus, qui primus utilitatem à natura seiuisset. Naturam appellat honesti rationem, homini à natura insitam. Eras. l.6.apoph.

Aristoteles.

Tria ad solidam parandum sapien- tiam præcipue necessaria esse dicebat, Naturam, doctrinam, & exercitationem. Invita enim Minerua, & ingenio refragante, frustra etiam in rebus minimis laborabis. Laertius li.5. cap.1.

I Socrates.

Inter familiares dicere solitus est, se quidem docete decem minis: cæterū qui ipsum docuisset audaciam & vocalitatem quæ natura illi denerat, mercedis loco daturum decem millia. Hæc autem quoniam naturæ sunt (quæ non facilè mutari potest) non artis, à præceptoribus dari non possunt. Eras. l.8 apoph.

Phocion.

Phocioni filius plura solito obso- ḡa coemerat. Pater comminatus est,

si plura quā secundum naturā per incontinentiam ingurgitaret, ipsum pœnas luiturum. Sensit autem Phocion, naturam paucis contentam esse, multis autem corrumpi & depravari. Stob. ser. 15.

Dionysii sen.

Matri, quæ quamuis anus marito tradi vellet: Civilia, inquit, iura violari possunt, naturę non possunt. Bruson. l. 4.c.1.

Seneca.

† Si ad naturā viues, nunquam eris pauper: Si ad opinionem, nunquam diues. Exiguum natura desiderat, opinio immensum. Epist. 16.

Idem.

† Considerandum est, vtrām naturā tua, agendis rebus, an otioso studio, contemplationique aptior sis: & eō inclinandū, quō te vis ingenij defert. De tranq. animi, c.6.

Idem.

† Malè respondent coacta ingenia: reluctante natura, irritus labor est. Ibidem.

De nauigationis periculo.

Pittacus.

Roganti eidam, Quid fidum es? set respondit terra. Quid infidū mare. Plut. & Laer.

Bias.

Nauigans cum scelerosis & impia- hōminibus cùm periclitarentur in summa maris tempestate, aliis deo implorantibus: Bion, Siletes (inquit) ne vos h̄c nauigare sentiant Dij. Laertius l.1.c.6.

Bion.

Nauigans cum pessimis hominibus in piratas incidit. Dicentibus illis: Peribimus, si agnoscamur: At ego, inquit, nisi agnoscamur, peribo Laertius.

Plato.

Affidū monebat fugiendum esse mare,

mare perinde ac improbitatis magistrum. Brus. l. 4. c. 25.

Aristoteles.

Dicebat, per omnem vitam trium se pœnituisse. Quod mulieri secretum aliquid commisisset. Quod eò nauigasset, quod pedibus ire licuisset. Quod unum diem intestatus mansisset. Anton in Meliss. part. i. serm. 17. Hoc autem Stob. ascribit. Plutar. M. Catoni.

Glaucus Comicus.

* Dicebat iucundius esse in mari editem agere, quam in terra nauta. Stob. ser. de naufragio.

Anacharsis.

Percontanti, quæ naues essent tuissimæ? Quæ, inquit, in siccum protractæ sunt. Solebant enim olim naues iis mensibus, quibus mare nauabile non est, machinis quibusdam in siccum pertrahi. Anacharsis iensit omnem nauigationem esse pericolam. At ille de genere nauigij percatabatur. Sunt enim liburnicæ, onerariae, actuariaæque naues, aliæq; diuer- generis, in quibus alia est alia aduersus tempestatem instructior. Laer. b. i. c. 9.

Idem.

Quum rogasset quandam, quanta sit spissitudo tabularum nauticorum? isque respondisset, quatuor digitorum: Tantillum, inquit, absunt à lorte qui nauigant? Notauit negotiatorum avaritiam, qui lucri gratia met in manifestum vitæ discrimen iniiciunt. Scythæ nesciunt nautica commercia, pascuis ac venatu vivunt. Laer. lib. i. ca. 9. Alludit ad huius philosophi dictum Iuuen. sat. 12. a scribens:

I nunc, & ventu animum committe dolato
Confusus ligno, digitis à morte remotus
Quatuor, aut septem, si sit latissima iudea, &c.

Idem.

Cuidam roganti, vtrum arbitrajetur plures esse mortuos, quam viuosc Nauigantes, inquit, in vtro numero ponis? Dubitans, an haec essent intra viuos habendi, qui vitam vndarum ac ventorum arbitrio comisisset. Laer. lib. i. c. 6. Sed Dioni hoc ascribit. Stob. ex Plut. Laconi euidam.

Laodamas.

Laodamas ille Homerius nihil miserius esse dicebat, quam viruta fortis ponto exagitari. Brus. libr. 4. cap. 27.

Anonymous.

Lacon quidam glorianti mercatori, quod multas naues in omnem oceum maritimam demisisset: Num sanè optabilis ista est, inquit, rudentibus apta fortuna? Plut.

Demonax.

Quum legatus nauigaturus in Asiam, nauem consendisset, & à quodam interrogaretur, num metueret, ne naufragio ejactus à piscibus devoraretur? Quid, inquit, metuam à piscibus, qui tot pisces devorarim? Eras. l. 8. apoph.

Callimachus.

Dicebat, iucundissimum esse mare, sed si quis de terra contempletur. Huius dicti erit emulatus Horat. ait,

Neptunum procul à terra spectare frumentem.
Brus. l. 4. c. 25.

Anonymous.

Siculus quidam cum ficos vehebat, procella correptus naufragium fecisset, ac mox sedens in littore, mare tranquillum videret, urbane, inquit, ad mare: Noui quid velis, ficos nimis. Brus. l. 4. c. 25.

Alexis.

† Quisquis mare nauigat, is aut insanit, aut mendicus, aut mori cupit. Stob. serm. 19.

Seneca.

† Quæ nos, inquit, dementia exagitat, & in mutuum compellit exitium?

Vela ventis damus bellum paraturi,
& periclitamur periculi causa. Incer-
tam torquam experimur, vim tem-
pestatum nulla ope humana supe-
rabilem, mortem sine spe sepulturæ.
Libr. 5. Na. Quæst. cap. 18.

Antigonus.

Sæua tempestate iactatus, cum om-
nes suos in eadem nau haberet, præ-
cepisse liberis dicitur, ut & ipsi memi-
nissent, & posteris proderent, ne quis
in rebus tam dubiis periclitaretur.
Brus. l. 4. c. 25.

P. Syrus.

Dicebat, eum hominem Neptunū
improbè accusare, qui iterum naufra-
gium facit. Notabat autem eos, qui
cum semel nauigationis periculo ex-
positi fuerunt, oblitū malorum se ma-
ri credunt, mox penitus perituri. Bru.
l. 4. c. 25.

De necessitate.

Pittacus.

Tantam necessitatis vim esse di-
cebat, ut nec dij ipsi reluctari
possint. Laer. l. 1. c. 5.

Thales.

Interrogatus, quid esset in tota re-
rum natura robustissimum? respon-
dit, Necessitas: superat enim omnia.
Laer. l. 1. cap. 1.

Archytas.

Cum Eratosthenis Mercurium le-
gisset, hunc verum protulit: Neces-
ritas omnia docuit, quid enim illa
non inueniret. Stob. ser. 93. ex Plutar-
cho recitat.

Plato.

Necessitatis leges tā duras esse di-
cebat, ut ne quidē Deus ipse eas vio-
lare possit. Brus. l. 4. c. 29. ex l. Platoni de legibus.

Pheraulas.

Apud Xenophontem, Nullum ait
præstantiem doctorem esse neces-
titate. Brus. l. 4. cap. 26.

Velius Messius.

Necessitatem appellare solebat
Ultimum & maximum telum. Bruso
lib. 4. cap. 26.

Atis Erasi F.

Is natura mutus, captum Sufis pa-
trem cum Cyrus cōficeret vellet, vo-
cē tū primā emisit: Parce patri mea
Cyre, & te hominē esse vel casib di-
scē nostris. Ex Solino recitat Brus.
lib. 4. cap. 26. Valerius vero lib. 5. cap.
4. & Herodotus libro 1. Persæ cni-
dixisse aiunt, non Cyro. Vide etia
ea de re Strabonem lib. 13. Cæl. Rio
dig. l. 11. cap. 15.

Seneca.

+ Ad hoc sacramentum adæsi-
mus, ferre mortalia, nec perturbi-
ri his, quæ vitare nostræ potesta-
tis non est, libro de B. vita, capi-
15.

De negotiorum multi-
tine, qua in diuersa di-
strahitur homo.

Thales.

Requēter dicere ad suos soleb:
Vnum eligite præclarum; vnu
quiddam diuinitate præclarum Pu-
uit vir sapientissimus, satius esse
parandam honestam famam, vnu
quiddam insigne prædicere, quām
uinare de rebus friuolis: & præst:
vno labore parare famam & exil-
mationem, quām minus accuratē in-
plicari multiuariiis rebus: Erasm. l
apoph. ex Laer. l. 1. c. 1.

Phocion.

Dicere solebat, Difficile esse mu-
tas vitæ vias ingredi. Voluit auto-
indicare vir sapientissimus, non
cile præclari quiddam præstare po-
se hominem, qui simul multis reb:
ac negotiis sit intentus. Huius did-
extat apud Stobæum sermone
Prudentia.

† Apuc

Lucius Drusus.

† A puerō seditiosus, & foro grās, multisque negotiis implicatus sum fuisse, dicitur dixisse; Vni sibi, ac puerō quidem vñquam ferias cōsse. Seneca de breuit. vitę. c.6.

De nobilitate generis:

Socrates.

¶ Pēs & generis nobilitatem nō solūm nihil in se habere honestis, verūm etiam & malum omne iis oboriri dicebat. Laest. libr.2.

P. 5.

Diogenes.

Nobilitatem atque hoc gēnū for-
nē bona, nihil aliud quām velamini
malitiā esse dicebat. Nobiles e-
m cūm aliis nihilo sint meliores,
nen peccant licentius, iuxta Horatiū
Et quicquid volet, hoc veluti virtute
peractum,
perauit magna laudi fore.
Icert. lib.6.

Herodes sophistā.

In accusatorem, qui in lite exigua
generis sui claritate multa iactāt-
at: Tu, inquit, nobilitatem habes in
is. Romani siquidē nobilitatis
num gerebant in calceis. Id erat
urneū additamentum, tali spe-
: Ita Plinius notat quosdā, qui ni-
l haberent nobilitatis præter ima-
nes. Rursus quum aduersarius glo-
retur, quod in vnam quandā Ita-
ciuitatem multa beneficia con-
lisset: Idem ego, inquit, de mē præ-
care possem, si in vniuersa terra
usam dicerem. Significās, se de in-
meris ciuitatibus fuisse præclarè
eritum. Philostratus.

Thomas Sarzan.

Cūm quæreret aliquis ex Thoma
itzanensi (qui postea maximū pon-
ficatum adeptus, Nicolaus quintus
pellatus est) qualis esset Eugenius
ipa quartus? At, inquit, hoc facile

cognitu est: qualis familia est, talem
& principem inuenias. Innuere autē
volet, nimirum obscurum ac vino-
sum esse hominem. Fuit enim loco
adē humili natus, vt ab oppido pa-
tria Sarzanæ admodum frigido, Lu-
censis agri cognomentū accep-
tit. Volaterranus etiam hoc in eo re-
prehendit, quod nimio bibendi stu-
dio teneretur, perquisitis vndique vi-
norū generibus: quod vñtium à pa-
rentibus fortassis, vt hæreditarium,
animo insitum fuit. Æneas Sylvius
lib.4. commentariorū de reb. gest.
Alphonsi.

Seneca.

† Nemo altero nobiliōr; nisi cui
rectius ingenium, & artibus bonis a-
ptius. li.3. de Benef. c.18.

Idem.

† Si quid aliud est in Philosophia
boni, hoc est, quod stemma non in-
spicit: omnes si ad primam originem
reuocentur, à Dijs sunt. Epist. 44.

De nobilitate vera:

Socrates.

NObilitas quid esset sciētantię
Animę, respondit, & corporis
bona tēmpēries. Stob. ser. 84.

Idem.

Frequenter dicere solebat: Nequā
frumentum optimum iudicamus;
quod in pulcherrimo agro natū est;
sed quod commode nutrit: neque vi-
rum bonum & studiosum, aut amicū
benevolū, qui genere clatus; sed
qui morib⁹ egregiis fuerit. Stobæus
serm. 84.

Democritus.

Interrogatus, in quibus nobilitas
consisteret, respondit: Pecudum no-
bilitas in bono validōq̄e corporis
habitu sita est, hominū autem in
bonitate morum. Stob. ser. 84.

Diogenes.

Interrogante quodam, qui homi-
num nobilissimi essent; Contempto-

Lk

res (dixit) opum, gloriae, voluptatis & vitae: contrariis autem, paupertate, obscuritate, fame, labore, ac morte superiores. Stob. ser. 8. Max. serm. 63.

Antisthenes.

Virtute praeditos eisdem & nobilis dicebat: Habent enim, inquit, id, unde vera nascitur nobilitas. Adversus eos, qui maiorum imaginibus, aut diuinis, metuntur nobilitatem. Laer. libr. 6.

Anarcharsis.

Cum per conuicium Scytha, propter generis ignobilitatem nominaretur, respondit: Genere quidem Scytha sum, ingenio autem & moribus nequaquam. Voluit autem ostendere, eam nobilitatem veram esse, quae ex virtute, non ex parentibus originem dicit. Stob. ser. 84.

Theocratus.

Audiens quedam ob parentum nobilitatem plurimum laudari a quodam: Heus, ait, vir bone, Generosos arbitrisse, non eos qui ex bonorum & illustrium stirpe prognati sunt, sed qui honestatem omnibus rebus proposuerunt. Stob.

Theopompus.

Generosos iudicandos dicebat, non qui a bonis & probis procreati sunt, sed qui bonitatem & probitatem profitentur. Max. ser. 63.

Sophronius.

Supra de Ignobilitate & obscuritate generis.

Lycurgus.

Studens ciues suos a moribus praesentibus ad temperatiorem viuendi rationem traducere: Ne nobis, inquit, omnes nobilitas & ductus ab Hercule genus proderit, nisi omni studio & opera illa ipsa gesserimus, per quam ille mortalium omnium clarissimus ac generosissimus extitit, ac per omnem vitam quam honesta sunt & discamus & exerceamus. Reperit vir ingeniosus viam, qua multitudini philosophicis rationibus non satis id,

neque virtutis imaginem ob oculos posseret: magis enim mouent ac penetrant in animos quae cernuntur, quae audiuntur. Quod autem ille fecit in ciuitate, hoc cuique patrifamilii in sua domo, et cuique moderatori suo grege faciendum est. Plutare. i. Lacon.

Iphicrates & Cicero.

Harmodius, prisci illius Harmodij abnepos, cum Iphicrati, qui pater natus erat, generis obscuritem obiiceret: Meum, inquit Iphicrates, genus habet a me originatum verò in te desit. Simile autem extat Ciceronis dicterium, qui dicebat se sui tam praelari generis & nobilitatis initium esse. Haec enim vera est nobilitas, quae non a maiorum nostrorum, sed a nostris virtutibus proficietur. Plut. in apoph. & Cicerone.

Bion.

Antigonus rex Bionem philosophum de ignobilitate criminatus interrogavit, Quis & cuius es? ubi tu ciuitas est? ubi sunt tui parentes? Ceterum Bion respondit: Atqui rex bene fatus cum indiges sagittariis, quod in interrogando genus, sed scopum ponendo, optimos illorum tibi degis. Sic igitur amicos explorans, unde natus, sed qui & quales sint. Se sit vir sapientissimus, veram nobilitatem nequaquam ex patria & parentibus, sed ex virtute & vita innocentia metiendam esse. Stob. ser. 84.

Scipio.

Ap. Claudio, qui Scipioni in abienda censura competitor erat, instante se, quod ipse, citra nomenclatorem, ciues omnes nominatim saltaret, quum Scipio propemodum non esset neminem: Vera narras, inquit, Scipio: nam mihi studio fuit, non ut nec sem multos, sed ne cuiquam essem agnotus. Nomenclatorum laus est quam plurimos nosse: at egregia in re publica meritum nullum.

nullicium ignotum esse. Plutarc. in Rom. apoph.

Cicer.

Quum ob Ciceronis cognomen disteris incesseretur, ab amicis admonitus ut aliud sibi cognomen ascereret, respondit: se Ciceronis nomen illustrius effectum, quam est Catonum, Catulorum, aut Scaurorum. Nam haec familiae cum primis illustres erant apud Romanos, quem Tullius esset nouus homo. Cognomen autem ideo patebat cauillis, quod a ciceri vilissimo legumine dictum videtur. Quasi vero non & Fabij a fabis & Lentuli a lente cognomen habuisse viderentur. Parum illustris est, qui praeter imagines & cognomen nihil habet nobilitatis, pulcherrimum tamen nobilitatis genus est quam si quisque propriis virtutibus consiliat. Nec fecellit M. Tullius: Cicero enim nomen hodie decantatus est, quam Catuli aut Sauri, cum suis temmatis, statuis & imaginibus. Plut. n. apoph. Rom.

Idem.

Ciceroni cum generis ignobilitas obiiceretur: Satius est, inquit, meis gentis florere, quam maiorum opinione vesti & ita vivere, ut sim posteris meis nobilitatis initium, & virtutis exemplum. Cicero in oratione contra Salustium.

Seneca.

Bona mens, inquit, omnibus patet. Omnes ad hoc sumus nobiles. Nec enicit quenquam philosophia, nec eligit: omnibus lucet. Patricius iocates non fuit. Cleanthes aquam traxit, & rigando hortulo locauit manus. Platonem non accepit nobisem philosophia, sed fecit, &c. Epist. 44. ad Lucill.

Idem.

* Nemo, dicebat, altero est nobior, nisi cui rectius ingenium, & artibus bonis aptius. Qui imagines in atrio exponunt, & nomina famiz sue longo ordine ac multis stem-

matum illigata fluxuris in parte prima etdium collocant, noti magis quam nobiles sunt. Vnus omnium parens mundus est, &c. lib. 3, de beneficiis, cap. 28.

Silius Bassus.

Quidam, inquit, auitas paternaque flagitiis obruerunt imagines, quidam ignobiles nati fecere posteris genus. In illis non seruasse quod acceperant, maximum dedecus: in his quod nemo dederat fecisse, laudabile. M. Senec. controvers. lib. 1. controvers. 6. vbi multa de nobilitate.

Alphonse.

Cum aliquis Alphonsum, Aragonum regem clarissimum, a nobilitate maximè laudaret, quod scilicet esset rex, regis filius, regis nepos, regis frater: rex hominem interpellans dixit, Nihil esse quod in vita minoris ipse duceret, quam quod ille tanti facere videretur. Laudem enim illam non suam, sed maiorum suorum esse: quippe qui iustitia, moderatione, atque cum excellentia sibi regnum comparassent, successoribus quidem oneri regna cedere. Et ita demum honori, si virtute potius quam testamento illa suscipiant. A se itaque, si qua modo extent, elicent ornamenta, non a patribus iam mortuis extorquerent. Innuit autem rex prudentiss. multo gloriosius esse a se inclarescere, quam niti auitis imaginibus: regnumque propria virtute partum, clarius habendum, quam quod haereditate obuenit. Panor. li. 2. de rebus gestis Alphonsi.

Ioan. Huniades.

Cum misisset ad Huldricum Ciliæ comitem, ut ad se veniret in castro, hoc facere planè noluit, & ad se missis respondit: Ego comes & princeps, & tam nobili familia natus, ad te veniam, hominem nouum, & nostra etate nobilitatum! quod cum accepisset Ioannes: Non ego (respondit) quis maioribus, sed tibi

me comparo: quanquam neque illic cedam, qui pugnando pro Christiana religione nobilitatus, maius lumen posteritati meæ comparaui: atque ut in te Ciliensis comitatus turpiter extinguitur, ita in me dominus Nistricensis exornatur. *& nesc* Sylvius de dictis Sigismundi & Frederici imperatorum.

De nominum varia interpretatione & mutatione.

Chrysippus.

Chryssipo Solēsi erat statua pro corporis modo tenuis ac pusilla, quam eques vicinus ferè occultabat. Vnde Carneades per iocum dicere solebat, eum non esse Chrysippum, sed *χρύσιππον*, nam Chrysippus ab aureo equo dicitur: Chrysippus à *χρύσῳ*, quasi dicas, ab equo occultatum. *Laert. li. 7.*

Herodes Philos.

† Maiores, aiebat, mei Athenieses nomina Harmodij, & Aristogitonis, qui libertatis recuperandæ gratia Hippiam Tyrannum sustulerant, ne unquam seruis indere liceret, decreto publico sanxerunt. Quonia m nefas ducebant nomina patriæ libertati deuota, seruili contagione pollui. *A. Gell. lib. 9. cap. 2.*

Antagoras.

Cum Thebaidos librū apud Bœotos recitaret, nec quisquam recitanti applauderet, complicato volumine: Merito, inquit, vocamini Bœoti, quia boum habetis aures. *Max. serm. 15. de doctrina & sermone.*

Straionicus.

Quum doceret in ciuitacula perquam exigua, iocatus est mutatione literæ, non est *πόλις*, sed *μόλις*, id est, non est ciuitas, sed vix. *Sentiens, vix dignam nomine ciuitatis. Athen.*

Gnathana.

Quum Pausanias quidam nomine Laccus, saltans in cadum incidisset: Laccus, inquit, in cadum incidit. Nā Græci lacum vocant, quod nos lacum. Cadus in lacum incidere solet, lacum in cadum incidere absurdum est. Erasm.

Fauſtus Syll. F.

Suprà tit. de Adulterio & facetiæ & iocose dictis.

Cicero.

In nomen Verris iocatus est, quasi sic dictus esset, quod omnia verreret: hoc est, nihil reliqui faceret, homo furax. Quo genere iocandi quidam furem pro Tullio Tullium dixit: nec defuerunt qui pro Tiberio, dixerent Tiberium. Erasm. 4. apoph.

Idem.

Eidem cum Crasso simultas erat. Cum igitur alius è Crassi filii non dissimilis cuidam nomine Digno, atque hinc populi suspicio in Crassi vxorem, quasi cū Digno rem habuisset, in senatu præclaram habuisset orationem, rogatus Cicero, qualis ei videretur? Dignus, inquit, Crasso, te & alludens ad nomen Digni Iocus lepidior est, si more Græcorum dicas, dignus Crassi: ut intelligas duos esse Crassos, alterum adulterum, alterum illi similem Crassi filium. Erasm. lib. 4. apoph.

Idem.

M. Aquilium duos habentem generos, sed ambos exules, Adraustum appellauit, quod solus locum tueretur, alludens ad Græci nominis etymologiam. Erasm. libro 4. apophthegm.

Antonius Imp.

Cum Sextus Tirius se Cassandram esse diceret, ob coniecturam opinor, quod illa esset fatidica: Multos, inquit Antonius, posses Aiaces tuos Oileos nominare, notans illius impudicitiam, nam Ajax Cassandram de templo Palladis raptam constituit. Eras. 1. 6. apoph.

Gaius.

Caius.

* Non oportet, inquit, ex significatione nominum de moribus iudicare, quandoquidem non pauci haec tenus, qui infames nomenclaturas habebant, ingenio prædicti fuere non malo. Alij rursum, honestis à natura nominibus ornati, animis dissimilibus ad opera accedunt. Stobæus serm. 67.

L. Crassus.

In Cn. Domitium, Sexti Neronis atavum, cui cognomen fuit Ænobarbo, L. Crassus orator dicebat, non esse mirandum, quod ænam haberet barbam, cui os ferreum, columbeum esset. Os ferreum obiciens, propter summam impudenciam: cor columbeum, ob ingenij studem. Quidam ilium pro Neronem Ænobarbum appellantur, atque erat vnum è duobus conuiciis quændignissime tulus: alterum erat, quod increpatus esset malus cithaceus. Eras. l. 6. apoph.

Fl. Vespasianus.

Vespasianus in Cerylum, libertū, ad prædilectionem, qui ut aliquādo suberfugaret ius filii imperialis, cœpit e pro ingenuo ferre, eoque mutato nomine pro Cerylo dici voluit. Labes, torcit versiculos ex fabula quam ut opinor:

ὦ Λάχες Λάχες,
ἔπ' αἱ Δημόσιες, μῆδες ἔστη κύρυλος.
Οἱ Laches Laches,
Ἐβι morem obierū, rursus eris tuum
Cerylus.

Significans, illi nihil profuturum immutatum nomen. Suet.

De nominis immortalitate.

Antisthenes.

Is qui appeterent immortalitatem, lvnicam viam ostendit, ut iuste pie viuerent. Sed vulgus hominum strukturis, statuis, trophæis, ac libris

sibi promittit immortalitatē. Laert. libr. 5. ca. 15.

Bion.

Gloriam dicebat esse matrem annorum, ob id opinor, quod cum hominis vita sit brevis, honesta memoria per multa secula propagatur. Laer. li. 4. cap. 7.

Plato.

Rogatus, ecquid esset futurum ipsius monumentum, quemadmodum superiorum? Primum, inquit, parandum est nomen, ita monumenta futura sunt multa. Sensit, hominis memoriam optimè seruari in mentibus hominum, optimèque propagari scriptis virorum eloquentium. Laer. libro 3.

Traianus.

+ Cum multis aliis titulis eum Senatus ornauit, cum optimi, & Parthici cognomento. Sed cognomine optimi multò magis gloriari videbatur, ex quo natura, mōresque eius suavissimi, magis quam arma cognoscerentur. Xiphilin. in eius vita.

De nocte.

Scopelianus.

Q Voniam somni parecissimus, noctem existinabat studiis & exercitationi mentis accommodam, subinde solitus est exclamare, ὦ νύξ, οὐ γα δὲ καίσον σοφίας μετέχεις μέγε θεῶν, id est, O nox, nam tu sanè maxima ex parte censor es sapientiæ deorum. Habet enim hominis mens in alto illo silentio, corporis sensibus iam feriatis, aliquid diuinitatis, si sese intenderit ad rerum sublimiū speculationem. Eras. 8. apoph.

Anyllus.

* Mediam noctem hyemis imaginem esse dicebat: tunc enim Sol, uti hyeme, remotissimus à nobis est. Itaq. dolores ægrotantium, vehementiores merito tunc fiunt, vt pote cute propter frigus densata & intercepta træspiratione insensili. Stob. ser. 99.

De nuntiis.

Philippides.

Dicitus est ἵμερόφορος, quod uno die mille quingenta stadia conficiens, Lacedæmonem peruenit. Idem, nisi fallor, cum viatoriam Atheniensum aduersus Medos in Marathonem partam, senatu, de pugnæ exitu sollicito, nūtiaret, μέτα χαρέτε, inquit, νινδύψιδ est, multū valete, vici mus, móxque expirauit. Erasm. lib. 6. apoph. ex Plin. lib. 7. cap. 20. & Collini cap. 6.

De nuptiis.

Musonius.

CVM quidam dixisset, Nuptias sibi videri impedimento esse ad philosophandum, respondit se aliter sentire, quū non fuerint impedimento Pythagoræ, neque Socrati, neque Crateri, quorū vnlusquisq; vxori cohabitauit: nec villos, inquit, alias nominare possis, qui melius sint philosophati. Stob. ser. 65. vbi egregia mulca à Muson. dicta in laudē nuptiarū.

Hercules.

* Vniuersum humanum genus ad societatem natum esse dicebat. Prima autem, inquit, & præcipua societas est, quæ per nuptias initur. Nam ciuitates sine familiis esse non possunt: & familia innupti manca est: integræ autem & perfectæ illius qui conjugatus fuerit. Stob. eodem serm.

Plato.

* Ex nuptiis hanc consolationem oriri dicebat, quod naturæ perpetuitas inde promoueatur, & quod filios filiorum relinquendo semper Deo ministros pro nobis relinq'imus, vitam ceu lampadem aliis post alias tradentes. li. 6. de legibus.

Chilon.

* Eius dictum celebratur. Nuptias frugales & æquales opibus celebratio. Stob. serm. 68.

Theodectes.

+ Similes res sunt senectus, & nuptiae: utrumq; enim consequi desideramus: postquam verò nocti fuerimus tristamur. Stob. serm. 68.

Eusebius philos.

* Dicebat optimum esse cōsensum nuptiarum, si coniuges temperantia exerceant Stob. serm. 72.

Anonymus.

* Lacon quidam diues bono & pauperi adolescenti filiam elocavit: quae de re cum à cognatis reprehendetur, dixit, Ego mihi generum comparavi, quem diutinem potius quam pauperem futurū expectā. Stob. ser. 70.

De nuptiis secundis.

Marita Catonis F.

CVM rogaretur, cur post amicum maritum, denuò non nubaret? respondit, se non virum inuenire, qui magis eam vellet, quam sua Quo dicto ostendere voluit, diuitia magis in vxoribus ducendis eligi soleat, quam pudicitiam, & morum honestatem: ac multos non oculis, sed digitis uxores docere. Autor est Hieronymus.

Dionysius sen.

Cum videret matrem ætate confessam, secundò nubere velle, & eam ob causam à multis male audire, at Ciuitatis legibus vim quidem possit afferri, naturæ verò nequaquam posse. Plutarch.

Val. Maximus.

+ Quæ vno contentæ matrimonii fuerant, inquit, de veteribus Romanis, coronâ pudicitia honorabantur. Existimabant enim eum præceptum esse animatum, qui deposita virginitatis cubile pudicum egredi ne sciret: multorum matrimoniorum experientiam quasi illegitimæ cuiuscumque interētia signum esse credentes. Idem. li. 2. cap. 1.

Vide apoph. de Conjugio iteratq.

D

D E O B E D I E N -
T I A.

Selcn.

BERCONTATVS , qua ratione salua possit esse civitas? respondit: Si ciues obtemperent suis magistratibus , magistratus autem legibus. Stob.ser.41.

Zeno Cittieus.

Celebratissimam Hesiodi senten-
im solebat inuertere. Cum enim
e primas tribuat ei qui per se sa-
at, secundas qui recte admonenti
temperet, Zeno ordine inuerso sic
onuntiabat:

κέντρος ωδὴ παντελέστος, ὃς οὐ εἰπόντι
παθήσεις.

τεθλάσθησθὲν κακεῖνος, ὃς αὐτὸς πάντα
νοίησι.

Optimus ille quidem , qui paret recta
monenti:

Sed probus ille quoque est, qui mouerit
omnia per se.

ddebat causam: quod qui ex se
isset omnia , nihil haberet præter
telligentiam : at qui recte monen-
pareret, præter intelligentiam ha-
beret etiam effectum. Nam parere
icitur , qui quod didicit optimum
se, facit. Laert.1.7.cap.1.,

Pericles & Demosthenes.

Dicebat, Samios esse similes pue-
s qui potrectam offulam recipie-
nt quidem, sed interim plorantes:
quod illi parerent imperatis, sed
non sine tædio & querimonia. Simi-
ter Demosthenes dixit, populum
athenensem esse similem iis qui in
auia nauiseant. Siquidem iij cum ma-
no tædio laborant, tandem eò per-
ehuntur, quò tendit nauis.

Aristoteles.

+ Quantò quis diligentius obse-
quitur, tanto maiorem gratiam ob-
inebit. In Qecon.

Plinius junior.

+ Maior est obsequij gloria in eo,
quod quis minus velit. In Panæg.

Seneca.

+ Non qui iussus aliquid facit , mi-
ser est, sed qui inuitus facit , Epist.61.

Musonius.

Interrogatus, an parentibus obe-
diendum esset in omnibus ? respon-
dit , Obediendum quidem esse , sed
honestum iustumque imperantibus.
Stobæus serm.77.

Aristonymus.

* Dicebat, nauigando gubernato-
ri esse obediemendum: viuendo, illi qui
plus ratione valeret. Stob. serm. de
prudentia.

Theopompus.

Infrā de Principe bono , ac eius in
regni administratione officio.

Anonymus.

Eretrius adolescens quidam in pa-
triam post longam peregrinationem
reversus, rogatus à patre, quid disci-
plining tanto temporis interstitio asse-
cutus esset? se breui ostensurum esse
pollicetur. Verberibus igitur paulò
post cæsus propter delictum admis-
sum , patri nequaquam inobediens
fuit: & ait hoc edictum ut parenti
castigati obediret, eiūsq.indignatio-
nes ac poenas æquo animo ferret.
Brus.li.4.cap.30.ex Aeliano.

Scipio Africanus.

Cum in Africa bellum gereret, o-
stendit viros armatos quos secū ha-
bebat , & turrim præterea excelsam
in mari, & ait: Nullus horum omniū
est, qui non consensa turri, semet in
mare præcipitaturus sit, si ego iusse-
ro. Dictu profecto mirum est, in tan-
to exercitu militum nullum fuisse,
qui etiam in mortis-periculo impe-
ratori suo obedire recusaret. Plutar.
& Eras.lib.5.apophth.

M.Curius.

Adolescentis qui in delectu non
paruerat bona primū hastæ subie-
cit: ipsūmque postea ad tribunos ap-

pellantem verdidit, dicēs, Non opus
sibi esse eo ciue, qui parere nesciret.
Brus. li. 4 ca. 30.

De obefis, vel pin- guedine.

Pythagoras.

Conspicatus quendam è discipu-
lis attentiorem curando corpo-
ri, idque agere ut obesus esset, ac ni-
cida cute: Hic, inquit, nō desinit sibi
carcerem molestiorem struere. Sen-
sit hominem esse animum corpori
ceu earci inclusum, quod quo red-
das habitius, hoc magis grauatur ani-
mi vis. Eraf. li. 8. apoph.

Diogenes.

Anaximenes rhetor obeso aqua-
liculo erat onustus. hunc adiens Dio-
genes, ita loquutus est. Impartire no-
bis tenuibus & ventrem. Nam & ipse
leuaberis onere, & nobis commoda-
bis. Laer. li. 6.

Epaminondas.

Vehementer infensus obefis, dice-
re solebat, militum quibus arma ge-
renda sunt, corpus exercitatum esse
oporiere, nō solum athleticè, verū
etiam militariter. Vnde cùm obe-
sum militem vidisset in suo exer-
citū, expulit e castris, dicens: Quòd
vix clypei tres quatōrve tegerent
ipsius ventrem, per quem nunquam
vidisset sua pudenda. Plut. in Græc.
apoph.

Phocion.

Polyeuctus Spherius, quum lon-
gam haberet orationem de suscipie-
do in Philippū bello, atque præ pin-
guedine, præque æstatis æstu sèpius
aquam biberet, vrbane Phocion: Di-
gnam, inquit, rem, viri Anthenieses,
vt huic de gerendo bello credatur.
Quantū enim illum in medio Mar-
te sua galea & thorace facturum exi-
stimat, quem ipse loquédi labor in
animæ exhalandæ discrimen impule-
rit? Plut.

M. Cato.

Videns quendam vehementer ob-
sum, mirabatur, cui usui tale co-
pus esse posset Reipublicæ, cuius i-
ter guttur & inguen omnia vent
occuparet. Plut. in Catone.

Anonymus.

Vespasianus imperator Roman
ventre obeso fuisse dicitur, vnde q
dam homo facetus, petenti, vt in
aliquid diceret: Dicam, inquit: si
tum demum, quum ventrem ex-
nerare desieris. Brusonius libro
cap. 5.

De obiurgatione.

Diogenes.

Ad salutem opus esse diceba-
tur, aut fidis amicis, aut acribus in-
amicis: eò quòd illi monent, hi redi-
guunt: utriusque diuersis quidem m-
dis, sed partes prosunt, dum per e-
vitia nostra dicimus. Hoc Laërt. I
bro 6. tribuit Antistheni. Plut. Di-
geni.

Antisthenes.

Interrogatus, quamobrem tam
uerus esset discipulorum obiurgati:
Et medici, inquit, erga agrotos: sig-
ficans se vitia obiurgare, non hom-
nes. Laer. li. 6. cap. 1.

*Vide apophth. de Castigatione, &
Reprehensione.*

De obliuione.

Themistocles.

Lvdum præteriens, in quo dicer-
tur esse professor, rogauit qui
is profiteretur, quācumque responsu
esset artem memoriaz, contempti
dicens, At ego malim artem obliu-
cendi. Vox hæc digna fuit eo qui li-
guam Persicam intra annum potui
ediscere. Et sunt, quorum obliuio ne-
bis gravior sit quā memoria. Facil-
meminimus quæ volumus, at non li-
cet obliuisci quæ volumus. Plutar. in
Themistocle.

Euri

Euripiðes.

* Absurdarum rerum obliuionem apientiam nominabat. Stobæus ser. none 18.

Plato.

* Oblivionem, exitum memoriae dicebat. Stob. ser. 26.

Augustus Cæs.

Habebat Augustus nomenclatoem obliuiosum, cum hoc genus hominum oporteat in primis valere memoria. Is ad forum iturus, rogat Cæsarem, nunquid ei mandaret: Acceperis, inquit, commendatitias nam illic nemine nosti. Atqui hoc est proprium nomenclatorum munus, omnium nomina, cognomina, titulosque ignitatum tenere, quo heris, quem pus est, suggerant. Vnde illis etiam omne est inditum, à Græco, Latinique conformatum. Sueron. in Augusto. Iral. Rot. li. 4. apoph.

D e occasione non negligenda.

Themistocles.

Antiphates adolescens, qui prius Themistoclem amantem tugeat ac fastidierat, ubi vidit illum gloriam celebrē potentiāque magna polentem, vltro adiit illum blandiens. ui Themistocles: O adolescens, serò uidem ambo, sed tamen sapere cœimus. sentiens, illum non arripuit: occasionem sese offerentem, sibi erò nūc non vacare per negotia tabus affectibus indulgere. Plutar. in Irac. apoph.

Antigonus.

Quū Antigonus in arduis ac præuptis locis planicie imminentibus exercitum haberet, Pyrrhus positis circa Napham castris, postridie per aduceatorem, ut in campum descendens Martem experiretur, prouocavit. Antigonus verò respondit, suam utilitatem non magis armorum quam temporum esse. Pyrrho, si illum su-

vit et dñum cepisset, latis multas ad interitum vias patere. Plut. in Pyrro.

Annibal.

Post calamitatem à Romanis apud Cannas acceptam, Fabius Max. creatus est imperator cum Claudio Marcello, viro audaci, sempé que gestienti cum Annibale configere. Fabius potius sperabat futurum, ut si pugna abstineret, Annibalis exercitus duatu temporis desiceret. Id sentiens Annibal, dixit se magis formidare Fabium à pugna quiescentem, quam Marcellum pugnatum. Plut. in Rom. apoph.

C. Demetrius.

Vbi contemplatus esset hostium phalangem, exercitus præfectis hortantibus ut confestim aggredetur, negauit tempus sufficere ad hoc, ut tot millibus trucidatis, ac direptis impedimentis, in castra reuersi, soecurarent corpora. Sed hoc ipsum postridie se tempestivè facturum dixit: Ac postero die congressus, quinquaginta millia trucidavit. Vir strenuus non dubitauit de victoria, spatiū modò temporis gerendæ rei par eligebat. Plut. in apoph.

Scipio Africanus.

Cum hoste dicebat non esse confligendum, nisi aut inuitaret occasio, aut virgeret necessitas: quod incognitantis sit, opportunitatem oblatam negligere: & extremæ ignauiae sit, tu non præstare fortem animum, cum audacia spem præbet incolumentatis, formidolositas nihil aliud quam certum promittit exitium. Plutarch. in vita eius. Valer. Max. lib. 7. cap. 2.

Scipio minor.

Cum videret hostes despondere animum, aiebat sese, ut tutò veniret, mora temporis emisse, addens, Bonum ducem perinde ut medicum, nō nisi in extrema curatione ferrum adhibere. Nihilominus per occasionem adortus Numantinos, terga illos

dare compulit. Plutarc.in Rom.apo-
phthegm.

C. Maria.

In bello ciuili, cùm fossa cinctus ob sideretur ab hostibus, cōtinuit se- se, tempus expēctans opportunum. Popedio autem Siloni dicēti, Si ma- gnus es imperator, ô Mari, descendē in conflictū: Imò tu, inquit, si ma- gnus es imperator, coge me nolen- tem ad certamen venire. Plutarch.in apoph.

De otio honesto.

Chilon.

Dicebat, adamandam esse quie- tem, quoties datur honestum otium: iuxta illud, ἡσυχία καλὸν. Nihil enim vel tutius, vel iucundius. Nullum autem negotium periculosius, quām bellum. Laert.li.1.ca.4.

Socrates.

Otium possessionem omnium o- ptimam dicebat. Otium autem sen- fit, non ignauiam: sed è tumultuosis negotiis & à cupiditatibus animi tranquillitatem vitiātibus esse quie- tum. Eras.li.3.apoph.

Nicander.

Ad Nicandrum cùm Atheniensis quidam dixisset, nimium ô Nicander amplectimini otium: Verum, inquit, prædicas: sed non quemadmodū vos, quoque modo illud nobis parare studemus. Sensit otium, honestis rationibus parrum non esse reprehendendum: sed eos vituperio dignos, qui per fas nefālque spectarentur o- tium. Otium autem Atheniensis di- xit, non exercere sordidas artes. Plu. in Lacon.

Scip. Afric.

Si quando vacans à negotiis belli- cis, in literis versaretur, dicere sole- bat, se nunquam minus otiosum quām cùm esset in otio. Sensit, se id temporis non dare animum otio aut voluptatibus, sed reipub. commodis multa suo cum animo tractare. Plut.

in apoph. Cicer.lib.; Offic.
Emmii.

Dicere solebat, qui nesciret oti- vi, plus negorij habere, quām cū est in negotio Brus.li.4.ca.28.

Attilius.

Satius otiosum esse dicebat, quā- nihil agere. Refert Plinius Iunior ad Minurium Fundanum: Satius e- enim, inquit, vt Attilius noster er- ditissimè simul & facetissimè dixi otiosum esse quām nihil agere. Quā- quam hoc dictum adscribitur Catu- ni seniori. Otiosus est, qui vacat a externis & cionibus:nihil agit qui n- gotiis infrugiferis,nihil ad beatè v- uēdū conferē ibus occupatur. Que- admodum, qui molliuntur, nec sa- luedū succedit quod agunt, satagere dicu- tur:ita nihil agunt, qui frustaneis & cionibus tumultuātur. Plinius eni- putat, eos qui militaribus negotiis distrahantur, nihil agere: contrā q- se philosophie dudunt, otiosos es- Eras. in apoph.

Alphonse.

Familiares Alphonso regi rusticu- quendam, velut ignauiae exemplu- ostenderunt, qui porrectus humili- scebatur vuis. Hic rex: Vtinā(ait) n- hi sic per otium comedere darū es- à superis. Simile quiddam narrat de Ptolemæo rege: cùm antea se i- staret reperisse immortalitatem, ta- dem podagra discruciatus conspic- bat Ägyptios aliquot plebeios i- temerè apud flumen discumbent- Vtinam, inquit, saltem ex istis nus essem. Erasmus libro 8. apop- thegmat.

De turpi otio fugiendo

Diogenes.

OTiosorum negotium amore esse dicebat, quod hic affect potissimum occupet otio dedit. Ita enim fit, vt dum otio vacant, rem negotiosissimam incident. Lae- tius li.6.

Socrates.

Suprà de Libertate nimia.

Idem.

Audiens quosdam de otio disputates, ut plurimum se dicebat de-
tendere, omnes aliquid facere.
enim qui tesseris, quique risui ex-
ando vacant, aliquid faciunt: nihi-
nus huiusmodi omnes otiosos
ebat. Liceret namque eis istis di-
ssis, meliora agere: à melioribus
ad peiora migrare, nulli otium
e. Siquis autem migret, hinc matè
facere negotius implicitum. Xeno-
nii li.3. de dictis & factis Socratis.
b.ser.28.

Idem.

Priscis authoribus selegerat ver-
bos aliquot, quos proverbiorum
e frequenter usurpabat, quorum
ille Hesiodi,
ἴππον γ' οὐ πέριστος, αἴρεται δὲ τὸν θεόν.

Id est,

*Non probrum est operari, ast est cessa-
tio probrum.*

Quo dehortabatur iuuenes nō so-
ni ab otio, verū etiam ab actio-
bus infrugiferis. Siquidem eos ap-
plabat otiosos, qui alea, compota-
nibus & scortis æstatem absume-
nt. Eras.li.3.apoph.

Plato.

Disputatione discedens, solitus
admonere discipulos, Videte pue-
nt otium in re quapiam honesta
loctis. Significans, otium omnia
la docere adolescentes. Laertius
ro.3.

Lycurgus.

Cuidam percontāti, quam ob rem
ginum corpora cursibus, luctis, di-
rum ac telorum iactibus fatiga-
r. Ut, inquit, fœtuū prōseminatio-
ista statim radice, validum in va-
nis corporibus initium sumens, re-
germinet: simul ut ipsæ in perfe-
ctis partibus facile simul & gene-
re certent aduersus pariendi ni-
dolorēsque: postremò si qua inci-

dat necessitas, ut possint & pro se, &
pro liberis, & pro patria pugnare. In-
tellexit vir prudens, quanta rerum
publicarum pestis sit otium atque
ignavia: contrà, moderatos labores
etiam corpora reddere tum firmiora,
tum salubriora. Vnde nec virgi-
nibus permisit in otio vivere, sed
has quoque masculinis exercitatio-
nibus quodammodo vertit in masculos,
cùm in plerisque ciuitatibus per
delicias ac luxum masculi trans-
formarentur in foeminas. Plutar. in
Lacon.

Herondas.

Quum esset Athenis, audissé: que
quendam iudicum sententia damna-
tum de criminis otij qui mœstus ince-
deret, & ab amicis mœstis duceretur,
iussit sibi commonstrari eum qui in
causa liberali reus perageretur. La-
cedæmonij quicquid erat sordida-
rum artium, non per ciues, sed per
Helotas mancipia exerceri volebant:
cōquæ mirabatur Herondas, ob id
quāquam vocari in ius, quod serui-
lia non exerceceret: ibique pro crimi-
ne haberi, quod Lacedæmonie iudi-
caretur honestum ac liberale. Plut. in
Lacon.

Cleomenes.

Quodam interrogante, cur Argi-
ui cum Lacedæmonij bellum ge-
rentes, & sepius viatos, non deleuis-
sent, Ne optauerimus quidem, in-
quit Cleomenes, illos deletos, ut
kabeamus qui iuuenes nostros exer-
ceant. Perspexerat egregius dux, cor-
rumpi iuuentutem, si permittatur o-
tio, luxus ac malorum omnium ma-
gistro. Plut. in Lacon.

Anonymous.

Theſſalus quidam interrogatus,
quinam essent Theſſalorum deterri-
mi? Qui, inquit, à bellicis negotiis o-
tium agunt. Barbari nesciunt vti pa-
ce. Eras.6.apoph.

Dionysius sen.

Cuidam percontāti, num esset o-
tiosus? Absit, inquit, ut hoc mihi yn-

quam accidat. Sensit turpissimum esse regi vacare unquam à reipubl. negotiis. Vbi sunt igitur, qui bonam diei partem alea nugsque transfigunt? Plut. in apoph.

Seipso Nas.

Quibusdam dicentibus res Romanas iam in tutto esse, extintis Cartaginensibus, & Græcis in seruitutem redactis: Imò, inquit, nunc densum summo in periculo sumus, post quam nulli supersunt, quos vel timemus vel reveremur. Sensit, inimicos per occasionem utiles esse nobis, per quos non licet impunè leuiterque negligentes esse. Erasm. lib. 8. apoph.

Q. Metellus.

Suprà de Ignauia.

Ap. Claudiu.

Dicere solitus est, populo Romano longè melius cōmitti negotiū, quam otium. Sentiens multitudinem bellis excitari ad virtutem, in pace defluere ad voluptates ac luxum, ex quibus nascitur rerum publicarum ac regionum exitium. Valerius Maximus.

Seneca.

Seruilius Vacia, vir prætorius ac prædiues, odio negotiorum abdidebat se in villam suam quam habebat non procul à Cumæ, nec alia re notus fuit, quam eius villa ocio Itaque qui negotiis premebantur, exclamare solebant, O Vacia, solus scis viuere. Huius tamen ignauum & sine literis otium damnans. Seneca epist. 51. negat illum scire viuere, sed latère. Eoque nonnunquam villam præteriens ioco dicere solebat, Hic situs est Vacia: subindicans nihil interesse inter mortuum, & inertii otio abditum. Eras. l. 8. apoph.

Galba parasitus.

Obiicientibus quod in otio vineat: Nemo, inquit, cogit ad reddendam ouij sui rationem, innuens nullos iutius viuere quam otiosos. Nam rerum gestarum rationem poscunt.

tur qui tractant negotia, at ab ora ea ratio non potest exigi. Erasm. lib. apoph.

Augustus Cæsar.

Insulam quandam Capreis vnam, in quam è comitatu Cæsaris cedere solebant, qui cuperent otium solitus est ἀπεγγίπολιν appellare. ἀπεγγία enim sonat negotiorum cuitatem. Suet. in Aug.

Vibili Crispus.

Domitianus Cæsar initio sui principatus nihil planè agebat, sed quotidie sibi secretum horarum subbat, nec faciebat aliud quam capi muscas, et quæq; stylo prædicto concre. Vnde quidam cum quereret, quis intus esset cum Cæsare? Vit. Crispus lepidè respondit: Ne mutu quidem. Stob.

Probui imp.

Non patiebatut armatum militare otiosum, dicens: Annonam & tuitam militem comedere non debet. Iacob. Spie. in lib. 2. Æn. Sy adu. reb. gest. Alphonsi.

De odio.

Timon Athenienſis.

Timon ille, qui ab odio hominum Misanthropos Græcis vocalatur, interrogatus cur omnes odi homines? Merito, inquit, impossum odi: reliquos autem, quia impossum non oderunt. Maximus sermone 6.

Pisistratus.

Thrasybulus Pisistrati filiam abbat: eamque quam haberet obvia in publico osculatus est, ob id virum maritum in Thrasybulum irritat. Si illos, inquit Pisistratus, qui nos mant, habemus odio, quid facientis qui nos oderunt? Ac virginem amatam Thrasybulo dedit uxori. Plut. in apoph.

Annibal.

dhuc puer, quum quereretur de-
endo odio inter Romam & Ca-
gnem, pedem infixit solo: ac pul-
sulestrato, tum demum finem
fore dixit, quā altera pars in ha-
m pulueris esset redacta. Agnos-
ingenium exitio Romanæ geni-
atum. Plutarchus in Annibalis

Idem.

austurus venenum, quod in eum
in paratum habebar, dixit: solua-
tingenti cura populum Roma-
nus, aut, ut Livius refert: Soluamus
in cura populum Romanum. quā-
nortem senis expectare longum
et, id postremo mātē habebat
unum, quod Romanis iam non
er aliquo pacto molestius esse.
in Annib. vita.

Tiberius.

Adeo posteritatem oderat, vt
c s̄epe versum usurparet: Me-
eatur igne terra mortuo. Pri-
nusque beatum dicitabat, cuius
ritus cum patriæ, & totius regni
eo fuisset coniunctus. Fuit illa vox
omnium Canibalium alicuius, non op-
Imperatoris. Dion. Cass. li. 68.

Vide apoph. de Similitate.

*De œconomia.**Thales.*

Am familiam probabat, in qua
lominō plurimum otij agere li-
Stob.ser.83.

Chilon.

dīonebat, vt suæ quisque de-
bene præcesset, primam enim cu-
dehemus familiaribus: nec id o-
videtur administrandæ Reipu-
li: qui priuatam re&tē gubernare
est. Domus enim nihil aliud est
in patua ciuitas. Laetius libro

Idem.

Dixit, Oportere domum maximè
similem fieri ciuitati, quæ regno gu-
bernatur. Stob. 8.

Cleobulus.

Optimum œconomum inde iudi-
cabat, si plures haberet sui amantes,
quām metuentes. Ibid.

Fias.

Dicere solitus erat, eam familiam
esse optimam, in qua dominus spon-
te sit huiusmodi, qualis propter le-
gem foris est. Stobæus eodem ser-
mone.

Pittacus.

Optimè constitutam esse domum
pronunciauit, cui superfluum nihil
abundet, & necessarium nihil deficit.
Stob.ser.eod.

Solon.

Optimum œconomum esse dixit,
in cuius familia pecunia non iniuste
possideantur, nec difficulter custodi-
antur, neque propter sumptus pœni-
tudinem adferant. Ibid.

Theano.

Cuidam percontanti, quānam ra-
tione celebris euasura esset? respon-
dit: Contexenstelama, & meum cu-
rans coniugium. Sensit autem mu-
llier ornatissima, tum demum claram
se fore, si amaret maritum, probè e-
duceret filios, & rem domesticam
sedulò curaret. Stobæus sermo-
ne 72.

Aristoteles.

† Nullus parem curam habet a-
lienorum & suorum Itaque quæcum-
que per œconomum geri possunt,
circa illa cum diligatia intendat. I-
dem lib. 5. Oeon. c. 6.

Lycurgus.

Audiens quendam, qui Democra-
tiā mirum in modum probabat,
Quin tu, inquit, primum domui tuæ
democratiam, hoc est, commune im-
perium institue? Docuit autem com-
pendiosissimè, eam gubernationem
Reipub. perniciosa fere, quam ne-

mo vellet esse in sua familia .Plut.in
Lacon.'

Themistocles.

Cum ex duobus filiam suam ambientibus bonis moribus præditum diuini prætulisset : Virum se querere dixit potius sine pecunias, quam pecunias sine viro. Sensit autem vir prudenterissimus, non obstatre paupertatem hominum vitæ, si quis rem domesticam pro viribus curare cum tota sua familia cupiat. Stob.

M. Cato.

Cum ex Catone quereretur, quid maximè in re familiari expediret? re spondit, Bene pascere. quid secundū? fatis bene pascere. quid tertium? bene vestire. quid quartū? bene arare, Cic.l.2.Offic.

De officio bene collocando.

Thraces.

Dicere solitus est, suscipiendas est se causas amicorum, aut destitutas, aut ad exemplum pertinentes: amicorum, quod ex lege Gratiarum, amicorum communia sunt omnia: destitutas, quod in his porissimum & constantia agentis & humanitas cerneretur: ad exemplum pertinentes, quia plurimum referret, bonum an malum ducem haberent. Frequenter enim bonæ causæ virtio patronorum vincuntur. Expedit autem ad bonos mores, ut in iudiciis succumbat pravitas, superet innocentia. Plinius in epistola ad Quadratum.

Sigismundus Ces.

Coram Sigismundo Romanorum imperatore, quem gloriabundus quidam eques urbanos magistratus parui faceret, tribunosque militum laudibus in cœlum tolleret: Tace, inquit imperator, nulla nobis ô Thraso, militia opus esset, si suas quique ciuitates prætores, ceterique magistratus

moderatè iustèque gubernarent. Sit autem, ubiq[ue] terrarum pacem fore, si magistratus leges defendent, & omni loco ac tempore diligenter suum expedirent officium. Æneas Sylu. l.4. Comment. de reb. gestis Alphoni.

Æneas Sylvius.

Legens Ennium vetustissimum poëtam, homines stupidos, non homines quidem, sed homunciones applassi, dixisse fertur: Ennius certe plorosque nostris seculi reges contenti platus esset, credo non reges, reges appellasset: Ecclesiæ que prælatos, prælatones vocitassent, qui præter coronas & insulas, dignitati quod respondeat, nihil stendunt. Æneæ dictum leges in lit. eius Comment. i. de rebus gestis Alphoni, sectione 54.

De ominibus.

Dionysius.

Cum magistratus per literas scire crearentur, & ipsi contigit litera μ, dicenti: cuidam per iocundum οὐρανούς, id est, stulta efferes. In nyxi. Imò, inquit, πονηρά θάσαι, moncha ero. Et adeptius magistratus, continus imperator electus est à Syracusis. Magni erat animi, quod illico non offendetur, contentus ceteris literæ secus interpretari, Plutarchus in Reg. apoph.

P. Ämilius.

E fôro domum reversus cum à puellam nomine Tertiâ reperte lachrymantem, rogauit quâ habet? illa respondente, Perseus natus interiit (id erat nomen catelli, quoniam puella habebat in deliciis.) Sit filius, inquit. ô filia, omen accipio, mōre in bellum profectus, pulcherriman de hoste triumphum egit. Plutarchus apoph.

M. Crassus.

Infrà, de Superstitione.

Nero.

In Oedipope fabula, quam Nero nouiss. man recitauit, in hoc versu decidisse legitur,

*Σαρίεν μὲν αὐτῷ σύγγαμος, μητήρ,
πατήρ.*

Id est,

*Ius sit mori me mater, uxor & pa-
ter.*

Jam ut Oedipus patrem occiderat
nsciens, & matrem uxorem duxerat:
ta Nero sciens Claudium patrem oc-
ciderat, matrem constitutratam in-
ferecerat, & Octavianum uxorem in-
ignis tractarat modis. Sueton. in
Iero.

Oho imperat.

Cùm in augurando tempestas esset
orta, atque ipse grauiter esset pro-
apsus, identidem obmurmurasse di-
xitur, *τι μὴ νὴ υπερβοῦσαν λογίς;* id est,
quid mihi cum longis tibiis? Sentiens
frustra sacrificiis & piaculis co-
ari placare manes Galbae. Sueton. in
ius vita.

De opinione.

Socrates.

*I*nanes utres ventus inflat, inquit:
sic stultos homines, opinio. Max.
et de inani gloria.

Heraclitus.

* Dicebat opinionem esse impedimentum profectui. Eod. ser.

Iphicrates.

Cùm in amicorum & sociorum a-
fisi suum haberet exercitum, nihil-
minus tamen valleum facere, & fos-
sum fodere voluit, quam ob causam
im à quodā parum fortis & animo-
siudicaretur esse, respondit: Pessi-
am ducis esse vocem dicere, Non
daturam: Significans, in rebus tran-
stillis interdum existere periculum,
uod nullus expectasset. Aduersus
opinatos igitur casus prospexit
is copiis, ne si quid accidisset, dice-

re cogereretur, Non putaram. Hoc ve-
rò Latini adscribunt Scipioni. Ad I-
phicratem autem refert Plut. in Gre-
cor. imper. apoph.

Epicurus.

* Si ad naturam viues, inquietabat,
nunquam eris pauper: si ad opinio-
nem, nunquam eris diues. Seneca e-
pist. 16. Exiguum enim natura desi-
derat, opinio immensum.

*Sphaerus Philosophus.**Suprà de Argutè dicitis.*

De oraculis.

Epaminondas.

CVm Lacedæmonij copias in The-
banos educerent, variisque The-
banis ferrentur oracula, quorum alia
victoriam illis pollicebantur, alia di-
uerla prædicebant, Epaminondas ius-
fit, bene promittentia ad dextram tri-
bunalis poni, cōtraria ad laevam. At-
que omnibus hunc in modum dispo-
sitatis surrexit, dixitque: Si volueritis
parere ducibus, & conglomerati in
hostem tendere, haec vobis sunt ora-
cula, ostensis melioribus: quod si ad
cōflictum segnes timidique fueritis,
haec oracula vobis redditia sunt: ostē-
sis deteriora pollicentibus. Mirè, nec
oraculorum contempnit authorita-
tem, nec animos militum his deiici
passus est: sed interpretatus est, Deū
prospera polliceri strenuis, infensa
timidis, quasi à nobis pendeat rērum
eventus. Plut. in apoph.

Alexander.

Delphos profectus cùm sacerdos
negaret se consultarum Deum, quod
dies essent nefasti, quibus ne oracu-
lis quidem loqui fas esset: vi pertra-
cta secum sacerdote, templum ascen-
dit, cùmque illa importunitate viā
diceret: Inuitus es, ô fili: Satis, inquit
Alexander, oraculi est, mulieris vo-
cem responsi loco dicens. Plut. in A-
lexandro.

De orationis vehemtia.

Zeno Curius.

Dicere solebat, Formam esse vocis florem. Nam loquentis orationem forma commendat, & rursus oratio composita gratiam addit formæ. Laërt. l. i. c. i.

Idem.

Eleganter ac politè loquentium sermones aiebat esse similes pecuniae Alexandrinæ, oculis blandienti, atque vnde scripturam habenti morenumismatis, nihilo tamen esse melorem. Rursus qui magis studerent vtilia dicere quam nitida, similes esse dicebat tetradrachmis, temerè ac ruditer percussis, quæ sàpè picturatis illis nummis præponderarent. In numero non spectatur elegantia sculpiurae, sed pondus ac materia: ita non refert, quam sit elegans oratio, sed quam grauis & vtilis. Laërtius lib. 7. cap. 1.

Scopelianus.

Scopelianus Herodis Attici præceptor, Polemoni obnienti, quod inter dicendum pulsaret tympanum: Tympanyzo, inquit, sed Atacis clypeo: haud inficians, se in agendis causis interdum uti verbis ac figuris vehementioribus: at non inani strepitu, sed ad causæ patrocinium accommodis. Philost. in Sophistis.

Demetrius Phaler.

Quantum in bello valeret ferrum, tantum dicebat in Repub. valere orationem. Illic enim res geritur viribus, hic persuasione. Laërtius libr. 5. cap. 5.

De oratione elaborata.

Pericles.

Quotiescumque verba facturus in concionem prædirerit, optabat

ut sibi nullum eiusmodi verbum excederet quod populum exasperare atque irritare posset, aut quod illi contrarium esset, aut cum ipsius voluntate pugnare videretur. Vnde liquet, quām præmeditus Pericles orationem habiturus, in publicum veniret. Ælian. libro quarto, de Var. hist.

Plato.

Polus sophista reperisse dicitur quasdam orationis delitias, velut contraria inter se redditæ, membrum comparia, similiter desinenia, quibus immodicè putatur usus. His ornamenti cùm se iactaret insolens, Plato sic hominem taxavit ὁ πόλει, οὐτα τρέπεται σὲ κατά σε: id est O Pole, ut te tuo alloquar modo Polus Græcè sonat pullum equinum ipso itaque statim nomine tetigit haninis arrogantiam. Imitatus est δημοσίων πολιτῶν, Πόλει σὲ κατά σε. Laërt. lib. 3.

Nicostratus.

Zeuxis pictor insignis cùm Helenam pinxit, Nicostratus pictor stupefactus imaginem tuebatur, ut manifestum esset, eum picturam admirari. Accedens itaque quidam rogabat, quidnam tantum artem admiraretur? At ille, Non, inquit, id n rogares, si meos oculos haberes. Igno vero idem de oratione dixerint nisi qui eruditæ habeat aures, non no iudicabit iudicio. Ælian. l. 14. c. Var. hist.

Demonax.

Phauorini dictionem ut nimis compositam, ac mulieri congruentem quam philosopho, solebat dexteris incessere. Id indignè fere: Phauorinus, adiit Cynicum, percontans quis esset ille à quod erideretur. Homo, inquit, cuius auribus difficile est imponere. Philosophum, ut vestis neglegtor, ita & oratio decet i affectata. Erasmus libro octauo popl.

Antig.

Antigonus.

Quendam rhetorem audiens ita quentem, Hora nimium iaculatrix diens, regionem herbis defectam dedit: Non desines, inquit, me ut cum turba agers? Offensus rex oratione potida, cuiusmodi rborum apparatu solent se vendere nugatores apud impetitam muludinem. At idem apud regem fare, erat Cynicæ impudentia. Plut. apoph.

Cicer.

Cum M. Lepidus in senatu dixisset, Patribus conscriptis, ne dicam cumscriptis: Ego, inquit Cicero, nanti fecissem ὡμοιώσων. Affecuit Lepidus schema vocum similes desinentium, quod rhetores ὀπίστας vocant. At satius erat iema perdere, quam senatum offendere. Quanquam in his verbis non tam est ὁμοιώσων, verum etiam ἀνταναγνίσει. Schema priore iuncens. Eras lib. 4. apoph.

Idem.

Cuidam interroganti quamnam est mothenis orationibus optimam licaret? Respondit Longissimam. arach. in Cicerone.

Augustus Cesar.

Mecenas, vir alijs laudatus, in uno lasciuiebat, verbis affectatis & impositioni insolenti frequenter fulgens: Augustus contraria, verbum solens quasi scopulum fugiendum dicebat. Ad alios itaque scribes, ylo simplici consuevit uti: Mecenati vero, quem familiariter amabat, ribens, Mecenatem imirari solebat: adeo ut in quadam epistola, mulierius ac dissolutius iocatus, inc adiecerit clausulam: Vale meum, ebur ex Etruria, laser Arenum, adamas Supernas, Tyberinum argaritum, Cilneoruta smaragda, spis singulorum, berile Porsennæ, tribunculum habeas, ηνα αυτην πριν τα, γάλαγμα mechanarum. Sic irritparū viriles amici in scribendo de-

licias. Eiusdē concinnit iocis exagitate consuevit, voces ac sententias ineptas fœtores appellare solitus. Secundum amabat purū & elegante, qui sententiam quam apertissime declararet. Nec Tiberio pepercit interdū recōditas & exoletas voces aucupāti. M. Antonium increpabat velut eæ scribentem, quæ homines mirentur potius quam intelligant. Quin & Agrrippinæ neptis ingenii collaudans, hoc adiecit: Sed opus est dare teoperam, ne molestè loquaris. Erasm. hb. 4. apoph. ex Suetonio.

Pacatus.

Oscus rhetor cum eloquētissimus esset, illius tamē orationē nihil aliud vitiabat, quam affectatio: nihil enim sine schēmate dixit vñquam. Ideoq. cum Pacatus rhetor Massiliæ ei obuiam factus esset: Poteram, inquit, dicere, Ave Osce. Affectatorem affectata salutauit oratione. usus enim est ironica occupatione, præter omnem necessitatē, ut irrideret hominem semper affectatè loquentem. Erasm. Rot. lib. 8. apoph.

De oratione incomposita.

Themistocles.

Postquam Themistocles primū in Athenis, mox tota Græcia depulsus ad Persarum regem configisset; admissus, iussus est dicere. At ille respondit; orationē similem esse pīeturatis stragulis. Nam quemadmodum, inquit ille, dum extēnduntur, ostendunt imagines: dum contrahuntur, celat easdem, & abulant: item sit in oratione. Plutar. in Græc. apophth.

Antiochus.

Hoc dicto taxauit Hermogenem, ut diceret illum inter pueros esse senem, inter senes puerum: siue ob valetudinem ante tempus imbecillē, siue ob dictionis genus neglectius. Alij per iocum dicebant, illius verbā planē iuxta Homērum esse πλεγμή.

quòd ea veluti pennas abiiceret. Philostratus in Sophist & Volat.lib. 15. Vrbanorum com.

Iulius Florus.

Quum aliquando adolescentem tristem eundemque scholasticum vidisset, interrogavit: Quæ causa frontis esset tā deductæ? Quia triduō, inquit adolescentis, materia ad scribendum destinata, non inuenio exordium. Tum Florus, Nunquid tu melius dicere vis, quām potes? Ita resse habet, Curandum est, ut quām optimè dicamus; dicendum tamen pro facultate. Ad profectum enim opus est studio, non indignatione. Quintil.lib 12.cap 3.

Portius Latro.

Latro Porcius, cuius ingenium supra modū miratur Seneca (fuit enim illi condiscipulus) cùm Maxillus rhetor exilitatem orationis suæ impudaret controversiæ, die eratq; Necesse est me per spinosam locum ambulantem suspensos habere pedes: Non mererculè, inquit, tui pedes spinas calcant, sed habent. Eras. Rot.lib. 8. apoph.

Catulus.

Quum orator quidam malus, qui in epilogo se putabat mouisse misericordiam, postquam assedit, rogaret Catulū, Videreturne mouisse misericordiam? Ac magnam quidem, inquit. Neminem enim esse puto tam durum, cui non oratio tua misera da vīla sit. Cicer. lib. 2.de oratore. Eras.lib. 6.apoph.

De oratione inepta.

C. Iulius.

CVrtio orator, præterquam quòd in cogitando esset tardus, in instruendo dissipatus, parvumque rerū propositarum meminisset, in vtraque etiam parte toto corpore vacillabat in oratione. In hunc vrbane C. Iulius iocatus est: quæsiuit enim, quis

loqueretur ē līntre? Cicero de Claroratoribus.

Fl. Virginiu.

Vrbanè antisophistam quendam suum interrogauit, Quot millia pa suum declamasset? Taxans eum quòd in declamando discurreret, n miūmque cerebras, longas ac tumu tuarias haberet ambulationes: cù M. Tullius oratori non concederat procursiones, nisi raras, moderatas breves. Eandem ob causam Su Manilius Domitio Afro dictus e non agere, sed satagere. Vtrumq; referat Fabius, capit. de pronuntiatione.

Cassius Seuerus.

Salsum est illud Cassij Seueri, q aduersus patronos immodicè discurrentes, vt interdum se proriperet aliena tribunalia, poposcit linear alludens ad certam na cursus, in quibus vna linea designabat vnde cursus inciperet, altera vbi desineret. I accommodari potest in eos, qui gressionibus immodicis divertunt instituto. Eras.lib. 8. apoph.

De oratione aliena.

Antigonus.

A Dolescens quidam Anaxim Arketoris discipulus, orationem à præceptore meditatam, & à se citandam, subornatus coram An go no habebat, quāmque is inter diendum quiddam scire cupiens scitaretur, móxque adolescentis re cuisset, Quid ais? inquit Antigonus ista tibi sunt in tabulis descpta? Quod ille in adolescente incauit absurdum, hoc hodie magnum habetur, vt tenes etiam ap principes orationem à rhetore quam conduco sex mensibus elat ratam ediscant, cāmque psittacori more reddant. Nec rarò fit, vt nen ne etiam interpellatæ, excidant, cū tisque ridiculi sint. Plutarch. in re apoph.

✓EJ

Aeschines.

Cum propter ignominiam iudicij cessisset Athenis, & se Rhodum contulisset, rogatus a Rhodiis ferur legisse orationem illam egraviam, quam in Ctesiphontem contra Demosthenem dixerat, qua perlepta, peritum est ab eo postridie, ut legeret illam etiam, quæ erat contraria a Demosthene pro Ctesiphonte edita: uam cum suauissima & maxima voce legisset, admirantibus omnibus: quanto, inquit, magis admiraremihi, si audissetis ipsum? Quo satis indicavit, quantum esset in actione signum: cum orationem eandem aliam se putaret, authore mutato. Cic. b.3.de Orat.

*De oratione extemporanea.**Pericles.*

AD perorandum a populo sèpè accessitus, negavit: quia imparam se esse diceret. Plut.

Chrysippus.

Dicere solebat, cogitationem orationis esse fontem. Nihil autem aliud ad dicto voluisse videtur, quam necum omne prius probè examindum esse de quo dicturus es, & in denum orationem nervis omnibus absoluta struere te posse. Stob. r. de Prudentia.

Demosthenes.

Epicli opprobranti, quod semper stolidus meditaretur: Erubescerem, quid, optimo iure, si tantæ multitudini consilens, dicerem ex tempore. Quod alij præclarum esse doint, sibi o' ex imparato dicere, id cordatus iudicabat esse temeritatis. Eras. l. 8. apoph.

Idem.

Quum postridie concionem ad populum habiturus esset, totam nomen præcedentem vigilabat: scilicet i meditandum & edicendum, quæ

dicturus erat. Hanc igitur ob causam Pythias torquebat in ipsum somma. sententias eius ellychnia redolere dicens. Ex Aeliano recitat Stob. serm. 27.

Demades.

Iocari solebat in Demosthenem, quod cæteri quidem oratores dicebant ad aquam, ipse vero & scriberet, taxans eum, quod nunquam nisi de scripto diceret, tu esset insponsorius. Cœtra Demades, ut largius bibebat, ita valebat extemporali dictione.

*De orationis habitu, pro re & tempore variando.**Socrates.*

Lysias quum Socrati orationem, quam in eius defensionem composuerat, recitasset: Præclara, inquit, & elegans est oratio, sed non conuenit Socrati. Erat enim forensi instituto aptior, quam philosopho. Rursus Lysias percontanti, cur si bonam iudicaret orationem, putaret sibi non conuenire? Nonne, inquit, fieri potest, ut amictus aut calceus elegans sit ac pulcher, qui tamen alicui non conueniat? Quod dicto ostendit, eam orationem gratam esse, quæ suo loco suisque personis conuenit. Cicer. lib. 1. de Orat.

Agesilaus.

Apud Agesilaum Lacedæmoniorum regem, cum quidam rhetorem laudasset, quod mirificè res exiguae verbis amplificaret, Ego, inquit rex, ne futorem quidem arbitratur bonum, qui paruo pedi magnos inducat calceos. Sensit vir prudenterissimus, eum demum bene dicere, cuius oratio rebus conuenit, ex quibus orationis qualitas potius quam ex artificio petenda est. Plut. in Lacon.

Archidamus.

Cum Græci nollent rescindere pæ-

Ra, quæ cum Antigono & Cratero, p̄pigerant. & amplecti libertatem, quam efferebat Archidamus, veritatem grauiores eisent habituri Lacedæmonios quām Macedones: Ouis, inquit, semper eandem edit vocem: cæterum homo multas ac varias emittebat voces, donec quod decrevit conficerit. Hoc dicto significat, falso londam esse fidem, si quæ magna inuitet utilitas. Nullum autem est animal, cui tam varia vox sit, quām homo. Hoc apophthegma videri possit indignum Lacone, nisi post integritas eius gentis, barbarorum commercio degenerasset. Dicit potest honestus aliquis usus esse: veluti si quis admoneat, pro tempore, prouque re nata variandum esse sermonis habitum. Est ubi loquendum sit severius, est ubi blandius: est ubi magnificientius, est ubi submissius: est ubi incundius, est ubi durius: id si fiat citra perfidiam, prudentia est: porro ouilli mores dicuntur hominum stupidorum, qui sese nesciunt rebus ac personis accommodare. Græcorum igitur constantiam Archidamus stultitiae tribuit, qui proposita libertate nollent mutare vocem. Plut. in Lacon.

De oratoribus.

Diogenes.

Oratores carpebat, quod studerent iusta dicere, sed eadem facere negligenter. Laert. lib. 6. Erasm. Rot. lib. 3. apoph.

Idem.

Oratores, qui summo in pretio habebantur Athenis, dicebat turbæ ministros, quod ad gratiam loqui cogarentur, & seruiliter adulari stolidæ multitudini. Coronas autem dicebat esse gloriae pustulas, εξειθηματα, qualia nonnullis progerminant enatio, vultuq. ex bile. Laert. lib. 6.

Idem.

In cauponâ prandens, Demosthe-

nem fortè prætereuntem inuitauit ut accederet. Id cum ille pudore refusaret: Erubescis, inquit, Demosthenes cauponam ingredi? atqui hic herus tuus quotidie versatur. Inuit, oratores nihil aliud esse, quam mancipia populi, nec esse par, ut illic pudeat seruum populi videri, ubi populus assidue viueret. Erasm. Rot. lib. 8. apoph.

Idem.

Oratores ac cæteros omnes ac gloriam facientes appellabat τερπων δρόμος, id est, ier homines, antecipit dicto. Nam ut vulgus hominem est negat, qui nec doctus est, nec humanus: ita philosophus hominemocabat miscrum, qui nihil haberet super hominem. Siquidem iuxta Homerum, nullum animal hominem miserius. Proinde ter homines dixit, te miseros, qui sua studia omnia convergent ad rem immanissimam, a populari multitudini, multorum capitum belua, seruirent seruitutem Laert. lib. 6.

Demosthenes.

Interrogatus, quomodo orator fatus esset? Respondit, Dum plölei quām vini absumerem. Ex Di mede. Meminit etiam Bruson. lib. cap. 31.

Idem.

Phocion Atheniensis brevi oratione vtebatur, cæterum grauissim quem cum surgentem vidisset Demosthenes: Ecce, inquit, meæ orationis cultus surgit. Plut.

Demochares.

+ Cùm in Areopago verba facta Theophrastus obmutuisse: & haexcusationem prætendens diceret, auctoritate senatus perterritū. Atq inquit Demochares & Theophrastus Athenienses erant, non duodecim mina, qui iudicio præerant. Aelias 8. ca. 12.

Iohannes Princeps Lufst.

+ Cùm Franciscū Gorgiam regi

egum regi militaret, per amplio Du-
catui, mudiisque nuncium remiserat.)
diuinis de rebus è superiori loco sù-
ma omnium admiratione differente
iudisset: Princeps templo egressus Dy-
nastis præsenibus dixit: Hic verò mi-
hi ecclesiastes placet, qui re ipsa quæ
locet, præstat, Ribad. in eius vita. li.
cap.7.

Pyrrhus.

Dicere solebat, plures vrbes suò
imperio additas oratione Cyneæ o-
atoris ac legati, quæm suis armis.
Val. Max. & Brus. lib. 4. cap. 31.

Vide apoph. de Elegentia.

*De ordine.**Atilius.*

Dicere solebat, sic adolescentes
in foro auspicari à causis cen-
sumuiralibus, ut pueri solèt in scho-
is ab Homero, quod utrumque sit
maximum: cùm oporteat paulatim
per gradus ad id quod summum est
peruenire. Plin. ad Maximum.

*De ornatu.**Crates.*

* **D**icebat ornementum esse id
quod ornat Ornat autem, quod
honestiorem mulierem facit: talem
verò præstat non aurum, non smaragdus,
non coccus, sed quæcunque
grauitatis, moderationis & pudoris
specimen adhibent. Stob. serm. 72.

Hyperides.

* Domi, inquit, coram viro liceat
vixori ornare se ut libet: ornementa
autem quæ sumit egressura domū, non
ad maritum, sed ad alios spectant.
Stob. eod. serm.

Democritus.

* Sermo pàrcus mulierem ornat,
& ipsius ornamenti parcitas (inquit)
ei decora est. Ibid.

Theophrastus.

* Mulier, inquit, nec alios vide-
re, nec ipsa videri debet, præsertim
quæ eleganter ornata fuerit: utrun-

que enim ad res in honestas incita-
mentum est. Ibid.

Diogenes.

* Ad quandam iuuenem supra mo-
dum lese ornatam: si quidem, inquit,
ob viros, infelix es: sin ob mulieres,
iniurius. Stob. 78.

*De osculo.**Maximinus imp.*

Nunquam ad oscula pedū quen-
quam admisit, dicens: Dixi pro-
hibeāt, ut quisquam ingenuorum pe-
dibus meis oscula figat. Et ubi sunt
interim, qui non solum ingenuos,
verum etiam summos monarchas ad
oscula non pedum, sed calceorum,
non dicam admittunt, sed inuitant,
& quodammodo cogunt? Hac Eras.
Rot. lib. 6. apoph. ex Capitolino.

*De ostentatione.**Aristippus.*

Quendam sibi vehementer pla-
centem de natandi peritia non
tulit Aristippus: Et non te pudet, in-
quit, tam insolenter his de rebus ia-
ctare te, quæ delphinum sunt pro-
pria? Lepidius erat si dixisset, rana-
rum. Decet hominem gloriari super
his quæ sunt hominis propria. Nihil
autem magis conuenit homini, quæ
ratione pollere. Nullus tam peritus
natator est, quin à delphinis supere-
tur. Laert. lib. 2. cap. 8.

Idem.

Suprà de Ebrierate & vinolentia.

Antalcidas.

Cum Atheniensis quidam Lacedæmonios appellaret indoctos: Seli-
igitur nos, inquit Antalcidas, nihil
mali à vobis didicimus. Sensit artes
quibus se iactabat Athenienses, ma-
gis ad ostentationem, otium ac vo-
luptatem esse accommodas, quæ
ad rem publ gubernandam, ad quod
nulla disciplina deerat Lacedæmo-
niis. Plut. in Lacon.

Augustus Cæs.

Miles quidam in expeditione sa-
go percussus, notabilique in fronte
cicatrice deformatus, quoniam ho-
nesto vulnera erat insignis, immo-
dicè sua facta iactabat: eius insolentia
Augustus leniter castigavit, At
gu, inquit, caue ne quando fugiens
post te respexeris. Subiudicans, fieri
posse, ut vulnus de quo nimium se
venditabat, non in prælio, sed in fu-
ga accepisset. *Macrob. 2. Satur. Eras.*
lib. 4. apoph.

Ludouicu XII. Gall. rex

* Audiens Bearnenses & Pictores
quosdam, ignaos & imbellis homi-
nes, de nobilitate sua, cum aliis ve-
rè nobilibus, gloriari: atqui (ait)
decem istiusmodi nobilibus, vnicus
ensis satis supérque fuerit. *Annal.*
Franciæ.

De ostentis.

M. Cato.

Quidam manè surgens, reperit
caligas à soricibus arrosas. hoc
ostento turbatus, consuluit Catonem,
quid mali portenderetur? Ille verò:
Non est, inquit, ostentum, quod sor-
ices arroserunt caligas: sed si caligæ
arrossissent sorices, id demum fuisse
ostentum. *Plutar.*

Sylla.

Carens rebus necessariis, quum co-
geretur etiam diis dicata tangere, Ca-
phim amicum Delphos miserat, vt
pecunias ac donaria ad se perferret.
Quibusdam verò dicentibus, intra
templum auditum cithara sonitum,
quod ostentum interpretabantur,
quasi Apollo citharœdus indignare-
tur, Caphis audita p̄scripsit Syllæ,
cui facetè rescripsit Sylla, Quintu po-
tius interpretaris istud ei. signum
gaudentis & exultantis Dei, potius
quam indignantis? Itaque perinde ut
Deo hilariter tribuente, tu quoque
hono animo pecunias accipe. *Plutar.*

Vespasianus.

Vespasianus quin Cæsareum ma-
soleum repente patuisset, tum stellæ
crinita apparuisset, aliis interpretan-
tibus, Cæsar is interitum portendit: il-
le facetè interpretatus est, prius o-
stentum ad Iuliam Caluinam perti-
nere, quod ea esset de gente Augusti
posterior ad Parthorum, siue, ut Au-
relius Victor tradit, Persarum regen-
qui capillatus esset. *Suetonius.*



DE PACE.

Cræsus.

CYR O captus, hoc ar-
gumento pacem belli
præulit, quod pacis ti-
pore filij sepelirent pa-
tres sepelirent liberos. *Erasmus lib. 6.*
apoph.

Xenophon.

† Si pax hominibus videtur inge-
bonum, huius minima pars redit a
reges. Et si pro magno malo bellum
habetur, huius maxima pars ad reges
pertinet. *Idem in Hiero.*

Epaminondas.

Meneclides inuidens Epaminon-
da gloria, suasit populo, ut pacem
habereut bello potiorem. Cui EPA-
MINONDAS: Fallis, inquit, ciues tuo-
qui ot j nomine eos ad seruitutem
vocas. Pax enim bello paratur: ne
eam tueri licet, nisi ciues sint ad bel-
lum instructi. *Plut.*

Pomponius Atticus.

In funere matris, quam extulit no-
nagenariam, ipse natus annos sexaginta-
septem, gloriatus est, quod nur-
quam cum matre in gratiam redi-
set, nunquam cum sorore fuisse in sim-
ilitate, quam propè æqualem ha-
buit. Hanc vocem se ab ipso audisse
scripsit Cornelius Nepos. Plus au-
tem est, non redisse in gratiam, quam
non fuisse in similitate. Matrem nun-
quam offendereat: inter ipsum & sor-
orem,

in, etiam si quid incidit offendarū, nquam exierunt in similitatem: & tamen inter fratres & sorores querenter acerrimae solent existere. as.lib:6.apoph.

Probus Imp.

Dixisse fertur Breui milites neccios non habebimus. Sperabat tam pacem, vt nihil opus esset exercitu. Hanc mentem utinam Deus immitat omnibus nostri seculi principibus. Flavius Vopiscus.

Philo.

* De pace, huius scitè dicta sunt ec Pax vel dum magno damno iniuncta viiior bello. Ex recta prætorum administratione nascitur. Maximum bonum est, & diuinum: sed nullus mortaliū præstare posst. Anton. sermon. de caritate & ace.

Legatus Priuernatum

† Dicenti Consuli Rom. Si pœnam mittimus vobis (quam nimirum feruerant) qualem nos pacem vobis am habituros speremus? Si bonam cederetis, inquit, fidam, & perpetuā: malam, haud diuturnam. Liuius 1.8. Decad.

Antonius Pius.

Adamabat illam Scipionis celebratissimam sententiam, subinde dicens, Se malle vnum seruare ciuem, quam mille hostes occidere: Pacem videlicet bello præferens: & in ipso bello sentiens hanc oportere primam esse ducis curam, vt quam minima ciuium iactura paretur victoria. Iulius Capitolinus.

Otho imp.

Cum videret aut dep.onendum imperium, aut magna ciuium strage tundendum, statuerat spōte mori: & amicis ac militibus hortantibus, ne tam citò de belli euentu desperaret: negavit sibi suam vitam esse tanti, vt hac de causa bellum ciuile nasceretur. Quis non miretur hunc animam in principe ethanico, cōque tringinta-

tres annos matu? Erasmus Rot. lib.8. apopl.

Alphonsus.

Ludouico Podio (quo propter eius singularem diligētiā ac fidem, perpetuō fere oratore in Italia usus est) renuntianti, pro pace, quam Venetis & Florentinis daturus esset, plus quam ducenta milia aureorum extorqueri posse, respondit, Pacem dare se, non vendere solitum esse. Panormitan. libro 3. de rebus gestis Alphonsi.

Idem.

Quum esset Valentia, appulerunt e loci Caroli Francorum regis legati, magnopere eum rogantes, ne per id tempus, quo rex eorum bello Britannico implicitus esset, contra se bellum aliquod suscitareret (quā maximē enim verebatur Carolus, ne Alphonsus captato tempore & occasione, cum armis lacetieret, propterea quād ius aut titulum prætenderet in eam partem Galliae Narbonensis, quam incolæ sua lingua Occicanam vocant) respondit rex: Et si certò scio, plures Narbonensis Galliæ ciuitates ad Aragoniæ regnum pertinere, quas Carolus rex iam pridem occupatas detineat: nihilominus tamen hoc tempore, quo illum intelligo bello superatum, & à Britannis prostratum esse, nequaquam me arma contra profligatum regem sumpturum esse vobis affirmo: neque eo animo esse, vt quod maiores mei in Caroli prosperitate non petierunt, ego in eius repeatam calamitatem. Anton. Panor. de rebus gestis Alphonsi, & Æn. Sylvius de eius dīctis.

Vide apoph. de Concordia

*De palloē.**Diogenes,*

Physicus quidam cùm Diogenem interrogasset, quam ob causam auro m palloret? Quoniam, inquit,

M m iiii

plurimos habet sibi insidiantes. Laer.

lib.6.

M. Cato.

Non probabat adolescentes, qui castigati palleferent: sicut enim rubedo bonum in adolescenti signum est, sic pallor pessimum. Plut. in R.O. apoph.

De Parasitis.

Vide apoph. de Adulatione, & assentatione.

De Parentum amore in filios.

Socrates.

Ortēcum Lamproço filio lo pueris friliter ludens ab Alcibiade deprehensus & vehementer derisus est. At ipse Non est, inquit, vt me parentes cum filio ludentem rideas immoderatus, qui ignoras parentum in filios affectum tacebis itaque, donec & ipse liberos genueris, similia centaturus, & fortasse magis puerilia. El.li.12.de Var. hist.

Agesilaus.

Quam miro esset affectu erga liberos suos, dicitur aliquando arydine pro equo consensa, vna cum pueris lusisse domi. Id cū fortè vidisset ex amicis quidam, rogabat ne cui diceret quod videret, priusquam ipse quoque liberorum patens esset factus Festiuè subindicans, eum lusum non esse levitatis, sed pietatis: nec hoc quod agebat, videri posse ineptum ei, qui modò expertus esset, quam ingens sit affectus charitatis parentum erga filios. Plutarillus in Laconicis apophthegmat. & Elianus libro 12.de Vatia histor. Simile cū superiore Socrati attributo.

Anacharsis.

* Interrogatus qua de causa operam non daret proli, respondit, quia nimis amaturus essem liberos. Stob.

Socrates.

Frequenter ad suos discipulos conuersos dicebat, eos qui filii cō multis opibus prospiciunt, vt atem boni & egregij euadant negigunt, simile quid agere equos lentibus, quos belli disciplina non docent, multum verò pabu exhibent. Sic enim equos habitu sunt pinguiores, sed rerum, quā præstare oportebat, imperitos. Nā equi laus non in corpulentia, sed audacia peritiāque bellica sita est. Eodem modo (inquir) peccant illi qui filiis multos agros comparant ipsosmet verò negligunt. Possessio nes enī magni precij estimati nem habebunt, ipsi autem viles runt: cū contrā oporteret custodientem re possessa preciosiores esse. Itaque si quis filium suum magni pretij hominem efficerit, quāuis paucas opes ei relinquit, mūl tamē largitus est, &c. Xenopl. Hæ scitè dicta ostendunt qual parentum amor erga liberos es debat.

Epidetus.

* Liberos doctiores quam ditione relinquendos esse dicebat, Is Enchrid.

I. Socrates.

* Liberis pudorem magis quam a rum consulebat esse relinquendum In admoditionibus ethicis.

Demetrius.

Cū Erasistratus Demetrio Antiochi filij mentem qua mori destinari indicasset, simulque fassus esset, huius affectionis causam esse amorem Demetrius, qui adolescentē vnicē adorabat, per omnia multis cū la chrymis cœpit obtestari, vt illius in columita consuleretur. cū Erasistratus addidisset, immedicabile malum esse, quod in ipsis uxorem deperiret, hoc auditio, Demetrius multo vehementius cœpit obtestari, vt ob salutem filij cederet illi suam coniugem. Ita, inquit, ô pater, tibi facile d.

Eun:

cuntur: sed aliud dices si tuam coniugem Stratonicem adamaret. Hic cum rex deos comprecaretur, ut licet amorem filij commutare, & à medici coniuge in suam transferre, nihil se non facturum, si modò liceret seruare filiū: Erasistratus patris dextram amplexus, Nihil est (inquit) ὁ rex, in quo iam Erasistrato indigeas. Erenim cùm & pater sis & maritus & rex, optimus eris tuæ familiae medicus. Non enim in coniugem meam, sed in Stratonicem tuam Antiochus deperit. Post hæc Demetrius edixit, ut Antiochus rex, Stratonice, quam filio cessit, regina nominaretur. Plutarchus.

Cesetius.

Cesetius eques Ro. cùm à Cæsare filium abdicare iuberetur, quòd is tribunus pl. cum Marulo collega ei inuidiam mouisset regni affectati: Citius, inquit Cæsar, tu mihi omnes filios meos accipies, quàm ego ex his unum domo expellam mea. Erasm. li. 5. apoph.

*De parentum severitate in filios.**Damaria.*

Quum accepisset filium. ita se gerte in bello, ut tali matre videatur indignus, domum redeuntem interemit. maluit filium habere mortuum quàm bello inutilem. Qua de re hoc fertur epigramma:

Transgressum leges mater Damaria natum

Ipsa Lacena necat, non Lacedamonium.

Hoc facinus proprius accedit ad barbaricam immanitatem, quàm ad fortitudinem: utile tamē exemplum est, ad exprobrandam vulgo matrū nimiam in liberos indulgentiam, quæ ob hoc ipsum sèpè impotentius amat eos, quòd sint nequitia corruptissimi. Plut. in apoph. Lacenarum,

Teleucia.

Chij exules cùm Spartam venissent, multis modis Pædaretum incusabant. Eos Teleucia mater cùm vocasset ad se, explorans ea quæ in filio reprehensione digna essent, scripsit hunc ad modum filio, ut aut ignominiam omnem ablueret, aut in patria incolumis non veniret. Ibid.

Anonyma.

Filio iniuriajū postulato: Aut criminis (inquit) filii, aut vita te ipsum libera. Mater in filium seuerior, quàm iudex: quæ extinctum mallebat, quàm cura ignominia viuum. Ibidem.

Alia.

Lacæna quædam filium, qui in acri loco cesterat domum reuertente occidit: noluit enim alere filium, qui in bello cæteris ignauæ exemplum esset. Plutarc. in apoph. Lacenarum.

Alia.

Quum accepisset quòd filius pègrè agens, in honeste gereret, scripsit illi: Malus rumor de te sparsus est: hunc tollito, aut non esto. Plut. in apoph. Lacenarum.

Tennes.

* Is rex Tenediorum cùm legem promulgasset, ut si quis adulterū deprehendisset, securi trucidareret, intellexit mox filium in hanc legem pœcasse. Vnde cùm rogaretur quid faciendum esset? Legi vñđum, inquit, securi percutiatur. Paul. li. 10. Eras. in adagio, Tenedia bipennis. De eadem seueritate Zaleuci Locrensis erga filium ob adulterium altero oculo priuatum, vide Ciceronem li. 2. delegib. St. b. ser. 42. Ælian. var. hist. li. 2. Valer. Max. li. 6. c. 5.

Socrates.

* Obiurgationem à patre factam, suave medicamentum esse dicebat: plus enim, inquit, prodest quàm mordet. Stob.

Idem.

* Ab uxore reprehensus quòd filiū

immorigerum & inutilem non admitteret, & cū illa subiecisset, atqui ex te est: in terram delpens, & hoc subiecit, ex me est, at non utile. Max. ser. de honore parentum.

Dionysius philos.

* Ridiculum esse dicebat, eum qui suis parceret alienos liberos castigare velle. Anton. serm. de parentibus liberorum educationem neglegim curantibus.

L. Junius Brutus.

* Filios suos tyrannidi fauentes, comprekenos, ipse met pro tribunali sedens interrogavit, dicens, Quid vos ad crimina hæc? ubi et interrogati nihil responderunt, tum ad litigatores conuerlo vultu: Iam reliquæ, inquit, vestræ partes sunt Eorum deinde supplicia fixis oculis est intuitus. Exiit patrem, ut consulem ageret: orbisque viuere quam publicæ vindictæ deesse maluit. Liu.li.2. Val. Maxim.li.5.c.8.

M. Scaurus.

* Audiens filium cum aliis ab hostium exercitu fugatis urbem repetere, misit qui dicerent libertius se in acie eius interfecti ossibus occursum, quam ipsum tam deformis fugæ reum visurum. Itaque, si quid modò reliquum in peccatore verecundæ superesset, conspectum degener irati patris vitaret. Filius audito nuncio scipsum interfecit. Valer. Max. Ibidem.

Manlius Torquatus.

Cum è Macedonia venissent legati, graues querelas deferentes de filio eius Decio Syllano, qui eam prouinciam obtinuerat, a senatu petuit, ne quid ea de re statuerent, priusquam ipse causam cognouisset. Cum senatus illi cognitionem detulisset, domi sedis, solisque utrique parti per totum biduum vacauit, tertio die proununtiauit in hanc formam: Quum Syllanum filium pecunias à sociis accepisse probatum sit, & Republica eum, & domo mea indignum iudi-

co, protinusque è conspectu meo abire iubeo. Eral. Rot.lib.6.apoph.ex Val.Max.li.5.cap.8.

A. Fulvius.

Filium ingenio, literis & forma florentem, quoniam in Catilinæ castra properabat, ex itinere retrahit occidit, dicens: Ego te non Catilinæ aduersus patriam, sed paria aduersus Catilinam genui. Eral.1.6.apoph. ex eodem.

Augustus Cæsar.

Suprà de Facetè & iocose dictis.
De parentum obscuritate, vide apoph. de Ignobilitate.
De parentibus pīe colendū, vide suprà de Filiorum pietate in parentes.

Par pari relatum.

Socrates.

Socrates cùm in quēdam amicū Svehementius esset inuectus: Nōne præstabat, inquit Plato, ô Socrates, priuatim te hominem monuisse. Et Socrates: Et tu, nō fecisses melius si priuatim seorsumque monuisses Brus.li.5.c.16.

Diogenes.

Midia cùm impacto Diogeni calpho dixisset, tria millia tibi in mensa sunt posita. per ludibrium illi gratulans, quod pro colapho tantum genitorum ex mulcta ad ipsum esset rediturum si lege ageret. At Diogene postridie sumpto pugilum loro, eoque impacto Midia, totidem verbis dixit: Tria millia tibi in mensa sunt posita. Laer li.6.cap.2. Brus.li. cap.16.

Dion.

Exul, cùm Ptoledoti Megarens opera opus haberet, & ad ædes illius veniens, videret illum ob negotiorum magnitudinem è grè quenquam admittere, amicis ob id indignantibus, dixit: Quid hunc incusamus? Nōne & ipsi, cùm Syracusis essemus, eadem faciebamus? Erasm.lib.5.apoph.

*Agathocles.**Suprà de lepidè dictis.**Apollonus.*

Medorum rex cùm ad Brachmatis philosophos Indos accessisset, et que ibi Apollonius Tyanaeus, præcetera inepit, quæ rex dixerat, xit etiam Apollonio: De me dic ito, qualis apud Græcos est sero? Idem, inquit Apollonius, qui a id vos de Græcis habetur. Nulla iitur, inquit rex, apud Græcos mente sum dignus? At ego, inquit Apollonius, de te nuncium feram, vt Olympiis te coronent. Bruson.lib. cap 16.

Hircanus.

Ptolemyo cœnante, cum vñā cœret Hircanus Iosippi filius, missus patre ad congratulandum Ptolemyo, ob filij natuitatem, proiciens omnibus de industria conuiuis à ante illius pedes, Triphon scur-Rex, inquit, omnia Hircano antefixa ossa sunt. Ex quibus coniice, trem eius omnē Syriam denudas. Ridente rege, & interrogante Hirnum, Cur tot ossa ante se haberet? pondit: Canes semper ossa cum enibus deuorant: homines verò car s comedunt, ossa iaciunt. Ibid.

Dionysius sen.

Egregium quendam citharœdum ignificis promissis ad se pellexit, dicens ut quam optimè caneret. Nam ad diutius caneret, hoc plus latu m præmij. Cūille per dies aliquot curatè cecinisset, nec quicquā daret, cœpit flagitare mercedem. Dionysius asseuerabat, se mercede quam pollicitus fuerat, bona fide uisse. Quis, inquit ille, ne nummus idē mihi datus est. At dedi, inquit onysius, voluptatem pro voluptate.

Neque enim ego te minus deleui spe, quam tu me cantu. Erasm. l.5. apoph.

Pyrrhus.

Cum Pyrrhus rex falsas aduentus causas prætexens, Laconiam in-

uasisset, diripuisset: que , Lacedæmoniorum legatis expostulatis, quod non indicto bello Laconiam invasisset: Nec vos, inquit, Spartani, quod facturi estis, prius aliis denuntiatis. Plut. in vita Pyrrhi.

Antigonus.

Demetrius, cùm bello nauali Ptolemaum vicisset, misit ad patrem Antigonum quendam Aristoderum Milesium, ad nuntium referendum, qui relicta in anchoris naue, scapha in portum delatus, multis quid noui afferret rogantibus, semper non sine magna Antigoni sollicitudine continevit. Ingressus regiam, porrigitensque Antigono dexteram, alta voce inclamauit: Salve rex Antigone, pugnae navalium regem vicimus Ptolemaum, Cyprumque tenemus. Exhibitatus Antigonus: Et tu per louem, inquit, salues: sic enim nos torquere voluisti Mile sie. Par profectò referam pari: serò enim præmio donaberis. Plut.

Cotys.

Ei qui dono miserat pardalim, vicepsim dono misit leonem: malā bestiam æquè mala repensans. Plut. in apoph. reg.

Scip. Nasica.

Cum ad poetam Ennium venisset, eique ab ostio quærenti Ennium, ancilla dixisset, eum domi non esse: Nasica sensit, illam hoc domini iussu dicere, & illum intus esse. Actum quidem dissimulans abiit. At paucis post diebus, cum ad Nasicam venisset Ennius, eumque à ianua quæreret, exclamat ipse Nasica, se domi non esse. Tum Ennius: Quid? ego, inquit, non agnosco vocem tuam? His Nasica: Næ tu es impudens: ego cum te quærerem, ancillæ tuæ credidi. tu mihi non credis ipsi? Eras. l.6. apoph. ex Cic. 2. de Oratore.

M. Pinarius.

Cum legem ferret annalem, disfusor & intercessor Seruilius, Dic mihi, inquit, Pinari, Num, si contraria dixeris, mihi maledicturus es, ut cæz

teris fecisti? Facetè Pinarius: ut semētem feceris, ira quoque metes, inquit. Brus. lib. 3. c. 16.

Laberius.

Cùm à Cæsare in senatu ascitus es-
set, nec à Cicerone ad concessum re-
ciperetur, qui dicebat, Reciperem
te nisi angustè federemus, respondit
Laberius: at qui solebas duabus sellis
sedere, obiciens Ciceroni, parum
firmam in rebus fidem & integrita-
dem. sed id quod Cicero dixit, Nisi
angustè federemus, scomma fuit in
Cæsarem, qui in senatum paßim mul-
tos admiscebatur, ut quatuordecim gra-
dus non caperent. Brus. lib. 5. c. 6. ex
Plut.

Dиogenes grammaticus.

Cùm sabbati diebus Rhodi dispu-
taret, Tiberium venientem ut se ex-
tra ordinem audiret, non admisit, &
per seruulum suum in septimum diē
ut differret admonuit. Sed hunc po-
stea Romam profectum, ante fores
salutandi eius causa astantem, nihil
amplius quàm ut post septimum an-
num rediret admonuit. Bruson. lib. 3.
cap. 16.

De parricidio.

Solon.

* Interrogatus, eur nullas pœnas
aduersus eos qui patres verbera-
sent constitueret? respondit, Quoniam
nullos tales exituros existimabam.
Anton. ser. de liberis parentes hono-
rantibus.

Bessus.

* Is necauerat patrem Quid cùm
diu clam fuisset, post cœnans apud
extraneos milites, hirundinum. nidiū
lancea fodit: eoque deicto, pullos
occidit. Cùm dicerent autem qui ad-
erant, Quæ (malum) res te mouit ut
in auiculas facinus tam dirum ede-
res? Nonne iam pridem hæ, inquit,
falso testimonio suo, quasi parentem
interfecerim, infamem me faciunt?

Read magistratum delata, ac faci-
nore deprehenso, Bessus supplici
pependit. Plut. de sera Numinis vit-
dicta.

Papinianus.

Bassianus Cæsar cùm magna labi-
raret inuidia, quod fratrem occidi-
dum curasset, eoque Papiniano pra-
torij præfecto, ob eximiam iuris pri-
dentia in summa apud Romanos au-
thoritaris, negotium dedisset, ut he-
facinus apud senatum defendere
respondit P. pinianus, Multo facili-
est parricidium perpetrare, quam d-
fendere. Erasmus Rot. libro octau-
apoph.

De parsimonia.

Socrates.

A Eschinem. qui premebatur in
apia, solebat admonere, ut à i-
pso sumeret mutuum, siue usurar-
et. eautē saveiçedat, & addit m-
dū, sibi ipsi subtrahendo cibaria, iu-
ta illud: Magnū vestigal parsimon
Expeditissima ratio est in augen-
cium, detrahere sumptibus. Era-
apoph.

Democritus.

* Qui parci præter modum su-
instar apicularum, inquit, operanti
tanquam perpetuò victuri. Stob.

Idem.

* Parsimoniam & esuriem bona-
esse dicebat suo autem tempore, sur-
pus etiam. Porro (inquit) vir bon-
hæc discernet. Stob.

Idem.

* Stolidos parcorum filios, vbi qu-
a patria illa consuetudine tenaci-
exquisita deciderit, perire diceba-
non secus quam qui inter gladios fa-
tant, si vel semel aberrauerint in vi-
co gladio, vbi pedibus niti debebas
intereunt. Stob. ser. 16.

Idem.

* Vitam nimis parcā & sine f-
lūit

uitatibus, longam viam sine diuer-
misse dicebat. Eod.ser.

Diogenes.

Suprà de Faceté & iocostè dictis.

Theocritus.

Multos diuites non dominos re-
m suarum, sed rutores esse dicebat.
iles autem sunt, qui cùm amplissi-
as opes possident, ad vsum vitæ ne-
laquam conferunt. Stobæus ser-
on. 16.

Stratonicus.

Stratonicus musicus interrogatus,
vnam essent in Pamphilia miser-
mi? Phaseli:æ, inquit: sed addebat,
toto orbe miserrimos esse Sidores.
eraque gens est in Pamphilia Pba
litarum sordes proverbio notata
nt, Phasilitarum sacrificium: quòd
Ilsis pisciculis sacrificarent diis, Mi-
ros dixit parcos.

Alcamenes.

Suprà de Diuitiarum vnu.

Alexander.

Cùm hyeme frigidóque cœlo a-
ud amicum quendam conuiuio ex-
peretur, videré que foculum exi-
uum, & ignis pusillum: Aut ligna,
inquit, inferte, aut thus. Subnotans,
suiuatorem lignis suis parcere, per-
ide quasi thus essent: simul satis esse
gnis ad faciendum sufficiunt diis,
et parum ad depellendum frigus.
lur.

Bithis parasitus.

Quum Lysimachus rex vesti ipsius
brasset affigendum scorpium ligneū
ut (vt Plutarchus ait) rubetam,
ulchrè assimulatum vero, pertur-
atus resiliit. Ridenibus omnibus,
bi dolum sentit: At ego, inquit,
e vice sim terrebo rex. Quum ille
fuisset, Fac: Da mihi, inquit, ta-
tentum, exprobrans regi sordes &
avaritiam Erasmus libro sexto
apoph.

Gnathena.

Quum quidam, vni paulum infu-
sisset in psysterium (id est vasculi
genus refrigerando vino paratum)

diceretque, hoc vinum sedecim an-
norum est: Pusillum est, inquit, pro-
tot annorum ætate. Hoc ipsum a-
scribitur Phrynx. Erasmus libro 8.
apoph.

Anonymus.

Seruus quidam ab Hero Chio ne-
gotiatore profugerat. Rogatus cur
fugisset? Quoniām, inquit, quum ad-
sistat bona, mala querit. Solet enim
herus ille vinum mustum, primæque
suavitatis vendere, ipse interim non
bibens nisi subacidum ac vapescens.
Eras. 1.6. apoph.

Antiphon.

* Multos inueniunt dicebat, qui præ-
sentem vitam non vivunt, sed magno
studio se parant, ceu vitam quandam
aliam videnti. Interea tempus iplos
deserit. Stob.ser 16.

Eusebius philos.

* Virum, inquit, qui magnas opes
reconditas habuerit, nec aliam ob-
causam, quam ut reponat, conquiren-
tem quo semper aliquid præsentibus
addat, & si locupletem, nihil tamen
neque sui, neque alterius utilitatis
gratia insumentem, nequaquam di-
uitem esse dixerim, sed custodem &
alienis pecuniis comparandis natum,
qui saepenumero sibi labores creet, &
res nihil ad se pertinentes augeat.
Stob.eod.ser.

Idem.

* Vir cui magna sunt opes recon-
ditæ, quibus pro suo arbitrio ad res
necessarias vti non audeat, similis est
ærario quæstori publicum thesauru-
suum esse persuaso. Quantum enim
ad opinionem, ex æquo vterque di-
ues est. Vnum verò diuitiarum, qui
proprius est possidenti, non hic ma-
gis quam ille habet. Eod.ser.

Anonymus.

Græculus quidam Cæsari Augusto
descendenti, à palatio, honorificum
aliquid epigramma, porrigebat, re-
munerationem tanti principis expe-
ctans. Verum cùm saepè frustra fecis-
set, nec destitutum videret Augustus

epigramma bene Græcum manu sua descripsit, & Græculo ad se venienti obuiam misit, veluti carmina carminibus pensaturus. Græcus acceptum legit: ac non solum voce, verum etiam vultu gestuq; corporis laudauit Carmen miratusque est. Deinde sellam accedens qua Cæsar vebatur, demissa in pauperem crumenam manu, pauculos obolos protulit, & Cæsari obtulit, his verbis, non iuxta fortunam tuam Auguste: si plus haberem, plus darem. Eras. l. 4. apoph. ex Suet.

Seneca.

+ Sera parsimonia in fundo est. Non enim tantum minimum in imo, sed pessimum remanet. Ac si diceret, frustra quis, ac nimis sero incipit parcere frugaliterque sua dispensare, cum omnia pessimum dederit. Epist. i.

De partis probè custodiendis.

Xenophon.

Xenophontis sententia vulgo celebratur: Non tam graue esse bona non accipere, quam acceptis priuari. Stob. ser. 13.

Demosthenes.

Dicere solebat plurimos hominum parare quidem diuitias bene consuendo, nihilque contemnendo: sed non illdem artibus ipsas conseruari posse. Stob. cod. ser.

Augustus Cæsar.

Deridere solebat Alexandri Macedonis dictum, qui ad consuales suos frequenter dictabat, nil sibi à Philippo patre relinquiri quod agearet: Nec quidem immerito derisit adolescentis stultitiam, qui non cōtenens erat regionibus à patre subactis, sed ipse quoque bello plures sibi parare studebat: ignorans præcipuum curam eò referendā esse, non ut mul-

ta possideamus, sed ut iam parta tuerimur. Non minor enim (ut ille ait) virtus est, quam querere, parta tueri Plut. in Rom. apoph.

De patientia doloris.

Bion.

A lebat magnum malum esse, non posse ferre malum: absque hoc enim nulli potest esse vita suavis. Laert. lib. 4. c. 7.

Democritus.

Dicebat, si quæ sunt perpetiend discere liceret & non peperi, bonus esset discere: sed si perpetienda sur omnino, quid discere iuvat? perpe enim necesse est. Ant. & Max. ser. d patient.

Diogenes.

Adolescenti conquerenti, quod multis turbaretur, Desine, inquit, tu perturbationis indicia praे te ferre. Significans nulla re melius impeditat laudentium finiri, quam qui laeditur dolorem dissimulet. Et enim qui ob id incessunt hominem, illum disruecent, desinēt, si viderit illum nihil commoueri. Laert. lib. sexto.

Anonymus.

Quidam cum videret Diogenem cognomento canem in vehementi frigore statuam æream amplectentem rogauit, num aligeret? illo negant. Quid igitur, inquit Lacon, magni facies? Philosophus, gloriæ mancipii hec ipsum estimabat magnificum quod sic haberet corpus ad omnem iniurias duratum, ut in rigore frigidæ statuæ complexum ferre posset absque dolore. Id Laconi nihil oportebat, quām si quis in state simile quippiam amplectentem nullo suo incommmodo. Plut. in L. con.

Idem.

Adolescens quidam postquam 2 nonem aliquandiu audierat, domum genuerū

Idem.

Quum verò narraretur apud Agesilaum maleficum quempiam ac scelerosum hominem constanter pertulisse tormenta: Ut insigniter, inquit, miser est homo, qui tolerantiam ac patientiam in res flagitiosas ac turpes collocet. Apud Lacedæmonios admirabilis erat malorū tolerantia: quæ si suscipiat ob res honestas, magnam promeretur laudem: sin ob turpes, non solum non meretur fortitudinis laudem, qui tolerat: sed hoc miserior est ac vir peior, quo cõstantius se gesserit: πονηγες enim Græcè & malum sonat, & translato tono labiosum siue calamitosum. Dolebat egregio duci tantum animi robur ac naturæ vim in re turpi consumptam, quam si attulisset ad res honestas, magno usui poterat esse Reip. Plut. in Lac. Eras. l. i.

Antisthenes.

Dicebat, virtutem sibi sufficere ad licitatem, nec vlla re opus habere, si labore Socratis. Socrates autem omnium rerum patientiam obducerat. Imbecillitas verò corporis imedit frequenter usum virtutis. Laërt. b. 6. c. 1.

Anaxarchus.

Suprà de Constantia, & de fide servanda.

Seneca.

† Marcer sine aduersario virtus. inc apparet, quanta sit, quantum valeat, polleatque, cum quid sit patientia ostendit. In lib. de ui. prouid.

Idem.

† Non quid, sed quemadmodum ras interest. Ibid.

Idem.

† Ex istis quæ terribilia videntur hil est iniustum. Singula vicere m multi: ignem Mucius, crucem agulus; venenum Socrates: exim Rutilius, mortem ferro adam Cato. Et nos vincamus aliquid. p. 98.

Agesilaus.

Quum arderet podagræ doloribus, imque Carneades inuisisset, atque iret tristis, Mane, inquit, Carneade hil enim illinc huc peruenit: ostendebus & pectore. Sentiens, pedes uidem dolere, sed animum dolore lucuum esse. Plut. in Lac.

Idem.

Quum verò narraretur apud Agesilaum maleficum quempiam ac scelerosum hominem constanter pertulisse tormenta: Ut insigniter, inquit, miser est homo, qui tolerantiam ac patientiam in res flagitiosas ac turpes collocet. Apud Lacedæmonios admirabilis erat malorū tolerantia: quæ si suscipiat ob res honestas, magnam promeretur laudem: sin ob turpes, non solum non meretur fortitudinis laudem, qui tolerat: sed hoc miserior est ac vir peior, quo cõstantius se gesserit: πονηγες enim Græcè & malum sonat, & translato tono labiosum siue calamitosum. Dolebat egregio duci tantum animi robur ac naturæ vim in re turpi consumptam, quam si attulisset ad res honestas, magno usui poterat esse Reip. Plut. in Lac. Eras. l. i.

Anonymous.

Suprà de morte contemnenda.

Anonymous.

Lacæna quædam, quum illi filius rediisset ex acie, atque ex vulnera pendis vehementer doleret: Si virtutis, inquit, memineris, & filii, non solum nō dolebis: verùm etiam bono futurus es animo. At vulgus matrum solet filiorum dolorem suis querimoniis & lacrymis exasperare, hæc animauit ad doloris tolerantiam. Plut.

Aedesius.

* Is mercaturæ gratia in Græciam à patre Cappadoce ablegatus, philosophiæ dedit operam. Reuersus & à patre plagi affectus dolores tulerat patientissime. Et querente patre quid in philosophorum schola didicisset? Hoc, inquit, ut patris iram commodè perpeti possim. Eunapius.

Dionysius Heracleotes.

Iaborans ex renibus, in ipso eius latu clamitabat, falsa esse illa, quæ antea de dolore sensisset. quom cùm Cleanthes discipulus eius rogaret, quænam ratio eum de sententia deduxisset? respondit, Quia cùm tantum

operæ philosophiæ dederim, dolorē ferre non possum. Bruson. libro 2. capite 28.

Philippus.

Suprà de iocose dictis.

Alexander.

* Grauiter vulneratus in expugnatione urbis Oxydracarum, chirurgos consilij inopes ac morantes infectatus, ac manus admouere vulneri iubens, ad amicos conuersus dicebat, Nemo sit ne mei quidem causa meticulousus. Nemini probo non formidare me mortem, si mea vos formidatis. Plutarchi. libro 2. de fortuna Alexand.

C. Marius.

Cùm in utroque crure varices haberet, nullis vinculis alligatus, præbuit sese secundum: at nec suspirio emissio, nec adductis superciliis, chirurgi curationem pertulit. Cæterum cùm medicus ad alterum crux transferret secundum, yetuit, dicens curationem non esse tanto dignam cruciatu. Plut. in Rom. apoph.

Pisidonus.

Pompeius è Syria Rhodum veniens, Posidonium quamuis ægrum reuulere voluit. data acceptaque salute, cùm dixisset Pompeius se grauiter ferre, quòd eum non posset audire. Tu verò, inquit, potes. neque committam ut dolor corporis efficiat, vt tantus vir frustra ad me venerit. Cù verò inter narrandum quasi faces ei doloris admouerentur, sèpè dixisse fertur: Nihil agis dolor, quamvis sis molestus, nunquam te tamen esse cōsitebor malum. Bruson. lib. secundo, cap. 1.

Burus.

Nero in magna erat inuidia, quòd Burum principem virum credere tur occidisse, veneno fauicib. illito, quasi remediu adhibereretur. Ad hunc cùm Nero visendi gratia venisset, aversatus est illum Burus, cui scelus iam erat intellecū: multaque percontanti nibil aliud respödit, quam,

Ego bene me habeo. Mira etiam in oriente lenitas. Suet.

Lygas.

* Hæc mulier, memoria inter multis dignissima, quum metu militum filium occultasset, & illi per cruciatum interrogarent, vbinam oculuissete vterum ostendens, respondit, Ibi latet, nec ullis tormentis cogi potuit ut constantiā vocis egregiæ mutaret. Corn. Tacit.

Anonymus.

* Proprium esse insignis stultitiae dicebat, dolores & aduersas res parvi facere: & nolle quum accidentunt pati. Ant. ser de non patientib. &c.

De patientia iniuriæ.

Pythagoras.

* Magna peritia eum præditur esse dicebat, qui aliorum im peritiam ferre posset. Stobæus sermon. 19.

Lycurgus.

* A ciue quopiam iuuenie altero culorum orbatus, illum à populo accepit, ut quo libere modo punire. Quod minime fecit, sed optimè institutum, bonique viri moribus præditum, in theatrum produxit. Spartanis rem mirantibus dixit, Istum arte hac iniurium & violentum, qua à vobis accepi iam frugi & popularem restituo. Plut.

Zenon Eleates.

Conuiciis laeessitus cum incandesceret, reprehensus, quòd philosophus verbis improborum commoueretur. Si conuicia, inquit, & quo animus suscipio, an ne laudis particeps erit Lapidis & trunci est, inter laudem vituperium nullum planè habere cōscimen. At philosophi, ita commueri, ut nihilominus ab honestate trahite non recedat. Laertius libr. cap. 5.

Idem.

Cuidam percontanti, quo pat-

Set affectus erga conuicia? Perinde, inquit, atque si legatus absque reponso dimitatur. Significas eos qui non habent quod respondeant, ad conuicia solere configere: eaque non uris sportere fieri, quam si nihil sit responsum Laert. li. 7. c. 1.

Pisistratus.

* Memorit proditur, cum multa crudelitatem eius ebrius conuixisset, nec decesserunt qui vellent ei anus commodare, & alius hinc, a. is illinc faces subderent, eum platio animo tulisse, & hoc irritantis respondisse, non magis illi se fucnseret, quam si quis obligatis osu. in se occurrisset. Senec. libro de cap. ii.

Seneca.

† Si imbecilior est, qui te laesit, recte illi: si potentior, tibi l. 3. de ira.

Plato.

Quodam ei maledicente: Perge, iuit, maledicere, ut qui bene nunti. diceris. Stob. ser. de Patientia.

Aristippus.

* Contumeliis à quodam petitus it: Penes te est maledicere: penes autem recte audire. Stob. eod. ser.

Demophenes.

A quodam conuiciis lacesitus: im tecum, dixit, in hoc genus certius descendere, in quo qui vincit ipso victore est melior. Stob. ibid.

Dion philosophus.

Eum è conuicio redeuntem, qui a maledictus insecatabatur, nullas blasphemias eructans. tacenti & domum ingressuro dicit conuicor, Nihil verò respondeas? Cui non, Negry quidem. Plutarch. & bæus.

Philippos.

Iebat, se his qui in Republica Aienasiū administranda primores sunt, pluimam habere gratiam, ad suis conuiciis efficerent, vt ipse oratione, tum moribus, euadet melior: Dum conar, inquit, illos

dicit pariter ac factis mendacij conuincere Overè philosophi: cum principis animum, qui noui: etiam ex inimicis capere vilitatem: nec quod vulgus solet, hoc tantum spectare, ut maledicos afficeret malo, sed ut ipse minus malus redderetur, illorum maledictis admonitus. Plutarch. in apophtheg.

Nestor.

Nestor apud Sophocle, ad Aiacem se conuiciis incessanter ita loquitur: οὐ μέμοναί σε δράν γαρ ἀνεκάλεταις.

Dete queror nil, male loquens facies bene.

Aliiquid concedendum est viris fortibus, deque Republica bene meritis: & bene pensat lingue vitium, qui factis egregius est. Erasm. 6. apoph.

Fabius Maximus.

Quoniam cum Annibale confligeret detrectabat, sed mora copias illius & pecuniarum & commeatus egentes attenuabat, sequens illum per aspera montuosaque, ac subinde obiter sese opponens, à nonnullis per ludibrium dicebatur, Annibal's pædagogus; hoc conuicio nihil contortus, pergebat suum institutum sequi dicens apud amicos: Qui dexteria conuiciaque metuat, eum sibi videri timidiorem his qui fugiunt hostes. Sensit, hoc turpius esse timiditatis vitium, quo leuius est periculum. Nihil antem leuius dicit: quæ qui fortidat, quo modo sustinebit imperium hostium? Plutarc. in Rom. apophth.

L.Sylla.

Cum dictaturam præstantissimam dignitatum omnium deposuisset, ut eorum quæ fecisset, si quis exigeret, reddere orationem sciret: ab adolescenti quodam conuiciis lacesitus, dixisse fertur, Adolescentis docebit, ne quis deinceps Dictaturam sponte ponat. Tanta patientia adolescentis insolentiam pertulit. Plut. Appianus, & Cuspinianus in Coss.

Tiberius Cæs.

Laudatur in hoc potissimum Tiberius Cæsar, quod honores sibi delatos semper recusauerit, adulatores suffugerit, conuiciaque patienter concixerit, dicens in libera ciuitate liberas etiam linguas esse debere. Suetonius.

Titus Vespasianus.

Cum de crimen impietatis nunquam cognouisset, neque aliis ut cognoscerent permitteret: Nemo, inquit, iniuria me afficere, aut insequi consumelia potest, propterea quod nihil ago quod reprehendi mereatur. Ea vero quæ falsò de me dicuntur, prorsus negligo. Porrò principes, qui mortem cum vita commutarunt, ipsi se: si vero heroes sunt, aut si quicquam possunt, vlciscerentur, si quis eis iniuriam faciat. Xiphilinus in eius vita.

Cæs. Seuerus.

Qum obiurgaretur à prætore, quod eius aduocati L. Vario Epicureo Cæsar's amico conuicium fecissent: Nescio, inquit, qui conuiciati sint, & puto Stoicos fuisse. Huc alludens, quod inter Epicureos & Stoicos maximum dissidium est. Nam Epicurei felicitatem hominis voluntate metiuntur. Stoici præter honestum nihil ducunt in bonis. Eras. l. 6. apophthegm.

Alexander Imp.

Alexander Romanorum post interfustum Antoninum imperator, cum audisset Barbaros magno cum exercitu aduertare, ut Romanum iuaderent imperium: Decet, inquit, viros fortes atque moderatos optimam quidem optare, sed ferre quemque incident. Ut enim is, qui prior lacessit, ipse sibi iniurius videatur: ita qui propulsat iniuriam, confidentior ex conscientia fit, atque ex iustitia spem bonam mutuatur. Herodianus lib. 6.

Huc refer apophthegm. Moderatione animi, de Vindicta, vel Vtione negligenda,

*De patriæ obscuritate.**Anacharsis.*

Exprobratricuidam Attico, quod natus esset in Scythia: Mihi, inquit, probro est patria, tu patriæ. Igregie inculpatus est, cui nihil protest obiici præter patriam. At quem admodum laudi est, apud barbaratum, Græcorum disciplinas sciuta turpe est, apud Græcos natum, Barbarorū mores degenerasse. Laert. lib. 1. cap. 6.

Antisthenes.

Cum Antistheni quidam obiecisset, quod matrem haberet Phryg. Et deorum, inquit, mater è Phrygia est. Ridiculum arbitrans, cuique probro dari patria, quum in damnissimis regionibus interdum nascatur omnium felicissima ingenia. Laert. l. 6. cap. 1.

Aristoteles.

Cuidem glorianti, quod esset tus magna celebrique ciuitate, dibat hoc nihil referre: sed, an cibripatria dignus esset. Laert. lib. cap. 5.

Themistocles.

Seriphius quidam quum paternitatem Themistocli obiecisset, certeque eum nequaquam sua, patriæ gloria splendorem assecutus. Non herculè, inquit Themistocles si ergo Seriphius esse, ignobilis sem: nec si tu Atheniensis, clarus quam fuisses. Cicero in Catone lib. 10. Plutarch.

*De patria, quæ forti viri est ubique.**Socrates.*

Rogatus, cuiatem se esse direxit? mundanum se esse pronosticauit, totius enim mundi sese incolere & ciuem arbitrabatur. Cicero in Tusco, quæst.

Id.

Idem.

* Communem omnium hominum
atriam dicebat esse ipsum mundum.
Ausonius apud Stob. serm. 38.

Diogenes.

Interrogatus à quodam, cuias esset?
respondit κοινωνία των, id est, eius
aundi. significans, forti viro omne
plum esse patriam. Laert. l. 6.

Solon.

Anacharsidem Hermippus scribit
10x, ut Athenas venerat, adisse Solon
ades. Percontanti famulo, quis
est unde? iussisse, renuntiaret adesse
Anacharsidem: qui & Solonem vi-
vere, & si fieri posset, etiam hospes
eripperet. Solon per puerum re-
spondit, in patria solere fieri hospi-
tes, significans inter Græcos & Scy-
has non esse ius hospitij. Ad hæc
erba, quibus abigebatur Anachar-
s, perinde quam iussus esset intro-
e, ingressus est ad Solonem, dicens
iam esse in patria, & æquum esse
t hospicio iungerentur. Huius re-
ponsi dexteritate delectatus Solon,
ibens recepit hominem ad intimā
miliaritatem: ex primo statim ser-
one deprehendens animum philo-
philicum, qui iudicaret esse pa-
triam, vbiunque bene est homini.
Iues enim mundi sumus omnes.
aert. l. 1. cap. 9.

Teucer.

Audiens quosdam de patriæ dul-
cedine disserentes: Patria est (ait) vbi-
inque est bene. Sunt enim multi
atria exclusi, ac in exilium missi,
ui apud exterios multo felicius vi-
unt, quam si assidè apud lares pa-
ternos essent. Meminit huius dicti
Teucer. lib. 5. Tusc. quæst.

Philemon.

* Cùm aliquando vertisset solam,
uidā occurrentes ei dixerunt, Heus
hilemon, an bene tibi successit? Vos
uidem, inquit, non putatis, non re-
tare rem contemplati. Atqui ego bo-
us semper persevero. Stobæus ser-
mon. 38.

Aristo.

* Natura, inquit, patriam nullam
cuiquam fecit, ut neque domum, ne-
que agrū, neque ærarium, neque me-
dicam officinam: sed sit, aut potius
nominatur horum vnumquodq. quo-
uis tempore ab eo qui polsideret & v-
tatur. Plut. lib. de extilio.

Seneca.

† Emetiamur, inquit, quæcunque
terras, nullum inventuri solum intra
mundum, quod alienum homini sit.
Vnde cunque ex æquo ad cælum eri-
gitur abies: paribus interuallis om-
nia diuina ab humunis distant. Pro-
inde dum oculi mei ab illo spectacu-
lo, cuius insatiabiles sunt, non abdu-
cantur, dum mihi lunam solēmque
intueri liceat, & dum animum ad co-
gnatarum rerum cōspectum tenden-
tem, in sublimi sensu per habeam, quā-
cum refert mea, quid calcem? In con-
solat. ad Helviam. cap. 9.

Dé patriæ amore.

Pythagoras.

Interrogatus, quomodo oporteat
I se gerere erga patriam ingratam?
Vt erga matrem, respondit. Stob. ser.
37. ex Platonis Critone.

Solon.

Postquam vidit rerum summam
esse penes Pisistratum, arma depo-
suit ante curiam, dicens, O patria, ti-
bi & dictis & factis sum opitulatus.
Hoc pasto testatus, sibi non defuisse
voluntatem consulendi. Reipublicæ
in Ægyptum nauigavit. Laert. lib. 1.
Plut. in Solon.

Buri & Spartis.

Sponiè profecti sunt ad Xerxes
regem Persarum, daturi pœnas quas
Lacedæmonij iuxta oraculum pen-
dere debebant, eo quod oratores à
Persa missos occidissent. Hi quom
venissent ad Xerxem, iusserunt, ut
ipsos quocunq. modo videretur in-
terficeret pro Lacedæmoniis. Cùm
Nisi ij

que rex admiratus & pietatem in patriam, & animorum fortitudinem, liberasset illos à poena, peteretque ut apud se manerent: Qui possumus, inquiunt, hīc vivere relīcta patria, patriisque legibus ac viris, quorum gratia tantum iter suscepimus morituri? Herod.lib. 7. Plut.in Lacon.

Stob.ser.37.

Hierocles.

*Est, inquit, patria velut alter qui dam Deus, & primus maximusque parens. Quare qui nomen ei impo-
suit à re ipsa, non temerè patriam no-
minauit, vocabulo quidē à patre de-
ducto, pronuntiato tamen fœminina
terminatione, ut ex vitroque parente
mixtum esset. Atque hæc ratio insi-
nuat patriam vnam ex æquo ut v-
erumque parentem colendum esse,
&c. Stob.ser.37.

Anonymus.

Lacon in bello captus, cum sub ha-
sta veniret, ac præco diceret, Laco-
nem vendo: obturauit illi os. Capti-
uum (inquit) prædicta te vendere.
Suam conditionem æquo animo tu-
lit, patriæ ignominiam ferre non po-
tuit in actione traducenda. Plutar.
in Lacon.

Demosthenes.

Quum ab Areopagitis damnatus,
elapsus ē carcere fugeret, & haud
procul ab urbe obuios habuisset ali-
quot diuerx factionis homines, pri-
mū abdere sese voluit, sed quum
illi nominatim Demosthenem appelle-
lantes, iuberent esse bono animo, &
viaticum insuper offerrent, grauiter
ingenuit, dicens, Qui possum hanc
urbem relinquere, in qua tales ha-
beo inimicos, quales amicos vix in
alia sua inuenturus? Plutarch.

Aristides.

Suprā de Exilio fortiter ferendo.

Phocion.

Cū iam poculum veneno tem-
peratom præberetur, interrogatus
est à quodam, num quid filio suo,
qui aderat, præcipere veller? Ego, in-

quit, mi fili, te obnoxè rogo, ne quid
ob iniuriam mihi nunc factam A-
theniensibus male velis, qui insonti
me damnarunt. Maluit vir pruden-
tissimus in patriam, quām in patrem
pietatem seruare filium. Plutarch.ii
apophthegm.

Aristides.

Quum ab Atheniensibus mittere-
tur in exilium, sublati in cœlum ma-
nibus, Deos comprecatus est, vt si-
res Atheniensium prosperarent, v-
illis Aristides nunquam veniret in
mentem. Tanta fuit in viro isto pie-
tas in patriam, cui etiam post dir-
suafata incolumitatem precabatur
Plut.in vita Aristis.

Timotheus imperat.

Cū audisset vnum ex collegi
dicentem, An putas, ô Timothee
gratam nobis futuram patriam? Me
dò nos (respondit) patriæ dignas re-
ferre gratias queamus. Stobæus sei-
mon 37.

Thrasyllo.

Quum vellet parua manu trigo-
ta Atheniensium tyrannos confod-
re, dicenti cuidam, Quantas Athenas
libertatem assecutæ gratias illi
sent habituræ? Dij, inquit, faciant,
quanta ipse illis debeo, videar ret-
lisce. Erasmus libro 6. apophtheg-
mat.

Cotys rex Thracie.

Vbi cognouit, quod Atheniensis
honoris gratia ciuem ipsum suæ
uitatis declarassent, pro auxiliis
quod illis aduersus Dorientes in-
penderat, gratiam reponere sten-
tes: Per Iouem, inquit, & ego
lis vicissim meæ geniis ius dab-
Sentiens, nihilominus honorificu-
esse, Thracem, quām Atheniense
appellari. Erasmus libro quinto :
populi hegem.

Cicero.

† Nos, id quod maximè debet, p-
tria nostra delectat: cuius rei tan-
est vis, tanta natura, ut Ithaca illam
in asperissimis saxulis tanqua-
nidi

idolum affixam, sapientissimus vir
(c. Vlysses) immortalitati antepone-
et. lib. de orat.

Seneca.

† Vlysses ad Ithacæ suæ saxa sic
operat, quemadmodum Agamem-
non ad Mycenarum nobiles muros.
emo enim patriam quia magna est,
nat, sed quia sua. Epist. 66.

Sertorius.

Sæpe victor, ad Pompeium Me-
llumque misit, offerens se paratum
dire in urbem, si sibi permittere-
rit: dixit que malle se Romæ ignobi-
ssimum ciuem, quam exulem om-
um aliarum ciuitatum imperato-
m nominari. Plut. in Sertorio.

Vido apoph. de exilio.

De patria fortiter pro- pugnanda.

Demosthenes.

Emosthenes quum exularet in
Arcadia, Pytheasque pro Mace-
nibus duxisset, ut domum in qua
c venale importatur, aliud habe-
malis suspicamus: ita ciuitatem es-
morbidam, ad quam mitteretur
theniensium legatio: Demosthe-
nes eam sententiam ita retorsit, vt
c pro sanitate ægrotantium impor-
tetur, ita Athenienses pro salute ci-
uitatum adesse dicens. vbi descivit
opus Atheniensium, protinus il-
lum ab exilio revocarunt. Plut. in vi-
i Demosth.

Leo Byzantius.

Leo Byzantius quum à ciuibus ac-
faretur, adhortantibus nonnullis
t ad hostes confugeret, in concione
rodiens: Ego, inquit, à vobis ciues
rei, quam vobiscum interfici malo.
r. lib. 6. apoph.

Idem.

† Philippo contra Byzantium ve-
ienti occurrentes: Dic age, inquit,
philippe, quæ te causa impulit oppu-
gnatum nostra moenia? Cui ille, A-

mor, inquit, tuæ patriæ, qua vti po-
tiar, veni. Atqui, respondit Leo, Non
instrumento bellico, sed Musico amâ-
tibus est opus, atque ita eum ab vr-
bis oppugnatione auertir. Philo-
strat.

Agesilaus.

Interrogatus, cur Spartanorum
Respub. præ cæteris floreret? Quo-
niam, inquit, plus cæteris in eo se e-
xercént ciues, vt pariter & imperare,
& parere sciant. Quæ duæ res con-
cludunt seditiones, & tueruntur concor-
diam. Plut. in Lacon.

Idem.

Ei ostendebat quidam ciuitatis cu-
iusdam muros bene tutos, validéque
extructos, cùmque rogasset, videren-
turne pulchri? Pulchri, inquit, per lo-
uem: verùm apparet in hoc paratos,
vt mulieres inhabitent, non viri. Sen-
tiens, non aliis mœnibus rectius com-
muniri ciuitatem quam strenuis ejui-
bus. Plut. in Lacon.

Idem.

Interrogatus, cur Sparta mœnibus
cincta non esset? ciues armatos osten-
dit, innuens, eam demum ciuitatem
munitam esse, in qua ciues de forti-
tudine certarent. Plut. in Lacon.

Idem.

Alius quidam cum eundem inter-
rogasset illud ipsum: Non saxis, aut
lignis, non mœnibus & vallis ciuita-
tem, sed ciuium fortitudine muniri,
respondebat. Plut. in Lacon. apoph.

Antalcidas.

Muros Spartæ dicebat iuuenes es-
se Spartanos: fines autem Spartanæ
ditionis, esse lancearū cuspides. Sen-
tiens ciuitatem non egere mœnibus,
quæ iuuentutem alat bellis idoneam:
& eosque porrigitationē Lacedæ-
moniorum, quo usque pertingerent
armis. Significans, virtute, non dolis
aut pecunia propagandum imperium.
Plut. in Lacon.

Polycratidas.

Cum cæteris missus orator ad di-
ces regios, quum ab his interrogare:

eis, utrum priuatim venissent, an publice missi? Si impetramus, inquit, publice: sicut minus, priuatim. Vox p[ro]ij canderis in patriam index. Si cessisset ex sententia legatio, gloriam volebar Reipubl:ca cedere: sicut minus, ignomi i[m]i repulsa ad patriam non pertinere. Plut. in Lacon.

Asticratis.

Postquam Agis superatus est apud Megalopolin in prælio aduersus Antigonum, eisdem dicenti: Quid nunc facturi estis Lacedæmonij? an Mace- donibus seruitur? Quid tandem, inquit, num Antigonus vetare potest, quominus in pugna pro patria mortem appetamus? Generosa vox, seniens libertatem viribus esse vita chariore: nec turpiter occumbere, qui pro patria pugnans moritur. Plut. in Lacon. apoph.

Eponidas.

Cum ad Thermopylas proficisci- retur, cum Persis conflaturus, vxori Gorgoni roganti, si quid ipsi mandaret? Ut bonis, inquit, nubas, bonosque liberos parias. Hæc vox testabatur, illum animo præfigisse inter- zum, nec hac præsensione deterri- tus est ab expeditione: pulcherrimū esse dicens, pro patria pugnantem occumbere. Plut. in Lacon.

Braidas.

Contra Ephorus bellum patriæ nomine cùm susciperet, ciuib[us] hunc in modum scripsit: Quicquid malorum erit in bello profligabo, aut pro patria moriar. Verum cū multa iam egregia facinora j[us] patria edidisset, & Græcos Thraciam incolentes liberasset, fortiter oceubuit. Cuius deinde mors cùm Archileonidæ matrem nuntiaretur, interrogauit nil prius, quam, An fortiter filius occubuisset? Thracibus autem eius virtutem laudibus, eius mortem non tantum æquo animo tulit, sed probavit etiā: quia pro salute patriæ interfactus es- set. Plut. in Lacon.

Theopompus.

Ad Theopompum cùm quida- dixisset, ideò seruari Spartanoru[m] Remp[ublica] quod reges scirer[unt] impera- re: Imò potius, ait, quod ciues sciun- pa ère. Multum quidem momentum habet principis integritas: sed multo plus ciuium recta institutio. Plut. in Lacon. apoph.

Gallicratida.

Suprà de Morte contempnenda.

Anonyma.

Lacena, cùm filium in prælium misisset, & interfictum audiuisset Idcirco, inquit, genueram, vt esse quipro patria morte non dubitare occubere. Cicero lib. 1. Tusc. quæsi

Alia.

Quædam alia filium ad se venien- tem conspicata, percontata est qui ageret patriæ? Is cùm respondisset Periere omnes: lateram coniecit i- illum, occiditque, dicens: Te igit[ur] neq[ue]bis misere mali nütium? Vita pu- tauit indignum, qui cum suis perir non sustinuerat. Plut. in apoph. Lac- narum.

Alia.

Lacena quædā filios, quos habebat quinque in bellum emissos, ante sul- urbiū stabat expectans, quis esset b[ea]li exitus. Vi accessit quispiam nur- tians, filios illius omnes occubuisse. Non istud percontabat, ignauū mat- cipiū, sed quid ageret patriæ? Is cùm respondisset, à patria stetisse vi- riā: Libenter igit[ur], inquit, accipi filiorum interitum. Egregia mulie- priuatum in liberos affectum publici in patriā pietati posthabuit. Plut. in Lacon.

Themistocles.

Cùm Eurybiadi non persuaderet, vt in angustiis committeret naua- prælium, clam ad barbarum m[anu]sit qui illum hortaretur, ne formidare Græcos fugam adornantes Persuasus rex, prælio superatus est: nimisrum pugna commissa loco Græcis com- modis.

odissimo. Post hæc denuò misit ad lum, qui monerent, ut quām posset cyslīmè fugeret ad Hellespontum, ir̄rēcos enim de soluendo ponte co-
itare. hæc callidè, quo, cūm hoc a-
eret, vt Gr̄ecos seruaret, regis inc-
līmitat i prospicere videretur. Hoc
igenio Gr̄eciam à barbaris libera-
rit non minore gloria, quām Milria-
es retulerat ex Marathonia victo-
a. Plut. in apoph.

P. *Æmilius.*

Paulus *Æmilius* ex quatuor liberis
nasculis quos suscepserat, duos antea
eederat in adoptionem. Ex duobus
iutem qui remanserant in familia,
alter quinque ante triumphum die-
bus interiit, annos natus quatuorde-
cim: alter, quinto post actum trium-
phum die, annos natus duodecim,
Ob id populo luctum ac mœrorem
cum illo agéte, ipse prodiens ad mul-
titudinē, dixit: Se post tam cōtinuos
terum successus aliquid magni mali
à fortuna expectasse: nuncverò de pa-
riæ in columitate securū esse factū,
nihilque timere periculi, poste aquā
fortuna prosperè gestarū rerum in-
uidiam in suam domum impingente,
ipse pro omnibus dependisset. Plut.
in apoph.

Pomponius.

Multis vulneribus in bello acce-
ptis cūm ad Mithridatem adduētus,
ab eo quereretur, an, si curaret eum,
vellet sibi esse amicus? Si tu, inquit,
Romanis amicus fueris, me quoque
amicum habebis. Eras. 6. apoph.

Anonymus.

Sylla cūm Prænestē oppidum ar-
mis cepisset, decreuissérque, quic-
quid erit ciuium trucidare, hospitem
suum iussit excipi. hoc beneficio pen-
fare volens hospitij communica*i*
gratiam. At ille contrā liberè: Nolo,
inquit, patriæ meæ extinctori debere
vitam, similque turbæ ciuium fese
admiscerit, & cum illis trucidatus est.
Plut. in Sylla.

Cicer.

† Pro patria nemo bonus dubitat
mortem oppetere, si sit ei profu-
rus. i. lib. off.

Sthenius.

Pompeius Magnus Mamertinos,
quod hostium partibus adhæsisserent,
vniuersos interficere statuerat. At
Sthenius, eius ciuitatis princeps,
Pompeium adiit his verbis: Non æ-
quam facis Pompei, qui propter
vnum noxiū, multos innoxios oc-
cidere paras. Atqui ego ipse sum ille,
qui & amicis persuasi, & inimicos co-
egi Marianas sequi partes. Hic Pom-
peius viri fortem animum admiratus
dixit se ignoscere Mamertinis, à tali
persuasus viro, qui patriam suæ ipsius
vitæ antetulerit: simul & ciuitatem &
Sthenium liberauit. Plutar. in Rom.,
apoph.

Pompeius.

Cūm ingens rei frumentariæ Ro-
mæ esset penuria, Pompeius titulo
quidem annonæ procurator, re autē
vera maris terræque dominus decla-
ratus, in Africam, Sardiniam ac Sicili-
am nauigauit, multaque frumenti vi
collecta, properabat ire Romam: ve-
rū cūm ingenti tempestate oborta
naucleri detrectarent nauigationem,
ipse primus nauim ingressus, iussit
anchoras tolli, clamans: Ut nauige-
mus, vrget necessitas: vt viuamus, nō
vrget. Significans, patriæ periclitanti-
tis habendam rationem potius quām
priuatæ incolureitatis. Siquidem rei
publ. subleuādæ curis immori, pul-
chrum est: at patriam in extremo di-
scrimine nostra cessatione deserit, tur-
pissimum est. Plut. in apoph.

Alphonsus.

Interrogatus, quos è ciuib⁹ suis
haberet charissimos? Qui magis, in-
quit, pro me metuunt, quām me. Sen-
sit, illos reuera amandos esse cives,
qui principem magis amant, quām
timent. Si amant, nihil erit tam ar-
duum, nihil tam difficile, quod prin-
cipis causa subire non cupiant: si q̄
Nn iii.

ment, aut cum insidiatoribus coniurant, aut ipsi in eius perniciem coniurant. Eras. li. 8 apoph.

Michael Maurocerus.

* Ex Syria, vbi amplissimas opes, cōparat, in Rhodū insulā appellens, vbi accepit Venetos Georōensi bello Clodia accepta, in summo positos esse discrimine, neque ullam eius seruandæ spem superesse, multis adhortantibus, ut mercibus diuenditis, & thesauro conflato aliò se reciperet: Egōne, inquit, tam graue facinus & scelus hoc tempore ausim, ut desim patriæ tam grauiter laborari? Quin diuendam omnia, & quicquid inde conflauero pecunia, id totum in patriæ salutem impendam. Ergo vbi Venetias venit, in curia pecuniis omnibus profusis, merito Andreæ Contareno duci subrogatus est. Egnatius li. 6. ca. 5.

Vide titulum de Morte generosa.

De patriæ neglectu.

Crates.

A Lexandro percontanti, num cu-
peret restituī patriā suā? Quid
opus est? inquit: Fortassis eam alius
Alexander restitutam diruet. Laert.
li. 6. ca. 5.

Anaxagoras.

+ Rei & publicæ, & priuatae omni-
nō negligens fuit: adeò ut cuidam se
ita compellant; Nulláne tibi patriæ
cura est? dixerit: Mihi verò patriæ cu-
ra & quidem summa est, ostendo cœ-
lo. Laert. li. 2.

Theopompus.

Suprà de Argutè dicitis.

De impietate in patriam.

Agis Archid. F.

Nihil illis planè fidendum esse di-
xit, qui in natale solum & pa-
triā impij essent. Plut. in Lacon.
apoph.

Catilina.

Quum M. Tullius in senatu dixi-
set, incendium à Catilina excitatum
Sento, inquit Catilina, idque si aqua
non potuero, ruina extingvam. Vox
non hominis, sed furiae. Erasm. 6. a.
pophtheg.

Tiberius.

In eam incidit insaniam, vt non
patriæ solum, sed totius etiam orbis
interitum optaret. Sæpe enim dixi-
se fertur, Me mortuo terra misce-
tur incendio: & Priamum fuisse for-
tunatissimum, quod eum patria &
regno perire licuisset. Dion in Ti-
berio.

Nero.

Suprà de Crudelitate.

De patriæ impietate in suos.

Pausanias Cleombroti F.

Q Vm Delij de insula cum Athe-
niensibus haberent controuer-
siam, atque inter cætera dicenter,
quod ex more regionis neque mulie-
res in insula parerent, neque mortu-
sepelirentur: Quomodo, igitur, in-
quit, hæc insula etiò vobis patria, in
qua neque fuit quisquā vestrū, nec fu-
turus est? Argutè notauit ineptam
Deliorum consuetudinem, qui suos
in patria, neque nasci sinerent viuos,
nec humari mortuos: quum vt mu-
lier, ita nec regio mater sit, nisi gi-
gnat. Alienum autem sit à materna
pietate, nolle sepeliri quos genuit.
Plut. in Lacon.

Anach. sis.

Suprà de Fiducia artis.

Theodorus Athaeus.

Suprà de Fuga excusata, & de Li-
berè dicitis.

Idem.

Eundem quum rex Lysimachus
interrogasset, num è patria excidi-
set per inuidiam ciuium, respondisse
ferunt, Nihil minus, sed propter ex-
cellen-

cellentia ingenij, quod non capiebat patria. Sicut enim Semele Baccho grauida, cum non potuisset perferre rterum, Iupiter eam miseratus aborium ambusset, & inter deos retulit: Sic cum patera mea minor esset, quam caperet philophum, bonus quisquam siue Deus, siue genius, Athenas n locum fortunatorem commodio- emque me transtulit. Philo, li. quod apiens sit liber.

De patronis.

Phocion.

Hoc ion, quum a suis reprehende- retur, quod hominem improbum iudicio defendisset: At nemo bo- nus, inquit, patrocinio indiget. Plutarc.

Anonymus.

Siculo cuidam Scipio praeter pa- tronum causae dederat hospitem suum, omnem nobilem, sed egregie stultum. Hic Sicus: Quæso, inquit, præ- or aduersario meo da hunc patro- um, deinde mihi neminem dederis. sentiens, illum tam insigniter stultum, et illo diuersam partem adiuuante osset etiam nullo patrocinante vin- cre. Brus. l. 5. c. 18.

Idem.

Veteranus ob diem sibi dictam pe- iclitans accessit in publico ad Augu- lum, rogavitque ut sibi patronus & efensor assisteret. ille aduocatum ex omittatu sine mora dedit, commen- auitque ei litigatorem. Quo viso, exclamauit ingenti voce veteranus: At non ego Cæsar periclitante te in- elli Aetaco vicarium quæsiui, sed ro te ipse pugnauit: detexitque im- ressas cicatrices: quibus viis, eru- uit Cæsar, venitque ipse in aduoca- ionem. Brus. l. 5. c. 1.

Demosthenes.

+ Cum interrogasset Aristodemum dorem fabularum, quantum mer- edis, ut agerer, accepisset: & Aristo- demus talentum respondisset: At ego

plus, inquit, accepi, ut tacerem. Aul. Gell. ibid.

Vatinius.

+ C. Licinius Calvus qui diu de elo- quetiæ primatu cum Cicerone contredit, adeò vehemens accusator fuit, ut in media eius actione surgeret aliquando Vatinius reus, & eum interpellans ex- clamaret: Rogo vos, Iudices, num si iste disertus est, ideo me damnari oportet? Ex quo inter virunque tantum contumeliam est odium, ut in proverbiis abie- rit, Vatinianum odium. Sen. in contumeliam.

Figulus iuriscon.

Postridie eius diei quo consulatus repulsam acceperat, quoniam multi ad eum consulendi gratia venissent, omnes in- consultos dimisit, dicens: Omnes con- sulere scitis, consulem facere nescitis. Brus. l. 5. cap. 18.

Granius.

Cum patrono male, qui vocem in di- cendo obtuderat, suaderet, ut mulsum frigidum biberet, simulac domum rediisset, Perdita vocem, id si fecero, cum patronus dixisset, urbanissimum Gra- nius respodit, Melius est, inquiens, ut vocem perdas, quam reum. Brus. l. 5. c. 18.

De paupertate.

Democritus.

A vdiens quandam de paupertate sua conquerentem: Si non multa, inquit, desideres, pauca tibi multa videbuntur Desiderium. n. contra factum, paupertatem diuitiis æquipollentem reddet. Anton. in Melis. part. 1. ser. 33.

Idem.

Dicere solebat, pauperis condi- tionem diuitiis multo beatiore esse. Pauperes quippe maximis malis non infestatur, ut insidiis, inuidia & odio, quibus diutes expositi sunt quotidie, Auton. in Melissa, part. 1 ser. 33.

Socrates.

Ab Archelao vocatus, ut qui ipsum ditare vellet, ei renuntiari iussit, Quod farinæ chœnices quatuor obolo venirent Athenis, & fontes a-

quam funderent. Nam si res meæ, dicebat, mihi non sufficiunt, at ego ipsi sufficio, & sic etiam ipse mihi. Stob. ser. 95. ex Arrianis scriptis recitat.

Idem.

* Paupertatem aiebat esse μικρὰς σωφροσύνης, id est, paruam temperātiām. Stob.

Idem.

* Charmidi de paupertate non cōquerenti dixit, Requè facis, est enim res gratiosa paupertas, minimè inuidiosa, & de ea acquirenda minimè certatur, sed licet incustodita seruat, & neglegta augetur. Stob.

Aristides.

Aristides ille iustus cùm diues quidam paupertatem ei obiiceret, dixit: Mihi quidem nihil adferet mali paupertas, tibi verò diuitiæ non paucas perturbationes. Anton. in Meliss. part. 1. ser. 33.

Plato.

+ Paupertatē dicebat esse iudicandā, non possessionis decrementū, sed insatiabilis augmentum. 5. de legib. Stob. ser. 10.

Epicurus.

* Paupertatē ad legem naturæ cōpositam dicebat summas esse diuitias. Senec. epist. 27.

Sextus.

* Paupertatem ferre non cuiusvis, sed sapientis esse dicebat. Anton. ser. de egenis.

Diogenes.

Desertus ab omnibus hominibus, solus relinquebatur, cùm neque proper egestatem ipse quenquam recipere, neque ipsum hospitio quisquam acciperet. Omnibus enim inuisa erat eius in reprehendendo acrimonia, deinde in agendo loquendōque acerbitas. Proinde tristitia plenus, summas foliorum extremitates manducabat. Illæ enim suppetebant, quominus fame periret. Mus verò accedens, decidentibus frustulis vescebat. Diogenes igitur, cùm diligenter rem inspectasset, subridēs, animo re-

cepto: Mus hic, inquit, nihil indiget Atheniensium lautitia. Et quid tu, διοgenes, ἀγρέ fers, te cù Atheniēsibus nō cōnare? Ἀlia. l. 13. de Var. hist.

Idem.

Suprà de Doctrina & eruditione, quæ ut semper in columnis est, ita etiā vbiique habetur in pretio.

Idem.

Cùm Diogeni paupertas à quodam vitio daretur: Infelix, respondit, quid ais? At ego neminem vidi tyrānidem gerere propter paupertatem, omnes verò propter diuitias. Stob. ser. 95.

Idem.

* Anaximenis seruos conspicatu multa vasa ferentes, cuius ea efflē interrogavit. Cùm autem illi Anaximenis esse respondissent, An non pudet eum, inquit, tam multa haber cùm seipsum non habeat? Max. ser. de diuitiis & paupertate.

Idem.

Idem paupertatem appellabat vitudinem αὐτοῦ ιδεῖτον. Id est, quæ p̄ se discitur. Diuitiis opus est mult p̄ceptis, vt frugaliter viuāt, vt corpus exerceant laboribus, ne corpora ambitioso cultu delectantur, &c. & mnia autem docet paupertas. Stof. ser. 95.

Idem.

Solitus est ioco dicere sibi tragicas execrationes occurrisse, que esset, αἰσχος, απολιτ, απατητ, πλοξ ἀκόπης, καὶ ἡμερίας, id est, domo, civitate, patriaque carēs, pauper & erit. Laér. lib. 6. Alludens ad locū aliquę è tragediis. De Oedipi execrationibus vide in Chiliadibus Erasmi.

Idem.

Paupertatem dicebat esse subsic ad philosophiā. Nā quæ philosophi verbis persuadere cōnatur, ea paupertatē re ipsa cogere. Stob. ser. 93.

Arcesilaus.

* Paupertatē aiebat asperam quidem esse, quemadmodum & Ithacus sed bonā prolis nutricē, vt quæ faciat frugalitati & abstinentiā, &

niversum efficax virtutis gymnasium
et Stob.ser.de laude paupertatis.

Hypseus.

* Animæ timoratati mendicū esse
icebat, tūc, inquit, non metues pau-
pertatem. Stob.eod.ser.

Idem.

* Non paupertatem, sed iniustitiam
ugiendam esse dicebat. Nullus enim
uōd pauper esset, sed quis iniustus,
applicio affectus est. Neque vitā lau-
abilē aliquis degit, quatenus diues,
et quatenus i. stus. Stob.in comparat.
paupertatis & diuitiarum.

Arithon.

Dicere solebat, paupertatem esse
icernam, quæ omnia mala demon-
ret. Stob.

Aristoteles.

Paupertatem dicebat multis rebus
idigere, auaritiam autem omnibus.
Anton.par.1.ser.33.Meliss.

Idem.

* Si nō multa, inquit, concupiscas,
auea etiam multa videbuntur: exi-
ua enim apparētia paupertatē opu-
nitæ parem efficit. Max. ser.de di-
& paupertate.

Xenophon.

* Paupertatem per se dōctam phi-
losophiam esse dicebat: quæ enim
ex verbo suadet, illa opere cogit.
ser.

Aristonymus.

* Vitam pauperū si nilem esse di-
bat navigationi iuxta lit. us: diuitū
item ei quæ in profundo pelago sit.
lis enim facile est funeris eiicere, ap-
pellere, & navim extrahere: diuiti-
is non item. Stob.in compar.pau-
pertatis & diuitiarum.

Ephialtes.

Cuidā ei paupertatem exprobrāti,
ut nō, inquit, etiā alterū dicis, quod
stiria colam? Ostendit autē vir sa-
ēissimus, paupertarem, etiā si mul-
rum virtutū nutrix sit, cunctis exo-
ti esse. Elian.1.13.de Var.hist.

Apollonius.

Solitus est dicere paupertatē secū-

dum naturā nequaquā turpem esse:
turpi autem de causa pauperem esse,
dedecus & flagitium esse indignissi-
mum. Anton.par.1.ser.33.Melissæ. A-
lij sic referunt. Eam paupertatē quæ
secundūm naturam esset, non turpem
fore: illam autem quæ propter turpē
causam accedit, infamia inure hō-
minibus. Stob.ser.93.

Lycurgus.

Lycurgus, percontāti quā ob rem
hostiū cælorū cadavera spoliare ve-
tuisse: Ne, inquit, dū spoliis incum-
bunt, pugnā nō gligant, sed paupertatē
vñā cū ordine feruēt. Ut vir ille
sapiens vñique ciuibus suis metuit à
diuitiis, tāquam à fonte plurimorum
malorum! cū apud hominum vul-
gus nihil expetatur audius, quasi in
his sint præcipua felicita. is humanæ
præsidia. Plut.in Lacon.apoph.

Idem.

Ciuibus quibundā interrogantibus,
quomodo liceret hostiū insultū effu-
gere? Si, inquit, pauperes fueritis, nec
alius alio plus requirat. Ad opulētos
& onustos prædæ spes inuitat hostē,
nec facilē potest elabi qui sarcinis &
impedimentis retardatur: ad hæc tu-
tiores sunt ab hostiū incursu, inter
quos est æqualitas, & ex æqualitate
concordia. Plut.in Lacon.

Anonymus.

Quidam imperatorem incusauit
quod illius insidiis, & otio & somno
fuisset priuatus: videlicet, quod illius
benignitate è paupere factus esset di-
ues. Plut.in Sympof.1.2.

Socrates.

† Paupertatem cum iustitia coniū-
ctam opibus malè partis anteponito.
Nam iustitia pecuniis eō præstantior
est, quod hæ viuentibus tantum pro-
sunt, illa etiam defunctis gloriā pa-
rit: hæ vel malis hominibus contin-
gunt, illam improbi nullo consequi
modo possunt. ad Demonicum.

Seneca.

† Magnus est ille, qui in diuitiis
pauper est, sed securior, qui caret di-

uitiis. Et: Nemo nascitur diues: quis-
quis exit in lucem, iussus est lacte, &
panno esse contentus. Ab his initiiis
nos regna non capiunt. Eadem epi-
stol.

Moschion.

*Si, inquit, in Persia natus essem, no
curares Græciam habitare, sed cum
Persis feliciter versari studebas. Cur
igitur in paupertate natus contendis
diu scire, & non in eadem permanens
feliciter vitam degere? Max. serm. de
diuit. & paupertate.

Hieron. sophista.

*Vituperatus, quod cum multis
rhetorici docuissest, ipse egeret: At
qui, inquit, diu scire non docui eos,
neque pecunie studere. Eodem ser-
mon.

M. Cato.

Cato dicebat, honestam pauper-
tatem impiis diuitiis longe præferen-
dam esse. Hoc enim opprobrij, illud
miserationis causa fieri solet. Ant. in
Melis ser. 33. par. 1.

Bulus.

Bulus, famosissimus latro, qui sub
Seuero imperatore per totam Italiam,
comparata manu sexcentorum latro-
num, biennio maximas prædas fecit,
postquam Centurionem vita insidia-
torem cepisset, raso capite ad Seue-
rum imperatorem remisit, cumque
interrogaretur, quid imperatori vel-
let nuntiari? Nuntia, inquit, dominis
tuis iplos seruos suos alere, ne latro-
cinentur. Habebat enim Bulus multos
apud se Cæsarianos, partim exiguæ
mercede conductos, partim nullo
certo stipendio. Xiphilinus in vita
Seueri.

Idem.

Cuiusdam mulieris, cum qua scor-
tabatur, ope deprehensus, & a Papini-
ano præfecto prætorio interrogatus,
cur latrocinium fecisset? respon-
dit: Et tu die, cur præf. eti. sis. Erat
nimisimum Papinianus homo prædiues,

& magna apud Cæsarem existima-
tionis, & propter opum suarum splen-
dorem in aulam admissus. Bulas ve-
rò penuria rerumque egestate vexa-
tus, latrocino viendum querere coge-
batur. Idem Xiphilinus.

De peculatu.

Diogenes.

Digenes Cynicus cum vidisse
magistratus, qui Hieronemone
dicebantur, quandam deprehensem,
quod ex æratio phialam furatus es-
set, adducentes: Magni, inquit, fur-
paruum ducunt. Laert.

Anaxander.

Suprà de Furto.

M. Cato.

Dicebat, priuatarum rerum fur-
in compedibus vitam agere, publica-
rum in auro & purpura conspice
incedere. Olim simplex furtum no-
paniebatur capite, sed vinceti compo-
dibus præstabant operam. At longe
grauius crimen est peculatus, quæ
furtum. Et tamen qui fiscum princ-
pis, qui Remp. compilant, magnate
fiant. Plut.

Scaeuola.

Septumeleio Agnanino, cui præ-
capite C. Gracchi aurum erat repen-
sum, rogante ut se in Asiam præfe-
ctum diceret: Quid tibi vis, inquit
insane? tanta malorum est multitudo
ciuium, ut tibi huc confirmem, si R-
mæ manseris, te paucis annis ad ma-
ximas pecunias esse peruenturum. N-
tauit auaritiam hominis præfeti-
ram non ob aliud ambientis, nisi v-
spoliaret prouinciales, ac ludens fir-
xit, id citius consecutorum Roma.
Hoc dictum Fannius in Annalibus a-
scribit Africano Amylano, qui di-
ctus fuerit Iron. Erasmus libro 6. a-
pophe.

Aufidius Modestus.

L. Quintium in morbo sibi dicenti manus esse frigidas, hoc scomitate taxauit: Atqui calidas, inquit, prouincia extulisti. notans eum, uod proconsul administrans prouinam, multa furatus esset. Meminit Isarchus in Symposiacis libro 2. ip. 40.

Claudius Cæs.

Narcissum ab epistolis, & Pallanum à rationibus sic adamauit, ut eos non solùm amplissimis præmiis, verum etiam quæstoriis prætoriisque ornamenti decreto senatus ornari denter passus sit, ad hæc tantum rarer & acquirere, ut illi querenti defici exigitate quidam non absurdè querit. Abundarum fiscū, si à duabus libertis in consortium recipere. Hos Plinius fatetur Crasso fuisse atiores.

Traianus imp.

Initio procuratores habebat ratiocines, qui prouinciales calumniis pilabant. Quorum unus fertur, ut imquemque diuitem sic conuenienter solitus: Quid habes? Vnde habes? &c ubi didicerat, addebat tertium, one quod habes. Sed admonitus à sumptuosa Plotina uxore, cohibuit eismodi vexationes prouinciarum, idens vocem optimo iure laudatam: scum esse alienum, quod eo crescenti reliqui artus contabescant. Sensit nimis princeps, iniquum esse, sic plere fiscum unum, ut nihil habeat redditus: præsertim quum boni principis sit, quicquid habet populus. Esl. 8. apoph.

Sigismundus imp.

Interrogatus, cur apud liberas ci-tates peculatus crimen adeò fre-iens inueniretur? Idcirco, respon-ti, quod nudos honores ciuibus co-endant, populus autem ad lucrum bhat. Indicat autem, magistratum sum in causa esse, quod peculatus iniuste tam multi hodie insimulen-ti. Cum enim tam varia Reipublicæ

sint officia, singulis certa & sufficien-tia stipendia deberent assignata esse, quo hi qui ad huiusmodi honores & officia vocantur, haberent vnde vi-uerent, sine vlia vel furti vel pecula-tus suspicione. Verum cum desunt hæc stipendia, vel nimis sunt tenuia, sit ut plerique ex publico thesauro sibi per nefas prospiciat, & pauperes primū ad amplissimas opes veniat. Æneas Sylu. lib. 2. commentariorum de reb. gest. Alphonsi.

De pecunia.

Timorhem.

Pecunias sanguinem animamque mortalibus esse dicebat: quibus qui careat, mortuus inter viuos vivit. Brus. l. 5. c. 10.

Democritus.

* Nimiam pecuniarum collectio-nem pro liberis, prætextum avaritiae esse dicebat, proprium ingenium ar-guens & detegens. Stobæus ferm. de iniustitia.

Diogenes.

Suprà de Divitiis ac opibus.

Bion.

Suprà de Divitiarum vsu.

Demades.

Sudentibus Demadi Atheniensi-bus & iubentibus ut deductas trireme-s nautis militibusque completeret, cum pecunias nullas haberent: Omni-no: inquit Demades, primū pecu-niis opus est. Brus. ibid.

T. Quintius.

Infrà de Salsè dictis.

Iul. Cæsar.

Potentiam duabus rebus, pecunia scilicet & militibus parari conserua-ti atque augeri, eaque se mutuo con-sequi dicere solebat. Exercitum com-meatu retineri, rursum commeatum armis comparari, non tantum dice-bat, sed sentiebat etiam. Xiphilinus in Cæsare.

Indus Anonymus.

TBenzonius Mediolanensis in America in Indum, à quo pullum emere volebat, incidit. Is, cognito pullū suum ad cibum expeti, drachmam argenteam, quam Regalem dicunt, à Benzone oblatam, in os inseruit. Vbi insipidum sensit. Abi, inquit, Christiane, cum re tua vili, nullius etiam virus. Pullum ego meum ipse comedam, nisi tu vici sim, quod edi possit, mihi dederis. Io. Metellus in epist. ad Ant. Augustin.

Vide apoph. de Diuisijs, & de Numerum contemptu.

De peregrinationibus.*Socrates.*

QUAM quispiam vitiōrum vitañ dorum gratia peregrinatus esset nihilque profecisset, post redditum Socratem rogauit, Cur ita euenerit? Quoniam, inquit Socrates, eadem cause premit, quæ expulit. Laërt.

Idem.

Cuidam quærenti, quòd peregrinationes sibi nihil profuissent, non immerito, inquit Socrates, tibi istud euenit, tecum enim peregrinabaris. Multi putant longinquis peregrinationibus colligi prudentiam, quum Horatius clamet:

Celum non animum mutant, qui trans mare currunt.

Congressus sapientium confert prudentiam, nō montes, aut maria. Eras. ex Laëtrio.

Aristippus.

Percontanti Dionysio, cur Aristippus venisset in Siciliam, reliquo Socrate? Ut, inquit Aristippus, quæ habeo imperiam, quæ non habeo accipiam. Sunt qui narrent illum sic respondisse: **Quum egerem sapientia, adiij Socratem: tunc quoniam egeo pecunia, ad te veni.** Laërtius libro 2. cap. 8.

Anisthenes.

Putauit omnia mala pro peregrinis habenda esse. Vulgus hominum ea tantum probat, quibus assueuit, a exoticis autem abhorret: non quide quòd per se mala sint, sed quia per grina. Verum sapienti viro nil per grinum est, nisi quod cum virtute coiunctum est. Laërt. l. 6. c. 1.

Democritus.

Interrogatus, ad quid peregrinatio prodesset? respondit: Vitæ frugalitatem docet. Offa quippe & thrus herbaceus famis ac laboris ducessimæ medullæ sunt. Stob. ser. 3. 8.

Idem.

* Quamlibet terrā hominis sapienti peruiam esse dicebat: animæ natque fortis vniuersus mundus patet. Eod. ser.

Lacones.

Laconibus peregrinari concessi non erat, ne morum peregrinorum viræque incompositæ contagium traherent. Quin & peregrinos vir exigeabant, ne paulatim inundant malis cui spā ciuibus existerent magistri. Quisquis autem ciuium natus esset liberorum suorum iuxta trios ritus institutionem, iure ciuium priuabatur. Rursus narrat quidam, quicunque peregrinus Spatae ciuitatis institutis sustineret eregi, eum ex Lycurgi sententia amitti in eam ciuitatis portione quæ fuerat à priscis ordinata. Cærum vendere ius ciuitatis nulli fatur. Perspexerat vir ille prudentius, commerciis exterorum ac negotiorum, ciuitates quamvis bis institutas corrumpi: quòd ad nequitiam omnes sunt magis dociles, quæ ad virutem. Sed nulla mixtura pnieiosior, quam quæ per imperijs translationera prolationemve inuehit Sic influxu Græcarum nationum feminata est Roma: sic barbaror commercio tandem & Sparta exstissima facta est corruptissima. P. in Lacon.

Idem.

Lacones adolescentem ex eorum numero qui exercebantur, increpabant, quod viam nosset quae dicit in yleam, adeo studebant suos a peregrinationibus ac rerum exoticarum cognitione servare alienos, ne per occasionem a patriis institutis degenerarent: præsertim cum Arcadia, cuius est Pylea, luxu deliciisque barbaricis esset corrupta. Plutar. in Lalon.

Pausanias Plistonachis F.

Quum Lacedæmonios Tegeæ, ubi tabebat, laudaret, atque quidam disset, Cur igitur Spartæ non manens? Quia, inquit, non apud sanos, sed pri sunt ægroti, medici versari conuerunt. Pausan.

Anonymus.

Argiuus quidam cum Eudamidæ cisset, Lacedæmonios peregrinationibus reddi dæteriores, quod interim degenerent a maiorum legibus institutis: At vos, inquit, quum artam venitis, non dæteriores, sed meliores euaditis. Dictum retor: in Argium: hoc enim dicens, agis suam gentem vituperauit, tam Lacedæmoniorum. Plutar. in Iacon.

Seneca.

+ Nusquam est, qui ubique est. In regrinatione vitam agentibus hoc enit, ut multa hospitia habeant, illas amicitias. Epist. 2.

Idem.

+ Quid prodest mare traiicere, & bes mutare? Si vis ista quibus urbis effugere, non alibi sis oportet, i aliis. Epist. 104.

Vide apoph. de exilio.

De perfectione.

Crates.

Mpossibile esse dicebat, quenquā inueniri, qui nunquā lapsus sit: sed

veluti in malo punico, granum quoq; aliquod putrefacere. Laert.

Apelles.

Apellis ætate complures etant in arte pingendi nobiles, quorum opera quum suo candore miraretur, collaudatis omnibus, dicebat illis deesse vnam illam Venerem, quam Græci χαρινα vocant, ingenuè profites, cætera omnia illis contigisse, in hac vna neminem ipsi parem esse. Simile quiddam est in phrasí, quæ allicit ac remoratur lectorem aut auditorem, quum tamen non habeat nomen, nec arte præcipi possit. Eras. Rot. lib. 8. apoph.

De perfidia.

Themistius.

* **N**Ullam malitiam magis alienam esse à conuersatione hominum esse dicebat quam perfidia. Aduersus quam nulla custodia dare potest. Nam (inquietabat) quod unicum habeamus confugium, nempe iusitrandum, hoc ipso maximè abutitur vir perfidus, quod commisit malum facinus inficiando. Stobæus sermone 12.

Ludovici X II. Gall. rex.

* Cuidam referenti, Valentinius Borgiam à Consaluo quodam Hispano violato iureiurando, perfidè retentum & ad Ferdinandum Hispan. regem missum esse, respondit, Ergo posthac pro Punica fidè Hispanticam celebraturi sumus. libr. de eiusdem Lud. scitè diuisi, Alphonsi regis apoph. libris adiuncto.

Friderici I II. Imp.

+ Data fide publica sex è principiis qui in se absente coniurauerant, Neapolim euocatos, indicta causa, & violata præter dignitatem suam fide clam in hortis capite multauit, rogatus ab his antequā mactarentur, cur datum fidem falleret? Respondit: Aquū, & fas esse, perfidis, & parricidis

violare fidem, & scelus, pari arte
punire. Bonfin. l.4. Decad. 4.

De periculo vitando.

Alcibiades.

Accitus ab Atheniensibus è Sicilia, vt dicebat cauiam capitum, abdidit se, dicens: Eum esse fatuū, qui vocatus in ius non querat elabi, quum liceat vitare ne eat. Sentiens, consultius esse non committere se periculo, quād dare operam, vt in gressus periculum temet expediās. Dictum Græcis sonat iucundius, ob vocum affinitatem, φυγὴν & θηρφυγὴν. Græcis autem διοφυγὴν δικλω dicitur, qui iudicum sententiis absoluitur: φυγὴν qui vitat aut fugit. Plut. in vita Alcibiadis.

Antigonu.

Suprà de Morte generosa non deflenda.

Seneca.

†Quantum possumus nos, à lubri-
co recedamus, in sicco etiam patrum
firmiter stamus. Epist. 317.

Idem.

†Serò animus ad periculorum pa-
tientiam post pericula instruitur. De
Tranquill. an. ca. 11.

Hus refer apophtheg. de Fuga
excusata.

De perseverantia.

Chilon.

Dicere solebat, tardè quidem ag-
gredienda esse omnia; verū
cūm semel iam incepis, constantissi-
mē in agendo perseverandum esse.
Stob. ser. de Prudentia.

Agis.

A Leonida in carcerem coniectus,
quum multa in illum cōuicia iactas-
set, rogatus num pœniteret rerum
aetarum? Non pœnitet, inquit. Plu-
garchus.

Demosthenes.

Quum Antipater intra Lamiam
Græcorum copiis esset conclusus, a
velut ob res feliciter gestas, Athe-
nienses diis immolarent viandas.
Demosthenes ad quendam amico-
rum nomine Agesistratum ait, sib
non eandem esse cum cæteris sen-
tentiam. Noui enim, inquit, Græco
stadium pugnare & scire & posse
Dolichon autem non item. Dolichon
autem continet viginti quatuor sta-
dia. Notauit suos, quod protinus un-
contenti victoriola, deponerent bel-
landi studium, quum oporteat eius
modis accessibus non frui, sed ut a
maiorum rerum occasionem. Eras. l. 8
apoph.

Bruix.

Suprà de Munerum contemptu
Cyanensium.

Vide apoph. de Constantia.

De perseverantia & con- stantia piorum in cruce.

Basilii Magnus.

Cum à Valente Cæsare in exilio:
pro fide cogeretur, exhibet
est ad tribunal Præfecti, terroribū
que & minis maximis actus, vt ni
præceptis principis obediret, scir-
sibi impendere interitum. Tum il-
intrepidus, atque absque vlla ani-
perturbatione respondit Præfecti.
Atque utinam aliquis mihi esset di-
digni munieris, quod offerrem hu-
qui maturius Basilium de nodo fo-
lis huius absolveret. Cumque dareti
einox, quæ erat media, ad delib-
randum, denuò respondit: Ego cra-
stino idem ero qui nunc, tu te ut
nam non mutares. Eccles. hist. lib. 1
cap. 9.

Athanasiu.

Cum sub Juliano Apostata crudel-
lissimo imperatore, in maximo est
vix.

itæ periculo , & populus mirum in iudicium contristaretur, alta voce clamans : Bono estote animo , inquit, ubecula tantum est , quæ mox evanescet splendente sole. Sozomenus b.6. Tripartit. hist. cap. 26.

Ignatius.

Suprà de Morte contemnenda.

Eusebius Samosatenus.

Cùm nollet Cæsari Cōstantio mitte decretum Arrianorum contra scelitum factum. Cæsar minatus est, ab ascisorum dextrâ eius manum, quo audito , Eusebius ambas porret, inquiens , Decretum non dabo, arum Artianæ pestis indicium. heodoreetus in Tripartita histor. ip 49.lib 5.

Polycarpus.

Cùm fidei ratione redderet, a que constater persequeraretur Herodi proculi ignem minitanti respondit: Ignem minaris hunc, qui ad momen- tum incenditur, & paulò post extin- ditur. Verum ignoras futuri iudicij nem æternum fore , qui ad perpetuas pœnas præparatus est impiis. Euseb. lib. 14. cap. 5. Eccles. hist.

Ideni.

Ab Herode proconsule admioni- is, vt iuraret fortunam Cæsaris, & iniuria diceret in Christum. respon- sūt: O rogata & sex annis seruo ei, nihil me læsit unquam: qua igitur conscientia maledicerem, & blasphemarem regem meum , qui salutem ubi dedit? Cūmq; rursus vehemen- us vrgeretur, vt fortunam Cæsaris raret: Si hanc, inquit, iæstantiam ueris, vt ego fortunam Cæsaris iu- eis, & quis sim ego ignorare te simus, audi à me. Sum Christianus: Si ve- beam rationem vis Christianæ reli- gionis accipere, statue dicta & audi. Et cùm procōsul diceret, Suade hoc populo: respondit Polycarpus , Tibi uidem respondi, quandoquidem principibus & potestatibus à Deo atis in primis honoris debetur, mq-

dò religioni non sit Deo contrarius. Populo autem furenti satisfacere, nō sit possibile. Eusebius lib. 4. Eccles. hist. cap. 15.

Sanctus martyr.

* Diaconus quidam Ecclesiæ Vien- nensis, nomine sanctus, tanta animi celisitate & constantia carnificibus cum horrendis tormentis à Christia na fide auerrere conantibus resistit; vt ne nomen quidem vel suum, vel gentis, vel ciuitatis unde fuit, neque utrum seruus an liber illis vellit dicere, sed ad omnia rogata latino sermone responderet, Christianus sum: istū lque pro nomine, pro ciuitate, pro genere, & denique pro re qua- que iterum ac saepius est eloquutus: nec aliam vocem ethnici ab eo eli- cere potuerunt. Euseb. libr. 5. histor. Eccles. cap 1.

Lucius Sophista.

Lucius quidam ob religionis con- fessionem ab Vrbicio damnatus cùm iam ad supplicium duceretur: Gra- tias ago , inquit, quod me nequissi- mis dominis absolutum, ad summum cœli terraque regem remittas Euse- bius libro quarto Ecclesiastice hist. cap. 17.

Attalus.

Cùm in sella ferrea pruñis subter- iectis torqueretur, voce magna ad ple- bem clamaui: Ecce hoc homines comedere, quod vos facitis , qui à nobis velut occultum facinus inqui- ritis, quod vos aperta luce commi- titis ? Nos enim neque comedimus homines , neque aliud q. id mali fe- cimus. Euseb. 5. Eccles. hist. cap. 5.

Syluanus.

Constantium tyrannum ad fidei orthodoxæ defectionem eum hor- tantem, sibi mortem etiam minitatem audiens: Potestatem quidem ha- bes, inquit, nos puniendi: nos autem patrum statuta non ideo destrue- mus. Theodoret. lib 5. Eccl. hist. c. 24.

Mares episcopus.

Oculis ob senectutem orbatus,

audiens Julianum apostolam in Sacerdoto Solis sacrificare diis gentilium, palam imperatorem obiurgavit, ad quem conuersus imperator cum dixisset, Abi tu potius ad Galilaeum tuum (Christum intelligens) ac iube, tibi aperire oculos, tum Mares respondit: Deo meo gratia pro cæcitate ago, qui ideo visum ademit, ne te apostolam, in Deum blasphemum, & omni planè pietate nudatum, coram videre cogar. Sozomenus in Tripartita histor. libro 6 cap 6 Alij hoc dictum Eguinario episcopo (quem Fulgosius li. 6. cap. 2. Inarium appellat) ascribunt.

Rowanus.

* Quum iam carnifici ceruices porrexisset, nuntiusque subito accurrisset, qui veniam ipsi ab imperatore Juliano afferebat, id agerrimo animo tulit: atque his verbis usus est: Scilicet indignus erat Romanus qui Christi martyr appellaretur. Theodoret. lib. 3. hist. Eccles. cap 16.

Theodusius martyr.

* Immanes cruciatus minantibus carnificibus, nisi fidem Christi abiuraret, in hanc præclaram vocem erupit: Pro fidei Christianæ confessione qui vulnerat incidat, & qui verberat laceret: & qui cremat flamمام adiiciat: & qui his verbis offenditur linguam eximat. Nyss. in vita Theodori.

Victor.

Victor proconsul Carthaginis, vir diues & clarus, ad veritatis negationem solicitatus a rege, & promissionibus multis ad defensionem invitatus: respondit: Dicite regi vestro ut subiiciat me ignibus, adigat bestiis, excruciet omni genere tormentorum. Si consentio, frustra sum in ecclesia baptizatus catholica. Nam si haec prælens sola vita fuisset, & aliam, quæ verè est, non sperarem æternam, nec ita fecissem ad modicum, atque temporaliter gloriarer, & ingratus ei existarem, qui per fidem meam

omnia sua mihi contulit, Victor. 3. Vandalice histor. æ.

D. Ambrosius

* Calligonus, cubiculi præpositus mandare aliquoties Ambrosio adest, Me viuo tu contemnis. Valenianum? Caput tibi tollo. Ambrosius respódit, Deus permittat tibi ut impleras quod minaris. Ego enim patet quod episcopi tu facies quod Spacnes. Ambros. epist. 33.

Theodulus.

Cum ob fidei confessionem Iuliano apostola cæticulis impotens esset, ut in omnium conspectu assaretur, ad præfectum in inter cruciatis dixisse fertur: Si assasenes degustare cupis amachis, in terum latus me verte, ne semicrus ad edendum parum suavis tibi videatur. Idem de Laurentio, Macedo atque Tatiano martyribus. aliam scribunt, Niceporus libro 10. 25. Eccles. hist.

Dionysius episcopus Alexandr.

Cum a tortoribus vehementer geretur, respondisse fertur, Quid festando laboratis? Caput meu pro quo magnopere fatigamini uulsum ceruicibus sumite, & donum magnum ad tyrannum recte. Sebius libro sexto Ecclesiast. hist. cap. 30.

Dionysia.

Matrona nobilis Hunerichi gis tortoribus turpiter denudata virgis cædebatur. Inictus vero virgarum, dum riuius sanguinis toto iam fluitarent corpore bera voce dixit: Ministri diaboli quod ad opprobrium meum faci ipsa est laus mea. Victor. in hist. Vandala, lib. 3.

Elogius.

Valens imperator per præfectum Edessæ, orthodoxos LXXV. cognoiebat, ut veritatem abnegaret. Festus itaque cum diceret ad Egium, Communica polsidenti gnum: respondit benignè, Et me reg

gni quoque ac sacerdotij consor-
im est. Tripart hist. lib. 7. cap. 33.

dam referre licet, quæ sunt sub apo-
pli thegmat. de Constantia, & Perse-
uerantia.

De persuasione.

Bion.

Dicebat, superbiam studiosorum esse profectus obstaculum. In-
scilis enim est, qui inani persuasio-
eruditionis delusus, maullt do-
us videri quam esse. Laert. lib. 4.
p. 7.

Crates.

Cum crates apprehenso Zenonis
illio, eum à Stilponte retrahere ni-
retur: Commodissime, inquit, ô
ratus, philosophū auribus teneas:
m si per vim egeris, corpus erit a-
d te, animus apud Stilpontem.
Iest. lib. 7. cap. 1.

Socratis.

* Qui per vim, inquit, coacti sunt,
ertate ceu magna re priuati, odio
osequuntur illos qui coegerunt:
i verò suadela inducti sunt, ceu
in gratia inuitati amant. Xenophō
n. i. commentar.

De pertinacia.

Annibal.

Vm Marcellus aliquot diebus
continenter cum Annibale cō-
tisset vario Marte, dixit Annibal,
i rem esse cura hoste, qui nec vi-
is, nec viator nosset quiescere. Plu-
tarchus.

Eusebius philos.

*Plurimi, inquit, cum velint ha-
ri quam consultissimi, si qua in re
niliares & benevoli ipsis homines
dehortentur, nolunt à confirmata-
semel intra se proposito recede-
sed ne redarguātur à consilio suo
quam prauo desistere permanent
proposito, donec tandem inde-
finita incommoda sentiant. Stob.
m. 23.

Pertinacia licet in medium partem
trunque sumatur, huc tamen quæ-

De petitionibus honestis, & parum honestis.

Thales.

Sciscitati quid esset dulcissimum?
Potiri, inquit. Nam ea deum de-
lectant, quæ contingunt expedita.
Quæ vitro obiciuntur, non perinde
iuuant. Laert. lib. 1. cap. 1.

Socrates.

Dicebat, à diis nihil petendum, ni-
si bona simpliciter: cum vulgus pe-
tit bene dotatam vxorem, opes, ho-
nores, regnum, longam vitam, quasi
præscribentes numini quid oporteat
facere. At Deus optimè nouit, quid
nobis bonum sit, quid non. Eras. lib.
3. apopl.

Epicurus.

Diceré solebat, Breui temporis
spatio omnes homines perituros es-
se, si hominum preces sequeretur
Deus. Nam subinde multa & acerbæ
alij in alios precantor. Max. ser. 14.

Epicetus.

* Ad coniuvium, inquit, inuitati
præsentibus utimur. Quod si quis iu-
beret apponere sibi pisces, aut pla-
centas, absurdus videretur. At nos in
mundo peritus à diis, quæ non dant:
cum multa interim sint quæ exhib-
uerunt. Stob. serm. 4.

Anonymus.

Poëta quidam dum amicos suos
videret & egentes, & petentes à diis
quæ illis minimè conducerent, cum
tamē utilia viderentur, pro omni-
bus sic ait: Iupiter rex, optima quidē
nobis & voventibus & non voventi-
bus tribue. Mala autem poscentibus
quoq. abesse iube. Cuius poëta piam
sententiam ex Platonish 6 sub per-
sona Socratis, Erardus Schöberger,
præceptor meus, in omni scientiarū
genere doctissimus, dum bonas lite-

Qo ij

ras in celeberrimo Heydelbergen - itas ergo xlvii, id est eum qui stipitem
suum Gymnasio profiteretur, foribus
habitationis suæ affixam, suis (quos
privatum docebat) discipulis semper
inculca e solebat, his verbis de-
scriptam.

QVID PAVCIS ORAN- DVS D E V S .

*Da bona, siue petare Deus, seu nulla
petare.*

*Et procul à nobis mala quoque peten-
tibus aufer.*

*Et mala, siue petare nega, seu nulla
petare.*

Leges autem hanc piam & Chri-
stianam poetæ sententiam apud Brus.
quoque lib. 5 cap. 24. & Val. Max. lib.
7 cap. 2.

Agesilaus.

Agesilaum Lacedæmoniorum re-
gem, cum quidam urgeret improbè
postulando, ut premissum præstaret:
Recte sanè, inquit, siquidem iu-
stum est quod petis, promisi: si mi-
nus, non promisi, sed dixi. Quo dicto
elusit flagitatoris improbitatem. Ve-
rūm cùm efflagitandi finem nequa-
quam faceret, sed subiiceret: At-
qui decet reges præstare quicquid
vel capite annuerint: Nihilo magis,
inquit, quām eos qui reges adeunt,
decet ea petere, loquique, quā iusta
& honesta sunt, spectantes simul &
opportunitatem, & quid regibus cō-
ueniat. Plutarch.

Cambyses.

Dicere solebat, haud fas esse à diis
petere victoriam in equestri pugna,
eos qui equitare non didicissent: ne-
que sagittæ ignaros soperare illos sa-
gitando, qui huiusmodi peritiam
callent: neque eos qui frumenta non
serunt, precari triticum pulcherri-
mum nasci: neque salutem petere,
qui sibi in bello non cauerent. Ex
Xenophonte & Bruson. libro quinto
cap. 24.

Diogenes.

Quum aliquando stipem posceret,

τὸν ἔγχοντα τελέσει, διὸ οὐκ εἴη το-

τέρχεο χεῖρας.

id est,

Despolia reliques, teneas sed ab H-
ctore dextram.

Dicitur festiuras in hoc est quod præ-
iexistens dixit εὐάρετος: quorum pri-
est, da stipem: alterum armis spoli-
se Hectoris nomine signans. Spoli-
autem qui negat egenti. Et soleret ho-
minum genus esse furax. Laer.
libr. 6.

Idem.

† Petebat aliquar do stipem à st-
tua, rogatus cur hoc ficeret? Et m-
inquit, non potiri assuefaciam Nin-
rum ut a quo animo repulsam fe-
disceret. Laer. ibidem.

Themistocles.

Cum prætoris Themistoclis of-
ficiam pro amico in re iniqua pete-
respondit Themistocles, nec si me-
suram modumque in scribendis c-
minibus non obseruaret, nec sel-
num esse prætorum, si alicuius g-
tiam legibus aut iustitiaz præpo-
ret. Plut.

Pericles.

Ab amico rogatus, ut pro se ei-
saque eius falsum deieraret. Opo-
me, inquit, amicis accommodare,
vsque ad aras. Plut. in Gregor. ap.
Gell. lib. 1 cap. 3. Erasm. in proue-
Vsque ad aras.

Zeno Cittieus.

Quum Cynicus quipiam dice-
in lecytho suo nihil esse olei, pete-
re à Zenone. Zeno negavit se daturu-
sed tamen abeuntem admonuit, e-
penderet uter ipsorum esset im-
denter. Postulatoris impudenti
impudenti negatione pésabat. La-
lib. 7. cap. 1.

Phocion.

Antipater cùm à Phocione pet-
set, ut nescio quid iniusti suo nom-
faceti

ceret:Nō sum,inquit,tibi simul adulator & amicus.Amicus enim,quæsta sunt , efflagitat ab amico : & nisi reuera amicus est, non obsecunt amico,nisi in his quæ cum iusti & æQUITATE coniuncta sunt. Plut.apoph.

Epaminondas.

Cum hominem nequam ob meocre scelus in vincula coniecerit, elopidi efflagitant, nō dimisit, sed pice supplicanti concessit, dicens, orta decere, non imperatores eiusodi dona accipere. Plut.

Plato.

Quum populus Atheniensis flateret , vt Phocion copias in Boeum educeret,cāmque rem.Phocion in fore è repub.iudicaret,edixit,vt sotquot essent in ciuitate ab ephes vsque ad sexagenarios , se sequentur. His reclamātibus senioribus, ætatē excusantibus: Nihil,inquit, surdi meo editio continetur , qā se natus annos octoginta,vnā cum sis dux prosectorus sim. Hac arte mporarium multitudinis calorem tudit. Plut.in apoph.

Clisophus.

Clisophus Atheniensis adulator, philippo increpanti, cur semper aliud peteret: Obluiscor,inquit.Lepis iocus, sed pugnans cum laudatissima sententia · beneficij accepti me iniisse,dati obliuisci oportet,Erasl.apoph.

Antigonus primus.

Cum frequenter Biantem mole ē beneficij flagitatem tulisset,tanDEM vicitus tædio: Date,inquit,Biant silentum, vel vi. Sentiens,beneficiū on impetratum , sed improbitate tortum.Erasl.lib.4.apoph.

Anonymous.

Quidam Antigoni amicus, cū eo petiisset talentum,nec accepis it, postulauit ab eo deductores, ac corporis custodes. Rogatus , quā obtem, Ne,inquit,insidiis impetrar.affin ens , se talentum humeris ferre,

Erasmus lib.8 apoph.

Antigenus.

Thrasyllus Cynicus cūm ab Antigono drachmam petiisset, Antigonus ait: Petis munus non regium. Cui cūm respondisset,Da igitur talētum: Nunc , inquit rex , non petis munus Cynicum. Et sic utroque cornu repulit postulantis improbitatem , quem existimabat nullo omnino beneficio dignum esse. Plut.in apoph.

*Timotheus eitharædus &**Archelaus.*

Suprà de Conuiciis in ipsum authorem retortis.

Sospas.

Cum quispiam familiaris ab eo assequi quicquam contenderet , quod neque illi necessarium , neque satis commodum esset:Huiusmodi,inquit, rebus & felix sum, & locuples.Brus.lib.1.c.1.

Scipio Africanus.

Quum à Scipione Africano quidam vetus affectator ex numero amicorum, non impetraret vt se præfectum in Africam duceret,& id ferret molestè:Noli, inquit,mirari, si tu à me hoc non impetas.Ego iampridem ab eo cui meam existimationem charam fore arbitror , peto, vt mecum præfetus proficiatur, & adhuc impetrare non possum. Cic.in Verrem.

P.Rutilius.

Suprà de Amicitia atque amico bono,& de Iustitia.

Cato Uticensis.

Catulus censor Catonem sibi aræfissima iunctum necessitudine rogauit,vt quendam ipsius iudicio obnoxium(erat enim quæstor)missum faceret. Ille hunc in modum respondebit: Turpe est nos,qui iouentuti rectè instituendæ authores esse debemus, à lictoribus irrideri nostris. Negavit asperius,quod iniuste petebatur.Platarch.in Cato.vita.

Augustus Cesar.

Quum Galli donassent Augusto

Oo iii

porquem aureum centum pondo, ac Dolabella per iocum tentans illum, tandem hoc produceret iocum, vt di ceret, Imperator torque me dona, Malo e, inquit, civica donare. Festiu ter submouit postulatoris impudenciā, qui nunquā in bello fuisset: eōq. magis illi conueniebat corona ciuīca, quæ ex quernis ilignisque frondibus fieri consuevit, quemadmodū triūphalis ex auro. Quanquam & castrensis, & muralis, & naualis ex au ro fieri solebat. Qua de re vide A. Gellium lib. 5. cap. 6. Ciuitam autem Augustus, ut honorificiorem, per iocum obtulit. Nam Suetonius refert, eū inter dona militaria aliquādo facilius phaleras & torques, & quicquid auro argentōque consta ret, dare solitum, quam vallares ac murales coronas, quæ honore præ celerent. Hoc nisi scias, friget Augusti iocus. Tametsi de materia coroparum variant Gellius & Sueton. E ras. Rot. lib. 4. apoph. & Bruson. lib. 3 cap. 16.

Anonymous.

Græculus quidam ita captare so tus est Cæsarem Augustum descendenti à palatio, honorificum aliquod epigramma porrigebat. Id cum fru stra s̄a pe fecisset, nec destitutum vi deret Augustus, epigramma bene Græcum manu sua descripsit, & Græ culo ad se venienti obuiam misit, ve luti carmina carminibus pensatus. Græcus acceptum legit, ac non solū voce, verū etiam nutu gestu que corporis laudauit carmen, mira tūque est. Deinde cum accessisset ad sellam qua Cæsar vebebatur, demissa in pauperem crumenam manu, pau culos denarios protulit, Cæsarique obtulit his verbis: Χαῖ τούχω τιλεσὴν οὐβασί, εἰ τάλεον εἴχει, τάλεον ἐδίδω. Id, est nō iuxta fortunam tuā Auguste, si plus haberem plus darem. Sequito omnium risu, dispensatorem Cæsar vocavit, & sestertium centum millia Græculo numerari iussit. Benē

cessit Græculo palam exprobra principi parsimonia. Sueton. in ei vita.

Augustus Ces.

Cum à Cæsare Augusto Rom Pacinnius Laurus munus peteret, ac cerētque populari rumore sparsum pecuniam haud parvam ipsi à Cæsare pecuniam haud parvam ipsi à Cæsare. Lepido ioco significans, se nedarum. Alter expectabat, futuri ut Cæsar ipsius pudori succurreret, si coç pertum esset rumorem esse vi num, ipse ludibrio haberetur. Cæsare aliud indicauit remedium: sineret h mines loqui quæ vellēt, modò ne ip quod erat falsum persuaderent. Macro. lib. 2. Saturn.

Idem.

Præfectura equitum quidam su motus, insuper & salarium ab Augu sto postulare est ausus: hoc color ut dicaret se non lucri causa salar petere: sed ut tuo, inquit, iudicio v dear impetrasse munus, & ita cred non ab officio submotos, sed officio depositisse. Tu, inquit Augustus, ap omnes prædicta te accepisse, ego ne negabo. Si nihil mouebat petitore nisi metus ignominiae, via commo strata est, qua nihil ominus hon suo consulere posset, quam si pec niam accepisset. Macro. lib. 2.

Idem.

Liuī vxori pro quodā Gallo p tenti ciuitatem negavit, ac immunitatem obtulit, dicens, se facilius pa surum fisco suo detrahi, quam hon rem ciuitatis Romanæ: vulgari nim rum Reipub. dignitatem antefere priuato comiendo. Suet.

Idem.

Cum miles quidam ab Augusti Cæsare impudenter peteret, ac Martianum videret accedentem, quum ipsum aliquid improbè petiturum suspicabatur: Non magis, inquit, fa ciā cōmīl ito quod petis, quam quo Martianus à me petiſurus est. Ibid.

Fl. Vespasianus.

Quum quidam è charis ministris
vnius ab eo pro quodam, quem fra-
m esse assimulauerat, peteret, rem
culit, donec ab eo pro quo petebar-
, pecuniam extorqueret, quam cù
ministro fuerai pactus. Quia accepta
erpellanti ministro urbanissimè
pondit: Alium tibi quere fra-rem:
, quem tunc esse putas, meus est.
al lib. 2. cap. 5.

Hadrianus imper.

Tomæ cùm in spectaculo populus
more flagitarer, ut aurigam qui-
cuerat, liberum esse iuberet, per
bellam respondit, Iniquum esse
od Peterent. Si enim seruum a-
num libertate donaret, fieret iniu-
domino. Dicas hunc abhorruisse
omni violentia. Dion.

Sigismundus Cæs.
nfrà de Prodictione.*Alphonsus.*

Eques quidam, Ioannes Calaguri-
us nomine, ab hostibus captus, &
iisdem emissus carcere, Alphon-
m regem adiit, & in solarium cala-
tratis multa postulauit ab eo, & im-
trauit. Quo digresso, rex dixit ad
niliares: Dispream, inquit, ni me-
i ne vxorem etiam meam deposce-
te eques meus. Panormitanus libro
de Alphonsi rebus gestis, & Eras.
.8. apoph.

Idem.

Alius Equus cùm subinde ab Al-
fonso Aragonum rege munera pe-
ret, & acciperet, omnia profudit,
alia deinde petiit. Cui rex ait: Si
ergam tibi dare quæ petis, citius
ne pauperem effecero, quām te di-
tem. Panor. libro 2. de rebus gesti-
Alphonsi.

Fridericus Cæs.

Iacobus de Sirck, episcopus Tre-
rensis, princeps elector, vir indu-
trius, ac magni consilij, sed multum
upidus, & ad extollendam ecclesiæ
æ potentiam nimis attenus, Fride-
ricum Cæsarem apud nouam cœulta-

tem cùm adiisset, & alia atq. alia pe-
tens impetrasset, sed plura tamen pe-
tendo instaret: Si nō facis, inquit im-
perator, petendi finem, ego certè ne-
gandi finem facilè inueniam. Quo di-
cto perquām lerido improbum pe-
titorem compescuit. Æneas Sylvias
lib. 2. Commentariorum de rebus ge-
stis Alphonsi.

Ludouicus Bauarus.

Albertus Marchio Brandenburgœ-
sis, cù ex Ludovico seniore Bauariæ
duce (quæ captiuum habebat) iniqua
petiisset, ac neganti grauiores durio-
résque carceres minitasset Ludoui-
cus, Quæ poteris (inquit) ex melibero
impetrare, eadem modò ex capto pe-
rito. Innuit autem, iniusta nec à ca-
pto, nec ab homine libero petenda es-
se. Æneas Sylvius libr. 3. Cōmenta. de
rebus gestis Alphonsi.

Trimumpara Rex Cocini.

† Petenti vehementerque cōtendē-
ti per literas Zamorimo R. Calcutijs
ut Gammam classis Lusitanæ præfe-
atum in sua ditione versantem, vel
suspenderet, vel ipsum cum suis de-
leret, fortius quām à barbaro expe-
ctari posset, semel iterūque respon-
dit: Se nullis neque promissis, neque
terroribus adduci posse, tantum ut in
se facinus admittat, nūisque naturæ si-
mul ac gentium violet. Si quid ab se
petat, quod saluo officio præstare, id
vero se libenter ipsis causa (erat e-
nim eius stipendiarius) vel cum dam-
no facturū. I. P. Maffæus. Hist. Ind. l. 2.

*De philosophia; vsu &
vtilitate.**Thales.*

Facillimum esse dicebat philoso-
pho ditari: idque tali facto proba-
uit. Omnem oleam aequaliter flore-
re coepisset, in agro Milesio coēmit.
Animaduerterat enim præscientia
quadam, olearum vberatatem fore.
Hoc pacto os obturauit iis, qui iacta-

bant, in philosophis paupertatem non esse virtutis, sed necessitatis. Cic.li.1.
de Diuinat.

Bion.

Cum male audiuisset, quod adolescentem quandam mollem in disciplinam non recepisset: Tenellus, ait, caseus non attrahitur hamo. Significans, pueros delicatulos ad philosophiam studia nequaquam esse idoneos. Laer.li.4.c.7.

Idem.

Dicere solitus est, Quemadmodum proci Penelopes, quoniam cum Penelope commisceri non potuerunt, cum illius ancillis rem habuerunt: ita qui philosophiam assequi non possunt, in aliis friuolis disciplinis semet exercent. Ibid.

Idem.

Rhodi cum Athenienses darent operam rhetoricas, ipse philosophiam docebat. Ob id reprehensus, ita respondit; Triticum aduenxi, & hordeum vendo. Sentiens, absurdum esse ab ipso requiri deteriora, cum ait, iisset meliora. Nam philosophia, veluti triticum, cibus est hominum: hordeum, equorum: simul innuens solum philosophum loqui, rhetores hinnire potius. Ibid.

Pythagoras.

Dicebat, vitam humanam esse similē panegyti, hoc est, solenni hominum conuentui, ad quem alij conueniunt certaturi, alij negotiaturi, non nulli spectatores modō futuri. Ac etiā quidem omnes esse sollicitos, solum spectatorem tranquillum frui celebritate. hunc spectatorem ait, esse philosophum, qui non ob aliud in hoc mundi theatro prodisset, qui autem naturas rerum, ac mores hominum contemplaretur. Laer.libro 8. cap.1.

Diogenes.

Negabat illos debiles ac mancos appellādos qui surdi essent, aut cæci, sed qui peram non haberent. Lusit autem affinitate vocum, nam

ασάρπος Græcis dicitur mancus, ac mutulus: ἀτόπος, qui pera caret. Innuēs opinor, hominē ad omnem vitam functionem inutilem esse, qui experit philosophiæ. Pera enim Cynicorum penus erat. Ibid.

Idem.

Suprà de Discendi cupiditate.

Idem.

Suprà de Animī bonis ac cultu.

Idem.

Dicenti cuidam, quem ad sapientiam studium hortabatur, Non sum doneus philosophiæ. Quis igitur viuis, inquit, si tibi nulla recte viuenda cura est? Non enim in hoc viuit homo, ut viuat tantum, sed ut discat recte viuere. Natura dat viuere, philosophia dat recte viuere. Natura dignit ad virtutem dociles, doctos negligit. Laer.

Idem.

Suprà de Exilio fortiter ferendo.

Idem.

Percontanti, quid luci caperet philosophia: Ut nihil, inquit, aliud certe hoc, quod ad omnem fortunam paratus sum. Laer.li.6.

Idem.

Aliquando vocatus ad cœnam, negavit se venturum. Roganti causam Quoniam, inquit, hieri mibi non sufficiat gratia. Vulgus hominum postulat sibi veluti pro magno beneficio gratias agi, si quem admiserint ad conuidium. At Diogenes, licet patet existimat sibi deberi gratiam, quod non grauaretur interesse conuiio, quia nusquam iret a symbolis, sed laetus philosophiam sermonibus pasceret conuiuatores & conuiuarum animos, quam illi corpus cepulis. Laer.li.6.

Idem.

Suprà de Doctrina & eroditione, quæ ut semper incolumis est, &c.

Idem.

Interrogatus à quopiam, cuius es, respödit, κοσμου λίτης, id est ciuius mundi. Significans, philosophum, ubi cunque

inque locorum agat, in sua patria
iure. Laer. 1.6.

Idem.

Dixisse fertur, quod fortunæ op-
poneret animi fiduciâ, legi naturam,
fectibus rationem, eò quod his tri-
paratur ac seruatur hominū trâ-
illitas. Aduersus fortunæ procel-
stuetur sapientem animus impa-
dus, naturam pro lege sequitur, cui
repugnet lex, contemnit eam, por-
copiditatum tumultus ratione
impescit. Ibid.

Idem.

Cum Plato laudaret quēdam hoc
omine, quod erga omnes esset hu-
manissimus: Quid, inquit Diogenes,
i tribuendum est, qui tot annos in
philosophia versatus, nullum ha-
bitus affect dolore? Sentiens, proprium
philosophi munus esse, mederi vitis
ominum, id autem fieri non pos-
sunt, nisi metu ac dolore: metu pro-
i dolore præsentis ignominia. I-
dem.

Idem.

Inuitatus ut ad Alexandrum veni-
t, recusavit. at Perdiccæ præfato
initanti necem, ni veniret: Nil, in-
vit, magni feceris, siquidem & can-
iatris & phalangium idem possunt.
antharis pusillum est insectum, nō
ssimile scarabeo, sed præsentaneū
ibens venenum: phalangium, ara-
ti genus & nocentissimum. Nec du-
tauit vicissim initati Perdiccæ, se
liciter viatorum, si sine illo viue-
t. Indicans, infelices esse, qui cum
erdicca viuerent. Ibid.

Idem.

In dolio habitans, accessit eum A-
xander rex, & hunc in modum ait:
dsum. ô Diogenes, tibi subiecturus,
uandoquidem video te multis egé-
m egi Diogēnes: Vter nostrū plu-
bus egēt? ego, qui ultra peram &
ullum nil desidero: an tu, qui non
intensus patris regno, tot pericu-
lum temet obiicis, vt latius impe-
s, adeò vt vix totus orbis tuæ cu-

peditati videatur satis futurus? Ibi-
dem.

Zeno Citties.

Cum consulisset oraculum, quó-
nam pacto vitam optimè instituere
posse respondisse fertur: Si concol-
lor fieret mortuis. Ille igitur sentiens
se ad veterum incitari lectionem, a-
nimum ad philosophiæ studium ad-
iecit. Laer. lib. 7. c. 1.

Idem.

Ascendens in theatrum, citthara ca-
nente Amœbo, versus ad discipulos,
dixit: Eamus ut pernoscamus quam
vozem, quémque concentum edant
intestina, nerui, lingua, & ossa, qui-
bus adest ratio, numerus & ordo. Si
in rebus inanimis tantum valent illa,
quanta plus valebunt, si in oīni ho-
minis vita seruantur? Idem libro 9.
cap 5.

Idem.

Negotiator purpuram vehēs, nau-
fragium fecit iuxta Pireum, atque
hac occasione sese contulit ad phi-
losophiam. Itaque solitus est di-
ere, Tum bene nauigauit, quum naufra-
gium feci. Alij narrant, eum cum A-
thenis esset, audissérque merces pē-
riisse naufragio, dixisse: Bene facis
fortuna, quæ me ad philosophiam
(alij ad pallium) appellas. Laert. li. 7.
cap. 1.

Anonymus.

Adolescens quidam, qui apud Ze-
nonem philosophiæ operam dede-
rat, domum reuersus, cum à patre iu-
beretur specimen suæ eruditiois e-
dere, ait: Ostendam paulò post quid
incrementi fecerim. Verum cùm ni-
hi diceret, pater iracūdus existimās
impedium periisse, cœpit loris ver-
berare filium. Eam parentis severitatem
quum æquo animo tulisset, ac
rursus et flagitanti patri, vt profectus
documentum daret. Hoc, ait, ex phi-
losophia didici, vt possim iram & ver-
bera patris æquo animo perpeti, cùm
secus faciant alij. Eras. 1.8. apoph. ex
Ælian. 1.9. Var. hist.

Crates.

Rogatus, quid illi è philosophie studio accessisset emolumenti? respondit,

θέμοι τις χοίνιξ, γὰ τὸ μηδὲν οὐ μέλειν:
Id est,

Chænix lupini, & absque cura vivere.

Sentiens, se minimo contentum, ob libertatem suauiter viuere. Laert.lib.6.cap.5.

Idem.

Rogatus, qui ad esset philosophandum? Donec, inquit, exercituum duces qui sunt, videbuntur esse agafones. Sentiens, opinor, ibi maximè opus esse philosophia, vbi qui populo præsunt, stolidi sunt & indocti & homines, quibus imperant, habent pro astinis. Ibid.

Idem.

Dicebat philosopho nulla re opus esse. Eoque pecuniam depositum apud trapezitam hac conditione, ut si liberi essent idiotæ, traderet eam illis: sin philosophi, nummos distribueret in plebem, quod indocti opus esset pecunia philosopho, nec opus, nec utilis. Ibid.

Aristippus.

Rogatus, quid different docti ab indocti? Quod, inquit, equi domiti ab indomitis. Quemadmodum equus indomitus ad omnem vim inclemmodus est ob inscitiam ac ferociam: ita qui rapitur affectibus quos sola domat philosophia, ad omnem vitam consuetudinem inutilis. Laert.lib.2. cap.8.

Idem.

Rogatus, quid frater cepisset ex philosophia studio? Quod cum qui bus:bet, inquit, liberè loqui possim. Nec enim metuebat potentes, nec fastidiebat humiles. Quoniam animum habebat spe pariter ac mentem liberum nemini seruiebat, neque cuiquam assentabatur. Ibid.

Idem.

Iussus est aliquando è sua philoso-

phia non nihil dicere, cùmque detestantem vrgeret Dionysius: Ridiculum, inquit, siquidem me ut de philosophia loquar, rogas, & quando oporteat loqui ipse me doces. Sensit hoc ipsum esse philosophi, scire quādo loquendum sit, quando tacendum at qui petit ut audiat aliquid ex philosophia. declarat se philosophiam à philosopho velle discere. rursus cogit ad loquendum, is videtur ipse philosopho doctior, ut quod melius nrit loquendi tempus, quam philosophus ipse. Ibid.

Idem.

Aristippus percontanti Dionysio quid eximium haberent philosophi præ ceteris hominibus? Ut, inquit, etiam si omnes leges aboleantur, tam æqualiter vivi simus. Vulgo legum præscriptis arcetur peccando: Philosophus rationem habet prælegibus, non ideo quod rectum est faciens, quia lex iussit: nec à sceler temperans, quia lex vetuit: sed qui mouit illud per se rectum esse, ho per se turpe. Ibid.

Idem.

Percontanti Dionysio quid fieret, philosophi divitum limina tererent non contrà: Quoniam, inquit, philosophi norunt quibus egeant, illi ne sciunt. Philosophi sciunt absque pecunia vivi non posse: itaque perut a eis qui quod opus est dare possunt. Quod si diuites æquè intelligenter legere sapientia, multè magis tere rēt philosophorum limina. Misericordia enim est egestas animi quam corporis: atque hoc miserius egeni sunt diuites, quod non intelligant, quam preciosa, quamque necessaria re carent. Ibid.

Idem.

Petit talerum à Dionysio, quum que rex redarguendi natus occasio nem, diceret, Nonne tu prædicabis philosophum non egredies? Da, inquit & posteā de hoc disputabimus. Cùm accepisset pecuniam: Annon, inquit

Et dixi, philosophum non egere? non egit, qui quum opus est, habet unde accipiat. Ibid.

Idem.

Quidā multa debacchatus in philosophos, etiā hoc adiecit, quod conciceret illos semper obsidere fores uitiiū. cui Aristippus: Et medici, inuit, agrotantium domos frequen-
t, nemo tamen agrotus esse inalt, quām medicus. Scitēr ororsū contiuum. Philosophi prædicant felici-
tem quam vni sapienti vindicant:
tamen assidue versantur apud di-
tes, aliquid venantes ab aliis. vnde
illigebat, diuites esse beatiores
ām philosophos. Sed ille inter-
pretus est, philosophos ideò potissi-
um colere diuites, quod ob luxum
delicias cæteris mortalibus & stu-
ores & corruptiores magis egerent
exceptis sapientiæ, philosophus au-
m animorum malè habentium me-
cūs est. Porrò beatius est esse me-
cum, quām agrotum. Laer. libro 2.
p.8.

Idem.

In Asia comprehensus est ab Ar-
pherne satrapa. Id temporis quum
uidam eum interrogaret, num & il-
haberet solitam animi fiduciam:
eptè, inquit, quasi vnquam fuerim
lentiori animo quām nunc, alloquo-
rus Artaphernem. Nimirum hoc
præstabat philosophia, ne quem
omninem metueret, sed cum omni-
s liberè ageret. Ibid.

Idem.

Orator quidam Aristippum reum
fendit in iudicio, vicitque litem. Is-
m velut artem suam præferēs phi-
losophiæ, diceret, Quid ubi profuit
crates, Aristippe ē Hoc, inquit,
ōd oratio quam pro me dixisti, ve-
fit. Defenderat ut virum bonū &
nocentem. Ut autem talis esset, qua-
ab oratore prædicabatur, Socrates
estiterat, à quo philosophiam didi-
. Orator non id efficit ut quis sit
bonus: sed ut talis videatur iudici-

bus, etiam si non sit. Præstantius ig-
rit est quod præstat philosophus,
quām quod orator. Ibid.

Idem.

Cuidam exprobanti, quod in pro-
pria causa oratore conductio fuis-
set vsus: Nil mirum, inquit, & cœnam
apparatus coquim conduceo. Alter
videlicet volebat ob hoc oratorem præ-
stantiorem philosopho, quod eius o-
peram cōduceret, ille retorsit in di-
uersum, innuens, inferiorem esse qui
conducitur: oratoris enim munus in-
ferius est, quām ut philosophia con-
ueniat. Ibid.

Idem.

Eos qui liberalibus imbuti disci-
plinis philosophiam negligerent, di-
cebat esse similes procis Penelopes:
quod hi cum Melanthe & Polydora
ancillis rem habuerint, & omnia po-
tius se habituros sperauerint, quām
dominæ neptias. Sensit, liberales di-
sciplinas esse velut pedissequas phi-
losophiæ moralis, quæ cum primis sic
adhibenda, & cuius gratia reliqua di-
scuntur omnia. Simile quiddam di-
xisse fertur & Aristo de Vlysse, qui
quum descendisset ad inferos, ait ill-
um cum omnibus ferè manibus fuis-
se colloquutum, cùm ipsam reginam
ne videre quidem potuerit. Laer. lib.
2. cap. 8.

Antisthenes.

Suprà, de doctrina & eruditione.

Idem.

Suprà, de Eo quod coniunctus malo-
rum non semper oblit.

Socrates.

Physiognomon Zopyrus, qui se
profitebatur ex habitu corporis & co-
ris lineamentis posse hominis inge-
niū certò deprehendere, inspecto
Socrate pronuntiavit, illum esse ho-
minem bardum ac stupidum, tū mu-
llierosum ac puerorū amoribus im-
purum, vinolentum, & intemperan-
tem. Quum amici vehementer indi-
gnati minarentur homini, Socrates
illos cohibuit, dicens: Nihil, inquit,

mentius est: omnino talis eram futurus, nisi me philosophia gubernatum tradidisset. Eras. i. 3. apoph. ex Cic.; Tusc. quæst.

Plato.

Tum demum bene cum rebus humanis agi dicere solebat, quando vel philosophi regnarent, vel reges philosopharentur. Polybius libro 12. Histot.

Timotheus Bononis F.

Quum floreret omnino rebus se-
cundis, & facilimè vrbes caperet, se
felicem ac beatum esse prædicabat.
Verum cùm in Platonem philoso-
phum fortè incidisset, hominémque
philosophantem dū audiuisset, om-
nia contempnens, in quibus felici-
tatem consistere, vana opinione ductus
petauerat, proclamasle dicitur post
Platonis disputationem: O vitam ve-
rè beatam ac felicem? Audiuisset Pla-
tonem differentem non de divitiis,
non de tristibus, aut nauticis rebus
neque de supplementis, aut quemad-
modum auxilium esset ferendum, nec
de tributo sociorum, siue insulanis,
neque de similibus nugis ac naniis:
sed de illis quæ profitebatur Plato,
quibus veram felicitatem (contem-
ptis omnibus) ascribebat. Aelian. li. 2.
de Var. hist.

Aristoteles.

Percontans, quid lucri cepisset ex
philosophia? Vt ea, inquit, nullo im-
perante faciam, quæ vulgo facit ne
tu legū. Idiotæ à furio abstinet, quia
lex minatur poenam: philosophus ab-
stinet, quia per se surpe est etiam si li-
ceat impunè. Laertius libro quinto,
cap. i.

Ariston.

*Eos qui mathematicis disciplinis
vacarent, neglicta philosophia, simi-
les esse aiebat procis Penelopes: qui
cùm ipsa potiri non possent, ad an-
cillas eius se conuertebant. Plut. l de
virtute morali. Idem dictum est à Bio-
ne & Aristoippo.

Lacones.

Lacedæmonij literas quidem di-
seebant ad usum, cæteras verò disci-
plinas exoticas cœciebant: nec mi-
nus homines harū professores, quæ
ipsoſ libros. Hæc autem erat illorū
eruditio, bene parere magistratibus
patientem esse laborum, & in præli-
aut vincere aut mori. Hoc animo fu-
runt olim & Romanorem quidā, quæ
philosophos Gæcos vrbe pepulere
quod curiosis disciplinis auerteret
iuentutem ad otium & ignauiam
redderentque ad differendum quid
instructos, ad agendā verò reipub-
lunia inutiles. Quid illi dixissent,
sophistarum gryphos, si nominali
& realium frigidissimas argutias au-
dissent? Erasmus ex Plutarcho in La-
con.

Demonax.

Rogatus à sophista quopiam, Quo
viaticum attulisset ad philosophiū
Admodum Cynicè respondit, ὅπχε
id est, testes. Significans, se nudū
accessisse. Eras. 8 apoph.

Idem.

*Indoctos, tanquam pisces capto-
dum trahuntur, silere dicebat. Ant.
& Maxim. ser. de disciplina & phi-
losophia.

Hieron.

*Interrogatus, quid esset à phi-
losophia adiutorius? respondit, libento
& inuictus faciam quæ cæteri legui
metu faciunt. Eod. ser.

Dionysius iunior.

Posteaquam regno fuit expulsi
cuidā dicenti, Quid tibi Plato & phi-
losophia profuerit? Vt tantam, inqui-
fortunæ mutationem facile feran
Neque enim sibi manus admouit
quod alij solent: sed Corinthi ludui
literarium aperuit. Plut.

Demetrius Phal.

Cum exularet, ac Thebis ingle-
rius humiliisque viueret, audissetque
Cratæ philosophum, qui ipsum in-
uiseret, multa placide prudenterque
de moderatè ferendo exilio differen-

Milè sit, inquit, negotiis & occupationibus, per quas haec tenus talērum non licuit cognoscere. Laërt. b. 5. c. 5.

Philippos.

Alexandrum filium hortabatur, et auscultarer Aristotelii, cui traditus erat instituendus, dñeque operam philosophiae: Ne, inquit, m' la committas, quæ me fecisse nunc p̄ceniter. eis p̄spexit egregius princeps, neminem philosophiae expertem regno lōneum esse, nec p̄nduit fateri, & iulta per errorem fecisse perperam, uōd à teneris vnguiculis philosophia p̄ceptis non fuisset imbutus. Nam qui experimentis discunt adiunistrare regnum, licet ingenio fessissimo natūrā sint, tamen & ierò & iugno Reipub. malo tandem evanunt boni reges. At qui philosophiae r̄ceptis p̄muniūs accedit, si ad t̄ mens integrā, vix poterit ab honore deflectere. Plut. in apoph. regum c̄mpera.

Alexander.

Cūm esset Corinthi, adiit Diogenem pro dolio sedentem, cumq̄ eo iulta collocutus est: à quo digressus idignantib̄ amicis, quōd rex illi anicantum habuisset honoris, qui ento principi nec assurgere dignatur: Emō, inquit, ni Alexander essem, Diogenes esse vellem. Adeō de miratus est animum illum liberum, & rebus humanis omnibus superiorem, vt nihil regno similius esse iudaret, p̄cipua regum felicitas est quōd nulli sermonis: sed q̄-icquid volunt, facile efficiunt: tum q̄-od nullius egeant, arqui hoc ipsum homini r̄estat philosophia multò verius, quam regnum monarchis. Quanquā Alexandrum esse Alexander maius iudicāt existimabit q̄-am regem esse. Laërt. I. 6.

Polycletus.

Dicere solebat, eorum opificum esse molestissimum, quibusunque utrum perueniret ad vngues. Plastas

opinor, ac figulos notans. Admodūt autem eas artes exercendas, vnde nō conspurcariet opifex. Tale nimis rū est philosophiae studium. Eras libe. 5. apoph.

Seneca.

† Faceret docet Philosophia non dicere: & hoc exigit, vt ad legem suam quisque vivat, nec ab oratione vita dissentiat: vt ipsa inter se vita vnius sine omnium actionum coloris dissensione sit. Epist. 20.

De philosophis.

Zeno Citrius.

Dicebat, plerosque philosophos in multis ἀστοργαστοῖς, id est, non sapere: sed in fortuitis vulgaribus que rebus esse impeditos, & adiuciebat illud Scaphei, qui cum animaduerteret quandam è discipulis vehementer inflatum, percusso illo dixit: Bonum non est in magno, sed in bono est magnum: ἐν τῷ μεγάλῳ εἶται, καλλίτελον τῷ μέγα. Magnum enim est, quicquid recte sit: et uia statim bonum est, quod magnum. Laërt. I. 7. c. 1.

Aristippus.

Postquam Aristippus magnam pecuniarum vim sibi copatasset, & admiratus Socrates diceret, Vnde tibi multa? Vnde, inquit, tibi tam pauca? Non enim minus admirandum arbitrabatur, quod Socrates tantus philosophus, & qui tantos haberet amicos, pauper esset, quam quod ipsi se diues. Idem.

Idem.

Interrogatus, cur sic ipsum argueret Dionysius? Eandē, inquit, ob causam, ob quam cæteri. Significans philosophi libertatem omnibus esse molestam. Laërt. I. 2. c. 8.

Diogenes.

Cuidam procaciter interroganti, cur quām nūbilis sit, se philosophus

profiteretur? Si philosophum, inquit, simulo, hoc ipsum est philosophari. Subnotans philosophiam rem esse ut quae adeò difficultem, ut cam vel simulare, magna sit philosophiae pars. Quemadmodum multum regis habet, qui scitè regis personam possit gerere. Et qui simulat, imitatur: at imitari philosophos, est philosophari, hoc est, philosophiae studium esse.

Laërt. I. 6.

Idem.

Suprà de Morte contempnenda.

Idem.

Quodam die cùm populus theatrū ingrederetur, ipse aduersus populum nitens ingrediebatur, interrogatus, cur id faceret? Hoc inquit, in omni vita facere studeo. Sétiens, hoc esse philosophari, in omnibus actionibus quam maximè à multitudine dissidente: propterea quod vulgus hominum cupiditatibus agitur, non ratione.

Laërt. I. 6.

Idem.

Percontanti, cur cæceris mendicis benignè largirentur homines, philosophis non item: Quoniam, inquit, sperant citius futurum ut claudi cæcive fiant, quam philosophi. Qui miserentur afflictorum, quales ferè sunt mendici, faciunt hoc contemplatione communis hominum sortis: ita cæco opitulantur, cogitantes, hoc ipsum mihi poterit accidere. de philosopho non item cogitant. Dictum festiuus est, ob abusum verbi sperant, ut philosophus fias sperari potest: cœcitatem aut claudicationem nemo sperat. Laërt.

Idem.

Interrogatus an philosophi placenter vescerentur? Omnibus, inquit, ut cæteri homines. Rursus hic aliud respondit, quam interrogabatur. Quærebatur percontator, an cœniret philosophis frugalitatem profitentibus, vesci placentis, cibis delicatorum? Diogenes εἰρωθώ ita respondit, qua si philosophi non essent homines, &

tamen vescerentur cibis humanis. quidem animalia bruta non vescuntur quibuslibet: bos comedit foenur canis nequaquam, aues amant frodes salicum, equi auenam. Quæda aues pascuntur granis iuniperi, quædam carnivoræ sunt, quædam vescuntur piscibus. Huc allusit Diogenes Ib dem.

Demonax.

A quodam interrogatus, cuiusna secta philosophus esset? Quis, inquit, tibi dixit me philosophum esse? sic ridens abiuit. Sed cùm iterum regaretur, cur risisset? respondit: C non riderem, cùm tu me ex bar philosophum esse iudicas, ipse autem barbam non habes? Erasm. libro apopha.

Herodes.

+ Quærebatur ex homine, qui gel habitumque Philosophi præ se ferbat, quisnam esset? Is indignabundus Philosophum esse respondit: & addidit, Se mirari, cur quærendum pataset, quid videret. Video, inquit Herodes, barbam & pallium, Philosophum nondū video. A. Gel. I. 9 c

Seneca.

+ Qui ad Philosopherū scholas nit, quotidie secū aliquid boni ferunt, anterior domum redeat, aut fabilior. Redibit autem: Ea enim Philosophie vis est, ut non solum studentes, sed etiam conuersantes iuuet. pist. 108. ad Lucil.

Epicetus.

Eos qui barba & pallio, verbisq magnificis philosophos agebant, cere solebat esse philosophos αἰδούσεις, μάχεται λέγοντες: id est, factus procul, verbis tenus. Gellius libr. I cap. 19.

De physiognomia.

Zeno Cittium.

V Idens adolescentem: Animis vestigia, inquit, satiis explorata

su

int mihi. Notans hominis lasciuia. Græco autem plusculū est gratiæ: non enim non tantum animum significat, sed animi etiam concitatio-

s Laërt.1.7.c.1.

Diogenes.

Interrogatus de quodam adolescē-
qualis videretur? Arcadem esse re-
ondit. Siue significans, illum esse
spido ingenio: siue, vi eruditī qui-
m malunt, mollem & pathicum,
sod Arcades feruntur glandibus vi-
tare, teste epigrammate,

πολλὴν ἀγδία βαθυφύτης αἴ-
σπει ταῦτα.

Glans autem apud Latinos inter-
um obsecnam habet significatio-
nem. Eras. Rot. 1.8. apoph.

Socrates.

Suprà de Philosophiæ usu & utilit.
Stratonicus.

Stratonicus musicus cùm esset Pel-
, & in pureum descendisset, roga-
tum esset aqua potabilis? cùm di-
sset qui aquam hauriebant, Nos
am bibimus: Non est igitur, in-
uit, potabilis, quòd illos videret pal-
los, luridósque. Nam id interpreta-
tur malæ valetudinis argumentū,
iam ex aqua contraxerant. Athe-
eus.

Cleanthes.

Hominis mores ex cōspéctu de-
chendi posse dicebat. Verūm cùm
philosophum (qui hoc audierant)
perent, hominem cīnēdum, sed
ultis laboribus ab ineunte ætate
excitatum adducunt, vt artis suæ
scimen ederet. Cleanthes igitur,
in hominis faciem, item manus cal-
cas, & sole adustas vidisset, & ali-
andiu siluissest, iussit hominem ab-
foras. Ille cùm discederet, sternu-
mento concussus est. Quo audito,
cleanthes ait, Satis naturam homi-
nis intelligo, mollis est. Non enim fa-
cē sternuntur, qui sub dō laborant.
Laërt.1.7.c.2.

Anonymous.

Chalcidensis quidam, qui cū Oro-

bazo descenderat, Syllæ vulcum sa-
pius contemplatus, & ingenium mo-
rūmque corporis inspiciens: Neces-
se est, ait, hunc si eri magnum virum,
minörque quod omnium adhuc pri-
mus non sit. Plut.

De pictura & picto- ribus.

Diogenes.

Onspiciens duos centauros pu-
gnātes in tabula pessimē pīctos:
Vter, inquit, horum deterior est? No-
tans pīctoris imperitiam: quasi du-
bitaret uter esset deterius pīctus. v-
sus est autem voce ambigua. nam
χεῖρων & peior dicitur & in pugna in-
ferior. Laertius libro sexto. Brus. li. 5.
cap 23.

Anonymous.

Quidam conspecta tabula, quæ pi-
cturam habebat quomodo Lacedæ-
monij trucidarentur ab Atheniensi-
bus, dixit, Fortes Athenienses. Id La-
con audiens, subiecit: In tabula. Si-
gnificans, ridiculum esse de pictura
gloriari, quòd ea non minus mentiri
soleat, quam poētæ. Plutarch, in La-
con.

Apollo.

Videns tabulam à Protogene pi-
ctam quam Demetrius in bello se-
uarat deprecatibus Rhodiis, aliquā-
diu præ stupore tacitus eam est con-
templatus, tandem in hanc vocem e-
rupit: Ingens labor ac mirandum o-
pus: defunt tamen Gratiae, quæ hoc
aliisque eiusdem auferant, atque in
cælo reponant, eam tabulam Pro-
genes nondum absoluera. Erasm. 1.6.
apoph.

Idem.

Tempestatis vi Alexandriam dela-
tus, quidam eius æmuli subornā-
runt planum, hoc est lcurrā regiū,
qui eum vocaret ad coenam. Is non
suspiciens dolum, venit. At quum rex

qui illi erat infensus, indignaretur. & ostensis vocatoribus iuberet indicari a quo vocatus esset: Apelles arrepto carbone extincto foculo, imaginem delineavit in pariete; ut rex protinus ex inchoato opere agnosceret planum suum. Eadem opera & artis sua & ciuitatis sua specimē dedit. Sit, hoc si libet, apophthegma mutum. Bruson.lib.5.c.25. ex Plinio & Luciano.

Idem.

Alexandrum Fūminiferum pinxit adeo exp̄lē, ut diceretur duorum Alexandrorum, alterum Philippi nullis viribus vincibilem, alterum Apellis nullo artificio imitabilem. Brus. ex Plut.

Idem.

Suprà de ignoscentia,

Anonymus.

Pictor quidam interrogatus, quem habuisse artis magistrum? digito populum ostendit. Sentiens, se ad multitudinis iudicium pingere: & obseruantē, quid quisq; probaret aut improbare, artem fusile consequutum. Idem ab Apelle factitatum legimus, qui post tabulam latitans, subauseculabat spectatorum censuras. Eras. l.8. apoph.

Parrhasius.

† Certauit in Samo, inciditque in aduersarium peritiorem in arte pingendi, a quo & superatus est. Argumentum erat Ajax cum Ulyssē pro Achilis armis dimicans. Victor itaq; euidam sui commiseranti, vrbane dixit: se quidē parui pendere victoriā: cōdolere autem filio Telamonis, qui in eadem re, bis iam aduersario fuisse inferior. Alian. l.9.c.11.

Zeuxis.

Certamen artis exercuit cum Parrhasio. Quum enim Zeuxis tam scitè effinxisset vuas, vt in scenam aues aduolarent, Parrhasius detulit linteum pictū, ita veritate representata vt Zeuxis alitū iudicio tumens, flagigaret, tandem remoto linteō ostendit

picturam. Mox intelle&to errore, Vcisti, inquit, Parrhasi: Nam ego auffelli: tu attificem. Bruson.lib.5.c.23. ex Plinio.

Idem.

Postea pinxit puerum vuas ferentem, ad quas quām aues aduolasset processit iratus operi: Vuas, inquit melius pinxi quām puerum. Nam hoc consummassem, aues puerum tñ mere debuerant. Ingenuitatis exercitum. At aues viderunt in puerō nolum esse motum: itaque aut mortuum, aut dormientem arbitra sunt. Plin.

Idem.

Agatharcho se laudante quod nimalia facilē celeriterque pingens, damnans celeritatem: Ego verò, iquit, diu. Plin.

Protegenes & Apelles.

Protegenes Rhodi viuebat. Apelles videndi eius gratia profectus est: continuoque petit officina in qua tabulam magnæ amplitudinis in machina aptatam picture, a cula quædam custodiebat. Ea Progenem negauit se esse domi, rogauit à quo quæsitus diceret reufo? Ab hoc, inquit, Apelles: arrepi que peniculo, lineam ex colore certum summae tenuitatis, per tabula Reuerso Protageni quæ gesta era manus indicauit. Ac lineam ille contemplatus, continuo dixit: Profectus Apelles Rhodum venit: nec enim alium cadit tam absolutum op. Mox induxit alio colore lineam subtiliorem: anusque mandauit, si rediret hospes, diceret ostensum hic est quem queris. Reuersus Apelles, & Vinci erubescens, tertio colore lineas secuit, nullum relinquens amplius subtilitati locum. Protagenes victum se confessus, in portu deuolat, hospitem querit, domumque ducit victus victorem. Ex immo vestigio artifex agnoscit artistam. Plut.

Du

Demetrius.

Quum Rhodum ob sideret , & in
urbio cepisset tabulam quandam,
otogenis clarissimi pictoris opus,
quo pinxerat falysum,id est Bac-
chum,Rhodiis per caduceatores ob-
rancibus ut tabulæ parceret , re-
ndit : Se citius patris imagines
in eam piaturaon aboliturum.
ntum honoris habuit atti rex.
itar.in Demetrio.

Nicostratus pictor.

Ipsi aliquando Helenam à Zeu-
e pictam cum admiratione con-
planci , dicebat aliquis, cur adeò
ficiunt in ea pictura admirare-
? At ille : Non inquit, id me roga-
si meos haberet oculos. Aelian.li.
var.hist.14 cap. 47.

Lafus.

uprà de liberè d. &is & loquendi
iducia.

Anonymus.

Romæ in foro pendebat tabula
edam, habens imaginem pastoris
uli cum pedo , de hac Teutonum
tor rogatus, quanti eam aestima-
? satis Germanicè respondit , se
le sibi donò dāri talem viuum ac
vum. Barbarus non agnouit artifi-
cio, tantùm spectabat formam. At-
que natura deformia sunt , plus
bent & artis & voluptatis in ta-
ba. Eras. lib. 8.apoph.

Neocles.

trato destinatityrannorum com-
ni odio abolere tabulam insignis
ificij , quæ Aristratum in curru
torem habebat : Neocles supplex
iercessit , vt opus incolume serua-
rur,dicens,cum tyrannis, non cum
tannorum imaginibus belligeran-
de esse Eras.lib.6.apoph.

*De pigritia,ignauia, at-
que delidia.**Themistocles.*

Igritiam hominis viui sepultu-
ram vocauit , qui cùm expletis

centum & septem annis se mori vi-
deret, dixisse fertur, se plurimum do-
lere, quòd de vita tunc egredetur,
quando sapere cœpisset. Plut.

Democritus.

* Perpetuam cūstationem actiones
omnes imperfectas reddere dicebat.
Stob. serm.de assiduitate.

Eusebius philosophus.

* Ignauia, inquit, corpus tabefas-
cit , animam socordia. Exercitatio
verò ad speciem Deo simillimam,
ipsam euehit.. Stob. serm.de Otio.

Anaxarchus.

* Dicebat, si quis alterum audiret
imprecantem sibi manus & pedes i-
nutilles, iratum illi proculdubio fore:
diuites autem cùm re ipsa manus
suas pedésque faciant inutilles , inter-
rim ob hoc ipsum se beatos existi-
mare.eod.serm:

Seneca.

* Luxurioso frugalitas pœna est;
pigro supplicij loco labor est:delica-
tus miseretur industrij, desidioso,
studere torqueri est. Epist. 71.

Vide apoph.de Assiduitate, diligen-
tia, labore & otio.

*De podagra.**Anaxarchus.*

Dicebat, si quis alterum audiret
imprecantem sibi manus & pe-
de inutilles , iratum illi proculdubio
fore. Diuites autem, cùm re ipsa ma-
nus suas pedésque faciant inutilles,
interim ob hoc ipsum se beatos exis-
timari. Notavit autem vix pruden-
tissimus eos qui ex otio variisque
delitiis podagram sibi ipsiis parant.
Stob.scr.28. de Otio.

Publius Cretus.

Cum esset orta iocosa quæstio,
quodnam esset molestum otium , &
alius alius opinaretur , respondit,
podagra.Otium vt rem suauissimam
expetunt omnes , sed otium poda-
grici cum summo cruciatu coniun-

Etum est. Pontanus. Erasmus libro 6 Plato libro secundo de legibus.

Plato.

† Nullum supplicium, ait, lege f
etum, ad malum tendit. Sed duorum
alterum ferè semper solet efficer.
Nam aut certè minus prauus, qui p
nas dedit, fieri solet. Idem libr. 9.
legibus.

Solon.

Percontatus, Quid magis ad n
pub. salutem prodesset? respondit
boni premiis inuitantur, mali aut
poenis coercentur. Cicero ad Brutum, & Stob. ser. 41.

Idem.

Interrogatus, quānam rationē n
luna in vrbe scelus perpetraretur?
xit: Si tam indignarentur illi, quū
non est facta iniuria, quām quā
facta est. Sensit autem vir pruden
simus, tum demum saluam esse re
publicam, cum qui boni viri su
malos poenis coercent, ne insontes
ficiant contumelia. Stob. ser. 41.

Antisthenes.

Suprà de Honore virtutis præ
Pythagoras.

Ciuitatem optimam esse dixit,
postquam malos poenis coercent
viuos tantum bonos admittit.
Stob. serm. 41.

Theophrastus.

Sciicitatus quidnam vitam hu
nam conseruare? Respondit: Be
centia, honor & poena. Stob. 41.

Lycurgus.

Dicere solitus est, duabus pot
num rebus cōtineri Rempublica
Præmio scilicet & poena. Quod d
eām demum rempublicam sal
esse putauit, in qua boni præmii
uitantur, flagitosi vero poenis
ciuntur. Cicero in epist. ad Brut
& Eras. li. i. apoph.

Lysander.

Rogatus, quam rempublicam
ximè probaret? Eam, inquit, in
fortibus viris ac malis congrua
duntur. Quo dicto ostendere vo
eam rempublicam probandam
in

De poena malis infligēda.

Socrates.

Ciuitates optimè gubernari dice
bat, cūm iniusti dant poenas.

in

qua boni præmiis ornantur, mali tem pœnis damnantur. Plutarch. Lacon.

Ageſipolis Cleombroſi F.

Quum quispiam ei dixisset ipsum m æqualibus obſidem fuisse, filios rō, eorūmq. vxores minimè : Mcō, inquit, decet enim nos nostra cœta nostrasque pœnas ferre. Brund. li. 5. cap. 12. ex Plut.

Anonymus.

Chius quidam ira contra seruum census : Non, inquit, in pistrinum o te detrudam, sed Olympiam du-n. Recte autem ille p̄: abat, mul-durius esse supplicium, si Olympię conspectu à radiis solaribus coque-ur, quam si in molam ad molen-m dederetur. Ælianuſ libr. 14. de ar histor.

M. Cato.

Dicebat, se omnibus peccantibus oscere, præterquam sibiipſi. Mu-lan dissimilis illi Mevio, cui carpens os, sibi condonabat omnia. Sibi i-oscit, quem non pœnitit admissi: ce pœnas sumit, qui cura pensat, s̄d incogitania commissum est. utar in apoph.

Idem.

requenter dicere solebat, se malo collato beneficio nullam re- tare gratiam, quam pro malefi- c perperato non dare pœnam. Si- ficans, nil esse magis perniciosum, sim si improborum mores pœna in coerceantur. Plutar. in apoph. Eras. l. 5. apoph.

Idem.

olitus est dicere, iniuriam etiam facienti nihil adferat periculi, vni- vis tamen periculosam esse. Quid ad dicere voluit, quam pœnam faci non negligendam esse, ne vnius iniuria multi porrò con- nclus afficiantur ab improbis? ut in Rom. apoph.

Idem.

Præterea dicebat, eos magistratus maleficos pœnis non coercerent,

non tantum non ferendos, sed lapi- dibus obruendos esse, ne ex pœnæ negle-ctu salus reipublicæ labeficeret, Plut. eodem loco.

A'phonſus.

Cum equitem luxuriosum, & bo- norum suorum decoctorem punire veller, quibusdam à rege obnoxè pe- tentibus, ne in corpus lueret debitas quæ ille plurima per luxum libidi- némque contraxerat : respondit, E- quitem hunc neque sui regis gratia, neque patrī commodo, neque pra- pinquorum & amicorum ære alieno suscepto tam grande patrimonium profudisse, sed omnem suam sub- stantiam corpori induluisse. In corpo- re igitur luere æquius esse, vt pœna malefactis ex æquo respondeat. Pa- normit. lib. 1. de rebus ab Alfonso rege gestis.

Manes.

Manes Florentius cum meretrice deprehensus, cum pro more in per- pétuam facti ignominiam (nam in Anglia, qui extra matrimonium mu- lieribus commiscentur, in conspe- ctu populi, retentis tantum fœmo- ralibus, audi ecclesiam circumire cogebantur) exueretur à sacerdo- tibus, fœmoralit tantum concessu, omni parte nudus esse voluit. verū- cùm interrogaretur, an non pude- ret coram virginibus, mulieribus, omniq. populo virilia ostentare? Minimè, inquit, gentium. Nam pu- denda hæc, quæ peccauerunt, ea po- tissimum dare pœnas decet. Æneas Sylvius libr. 1. de dictis & factis Al- phonſi.

Vide ſuprà de Disciplina & Impunitate.

De pœna mitigata.

Alexander.

Q Vum Græci qui apud hostes ſti- pendium faciebant, veniſſent in potestatem Alexandri, Athenien-

Pg ij

ses quidem iussit Alexander in compedibus seruari: quod quum ex publico stipendium haberent, tamen apud hostes meruissent. similiter & Thessalos quod regionem optimam nocti, non eam colerent. Thebanas vero dimisit dicens: His per nos nihil est reliquum, neque ciuitas, neque agri. Ita moderatus est pœnam, ut mortem commeritis non indicaret, nisi vincula: & culpam eorum qui necessitatem excusare poterant, in se transtulit. P. ut. in apoph.

Sylla.

Miles in bello sociali quum Albinum virum prætorium fustibus mactassent, Sylla tam atrox facinus impunitum reliquit, dicens, se illis post hac præprioribus vtrum in præliis, dum peccatum, fortiter gerendo rem, studebunt pensare. Plut. in Sylla.

M.Cato.

Cato ipso die comitiorum quendam e sponsoribus damnauit, ac pecuniam illi traditam in alium transtulit. At populus admiratus Catonis iustitiam damnato pœnam remisit, dicens satis dedisse pœnarum, quod à Catone damnatus esset. Erasin. Rot. lib. 5. apoph.

Fronto.

Suprà de Indulgentia & impunitate.

Huc refer apoph. de Clementia,
Humanitate, Indulgentia,
Venia, &c.

*De pœnitentia.**Pausanias.*

Vm in conviuio quodam Simonidem philosophum orasset, vt aliquid ex sapientiae arcanis in medium adferret: Simonides dixisse fertur, Memento te hominem esse. Sed Pausanias in summa cum felicitate constitutus, non magnopere philosophi dictum curavit. Cum vero po-

stea in Chalceæco cum fame luteretur, iamque mortem omnium ferrimam ob oculos videret, magna voce exclamasse fertur: ô Cœ! spes, magnum quiddam in sermone tuo inerat. ego vero inani persuane sum adductus, ut eum nullius menti putarem. Älianuſ libro 9. Var. hist.

Iſaëus sophista.

Iſaëus sophista cùm primos priuilegia suæ annos in omnibus voluntibus contriuisset, vir factus in illius vitam instituit. Cùm igitur secum amico deambulasset, qui emosam ostenderet puellam, interrogassé: que vtrum formosa videre respondit Iſaëus: Nihil hic iudicandoquidem desij laborare a culis, Philostratus in sophist.

Theodosiuſ imp.

Dicere solebat, Nihil esse rati si quis homo cùm sit, è vita exceptum. Vnius autem Dei esse, eum quem mortuus sit, per pœnitentiam ad vitam reuocare. Nicephorus hist. libro 14. cap. 3. Ecclesiasticaistor.

*De poesi.**Gorgiae.*

Dicebat, tragœdiam esse decet in nem, qua qui alterum deceperit iustior esset eo qui non decepisti & qui deceptus es et, sapientior eo qui non esset deceptus. Fallit in tragœdia tractans argumenta cœta, sed adeò seire, ut vera credatur. Iustior autem ille videtur, qui fando prodest: & sapientior est, qui fictas fabulas discit quid sit utrumquid sit honestum. Plutarch. de poetis audiendis.

Plato.

+ Frustra Poeticas fores contem sui pulsare dicebat. In Phædo, & Seneca de tranquill. an. cap. 1.

Lacones.

Nec comœdias nec tragœdias poëtum audiebant, ut poëtæ in quibus tria omnes leges, siupra, incestum, ulteria, iniurias, farta, cæteraque gitia exprimantur. Nec placuit his orūdam excusatio, qui fabulas ad luceatē finge, non ad finem veri, sunt: cùm hæc voluptas imbellum animos eorrumpat. Hanc ob-sam Archilocum poëtām cùm ve-set Lacedæmonem, ea hora expununt: quòd intellexerant ab illo scri-m. satius esse abiicere arma, quæ ri. Plut. in Lacon.

Anonymous.

Lacedæmonius quidam percon-ti, quid ipsi videretur Tyrtæus ita? Bonus, inquit, ad depravados enum animos. Quemadmodum to iudicabat Homeri poësim in-emesse reipub. qualem instituere ebat: ita Lacedæmonij non reci-piant poëtas, qui blanda scriberet ius quæm salubria. Plut. in Lacon.

Cleomenes.

Suprà de Lectionis delectu.

Demonax.

Admeto poëtæ insulso, iactanti-gramma monostichon, quod tene-nento mandasset suæ addendum uæ (carmen erat, torpushumitegitiur, Admetus ad a-volauit.)

Lespondit, adeò sibi placere car-vit magno emptū cuperet, si iam ic esse ascriptum. Teste optans mortem, qui vita erat indignus. s. lib. 8. apoph.

Pausanias Cleombroci F.

Interrogatus, cur Tyrtæum poëtæ Spartæ ciuem fecisset? Ne quis, uit, externus dux nobis fuisse vi-letur. Poëtæ enim apud Lacedæ-nios in nullo planè erant prelio, ob lasciuiam ex vrbe eiecerunt. it. in Lacon.

Philoxenus.

Hienysium sua carmina recitan-ti quum alij per assentationem lau-

darent, exclamauit: Abducite me in latumias. Subindicans hoc esse tole-rabilius, quæm audire laudaréque tam mala poëmata. Nam antea rex offensus, miscrat illum in lapidici-nas. Erasm. lib. 6. apoph.

Sylla.

Quum ipsi libellum malus poëta de populo subiecisset: quòd in eum epigramma fecisset, tantummodo versibus alternis longiusculis, statim ex his rebus quas tum vendebat, ius-sit ei præmium tribui, sub hac condi-tione, ne quid postea scriberet. Exi-stimabat ille etiam mali poëtæ ope-ram aliquo dignam præmio. Simul autem & silētum redemit ab eo qui scribere nesciret: quemadmodum facetus quidam apud nos, si quando incidisset in malum tonsorem, da-bat duplum pretium, hac lege, ne rediret. Erasmus libro 6. apoph.

*De poetica fictione.**Aetius poeta.*

Interrogatus cur non ageret cau-sas, quum in tragœdiis optimè tra-garet argumenta? Quoniam, inquit, in tragœdiis ea dicuntur, quæ ipse vo-lo: in foro aduersarij dicerent, quæ minimè vellem: Idem fit in dialogis, vbi qui scribit opus, vnicuiq. tribuit orationem, qualem putat esse com-modam: in iudiciis secus fit. Erasm. li. 6. apoph.

Euripides.

Cuidam disenti, Carmen condi-disti ex modis ad tripodium accor-modis: alio dictum hoc ridente, Ni stupidus esset, inquit, non risisset, gr-res serias Lydiis modis temperarim: Lydijs modi lasciuiores sunt. Porrò quæ per se tristia sunt, ea decet arte exhilarare. Refert hoc Plutarchus in libello ὁδὸν τὴν ἀκαδημίαν. Quum Euripides choream agentibus succinuisse, can-tionem quandam modulatam vnuus illorum risit. Cui Poëta: Nisi stupidus essem, & expers aff. & tuus, haud qua-

quam risisses me canente mixolydiū.
Eras. 6. apoph.

Pinarius.

Montanus Atilij Butæ carmen recitabat. Quumque quidam indignaretur, quod toto die recitasset, negare tique ad illius recitationem accedendum, Maecæ Pinarius ait: Nunquid possim liberalius agere? paratus sum illum audire ab exortu solis usque ad occasum. Gaudebat enim is poeta, subinde repetere ortus & occasus descriptionem. Nostat autem & Horatius eos, qui ornatus grata vel immodicè, vel non suo loco affectant tales descriptiones.

Aut statim Rheni, plurimus describatur arcus.

Eras. R. p. lib. 8. apoph. ex Seneca.

Varus.

Quum à Montano recitarentur verius, quib. exortus solis describatur, Varus eques Romanus dixit: Incipit Buta dormire. Rursus quum succederet descriptio occasus: Qui dicit, inquit, iam nox est? Ibo, & Butam salutabo, eodem scommate tangas & affectatum carminis decus, & Butæ præpostaram vitam. Erasm. ex Seneca.

Iobolenus.

Passienus Paulus eques Romanus, sed dubia sanitatis, quum recitans elegias suas, sic auspicaretur, Priscus iubet: Priscus Iobolenus qui tum adebat, Egoverò (inquit) non iubeo. Protinus ingens omnium risus exortus est. Fingunt enim poëta suo arbitrio quicquid liber. At priscus non tulit poetamicam fictionem. Erasmus libr. 8. apoph.

De populo.

Epicurus.

Dicebat se nunquam voluisse placere populo. Nam quæ ego scio, inquit, non probat populus: quæ probat populus, ego nescio. Seneca epist. 21. ad Lucill.

Seneca.

† Quid illa laudata, & omnibus preterea artib' rebūsq. Philosphia prestatib' scilicet, vt malis tibi placere quam populo: vt ast mes iudicia, non numeres: vt sine meo Deorum homi numquid viuas (quia sapiens rationis lege, non metu ducitur:) vt aut vincas mala, aut finias. Ceterum si te video celebrem secundis vocibus vulgi, si te intrante clamor, plausus & pantomimica ornamēta obstrepuerint: si tota ciuitate, refomerint puerique laudauerint, quidnī ego tui miserear, cum sciam quæ via ad istū fauore ferat? Epist. 19.

Idem.

† Nec inuideamus altius stantibus: Quæ excelsa videntur, prærupta sunt. de Tranquill. an. ca. 10.

De potestate & potentia.

Diogenes.

Interrogatus, quomodo quis vivere debat sub potestate: Perinde atque ignorandum esse dicebat: neque nimis propè accedendum, ne exuraris, neq. nimiū procul, ne rigeas. Antonius in Melissa par. 2. serm. 1. Stob. serm 43: idem apoph. tribuitur Antisthenes.

Chrysippus.

Rogatus, cur potestatem omnem in Repub. adest fügeret? respondit: Quia si quis male rexerit, diis pœnas dabit: si bene, odio à ciuibus habetur. Stob. ser. 43.

Demosthenes.

Audiens quosdam in Repub. euehi cuperet: Omnia difficultimum esse dixit, vt hi qui potestatem habent in multis, multis placeant. Stob.

Idem.

Dicere solebat, duabus viis propositis, quarum altera ad pulpitum oratorium, altera ad inferos duceret: prudentem virum præoptaturum esse eam quæ ad inferos ducit, potius quam quæ potestate hominem sublevare

Ieuaret Stob.

Eumenes.

Fratribus suis crebrò dicere solebat: Si me ut rege vti fueritis, vobis tanquā fratribus gratificabor: sin autem tanquā fratre, ego vobis vt rex, Antonius in Melissa par. 2. sermone 1.

M. Cato.

* Dicebat potentes parcè vti pote state debere, vt semper vti possint. Stob. sermone de magistratu.

Lucin. Varus.

Cum Africano illi maiori corona sepius in conuiuio imposita rumperetur, Licinius Varus accōmodāti dixit, Noli mirari si nō cōuenit, caput enim magnū est. Sētiens, hominē esse præpotentem, cui nō quæuis corona congrueret. Eras. libr. 6. apoph.

L. Crassus.

Lucius Philippus consul L. Crasso, summæ dignitatis & eloquētiae viro, manum inicii iussusat, eo quod vocē illius indignè ferret, qua dixerat, si bi alio senatu opus esse. At Crassus reiecto lictore: Nō es, inquit, mihi tu Philippe consul, quando ego tibi nō sum senator. Erasm. lib. 6. apoph.

Seneca.

† Vt fulmina paucorum periculo cadunt, omnium metu: sic animaduer siones magnarum potestatum, terrēt latiūs quam nocent, non sine causa. Non enim quantum fecerit, sed quantum facturus sit, cogitatur in eo, qui omnia potest. li. de clem. c. 8.

Idem.

† Innumerabiles sunt qui vrbes, qui populos habuēre in potestate, paucissimi qui se. In prafat. li. 3. Nat. Quæst.

Iamblichus.

† Æquētum est, aīs, furenti dare gladium, ac scelestō potentiam. Stob: serm. 2.

Cn. Lentulus.

Cn. Lentulus Marcellinus consul in concione grauiter questus est de Magni Pōpei immodica potētia. Huius orationem cum populus clara voce acclamans approbasset: Acclamate,

inquit, acclamate, Quirites, dū licet, Iam enim vobis impunē facere non licebit. Significans, illius potentiam breuicē magnitudinis euasurā, vt nullā in re tutū esset villo pacto resistere, si quid illi collubuisse. Eras. lib. 8. apoph. Val. Max. lib. 6. cap. 2.

Anonymus.

Cum Pompeius graui laboraret inuidia dropter immodicam potentiam, & ob vulnus fascia linea tibiam vincam haberet, dixit aliquis: Quid refert vbi gestet diadema, in capite an in cruce? nam candidum amiculū olim erat insigne regum. Erasm. lib. 6. apoph.

C. Cæsar.

Proferentibus in medium, quod Sylla dictaturam deposuisset, Cæsar perpetuam gereret, quod minimum aberat à tyrannide, respondit Iulius Cæsar: Syllam nescisse literas, eoque dictaturam deposuisse. Dictat̄ grammatici discipulis, cum praeant, augrecitant scribenda. huc alludens, dixit illum nescisse literas. Erasmus 4. apoph.

Idem.

† Duas res esse dicebat, quibus & quereretur & cōseruaretur potestas: Milites nimirum, & pecuniam. Dio. lib. 42. 32.

Plutarchus.

* Ne puero gladium, prouerbio dicitur. Ego verō dixerim, inquit: Ne puero diuitias, nec viro doctrinæ experti potentiā, Stob. ser. de magistr.

De potestate breui.

Cotys.

T Hebanis gloriantibus quod Laz̄ ced̄emoniis imperarent. Vidi, inquit, torrentes perennibus fluuiis maiores factos, sed ad breue tempus. Antonius in Melis. par. 2. ser. 2.

Nerua.

Ad quendam ipsum consolari volentem hoc argumento, quod diceret, genesis in Veri non esse recte colle-

Etiam, eoque spem esse illum diu viaturum: Isthuc, inquit, tu facilè dicis, qui patrimonij tui non Reipub. quæris hæredem. Sætiens magni referre, ut bonus princeps quæm diutissimè viuat. Ex Dione Cassio.

Ael. Verus.

Morbo graviatus sæpè dicere solebat, principem sanum mori debere, non debilem: quod superiores imperatores plerique violenta morte perirent: eamque mortem, ut breuem simul & inexpectatam, Cæsar optavit, & obtinuit. Spartanus.

Tiberius.

+ Caligulæ blandienti moriens dicit, Bene tu, qui sole occidente reliquo ad orientem te confers. Dio. Cast. Lib. 58.

Vide suprà de Consulatu brevi.

De præceptore bono ac fideli.

Socrates.

Cum Xenophontem obuium interrogasset, vbi nam locorum variæ venderentur merces, quibus vulgo vtuntur homines: & promptè ad hoc respondisset, Xenophon interrogavit iterum, Vbi nam homines fierent meliores? at cum adolescentis respondisset se id nescire: Me sequere, ait Socrates, & hoc ex me disces: Absurdum est, scire vbi ea quæ ad vietum sunt venalia reperias: vbi autem doctus & probus euadas, negligere. Eras. l. 3 apoph.

Idem.

Cum Æschines ambiret esse de numero discipulorum Socratis, excusaretque verecundè paupertatem suam, ac molestè ferret, quod cum Socr. ceteri amici divites multa largirentur, sibi nihil esse quod daret, præter se ipsum: Annon intelligis, inquit, quæm magnū munus mihi dederis? nisi forte te ipsum paruo existimas? Itaq; mihi curz erit, ut te tibi reddam melio-

rem quæm accepi. Alij Sophistæ cùmeras nugas docerent, nullū admitebant discipulum, nisi magna mente cede. Socrates, nihilominus libenter recepit inopem quæm opulentos. Eras. l. 3 apoph. ex Seneca.

Aniſthenes.

Rogatus, cut esset discipulista feuerus? Et medici, inquit, ægroti suos simili modo obiurgant. Significans, se in vita saevire, & non in homicines aut discipulos, nec vitia sana blandiendo. Laer. l. 6. c. 1.

Agasicles.

Cum Agasicli Lacedæmoniorum regi diceret quidā, admirari se, quod cùm esset avidus discendi, non acciungeret sibi hilopanem sophistam regali prorsus indole, respondit. Eorum volo esse discipulus, quorum sum & filius, significans, non minime interesse quos nactus sis parentes quæm quos adsciscas præceptore. Etenim ut liberi fermè referunt majorū vnde progaati sunt ingenium ita præceptorum vitia demigrant in eos quos instituunt. Et honestæ virtutis institutio potissimum ab illis petèd est, qui virtutem ipsis factis præstinent, non ab iis qui compositis artibus de virtute nugancur. At nunquam summi orbis monarchæ futuri, Dei immortalem, quibus interdum viris teneris annis formandi instituendi que creduntur? cum principi non minus tum perniciosum sit, tum indecorum, ab dishonestis institui, quæm nasci. Nec quælibet artes discendæ sunt principi, sed hæc duntaxat quæ tradunt rationem rectè administrâdi regnum Eras. ex Plut. in Lacon.

Anonymous.

Lacon quidam pædagogus pueri cura suscepit, cùm interrogaretur, quid esset illum doctus? Efficiam, inquit, ut honestis delectetur, turpibus offendatur. Nihil efficacius ad veram felicitatem, quæm amare virtutem propter se, odisse vitium propter se. Plut. in Lacon.

Aliae.

Alius.

Spartanus quidam interrogatus, quid conferrent utilitatis pueris adhibiti pædagogis? Efficient, inquit, ut quæ sunt honesta, eadem pueris sicut etiam iucunda. Plut. in Lacon.

Alexander.

Aristotelem, cui puer formandus fuerat traditus, summa veneratione prosequebatur: dicens, se illi non minus quam patri debere, quod à patre viuendi, à pæceptore bene vivendi initium accepisset. Plutarch. in eius vita.

M. Antonius.

Suprà de affectibus humanis.

De pæceptoribus malis & indoctis.

Diogenes.

Olim in scholis pingi solebant Musæ, cœu studiorum pæsides: ingressus igitur scholam Diogenes, cum videret multas Musas, discipulos admodum paucos, dixit pæcutori: Cum diis multos habes discipulos. Ludens ex ambiguo sermonis. Nam Græci cum diis dicunt, pro eo quod nos dicimus, fauentibus eis. Interdum rursum id est, cum significat comitem Cum multis te defendi, id est, multi tecum te defenderunt. Laer. libro 6.

Idem.

Puerum conspiciens indecorè se gerentem, pædagogum illius baculo percussit, dicens: Cur sic instituis? Indicans, primæ ætatis formatoribus potissimum imputandum esse, si adolescentes euadant malè morati, aut secus. Aphthonius & Priscianus.

Alcibiades.

Ludum literarium ingressus, poscit Iliadem Homeri: cùmque ludimister negasset sibi esse quicquam Homerii, impegit illi pugnum, & abiit: declarans, impudenter eum docere literas, qui non semper Ho-

merum haberet in sinu. Eras lib. 5. a. poph. ex Plut. apoph.

De pæconibus laudum.

Themistocles.

Scic sitatus, vtrum Achilles esse maler, an Homerus? Dit ipse prius, inquit, vtrum malles esse victor in Olympiis, an pæaco, qui viatores pronuntiat. sentiens, multo præstantius esse res egregias gerere, quam gestas celebrare. Homerum pæconi conferens. Plutarch. in Græc. apophthegm.

Stratonicus.

Apud Abderitas agens, conspicatus illic singulis ciuium singulos esse pæcones, adeò ut propemodum maior esset pæconum numerus quam ciuium, à cœna cœpit per ciuitatem summis pedū digitis ingredi, demissis in terram oculis, per constantibus autem Abderitis, quid mali repente accidisset illius pedibus, ita respondit: Ceterum quidem bellè valeo toto corpore, & ad cœnata curro celerius ipsis adulatoribus, illum enim metuo, ne ingrediens pæconis pedem offendam. Sentiens, illic pæconum plena omnia. Athen.

Alexander.

Cum nuntius quidam gaudio gestiens, porretaque manu accurret, rem prosperè gestam ei narratus: Quid mihi bone vir magni nunciabis, nisi nuncies Homerum reuixisse? significans, omnium pæclarè gestorum gloriam abolendam, nisi contingenter talis pæco, qualis fuit Homerus. Plut.

Idem.

Ilium profectus, & Achillis statuam coronans: O te felicem, inquit, Achilles, cui viuo talis amicus, mortuo tali contigerit pæco. De Patroclo loquens, & Homero: quorum ille fidissimus Achilli fuit amicus, hic defunctum Iliade tota celebrauit.

Plut.in vita Alexándri, & Cicero pro Archia.

De præda militari.

Themistocles.

Qum aliquando ad mare visendi cadavera gratia accessisset, ac torques armillásque passim disiectas videret, ipse quidem præteriit, sed amico qui sequebatur dixit: Collige tu tibi, nam tu Themistocles non es. Ne tam obvia quidem præda commoueri potuit, ut quicquā ageret indignum egregio duce, cui gloria debet esse satis magnum virtutis præmium. Plut.in vita Themistoclis.

Alexander.

Quum in Arbelis de rerum summa periclitatus esset, conflictus cū mille hominum milibus ad pugnandum instruetis, adierunt illum milites aliquot ipsi bene volentes, defere bantque cæteros, quod in castris inter se miscerent sermones, conspirarentque ne quid præda in regiū territoriorum deportarent, sed ipsi totum in suum verterunt lucrum. His auditis subrisit Alexander: Fausta, inquit, nuntiatis. Siquidem audio sermones virorum ad vincendum, non ad fugiendum animatorum. Nec illum fecellit diuinatio: plurimi nanque milites regem adiere, dicentes: Bono animo esto rex, neque metuas hostiū multitudinem, qui ne pudorem quidem nostrum ferre potuerunt. Plutarcl.

Annibal.

Profugus, apud Antiochum regem agebat. Is ostendit illi suum exercitum barbarico apparatu magnificè instructum, sed ad prædam magis quam ad bellum. Hæc omnia quum diligenter esset contempñatus Annibal, rogauit Antiochus, num hæc omnia satis essent futura Romanis? Tum Annibal, Planè satis arbitror, etiam si auarissimi sint Romani. Lusit

Pœnus ab inexpectato. rex de prælio sciscitabatur, iste respondit de præda. Quid enim aliud est miles imbellis, auro, argento, cæterisque rebus ad prædam inuitantibus instructus? Plut.

De præmio virtutis.

Socrates.

Interrogatus, quænam civitas ritus gubernari possit? respondit, Cùm boni inuitantur præmiis, in iusti dampnas Ex Platone recitat Brus. libr. 5. cap. 8.

Idem.

Præmia decreta iis qui in Olympiis aut Nemeis vicissent, contraxit eaque maiora decrevit iis qui in bello pro patria fortiter occubuerint dicens, illos & dum exercentur, magnis impediis exerceri: & si vicerint, magis aduersus partiam quam aduersus hostes coronari: & quam se nuerint, ad nihil utilles euadere, haec aliter quam detrita pallia: vt qui nec bello sint utilles, nec gerenda Reip accòmodi. Laer. I. 1.

Solon.

Interrogatus, unde Respublica maximè viceret: Si boni, respondebat, præmiis incitantur ad virtutem, mali autem ad virtutem negligentes, coercentur pœnis. Stob. ser. 41.

Tritanæchmes.

Quum post cladem acceptam: Persis, quidam ab Arcadia transfugissent auxilia pollicentes, producunt in conspectum Xerxis. Ibi Persis percōtantibus, quid agerent Græci? respōderunt, eos celebrare Olympia, ac gymnasia equestriaque certamina spectare. Rursus percontanti bus, quod esset certaminis præmium responderunt, coronam oleaginam. Hic Tritanæchmes Attabani filius versus ad exercitus præfectum: Paþ, inquit, Mardonii, in eiusmodi viros nos incitasti ad pugnandum qui nō pecuniariū gratia certamina agitant

sed virtutis ac laudis? Ea vox cùm visa est timida, vt sè penumero prudenter habetur pro ignavia. Herodus in Vrania.

Lycurgus.

Suprà de poena malis infligenda.

Lysander.

In interroganti l'ersæ, quam Remp. naximè probaret? Eā, inquit, in qua sortibus viris ac meticolosis congrua strisque redduntur. Sensit virtutem nuitarī prämiis, ignauos excitari iognominia. Nimirum hoc est quod aoud Homerum stomachatur Achiles, tátum honoris haberii ignauis ac fortibus. Ea sententia non solum habet locum in Repub. verùm etiam in priuatis familiis. Sunt enim hæc duo präcipua ad conseruandam cuiuslibet gregis disciplinam. Honos enim non solum alit artes, vt habeat prouerbiū, verùm etiam virtutē. Nec tam effert monarchia sit, an aristocratia, in democratia, an aliqua Reipub. bona ex his temperata, quam, vt in quaunque gubernatione discriminatur publicum inter viros utiles Reipubl. & suo viuentes abdomini. Plut. in Lacon.

Idem.

Suprà tit.de Laudis contemptu.

Agri vltimus.

Cùm iam ad dirum mortis supplicium duceretur, interrogatus ab Ephoro, num quid pœniteret eorum quæ fecerat? Nequaquam pœnitet, respondit, nil enim aliud feci, quæm quod prudentiam cù honestate semper coniunxerim. Scivit nimirum virile bonus, ipsam virtutem abundè magnum esse sui prämium: quicunque sequatur eventus. Plut.

Galienus imp.

Taurum ingentem quum in arenā misisset, prodissérque ad eum feriendum venator, neque productum deies potuisset occidere, Cæsar coronam venatori misit: mussitantibus cunctis, quid rei esset, quod homo ignauissimus coronaretur? Galienus

per Curionem dici iussit, Taurum toties non ferire difficile est. Ludēs significauit, graue discriminem esse toties tauro occurrere, etiam si non ferias. Trebellius Pollio.

De præfagiis.

Vest. Valens.

Q uum à Claudio Cæsare immingeret periculum, atque interim Silius cù Messalina domi vindemias simulachrum omnium lasciuiarum genere celebrarent, concendit prælatam arborem, & in ea prospectantibz specie stabat: interrogantibus quid aspiceret? respondit, Tempestatem ab Ostia atrocem. Id sive ioco dixit, siue fortè lapsa vox est, in prælagnum vertit. Mox adiunt à Cæsare nuntij qui vindictam parant. Is Silius erat adulter, cui palam nuperat Messalina, quam Cæsar dissimulantem confirmatis nuptiis supplicio affecit. Eras. l. 6. apoph.

Vide titul. de Diuinatione

& Ostensis.

De precatione, siue oratione hominis ad Deum.

Socrates.

Nihil vltrà petendum à Diis immortalibus arbitrabatur, quām ut bona tribueret: quoniā ijd demum scirēt quid vnicuique esset vtile: nos autem plerunque id votis expetere, quod non impetrasse melius foret. Etenim dēfissimis tenebris inuoluta mortalium mens, in quam latè patetem errorem cæcas precatio[n]es tuas spargis. Diuitias appetis, quæ multis exitio fuerunt: honores concupiscis, qui plures pessam dederūt: regna tecum ipsa voluis, quorum exitus sè penumero miserabiles cernuntur. Splendidis cōjugiis iniiciis manus: ar-

hæc ut aliquando illustrant, ita non-nunquam funditus domos evertunt. Desine igitur stulta futuri malorum tuorum causis quasi felicissimis reb. inhibere, tèque totum cœlestium arbitrio permitte: quia qui tribuere bona ex facilis sentent, etiam eligere aptissima possunt. Valerius Maxim. lib. 7. cap. 2.

Bias.

Eos qui sibi mentem à Deo bonam largiri precentur, nec tamen disciplinam capessent, parum cordatos esse dicebat. Quando neque ut pictor quisque bonus euadat, dari sibi a D. o bonos colores & lineas exoptat, quin magis artem perdiscit: Sicut n. c votis proficit, qui musicus esse cupit, nisi artem consequetur. Adeò nihil prodet circa precios occupari nisi recte vivendi studio tenearis. Stob.

Idem.

Aliquando cum impiis ac scelerosis hominibus naui vehebatur, & quoniam omnes periclitarentur, impiis deorum opem implorantibus: Silete, inquit Bias, ne dii vos nebulones hæc nauigare sentiant. Deus autem impiorum precibus irritatur magis ad vindictam, quam ad opitulandum flectitur Laér. lib. 1. c. 6.

Diogenes.

Suprà de Decoro vbique in omnibus obseruando.

Epicurus.

Dicebat, Si mortalium omnium votis Deus responderet, propè futurum esse ut vniuersum genus hominum pereat. Quandoquidem videre est, tantas, tamque diras & exitiales imprecations vicissim hinc inde vulgo effundi. Stob.

Athenodorus.

Mulium eos damnari debere aiebat, qui longis orationibus Deum fatigarent, & quæ peterent, quæ peti ab eis homines scire nollent. Rogandumque solùm de iis Deus esse, quæ minimè molestè homines ferrent, etiamsi ab omnibus intelligantur. Ad

debat, etiam ita cum hominibus homines viuere debere, non secus ac si Deus eorum semper actiones intueretur. Hoc autem modo illos carpebat, qui iniusta à Deo peterent, & ipsi sibi, quoniam minus exaudiretur, impedimento essent. Fulg. lib. 7. cap. 2. ex Seneca, cuius verba hæc sunt epist. 10. Tunc seito (inquit Athenodorus) esse te omnibus cupiditatibus solutum, cum eo peruenieris, ut nihil Deum roges, nisi quod regare possis palam.

Lacenes.

Si quando diis supplicarent, summa depreciationis hæc erat, ut dii immortales bonis nil aliud adderent, quam honesta, præterea nihil. Non aliud petebant virtutis præmium, quam honestam famam, cum multa alia sint aliarum gentium vota: non solum multiloquia, verum etiam inutilia, nonnunquam & turpia à diis postulantium. Plutarchus in Lacon.

Vide apoph. de Petitione.

De principe bono, ac eius in regni administrationis officio.

Solon.

Diebat, eum principem merito laudandum esse, qui Democratiam ex monarchia ciuibus constitueret. Stob. set. 46.

Idem.

Tum primum imperium gerendum esse suadebat, si quis prius ferre imperium dicerit. Quomodo enim aliis imperare poterit is, qui ipse imperium non est possum? Potest autem hoc apophthegma referri ad eos, qui prius alieno parendo imperio, discutim imperium in alios gerere. Vel qui prius cupiditatibus imperant suis, quam in alios exerceant imperium.

Neque

Neque enim idoneus est ut aliis dominetur , qui ipse seruit affectibus: neque rex aliis esse potest , nisi quem prius ratio rexerit. Diogenes Laertius in eius vita, & Erasmus in proverb. Non bene imperat , nisi qui paruerit imperio : & Antonius parte 2. serm.:

Pythagoras.

Ita imperandum esse principi dicebat , vt veneretur magis quam metuantur. Reuerentiam enim admiratio , timorem odium comitatur. Stob. ser. 46.

Cleobulus.

Felicem existimabat principem qui nemini conuersantium sibi creditur. Stob. ser. eod.

Pitacus.

Eum demum principem laude dignum existimabat , qui efficit ut subditu metuant , non ipsum , sed pro ipso. Ibidem.

Bias.

Optimum principem pronuntiabat esse , qui vtatur patriæ legibus. Ibidem.

Chilon.

Optimum esse regem dixit , qui operam dat , vt non metuantur. Eodem serm.

Thales.

Pronun-tiavit , principis felicitatem existimare se , si vitam obiret , postquam consueisset iuxta naturā. Ibidem.

Socrates.

Dicere solebat , eum esse optimum regem & principem , qui à propriis affectibus temperaret. Phauorinus.

Plato.

Tum demum beatum terrarum orbem futurum prædicauit , cùm aut sapientes regnare , aut reges sapere cœpissent. Plato ipse epist. 7. Cicero epist. 1. ad Quintum fratrem. Valer. Max. lib. 7. cap. 1. Agapetus ad Iustinianum Cæsarem.

Idem.

Principem laude dignum esse existimabat , qui fibi ipsi prius , deinde a liis commode imperare possit. Ant. in Meliss. par. 2. ser. 1.

Aristoteles.

† Non contingit , ait , eum bonum principem agere , qui sub principe non fuit. Idem 3. Polit.

Idem.

† Princeps debet esse Dei cultor , quia minus timent homines iustum pati à Principe , si Dei cultorem cum putant. Ibid. 1. 5.

Anisisthenes.

† Non solum sapientia præstare eum par est , qui antecedit Imperio , sed etiam religione & pietate. Plu. de profect. morum.

Isocrates.

Dicebat , optimum principem semper imitari eum , non qui maximum imperium acquisierit , sed qui optimè præsentibus viis sit. Anton. in Melis. par. 2. ser. 1.

Anacharsis.

Bonum principem iudicabat eum esse , qui non solum prudens sibi videatur , sed bono & iusto aliorum consilio ludens acquiesceret. Stob.

Philon.

Eius dictum est : Si vis bonus esse rex , cum fortitudine benignitatem & mansuetudinem serua , vt non formidolosus , sed reuerentia dignus tuus subditis videaris. Phauorinus.

Bion.

* Oportere bonum principem à magistratu discedentem , non ditorem , sed clariorem evasisse dicebat. Stob. ser. de magistratu.

Agathon.

Dixit principem oportere trium meminisse : primum quod imperet hominibus , deinde quod secundum leges , tertium quod non semper imperet. Eod. ser.

Musonius.

Dicebat , conandum esse principi ut venerandus potius subditis sit,

quām metuendus: illum enim grauias sequitur, hunc inhumanitas, Sto-
bæus.

Xenophon.
Suprà de Liberalitatē.

Archidamidas.
Suprà de Mansuetudine.

Agis.
Ad Agidem Archidamii filium quū
quidam dixisset, Philippum effectu-
rum, ne Lacedæmoniis pateret iter in
Græciam: Nobis, inquit, & hospes,
nostra patria sufficit ad illic viuen-
dum. Pectus ad utrumque paratum:
& ad proferendum imperium, si
contingat: & ad boni consulendū
fortunam licet mediocrem,
cū plerunque principes id quōd
obtingit male administrant, nec vili-
s satientur ditionis accessionibus.
Plut.

Agesilaus.
Licet Lacedæmoniorum rex esset,
post multa egregia facta nequaquam
sibi principatum, sed tum Rempub-
licam, tum sociis & amicis Reipu-
blicæ gerere dicebat. Quo dicto do-
cere voluit, ita demum qui portur
imperio, verè legitimèque imperare,
cū & ipse patet imperio legum,
& eorum, qui in Republica magi-
stratu funguntur. Plutar. in Lacōn.
apoph.

Idem.

Illud assiduè in ore habuisse fer-
tur: Principis esse, non mollicie de-
liciisve, sed temperantia ac fortitudi-
ne priuatis hominibus antecellere.
Plut. in Lac. apoph.

Idem.

Celebratur & hoc illius dictum,
principibus potissimum ediscendum
Imperatoris officium esse, erga rebel-
lantes audacia, erga subiectos bene-
volentia vti, quod idem Maro nobili
carmine docuit:

*Parcer subiectis, & debellare super-
bos.*

Neque enim verè viator est, qui ira-
cyndiæ vindictam flagitanti frænum

nescit imponere. Plutarch. in Lacon.
apoph.

Idem.

Illud sibi cum primis ducere sole-
bat gloria: quod cum rex esset, cæ-
risque consilio prospiceret, nihil
secius in laboribus obeundis nemini
cederet: quodque sibi ipsi impera-
ret, suique (vt ita loquar) rex esset;
id pulchrius esse iudicabat, quām
quod regnum obtineret in alios. Plu-
tarcli.

Idem.

Cū Spartanos pecunia defice-
rent ad bellum, eo quod alerent ex-
ternum militem, Agesilaus in Ægy-
ptum profectus est, ab Thaco Ægy-
pti rege accitus stipendio. Cæterum
Agesilaus ob corpus in cultum, ac
vestis utilitatem, venit in contem-
ptum eius gentis hominibus, qui Ipe-
rareni se visuros Spartanum regem
talem, qualis esset rex Persarum,
corpore decentissime ornatum: per-
peram sanè de regibus sentientes,
quos externo cultu putabant æsti-
mandos potius, quām animi virtu-
tibus. Nihil ille quidem de cultu ac
victus simplicitate mutauit, sed inte-
rim ostendit, maiestatem dignita-
temque regiam non vestium splen-
dere, sed prudentia ac fortitudini
parari oportere: grauitérque taxauit
vulgares monarchas, quibus si dia-
dema, purpuram aurum, & gem-
mas detrahas, nihil videas prætere
regium, Plutarchus in Lacōn. & A-
thenæus.

Idem.

Quoniam à rege Persarum essent al-
latæ literæ, de hospitio, deque amici-
tia tractantes, non recipit, sed iussi
illos regi renuntiare: Nihil esse ne-
cessè priuatum ad ipsum literas mit-
tere: cæterum si perspicuum foret il-
lum bene velle Lacedæmoniis & Gra-
cis, ipsum quoque illi pro virib⁹
futurum amicum. Quod si deprehen-
dere ut insidias tendere, ne putet, in-
quit, quod me sit habiturus amicum
etiam.

tiam si multas ab eo recepero epistolas. Quid hoc animo sublimius, cui in omnibus rebus gerendis hic unus erat scopus, consulere Reipublicae commodius? Plutarchus in Lacon. ipoph.

Idem.

Si quid esset quod per milites ceteriter confici vellet, primas ipse sub oculis omnium operas aggrediebatur, quo vel pudore at industriam extimarentur. Efficacissimum extortationis genus, principem hoc facere quod ab aliis fieri velit. Eras. ex Plut.

Idem.

Cum parum instructus esset equato, Ephesum sese recepit: ibi opulentis deauntiauit, ut quicunque prole virum & equum præberet, à militia esse immunis. Hac arte factum est ut pro ignavis, ac timidis diuitiosus, brevi colligeret & equos & viros strenuos, ac bello idoneos. Quuidem in re ditebat sese Agamemnonis exemplum retulisse, quod is accepta equa genitiosa, virum diuitem, sed ignavum militiam expulisset. Ita sunt artes excellenti principe dignæ, quibus efficitur, ut quod ad reipub. dignitatem incolumentatēmve necessarium est, non per violentiam nuidiosam extorqueat, sed ea dextitate impetrat, ut nec tenues grauet, & à ditionibus etiam gratiam ineat. Plut in Lacon.

Anaxilaus.

Anaxilaus rex percontatus à qualem, quem principem Reipub. filiare pronuntiaret? respondit: Qui beneficiis se à ciuibus vinci nequaquam patitur. Phauorinus.

Agasicles.

Cuidam ab eo sciscitanti, quo pacto posset aliquis tutò imperare nullo stipatus satellitio? respondit, Si sic imperet suis, quemadmodum pater imperat liberis. Nemo plura dixit unquam maiore compendio. Domini tantum timentur à servis, & mali

metu coercentur, quos non corrigit pudor. Pater quoniam liberis contulit potius quam sibi, diligitur ab illis, sie ut auctoritatem comitetur reverentia. Aduersus hos adeò non est epus satellitio, ut non aliud sic satellitum fidelius illorum stipatu. Quod si rex benevolentia ac benefactis adiungeret sibi ciuium animus, non esset opus barbarico conductioq; satellitio: sed nullos habere corporis sui custodes tuiiores quam ciues, erga quos patris gereret affectum. Porro quibus placet hoc dictum, Oderint, dum metuant, nullos magis habent suspectos, quam quibus oportebat maximè confidere: ac multos metuant oportet, quem metuant multi. Plutarchus.

Ariston.

Suprà de Hostibus, & inimicis, & de Hostibus non crudeliter tractandis.

Eusebius philos.

* Illum qui aliis præst & ptacipit, non potestate solùm regendi & imperandi, sed dignitate prudentiaque subditis antecellere debere dicebat. Item, Boni principes hoc unum proprium esse lucrum, & instar infinitorum aliorum, omnia sic facere, ut & in ipso imperij tempore, & post id, iustitia & bonorum omnium à subditis testimonium habeat. Steb. serm. 44.

Epicetus.

* Multa extant de principe, & eius officio, scitè dicta ab Epiceto. Inter cetera hæc occurunt. Quemadmodum si gubernare nauem conareris, omnino prius artem gubernandi perdisceres: ita ciuitatem reeturus regendi disciplinam discito. Ut enim illic nauis voiuersa tuæ dei committitur, ita hæc tota respub. gubernanda tibi est. Si proposueris ornamenta quædam ciuitati consecrare teipsum pulcherrimo mansuetudinis, iustitiae & beneficentiae ornamennto primum decores. Benef-

cis civitatem obstringe, non teatis in sublime structis, sed animis promotis. Præstat enim in parvis domici lus magnos animos habitare, quam in magnis ædibus humilia mancipia latere, ceu feras in suis lustris. Quem admodum sol non expectat preses & incantationes ut exortatur, sed illico fulget ac salutatur ab omnibus: ita neque tu (princeps) expectaueris plausus, strepitus, & laudes, ut beneficias: sed sponte confer beneficia, & æquè ac sol amaberis. Stobæus eod. serm.

Leonidas.

Xerxes Leonidæ scripserat, si desinas *θεοὺς χάριν*, id est, cum diis belli-lare, sed meis te copiis adiunxeris, potes Græcia fieri monarcha. Huic respondit Leonidas: Si nosse que sint in vita honesta, abstinuisse a concupiscendis alienis. Mithi verò potius est pro Græcia mori, quam in populares meos gerere monarchiā. Quid iam impium est quod mortaliū vulgus nō admittat ampli principatus gratia? At hic prius duxit honestam mortem pro amicis liberandis oportere, quam monarcha factus eos seruitute premere, à quibus venierat depulsus seruitutem barbarorum. Plut. in Lac.

Threopompus.

Interroganti, quo pacto quis regnum tutò possit tueri? Si, inquit, amicis concedat iustum libertatem, pro viribus interim aduigilans, ne subditi affiantur iniuria. Multis principibus exitio fuit, quod amicis nihil non permetterent, ciues iniuria affectos negligenter. Hic temperantia adhibenda est, ut princeps nec amicos alienet tyrannica sauitia, nec patiatur illos regia familiaritate abuti ad quiduis audendum præter ius aduersus plebeios: qui nimium irritati, sèpe reges suos excusserunt. Plut.

Idem.

Theopompo Lacedæmoniorum

regi cum dictum esset, eo tempore bene Lacedæmonis esse, quod bene regere reges didicissent, respondit id potius accidere, quod subditi parere didicissent. Ostendens, bonam popularium vrbi administrationem, non tam in principum regimine, quæ in populorum obedientia consistere. Nam si populi in diuersum à principibus traherentur, difficillimum arbitrabatur esse, ut principes optimè gubernare possent. Plut.

Cyrus.

Dicebat, Neminem debere impetrare, qui subditis suis non esset melior. Principemque non decere esse inferiorem neque intelligendo, quæ opus sunt, neque gerendo quæ tempus expostulat. Plut.

Pythagoras.

* Dicebat principes magis metuere debere, ut subditi eos venerentur quam timerent. Reuerentiam enim admiratio, timorem odium comitantur. Stob.

Idem.

Dicere sè penumero solitus est, familia esse boni pastoris & boni regis opera. Boni igitur pastoris cum sit bene pascere gregem omniaque mala ingruentia auertere: sic ad bonum regem spectat, ut diligenter gubernet ciues sibi à Deo concreditos, omniaque legibus prohibeat, quæ in Reipubl. perniciem ingruere videntur. Nenophon.

Xenophon.

* Istud (inquit) opinor magnum esse argumentum virtutis in principe, si subditi ipsum libenter sequantur, & in periculis vna perseverent. In Oeconomico.

Plato.

* Scribens ad Dionem, inter cætera dicit: Nolo te ignorare, quod obsequendo & placendo hominibus, rerum gerendarum commoditas acquiritur: austeras verò solicitudinem parit. epist. ad Dionem.

Musonius.

* Dicebat conandum esse principi ut verendus subditis potius esset quam metuendus. Illum enim grauias sequitur, hunc inhumanitas. Stobæus serm. 46.

Dionysius Iun.

Dicere solebat, se multos alere sophistas, non quod illos admiraretur, sed quod per illos admirabilis esse tuderet. Sciebat populum de illis anquam de viris doctis magnifice entire: hac persuasione callide abuebatur ad conciliandum sibi multitudinis fauorem. Eadem arte fortasse principes quidam aiunt in palatiis suis viros eruditionis & sanctitatis opinione venerabiles, ut populus avertetur horum consiliis geri pleraque. Plut. in Regum apoph.

Philippus.

Aiebat, oportere meminisse principem, quod homo existens, potestatem adeptus sit diuinam, ut res honestas & diuinas instituat, sermone autem humano vtatur. Stobæus ser. non. 46.

Anonyma.

Philippū Macedoniā regem quum nus accessisset, ut causam ipsius conosceret: respōdit, sibi nequaquam esse otium. Cumque anus inclamat; Proinde nec rex quidem esse veis: Philippus admiratus aniculæ liberam vocem, non illi solūm præbuit aures, verū & aliis quoque. Plut. in apoph.

Idem.

* Aiebat oportere meminisse principem, quod homo existens potestatem adeptus sit diuinam, ut res honestas & diuinas instituat, sermone autem humano vtatur. Stobæus sermone 46.

Alexander.

Interrogatus, quis optimus princeps esset: Qui, inquit, amicos donis retinet, & inamicos beneficis amicos facit. Ant. in Melis. par. 2. ser.

Idem.

† Regium aiebat esse, cum bene feceris, male audire. Plut. in vita. Alex. Seuerius.

Aurum & argentum raro cuiquam nisi militi dūsūt: nefas esse dicens, ut dispensator publicus in delectationes suas suorumque conuerteret, id quod provinciales dedissent. Lampridius.

Idem.

Cum ab amicis reprehenderetur, quod immemor maiestatis imperatoriaz, nō pretioso vestitu, auro, gemmisque corpus etiam ornaret: respondit: Principatum ac imperium in virtute esse, non in corporis decore. Ibid.

Philiscus.

Ad Alexandrum aliquando dixisse fertur: Ad gloriam incumbe, verū ea conditione, ne sis pestis, vel magnus aliquis morbus, sed pax & sanitas. Affirmans per vim, & saevitiam expugnare ciuitates, populos exscindere, pestilentiam esse. Sanitatis vero, salutisque, subditorum rationem habere: ea enim sunt pacis commoda. Aelian. libro 14. de Var. hist.

Anaxilaus Rhegy princeps.

* Interrogatus, quid in principatu felicissimum esset, respondit, nunquam beneficia conferendo vinci. Stob. serm. 46.

Agrippinus.

Conabatur eis quos dāmnabat, persuadere, quod ipsi expediret dāmari, non enim tanquam inimicus (ipsi aiebat) nec vt latro, sententiam contra eos fero: sed veluti tutor & curator ipsorum. Quemadmodum & medicus hominem secundum consolatur, & seipsum exhibere persuadet. Stob. ser.

Plin. Iunior.

† Cui nihil ad augendum fastigium superest, hic uno modo crescere potest, si scipse submittat, securus magnitudinis suæ. In Paneg.

Plutarchus.

* Tot (inquit) tanto sumque bonorum & munerum, quæ diis largiuntur, nullus est fructus, aut usus rectus sine lege, iure & principe. Ius finis est legis: principis opus lex: princeps autem imago Dei cuncta administrantis, libro ad princip. indoctum.

Sthenius.

Pompeius Magnus, cum Mamertinos, quod hostium partibus adhæsisset, interficere omnes statuisset: Sthenius eius civitatis princeps, Pompeiu adiit, & his verbis affatus est: Non æquum facis Pompei, qui propter unum nexum, multos innoxios occidere paras. Quo audito, Mamertinis pepercit Pompeius, civitatemque & Sthenium liberavit. Habet autem hic in Sthenio exemplum, quem animum erga Rempubl. oporteat habere principem si in periculum incidat: in Pompeio autem placabilitatis argumentum, qui viri boni maluerit habere rationem, quam indulgere ira. Plutarch. in apoph.

Livia.

Augustus imperator cum apud Luiam uxorem solus conqueretur de hominum insidiis, quæ hinc inde etiam vigilissimo struerentur: Mirum non est, respondit Livia, quod tibi parentur insidiae, partim quod id non sit alienum à natura, partim quod magno imperio multa facias, ex quibus pars est plerosque molestiam capere. Princeps enim non potest omnibus placere: sed etiam quantumvis recte imperet, ei multis irasci necesse est. Dion in Augusto.

Tiberius.

Præsidibus onerandas tributo provincias suadentibus, rescriptit: Boni pastoris est, tendere pecus, non de glubere. *Sueton. Dion.*

Alex. Seuerus.

Eius ultima verba dicuntur haec fuisse, Turbatam Rempubl. ubique

acepi, pacata etiam Britannis re linquo, Senex, & pedibus æger, firmum imperium Antonini meis re linquens, si boni erunt: imbecillum, si mali. & lius Spartanus.

Fl. Vespasianus.

Grauiter febribitas, cum increpatum, nihil de quotidiana vixit ratione immutaret, faceretque omnia quæ ad principatum spectarent, respondit. Imperatorem stantem mori oportere. Xiphilinus in eius vita. Idem etiam Turbo præfatus præorio dixisse fertur, apud Xiphilinum in vita Adriani.

Traianus.

Optimo iure laudibus vehitur illa vox Traiani, qui amicis incusantibus, quod parum memor imperatoræ maiestatis nimium esset omnibus expositus, respondit: Talem præstabo imperatorem priuatis, quatenus optarem ipse priuatus. Erasm. lib. 8 apophthegm.

Anonyma.

Hadrianum transeuntem mulier quædam appellavit, Audi me Cæsar. Is cum respondisset, Noli est orium: illa clamauit, Noli ergo imperare. Ad hanc vocem restitit, & audiuit mulierem. Hoc & aliis tribuitur, ut paulo antè Philippo: ne que quicquam vetat, idem à pluribus vel dici vel fieri. Dion in Hadriano.

Hadrianus imp.

In senatu frequenter dicere solebat, se sic gesturum principatum, vscire rem popul. esse, non suam priuatam. Nimirum attigit hoc, quoque vnum distinguit regem à tyranno Dion.

Idem.

Dicere est solitus, sibi molestum esse, si quem videret tristem: cum tandem omnes doctos vexat, et quæstiunculis, sed vexatos donauit aliquo munere. *Dion. Cassius.*

Placil.

Placilla.

Theodosij imper. vxor, subinde admonere maritum solebat, ut consideraret, quisnam ante imperium fuisse, & in quem locum ab vniuersitatibus huius Deo esset eue^{ntus}. Reuocare autem in memoriam voluit, omni hominem fuisse priuatum: nunc autem ideo vocatum ad imperium, ut eius gubernatione, non tantum Romana in ciuilibus respublica, sed diuinus etiam cultus probè institueretur, atque conseruaretur posteris. Nicephorus Callistus li.12.c.42.

Constantius Chlorus.

Suprà de eo, quòd à subditis amari melius sit quām metui.

Fridericus.

Tum demum saluam Rempubl. fore dicebat, si senatores de rebus consultaturi, in vestibulo curiæ simulationem ac dissimulationem deponerent. Sic enim & ipsi rectè consulerent, & iudici inter consilia diuidicare non difficile esset. Aeneas Syl.lib.3. Commentar. de rebus gestis Alphonsi.

Idem.

Interrogatus, quinam sibi charissimi essent? Qui, inquit, me non magis quām Deum ipsum timent. De prompta sanè ex Christiano pectore sententia. in primis enim timendus Deus, rex regum, & dominus dominantium. Aeneas Syl.li.4. commen. in res gestas Alphonsi.

Otho Sjluius.

Cùm videret aut deponendum imperium, aut magna ciuium suorum strage tuendum, statuerat sponte mori: verùm dehortantibus amicis negavit se tanti facere vitam suam, vt ob hanc quenquam suorum iuterire cuperet. Erasm.lib.8. apophtheg.ex Plutarcho.

Ioannes 2. Rex Portugal.

+ Illius sententia meritò laudata est, cùm dixit, sibi non tam propositum esse, ut operis hominum ad aurum querendum abuteretur, quam ut

aurum quereret, vt opibus suis horum inopiam leuaret. Osorius lib.1.hist.Emman.

Alphonsus.

Eos demum principes magnifici dicere solebat, qui iustitiam probè excolerent; hæc enim in quo fuerit, eius imperium æquo omnes animo patiuntur, illiisque moderationi scese etiam sponte subiiciunt. Ut de Cyro illo legimus, quem non iustitiae solam, sed omnium etiam regiarum virtutum exemplum fuisse apud suos, creditum est. Panor.lib.1. de reb.gest.Alphonsi regis.

Idem.

Eum principem mirum in modum probabat, cuius simplex verbum tantum ad fidem valeret, quantum priuatorum hominum iusfirandū. Sensit autem, non vulgarem principis virtutem esse, stare verbis, & factō præstare, id quod verbo semel promisit. Ibidem.

Idem.

Illud quoque assidue in ore habuisse fertur: Tanto priuatis hominibus reges meliores esse debere, quanto honoribus & dignitate antecellerent. Panorm.libro 4.de rebus gestis Alphonsi.

Idem.

Apud Alphonsi aulicos, cùm de gerendo principatu esset contentio, rex perdifficilem rem sibi principatum videri, vel eo maximè dicebat, quòd principum vita popularibus exemplo cedat, illis quidem ad virtutem quām ad virtutes procliuioribus. Panor.lib.1.de Alphonsi reb.gest.

Idem.

Cùm præterea de principiū vita & moribus disceptassent, dixisse fertur: Principibus nō modò sua causa aperte abstinendum esse, sed multò etiam magis, ne sua vitia infundantur in ciues suos quanto enim flagitiū conspectus, tanto offendiculum gravius. Panorm.libro 2. de rebus gestis Alphonsi.

Idem.

Præterea cùm de subditorum moribus disputaretur, Alphonsus respōdisse dicitur: Veluti ad solis motum, ita populares semper in principum mōres verti atque formari, Vulgus enim imitatur, quod à principib⁹ conspicit factitari. Ibidem.

Idem.

Regem illiteratum ac indoctum, nūl aliud nisi asinum coronatum esse dicebat. En Sylu lib. i. comment. in Alphonsi res gestas.

Idem.

Commemorantibus quandam ex Hispania regibus dixisse, non dece-
re principes viroscire literas: exclamauit, Eām vocem bouis esse, non hominis. Non orines literas conue-
niunt principi: sed ea quæ politican
tradunt, aut ethicen, quæque recte ac securi gestorum exempla common-
strant id quod faciēt. histor. Ibid.

Idem.

Audiens ab agricultoribus mala punica, quæ natura acria essent arte & diligentia fieri dulcia: Cur non e-
tiā mōs, inquit, ciues & populares nostros ingenio malo, prauōque p̄reditos, industria & labore meliores reddimus? Innuit autem populi mo-
res vix esse tam prauos, quin ritē gu-
bernantis studio, labore & industria meliores reddi queant. Panor. lib. 4.
de reb. gest. Alphonsi.

Idem.

Alphonsum quum adiissent legati Matricienses, in quorum agris tum agebat, consulentes vtri iuberet i-
psos gratificari, Nicolaōne Picinij no-
nā Francisco Sfortiā respondit, am-
bos pro amicis habendos: sed nihil o-
ficiis ab ambobus, tanquam ab i-
nnicis cauendum. Id temporis inter Nicoiaum & Franciscum simulas-
intercedebat: ac rex nondum statuerat, vtrum vellet in societatem reci-
pere, cùm vtrumque ob dissidium non posset. Erasmus libro octauo apophtheg.

Idem.

Reprehensus, quèd parum regali-
ter incederet, respōdit, Mōlle se mo-
ribus & autoritate regem videri,
quām diadema aut purpura. Anto-
Panor. de reb. gest. Alphonsi & En-
Syl. de eius dictis.

Anreas Sy'uius.

Audiens Alphonsum Aragonum regem neminem ex suis lādere, re-
spondit: Iusti principis esse, non so-
lū affīcere neminem iniuria, sed &
eos qui damna quibusvis hominibus
sine iusta causa inferūt, si possit, pro-
hibere. Nam teste Cicerone, qui avi-
non obſistit, si potest, iniurię tamē
in vitio quām si patriam aut paren-
tes deserat. En. Sylu. lib 1 comment
de reb. gest. Alphonsi regis.

Gasper Zchlick.

Is, trium Cæsarum cancella-
rius, optare se dicebat, Omnes re-
ges aliquando privatos, pauperē-
que fuisse. Neque enim satis mise-
retur, qui nunquam fuit miser. Ibid.

Otho imp.

Boso, Arelatensis rex ultimus episcopo Arelatē in vigilia nat. Christi, ne officium in ecclesia nocturnum celebraret, nisi ipso p̄fente mandauit. Episcopus autem quum aliquandiu cum sacerdotib⁹ aduentum regis frustra expectasset, ultra horam consuetam, prosequi-
tus est sacra. Superueniens autem rex coepit ex postulare cum episcopo cur non expectasset? commotus
que dedit episcopo alapam in medi-
populi. Episcopus autem quum re-
gem apud Othonem primum Rom-
norū imperatorem accusasset, mā-
dauit Otho, vt obtantum facinus de-
collaretur. Archiepiscopus verò ei-
reliquis episcopis & principib⁹ cùm
intercederent apud imperatorem, v-
hoc sanguinis iudicium suspendere-
tur, ait rex: Nō est æquum vt rectum
Imperatoris iudicium executioni ne-
mandetur, cùm non conveniat ve-
llum verbum ex principi ore fru-

str

Istra egredi. Munsterus libro secun- & Guaguinus in Compend.
do Cosmograph.

Plura pete ex apophtheg. de Magistra-
u, de Republica gubernatione, de Regno,
&c.

Principū elementiam, liberalitatem,
ustitiam, mansueritudinem, castitatem, &c.
vide propriū locū.

De principe malo.

Alexander.

Cinesias videns Alexandrum Ma-
gum à pharmaco, quod sum-
oserat, vehementer turbatum: Quid,
inquit, nobis faciendum est, cùm vos
dij talia patiamini? Alexander au-
tem ægrè attollens oculos: Quales,
inquit, dij sumus? meuo, ne diis inui-
si. Eras. lib. 6. apoph.

Antiochus.

Cùm in venatu quodam feram in-
sequeretur, aberrans ab amicis ac fa-
mulis, in casam pauperum quo-
dam, quibus ignotus erat, introiit: at-
que inter cœnam iniecta mentione
regis, audiuit, quod inter cætera qui-
dē probus esset, sed plerasq. fūctiones
mandaret amicis improbis, ipse ad
eorum facta conniuens: tum quod
immodico venandi studio, frequen-
ter necessaria negligeret. Ad hæc tū
temporis nihil respondit, nec quis es-
ser prodidit: verū vbi diluculo sa-
tellites venissent ad casam, iātque
agnosceretur, allata purpura simul
cum diademate: Age, inquit, ex quo
vos indui, heri primum vera de me
ipso audiui. Nam ferè hoc studio est
bis qui viuunt in aulis principum, ne
quid audiant nisi blandum auribus.
Plut. in apoph.

Philippus Valafius R. Fr.

† Profigato Belgarum exercitu,
qui Ludouici Religi comitiis iugum
excusserant, cùm ille in uitam
ditionem rediisset, Age, inquit, Ludo-
vice, cautor deinceps esto, ne per in-
justitiam principatu exclusus nostrā
opem rursum implores. Annal. Franc.

& Guaguinus in Compend.

Cato Maior.

* Pessimū dicebat esse principem,
qui imperare sibi p̄f̄ nequiret. Stob.
serm. 44.

Plutarchus.

* Potestas malitia coniuncta, ner-
uos (inquit) ac robur affectibus ad-
dit. Et verū est illud Dionysij dictū,
qui se tum imperio frui maximè di-
xit, cùm quod liberet confessim ex-
queretur: Ingens autem periculum
est, ne is mala facere deliberaet, qui
facere potest quæ voluerit. Si mali-
tia potestatis cursum adipiscatur,
celeriter affectum quemvis promouet:
ex ira cædem, ex amore adul-
terum, & ex avaritia publicatio-
nem faciens, n̄ si rationis gravitas
& pondus coercent reprimatque po-
testatem libr. ad principem indo-
ctum.

Hadrianus Imper.

Commodum Aelium Verum ite-
rum consulem fecerat, eumque im-
perio destinauerat: quem quum cer-
neret nec animo nec corpore satis
validum dicere solebat. In caducum
parietem nos inclinauimus, ac per
didimus quater millies H S quod po-
pulo ac militibus pro adoptione dedi-
mus. Verè præsensit. Commodum
in aitem imperio, sed serò. Dion. in
Hadr.

Galienus imper.

Provinciarum defectionem, quasi
leuissimarum rerum iacturam, ioco
solebat eludere. Cùm enim nuncia-
tum esset Aegyptum defecisse: Quid,
inquit, sine ligno Aegyptio esse non
possamus? Quum vastata Asia Scytharū
incursionibus accepisset: Quid,
inquit, sine aplitonitro esse non pos-
sumus? Perdita Gallia, arrisit, dixit
que: Non sine trabeatis sagis tuta Re-
publica est? Pessimi principis voces,
cui quequam potius est Repub. Tre-
bellius Pollio.

Vide apoph. de Tyrannide.

Q q iij

De principio rerum agendarum duro.

Socrates.

Dicebat, Bene incipere, non esse pusillum, sed iuxta pusillum, Graeca sic habet, ἀρχεδαι, μικρὸν υπὸ μὴν ἐτιμαζευκόν δέ, quod Laertij interpres ita reddidit, Bene incipere parvum non esse, sed maximum. Quāquam aliud exprimunt verba Socratis, sed sensit, nō fallor, bene incipere, non esse quidem parvum, sed parvissimi: aut recte incipere non esse pusillum, sed iuxta pusillum. Paulatim enim incipiēdūm, eo quod qui initio præproperi sunt, serius perueniunt ad finem, ut alludat ad Hesiodum iubētem, ut pusillum pusillo addamus. Dīcti argutia est in Græcis vocibus, eaque Latinè reddi vix potest. Laert. in eius vita.

Aristoteles.

¶ Principium quantitate est minimum, potestate est maximum. Elēnch. 2.

Idem.

¶ Principio inuento facile est augere reliquum. Ibidem.

Pittacus.

Illud decantatissimum frequenter dicere solebat, Dimidium plus esse cetero. Quo vir prudentissimus innuerre voluit, omne quidem principium satis esse durum: verum si rem aggrediamur serio, facile nos peruenire ad seū finem. Laert. l. 1.

Stratonicus.

Byzantij, cū cithareodus quispiā bellè cecinisset procēmum, cætera minus feliciter, surrexit, ac præconis in morem pronuntiavit: Quisquis indicarit cithareodium qui bene cecinisset procēmum, drachmas accipiet mille. Eras. l. 6. apoph.

De probitate.

Anonymus.

ADolescens quidā cū vendereatur, rogatus à licitatore; Et si frugi, si fuero mercatus? Etiam si nō fueris mercatus, respondit. Ne fortuna quidem seruīs docere potuit illū serui lia loqui. Qui enim natura probus est, vbique & apud omnes probus est. Plutarch. in apoph. Lacon.

Æschylus.

Cūm hi versus, quos de Amphiaraō scripsit Æschylus, in theatro recitarentur apud Athenienses:

Ἐγὼ δοκείνας γέσος, ἀλλ᾽ ἐγώ θέλει,
Βαθέλαν αὐλαῖς στὰ φρεάτης κερπί-
ωφος
Αφέντα τὰ κεδάτα βλαστάσει βελόδηματα

Id est,

Neq; enim videris, at esse studet vir o-
primus,

Segetem profundā mēte studioſa colēs
Cōſilia quādo hinc germināt ſalubria

Totus populus in Aristidem ver-
tit oculos, agnoscens hoc laudis in ei
competere. Plut. in Græc. apoph.

De probitate damnata.

Aristides.

Creatus procurator fisci, quod munus sanctissimè gesserat, ta-
men à Themistocle delatus est, ac re-
petundarum damnatus. Sed optimā-
tum fauore non solum illi multa re-
missa est, verum etiam eodem redditus
est muneri: quod per simulatio-
nem sic administravit, ut omissa pri-
stina ſeueritate, lenē ſe facilēque
præberet iis qui publico malo gau-
dent ditescere. Horum opera factum
est, ut populus tertio munus summis
fauoribus eidem deferret Aristidi.
Tum ille: Ob integrē gefatum munus
damnatis: nunc quoniam præter a-
guum multa concessi ciuitatis expi-
latoli-

atoribus, honore dignum iudicatis. Hoc igitur honore delato, plus mihi ledecoris afferri puto, quā damnatio multato irrogastis. Norat quibus irtib. posset fieri gratus apud populum, nisi maluisset iustus esse, quā clausibilis. Hoc dicto norauit vulgi veruersum iudicium, quod ea quæ profutura essent Reip. ubique damnata: quæ nocent summis euehit laudios. Plut. in Themist.

Vide apoph. de Innocentia, & ingratitudine.

De prodigalitate, profusione & largitione.

Crates.

Diuinitum opes dicebat esse similes fiscis arboribus in præruptis locis, è quibus ut homines nihil caperet fructus, sed corui tantum, ac milui: ita ex illorum facultatibus tātū alacrentur scorta & adulatores. Refert Plut. Laer. lib. 6. c. 5. Stob. ser. 14. Alij hoc Dionis & Socrati adscribunt.

Chilon.

Cum videret adoleſcētem libera- liter, vel profusè potius, suum patri- monium aliis largientem, ait: Si sumptus magnos vbi non decet feceris, vbi decet mox exiguos facies. Maxi. serm. 61.

Bion.

In quendam qui prædia sua deu- ratarat: Amphiaraum, inquit, terra ab- sorpsit, tu terram. Laer. l. 4. c. 7.

Zeno.

Suprà de Luxu & Voluptate.

Anaxagoras.

Verissimè dicere solebat: Magno cum negotio pecunias comportari, sed multo maiore opera conseruari ac custodiri. Cui & poeta Ouid. asti- palatur, qui ait,

Non minor est virius, quam querere, parta tucri.

Quemadmodum enim echinum, sic etiam nummos capere facilius est, re-

tinere verò difficile. Sæpe enim pecunias, quas multo cum labore quis vnciatim vix comparserit, iuxta Atchilochum, eas vniuersas semel in vnius scorti marsupium effudit homo ignauus, prodigus, & inutile terræ pondus. Ælian. lib. 4. Var. hist.

Socrates.

Socrates videns quendam facile o- mnibus gratificari, nulloque dele&tū suppeditare: Malè pereas, inquit, qui Gratias virginis ut scorta prostitui- sti. Stobæus sermone 14. Hoc autem Maximus sermone 8. ascribit Demo- crito.

Plato.

Suprà de Luxu & Voluptate.

Aristoteles.

Suprà de Avaritia.

Diogenes.

Suprà de Luxu & Voluptate.

Idem.

A prodigo petebat minam. Ille miratus improbam postulationem; rogabat, Cur, quum ab aliis obolum petere soleas, à me minam petis? Quoniam, inquit, ab aliis iterum me accepturum spero, à te verò an unquam posthac accepturus sim, οὐδὲ πούστι κεῖται, id est, in deorū genibus situm est, attexuit enim hoc Homeri Hemisticium. Significauit au- tem, homini profuso periculum im- minere, ne breui redigeretur ad ex- tremā inopiam, vt ne obolam quidē haberet reliquum. Laertius libro 6. Stobæus sermone 13. Maxim. sermo- ne 61.

Idem.

Præteriens prodigi cuiusdam ædes, inscriptionem habentes, Venales: Faciliè, inquit, diuinabam fore, vt præ immoda craula domum euomeres. Nam enim domum assumpserat antequā venale proscriberet. Vo- mitus igitur erat ille verius, quam venditio. Laert. l. 6.

Demosthenes.

+ Qui quod habebat, consumpsit in quæ non oportebat; quæ non

Qq iiiij.

possidet, si contingat, non vtetur, in
quæ oportet. Plut. de Vi. ver.

Plutarchus.

* Luxuriosum vitam quasi quo-
gidie morientem efferrī dicebat. An-
gon. & Maxim. secund. de prodigali-
tate.

Idem.

* Divitem prodigum contempla-
gus oliuas edentem, & aquam biben-
tem: Si sic, inquit, prandisses, non sic
cœnares. Eod ser.

Timotheus.

In Aristophonem prodigum gra-
uissimè inueliebatur, inquiens: Cui
nihil satis est, eidem etiam nihil tur-
pe. Älian. l. 13 de Var. hist.

Epicurus.

Dicere solebat, Cui pauca non suf-
ficiunt, ei nihil satis esse. Alludens ad
eos, qui cùm habent quæ ad vitam
sustentādam necessaria sunt, non ta-
men sua sorte contenti, amplissimas
divitias ac opes petunt: quas si possi-
derēt, laborarent diebus ac noctibus,
quo parta, leuiter, otiosè, ac prodiga-
liter deglutirent ac concoquerent.
Älian. l. 4. Var. hist.

Alexander.

Alexandro puerō diis largius fa-
ciēti suffitum, ac subinde ad thus ac
currenti: Leonides illius pædagogus
qui tū aderat. Heus, puer, inquit, tum
largè facies suffitum, cùm regionem
deuiceris quæ thus gignit. Post cùm
eam regionem obtinuissest, memor
eius dicti, hac sententia scripsit illi li-
teras. Mitto tibi thuris & caſis talē-
ta aliquot, ne posthac parcus sis erga
deos: quum non ignores nos potitos
regione odores g'gnente. Plut. in a-
pophteg.

M. Cato.

Cato in Albidium, qui luxu facul-
tates prodegerat, denique & ædes de-
uotārat, nouissimè conſequutum in-
cendium, quod reliquum erat, ad-
sumpsit, ita iocatus est, ut diceret eū
fecisse proteriam. Id erat priscum
sacrificij genus, in quo si quid super-

fuisset, seruari religio erat, sed igni
cremabatur. Plut. in eius vita.

Idem.

+ Profosus homines cisternæ rui-
nosæ persimiles aiebat, quam vt nul-
lus implet imber, sic eos nulli, quam-
uis non magni prouentus, rerūmque
compendia exſatiant, fierique pro-
pterea, vt haud multò post diſ-
pando exhausti egeant. Plut. in eius
vita:

Augustus Caesar.

Suprà de Fauore, arte & largi-
tionibus captato. Anonymo tribui-
tur.

Sigismundus.

Suprà de Ignavia.

Heliogabalus.

Suprà de Luxu & Voluptate, & de
Pœna malis infi genda.

Alphonsus.

Equiti subinde aliquid flagitanti,
sed mox quod acceperat profunden-
ti: Si pergam, inquit, tibi dare quæ pe-
tis, citius me pauperem effecero, qua-
te diuitem: nam qui tibi donat, nimil
aliud quām aquam infert pertuso do-
lio. Panor. de rebus gestis Alphonsi
lib. 2.

Idem.

Suprà de Luxu & Voluptate.

De proditione.

Agesilaus.

AD Agesilaum regē quum quidā
venisset efflagitans vt id quod
promisisset, præstaret: ad regiā enim
fidem pertinere, non verba modo,
verūm capitī etiam nutus seruare:
rex, quia res parum honesta videba-
tur, & propterea fidem in eo præstā-
dam esse ratus, respondit: Scito tu
quoque, neminem à rege iniustum
rem petere debere. Ac uero responso
ostendens rem honestam, quæ im-
portunitate promissa, aut concessa
videatur, laudabilius reuocari, quā
vt constācia famæ paretur, mala quæ
pro-

promissa sunt præstari. Fulgos. lib. 7.
cap. 2.

Agis Archidami F.

Cum Ephori dicerent. Proficisci re, iuuentutem tecum ducens ad huius patriam, nam is ipse te perducet in arcem. Et quā conuenit, inquit, ὁ Ephori, tot iuuenes ei credere, qui suam ipsius patriam prodidit? grauiter admonens, nihil illis tutò credi, qui in patriam perfidi fuerint. Plut. in Lacon.

Therycian.

Delphis rediens, quum videret in Isthmo angustias à Philippi copiis occupatas. Malos, inquit, ὁ Corinthij portarum custodes vos habet Peloponnesus. Allusit eo, quod grauiter inimaduerti solet in ciues, quibus verbis portæ commissæ sunt, si eas in diligenter custodierint. Multò magis accusari merebantur Corinthij, qui otius Peloponnesi portas Philippo prodidisset. Plut. in Lacon.

Theagenes.

Cilicon quidam siue Achæus, Miles patriam prodiderat Pirenensis. Quo nomine meritò habebatur omnibus exosus, cuius perfidiam lanus quidam Theagenes sic vltus est. Cilicon adiit Theagenem, in mæcello empturus carnes. Lanus dissimulato odio, porrigit carnium partem, veluti resexturus quod superefset. Cilicon profert dextram, ex adverso retenturus carnes. Theagenes machæra sublata, proditoris manum amputauit, ac ne id videretur errore factū, addidit: Ita saltem manu post hac non proditurus es ullam ciuitatem. Applaudebatur lanio quod impium pro dignitate tractasset. Hinc adagium, Cilicontis exitium: quod in Chiliadibus recitat. Erasm. libr. 5. cap. 6.

Nicostratus.

Cum ab Archidamo multis præmis pollicitationibꝫque ad proditionem tentaretur, respondit: Archidame, te ab Hercule genus non du-

cere, satis intelligo. Hercules enim malos pœna afficit: Archidamus verò, eos qui probi sunt, malis afficere solet. Notabat autē Archidami fraudes, qui proditionem hostibus insponere tentabat Plut.

Philippus.

Interrogatus quos amaret præcipue, & quos maximè odisset? respondit: Predituros quidem in primis amo: eos verò qui iam prodiderunt, odi maximè. Stob. ser. 52.

Augustus Cæsar.

Quum in coniuio Rhymitalces Thracum rex, qui ab Antonio ad Augustum descivuerat, insolentius iactaret sua erga Cæsarem merita, ac sine fine exprobrans bellum societatem molestus esset: Cæsar dissimulata illius petulantia, alteri cuidam regum propinans dixit, Proditionem amo, predatores non laudo. Significans, his qui proditione profuerunt, nihil deberi gratiæ: licet enim officium quod præstant pro tempore gratum est, ipsi tamen habentur pro malis ac fœdigratis. Plut. in apoph.

Sigismundus imp.

A Sigismundo cùm miles veteranus effugiatet, ut promissum præstaret: Immoderata, inquit, tua fuit petitio. At miles, quum respondisset: Poteras tamē negare, cùm peterem: nunc autem sine turpitudine, quod promissum est, rescindere non poteris. Sigismundus, Si ex duobus alterum me ferre oportet, malo facultatum mearum quam famæ subire iacturam. Æneas Sylvius libro 3. comment. de rebus gestis Alphonsi regis.

Alphonsus.

Quum quidam ad Alphonsum Aragonum regē dixisset, decere principem nō ea tantum quæ verbis promisit præstare, sed ea etiam quæ nutu tantum affirmauit. Alphonsus respondit, Rectè sanè dicis: sed decet etiam petentes, ut ea tantum à principibus efflagitent, quæ sunt iusta & ho-

uestia: sin minus, satius est promissis non stare, quam peccare in leges iustitiae. Panorm. lib. 3. de dictis & factis Alphonsi.

De promissionibus.

Pythagoras.

* **A** Ge, inquietabat, res præclaras, nihil magnifici interim promittens. Stob ser. de virtute.

Antisthenes.

Adolescens quidam Ponticus pollicebatur se ratione Antisthenis habitorum, si nauis ipsius quæ falsamenta volebat, appulisset. Antisthenes accepto nouo vase, vna cum adolescenti ibat ad mulierem quæ vendebat farinam: & impleto vase, cœpit onustus discedere. Mulieri vero poscenti farinx pretium, commonstrato adolescente, Hic (inquit) dabit, si nauis cum falsamentis appulerit. Significans, inanes esse in dem pollicitationes, quū farina quotidie sit præfenti pecunia emenda. Laërt. libro 6. Brus. li. 2. ca. 2.

Alcibiades.

Apud Platonem in Symposium ait, se, quoties Socrati occurrat, vere cuncta affici, quia promissa non seruauerit: atque cupere Socratem ob id è vita excedere.

Agesilaus.

Quum inducias per tres menses pactas Tessapernes non seruasset, oratores ad eum misit, qui agerent gratias illi, quod promiso non seruato, Deos sibi hostes reddidisset. Plutarchus.

Idem.

Agesilaum Lacedæmoniorum regem quum quidam vigeret improbe postulando, ut pronaissum præstaret, atque hoc ipsum crebro repeteret: Reclite sanè, inquit rex. Si quidem iustum est quod petis, promisi: sin minus. dixi, & non promisi. Quo dico ostendit, pronaissum nequaquam præstandum est, quo is cui promis-

sum est, laedi possit. Plutarchus in Laco.

Phocion.

Dicere solebat, Non magna quidem hominibus promittēdā, sed magna facienda esse. Verūm eius diquā inuertit hodie, qui aureos montes ac Crœsi opes pollicentur hominibus, cùm ne gry quidē præstet. Stober. de Prudentia.

Idem.

Quum Leosthenes ciuitatis Atheniensium ad bellum pepulisset, magnificis spibus ad nomen libertatis ac principatus erectam: Phocion illius verba dicebat esse cypressis similia, quæ sublimes quum sint, ac pulchre, fructum non habent Nihil potuit dici accommodatus in sermonem splendide magnificèque pollicentem, sed in frugiferum: quemadmodum cypressus arbor sublimi cōposito que in conum vertice, procul egregium quiddam polliceri videtur, ac vix villa est sterilior. Plutar. apoph.

Scipio minor.

Cum C. Lælio consulatum petenti suffragaretur, Pompeiusque, cunctis tibicinis filius putabatur, suffragatorum se esset pollicitus, atque longa expectatione Scipionem frustrare tur (suam enim rem curabat) indignantibus cæteris, quod delusi essent, Scipio subridens: Stultitia (inquit) est nostra, tanquam non homines simus rogaturi, iam diu tempus terimus, tibicinem expectantes. Plutarchus.

C. Cotta.

Dicebat sese operam suam, in eis quod non contra officium peteretur solere polliceri omnibus, sed imperire iis apud quos optimè poni arbitraretur. Sensit, nulli promittendur quod esset præter honestum: nulli tam negandum, quod non contra officium peteretur. Comitatis est benignè polliceri: sed quoniam omnibus opera præstari non potest, eligend-

unt quibus eam impertias. Vt cūque
efert Q. Cicero ad fratrem, de peti-
tione consulatus, & Bruson. lib. 1.ca-
it. 15.

Cicerio.

Suprà de Conuiciis.

Vide apoph. de petitionibus
parum iustis.

De pronuntiatione.

Theocritus.

THeocritus ad Grammaticū quē-
dam ludimagistrum malè pro-
nuntiantem accedens, rogauit, Qui
sit quod Geometriam non doceas? Is
quum respondisset, Quoniam igno-
ro. Quid tum? dixit. Nam legere e-
tiam nescis. Notauit autem pronun-
tiationis vitium in Grammatico, qui
non tantum ipse lingua promptus es-
se debet, sed aptus eriam ut aliorum
verba & voces formet. Stob.serm.de
Imprudentia.

Demosphenes.

Cuidam percontanti, quid esset in
eloquentia præcipuum, respondit.
Actio. Roganti, quid proximum? re-
spondit, Actio. Roganti, quid tertium?
nihil aliud respondit quām Actio,
tantum tribuens pronuntiationi, ut
in ea totum situm existimaret. Actio
autem multa complectitur, vocis mo-
derationem, oculorum vigorem,
vultus habiculum, & totius corporis ge-
stum. Erasm.lib.4.apoph. ex Quintili-
iano.

Pausanias sophista.

Quoniam more suæ gentis crassa
lingua sonabat, confundens conso-
nantes breves producens, productas
corripiens, vulgo dictus est coquus,
qui pretiosa obsenia male condiret.
Philost.in sophist.& Volat.lib.18.Vr-
bau.Com.

Anonymous.

Illaudatus rhetor, cū causam age-
ret pulchrè vestitus, sed tumultu ir-
ruens in tribunalia, voce semimulie-
bri, lingua supina, quodvis potius spe-

ctans, quām ad ea quæ agebantur
aversatus dicentem imperator, stu-
duit illi os occludere, toraque actio-
ne aquam intercipiebat, breues sub-
inde per contatiunculas ebiciens. Ad
quas cū parum appositè respondis-
set Philiscus: Virum, inquit impera-
tor, arguit cæsaries, rhetorem vox.
Græca plusculum habent leporis, τὸν
ψῆφον τὸν δεῖναστον οὐ καύει, τὸν δὲ φήτο-
ρον. notans ilū, quod attensa cæ-
saries declararet virū, sed oratio non
declararet esse rhetorem, sed fœmi-
nam potius. Philost.

Aeschines.

Suprà titulo, de Oratione aliena.

C.Cæsar.

Celebratur C. Cæsaris dictū, quod
prætextatus adhuc deprompsisse fer-
tur in quandam modulatius orantē:
Si legis, cantas: si cantas, malè cantas.
Quidam latrant oraties, verius quām
loquuntur. Sunt qui rhetoricam pro-
nuntiationem affectantes, medijs sunt
inter canentem & loquentem. Mem-
minit huius Quin Fabius, & Eras.l.8.
apoph.

De prosperitate.

Socrates.

* **S**ciscitatus quid bonis viris mole-
stum esset? respondit, malorum
prosperitas, Ant. & Max. ser.de for-
tuna bona & mala.

Diodorus philos.

* Felicioris ingenij esse dicebat in-
fortunia cum dexteritate ferre, quām
ingentem prosperitatem regere pru-
denter. Eod serm.

Epicurus.

* Humilis, inquit, & parvus animus
prosperitatibus effertur, aduersis au-
tem rebus deprimitur. Ibid.

Epicurus.

* Hæc eius sunt de prosperitate sci-
tè dicta: Stultus prosperitatis tāquam
ebrietatis voluptato nigium fruens,
stultior euadit. Eorum qui prosperè
agū: antagonistā est inuidia. Prospe-

ritate, tanquam fructibus Autumni, dum adeſt, frui debemus. In enchiridio & dissertationibus.

Phaorinus.

* In prosperitate, inquit, ne superbias: & inops ne deiicias animum. Fortunæ vices fortiter ferre scias. Ant. & Max.ser.de fortuna.

D. Ambroſius.

† Cùm apud diuitem quendam hospitali gratia diuertisſet, & ille se nihil vñquam in vita aduersi passum iactaret: euestigio cum suis recessit Ambroſius, dixitque ſe ideò fugere, ne vñā cum homine perpetuis proſperitatibus vſo ſtatim periret. Haud ita procul excederat, retrò aſpicien-tes, vident aedes illas cum omnibus qui ibi erant, terræ hiatu iam abſorptas. Paulin.in eius vita .

Vide apoph. de Fortuna.

De prouidentia Dei.

Socrates.

* Dicēbat, si quid cura potest, illud cures: at si Deus ipſe te curat, cur tu ſollicitus tibi ſiſt? Anton. & Max.ser.de Prouidentia.

Plato.

* Virtus, inquit, nec ſub doctrinam cadi, nec eſt naturalis, ſed diuino ſato inefſi iis qui eam habent. Eod. ſerm.

Idem.

* Dens omnia, inquit, & ſecundum Deum fortuna & occasio humana gubernant vniuersa. Ibid.

Alphonsus.

Cofmus Florentinus Alphonsu A-ragonum regi male pacatus, vir alio-qui magnus & illustris cùm domo ni-ſiſet regi TitiLiuij libros utique p̄-claros, reclamatum eſt à medicis re-giis qui aderant, ne librum attre-ctaret ab hoſte miſſum, quem vene- no infeſtum in regis interitum puta-

bant. Verū Alphonsus cùm aliquā do videretur medicis aſſentire, de-mum Liuium manibus attrectans, hinc indequé legens. & relegens qua-dam historias, ad ſuos conuerſus, ait, An ignoratis, regum animas non pri-vatorum libidini ſubiectaſt esse, ſed ſub cura Dei ſecuras & lātas agere? Sensit vir prouidentissimus, diuina p̄ re-uidentia cùm regantur omnia, cor-regis (qui eſt Dei, vt Paulus ait, mini-ſter) ſemper eſſe in manu Domini, qui regit & ſelectit quō vult, contra o-mnia noſtra conſilia. Anton. Panor-mit, de reb. geſt. Alphoni, & Aenea Sylvius de eius diſtriſ.

De prouidentia homini in rebus agendis.

Chilon.

F Requenter dicere ſolitus eſt, Ea-ue tibi ipſi, & caue teipſum. Quo-rum primò admonuit, cantè agendi eſſe cum hominibus, ne fraude cir-cumuenti decipientur Deinde vnu-n quemque ſibi ſuſpectum eſſe oportē-re. Omnes enim ferē cauent ſibi ab aliis tamē interdum nemo magis ho-stis eſt homini, quām homo ſibi ipſi quo fit, vt cùm aliis imponimus, noſ-metipſos perdamus. Laertiū in vit-Chilo.

Thales.

Suprà de Philosophiæ vſu & vtili-tate.

Aniſthenes.

Dicere ſolebat, ſapienti nihil eſſe nouum aut ſubditum: eo quōd qui-quid homini poeſt accidere, ſit tam p̄meditatus, vt nunquam dicat, nē putaram. Laerti. l. 6. c. 1.

Agesilaus.

Tiffaphernes Persarum dux cum Agesilao fœdus non ex animo, ſed metu percutterat, hac lege, vt Gra-ças ciuitates ſineret liberē ſuſq; viuere legibus, mox ingentibus co-piis

illis à rege suo accessitis, bellum illi lenonit, iuit, ni Asia decideret. Hoc cedus violatum libenter arripuit A- gelasius, legatis bilari voltu respon- tens: Se magnam habere gratiam lissapherni, quod per iurio tuo & leos & homines sibi infensos reddi- lisser, aduersæ verò parti propitious. Rētē sensit, absque prouidentia Dei ubil geri in rebus mortalium: magis- que fidendū diuino fauori, quam hu- manis consiliis aut viribus. Plut. in Lacon.

Iphierates.

Contemnebatur ab aliis, eo quod a patre furore natus esset. Verum um primū nomen sibi & existima- ionem fecit cūm vulneratus, hostem irmitum in nauem suam portasset. Is igitur cūm in amicorum suorum agris haberet exercitum, & nihilominus vallum iaceret, fessusque pro- pè foderet cuidam dicenti, Quid me- tuimus? respondit: Pessimam esse du- ris vocem, haudquam putaram. Significans, rebus prosperis sāpenu- nero imminere pericula non exigua quæ nullus expectasset. Aduersus in- opinatos igitur easius cautè omnia esse munienda. Plutarchus in Græc. apoph.

Epaminondas.

Sub Epaminonda Thebano duce nunquam euenit, vt exercitum inua- deret tumultus Panicus, qui subito præter causam interdum oboriri solet: propter summam præstantissimi huius ducis prouidentiam. Plutar. in G. xc.apoph.

Perseus.

Suprà de Mutuo.

L. Sylla.

Infrà de Regnandi Libidine.

M. Antonius.

Suprà de iudicio nimis exacto.

Seneca.

† Præcogitati mali mollius ictus venit. Ideò itultis fortunæ credenti- bus omnis videtur noua rerum ino- pinata facies. Sapiens autem assuevit

futuris malis: & quæ alij diu patien- do levia faciunt, hic levia facit diu cogitando. Epist. 77.

Cato Uticensis.

Cūni Cæsar Ariminum occopasset, & ad Pompeium summa rerum in vrbe translata esset, Cato dixit: Si mihi ista prædicenti credidissetis, P. C. nec vnum nunc timeremus, nec ab uno spes nostræ penderent. Plut.

Alphonfus.

Suprà de Principe bono, & eus in regni administratione officio.

*De prudentia.**Socrates.*

I Nterrogatus, quid esset prudentia? Animæ (respondit) coacinnitas. Stob.ser.de Prudentia.

Idem.

* Vt nauis vacua, inquit, instrumen- tis conuenientibus, sic vita prudentiæ efficiens munienda est atque instru- enda. Stob.ib.

Idem.

* Nec equo, inquit, sine freno, ne- que diuitiis sine prudentia tutò quis- vti poterit. Eod.ser.

Idem.

* Soli prudentiæ, tanquam consul- tissimo tutori, vt vitam omnem, ita maximè iuuentutem credere conue- nire dicebat. Eod.ser.

Idem.

Sciscitatus, Quinam prudentes es- sent? Qui non facile delinquunt, re- spondit. Eod.ser.

Idem.

Adhortabatur subinde suos disci- pulos, vt hæc tria in omni vita sibi pararent: Vt in animo scilicet habe- rent prudentiam, in lingua silentium, & in vultu verecundiam. Maxim.ser- mon.41.

Bias.

* Considera, inquit, & postea rē ag- gredere. Itē, Aggredere tardus agén- da, aggressus age constans. Laër.

Periander.

*Ea facito, inquit, quorum non te
pœniteat. Laërt.

Democritus.

*Dicebat sapientiam aut prudens-
tiam, que nihil admiraretur, omnium
rerum esse dignissimam & preciosissi-
mam. Stob.ser.

Periander.

*Quærenti quid in minimo maxi-
mum esset, respondit, prudentes co-
gitationes animæ in corpore huma-
no. Stob.ibid.

Lamblichus.

*Prudentia, inquit, virtutum prin-
ceps est, reliquaque omnibus viris,
atque ipsarum ordinem, modum &
occasionem in præsentia, tanquam
oculus quidam mentis undeque
lucidissimus, ostendit, &c. Tandem
addit, Prudentia sui possessores effi-
cit Deo similes. Stobæus, serm. 3. de
prudentia.

Criton.

Prudens vir, inquit, ad vitam quasi
ad viam quandam, non preciosius via-
ticum, sed quod magis necessarium
comparat. Eod.ser.

Bion.

Dicebat, prudentiam tanto cæ-
teris virtutibus antecellere, quanto cæ-
teris sensibus præstaret visus. Num
oculi præludent toti corpori, nec vi-
la est virtus absque prudentia. Nam
quomodo iustus reddet cuique suum,
nisi prudentia commonestet quid cui
debeat? Laërt.l.4.c.7.

Antisthenes.

Dicere solebat, Tutissimum esse
murum prudentiam, quod is nec col-
labitur nec proditur. Nulla quippe
mœnia sunt tam munita, quin ma-
chinis aut suffosionibus, aut vallo-
rum proditione capiantur. Pruden-
tis autem decreta sunt inexpugnabi-
lia. Laërt.l.6.c.1.

Iſocrates.

Dicebat, virom frugi & pruden-
tem debere præteriorum meminiſ-

se, agere præsentia, futura leuare.
Stob.ser.1.

Agesilaus.

Cum pugnaretur apud Mantinea,
admonuit Lacedæmonios, ut cæteris
omisis omnibus in vnum Epaminondam
intenderent vim prælii, dicens
solos cordatos milites authores esse
victoriae. Quod cum fecissent, victo-
riam natu sunt. Hac vece consuluit
Agesilaus incolumitati suorum, qui
fuerant sine dubio manu hostium pe-
rituri. Simul illud docuit, in bello
plus habere momenti vnum verè pru-
dentem, quam turbam imprudentem.
Plut.in Lac.apoph.

Archidamas.

Cum bello Arcadas superasset, ob
id laudatus à quodam: Præstantius
erat, inquit, si illos prudentia quam
viribus superassemus. Plut.in Lac.

Scipio Minor.

Iuuenis etiamnum, tantam habe-
bat opinionem fortitudinis & pru-
dentiae, vt Cato senior interrogatus
de his qui apud Carthaginem milita-
rent, in quibus erat & Scipio iunior,
Homerico versu responderit,

*Ille sapit solus, volitani alij velut um-
brae.*

De Tiresia dictum est apud Home-
rum Odyss.z. Plut.in apoph.

Euripides.

Celebratur illud Euripidis dictum;
Vancum consilium rectum magnam
militum manum vincere. Quo pru-
denter admonuit non perinde refer-
re quam numerosum educas exerci-
tum, sed quam cordati sint exercitus
duces. In bello siquidem longè plus
habet momenti prudentia, solertia
que, quam vires consilij expertes. E-
ras.l.8.apoph.

Gregorius Theolog.

*Qui serpentis prudentiam in ma-
lis columbinæ sinceritatî circa bona
misuerit, is neque prudentiam finet
malignam fieri, neque simplicitatem
stolidam. Stob.ser.de Prudentia.

Vide apoph. de Sapientia.

De

M. Antonius Verus.

Iam moriturus, cùm amicos affici dolore sentiret: Humanum est, inquit, humanis rebus affici & ingemiscere. Quo dicto ostendere voluit, hominem nō esse saxum, aut ferrum: sed animal, quod facilè in aduersis potissimum afficiatur, aliorūque doloribus ingemiscat. Herodianus lib. I.

Seneca.

Videns Neronem imperatorem infinitos variis mortis generibus occidere, quos cogitare de imperio existimabat, dix: Sæ ad Imperatorem fetur: Licet plurimos occidas, attamen non potes successorem tuum occidere. Xiphilin. in Nerone.

Ludouicu X II. Gall. rex.

*Quum Pontifex in eum diras evomeret: Atqui, ait, precandi ille, non imprecandi causâ pontifex est constitutus. Annal. Franc. Repetit laudatam eam vocem sacerdotis quæ adduci non potuit ut Alcibiadē execraretur, Plutarcho teste in Alcib. vita.

Idem.

* Relatum est Iulium Pontificem regio honori insidere, & multa moliri ut Gallico regno crearet pericula: Atqui, inquit Ludouicus, non tantum otij superfuit D. Petro Apostolo, ut res Claudijs Cæsaris, aut Domitij Neronis, quæ ad senihil attinebant, curaret. Ibid.

De publicis negotiis, priuatis anteponendis.

Aristides.

Aristidi erat simultas cum Themistocle. Huic quum delectus esset collega ad peragendum legationem: Vis, inquit, Themistocle, ut in his montibus simultatem deponamus? Nam si videbitur, reuersi il-

De prudenter dictis.

Lycurgus.

[L]ycurgus Lacedæmoniorum rex, percontanti quam ob causam veneratur legibus scripsi: Quoniam, iquit, eruditæ qui sunt, benèque educati, probant quid pro ratione temporis expediat. Plut. in Lac.

Agesilaus.

Agesilaus Lacedæmoniorum rex juntes audiebat aliquos ab aliis laubis commendari, aut vituperari, licet non minus animaduertendos esse eorum mores qui laudant, aut ituperant, quæ eorum qui laudantur aut vituperantur, ut intelligamus ex vtraque parte hominum morbos, & animorum (quibus laborant) affectiones. Plut. in Lac.

Idem.

Interrogatus à quopiam, cur Spariatae ad tibiarum clangorem prælia nirent? Ut cùm ad numerum, inquit, ngreduntur, appareat qui sint fortier periculum subituri, & qui sint effeminati. Ibidem.

Idem.

Cùm iam Corinthiorum vires pugnando fregisset, exhortantibus amicis, ut urbem eorum quoque oppugnaret: negauit, id suæ virtuti conuenire, qui peccantes ad officium cogeret, non qui nobilissimas Graeciae urbes subuerteret. Plutarchus in Lacon.

Leotichidas.

Rogatus à quodam quo pacto quis bona quæ sunt, tueri valeret? Si non omnia, inquit, fortunæ crediderit. Plut. in Lac.

Cato Vicensis.

Cùm in senatu Pompejo, cui parum alioqui fauebat, decerneret imperium, dixit: Talium virorum esse, ingentia Reipublicæ inferre mala, eadémq; depellere, tempori consiliū accommodans. Plut. in Catone.

Iam resumemus. Priuatos affectus publicæ posthabuit utilitati. Ex his enim ferè omnis humanæ vitæ perniciës nascitur. Plutarch. in Græc. apoph.

Idem.

Aristidis vxor administranti Rem publ. ei dixit : Vniam priuatas quidem res putares esse publicas, & contrà publicas priuatas. Notauit autem hominis improbitatem, qui sua negotia Reipublicæ anteponebat. Stob. ser. 37. ex Serino.

Demaratus.

Cuidam percontanti, quam ob causam apud Spartanos qui scutum abiecissent, notarentur ignominia, & infami vocabulo R. psaspides appellarentur, qui galeas aut thoraces, nō item : Quoniam, inquit Demaratus, hæc sua ipsorum causa gerunt, scutum verò communis exercitus gratia: significans, vñ cuique pluris esse faciendum communem utilitatem, quam propriam. Qui galeam aut thoracem abiecit, seipsum prodit tantum, & exarmat: qui scutum abiecit, prodit vniuersam phalangem. Nam obtentu clypeorum tota acies tuta est aduersus hostium laecula. Plut in Lacon.

Pompeii Crassus.

Marcello ac Domitio Pompeium in senatu rogarib; num proximis comitis petitus esset consulatum: Fortè, inquit, petam: fortè non petam. Rursus idem percontantibus: A bonis, inquit, ciuib; petam, à malis nequaquam. Quum hæc responsa ut ambigua ac superba multos offendere, Crassus idem percontantibus respondit, Si è repub. fore iudicauero, petam: sin minus, à petendo obtinebo. Plut in Crasso.

Cato Uticensis.

Pompeius quo suam factionem redderet firmorem, per Munatium petiit, vt Cato reptium duatum alteram sibi, alteram filio suo daret. Cato iussit reuersum Munatium Pō-

peio renuntiare: Se quidem per mulieres capi non posse, benevolentiam tamen illius sibi gratam esse: amicitiam, etiam quæ quavis affinitate firmior esset, polliceri, si quæ Reipubl. conducerent, sequeretur. Cæterū aduersus Republ. nunquam datum obsides. Néptes in matrimoniu datas, obsidū nomine signans. Sunt qui narrent, non néptes, sed filias in matrimonium à Pompeio petitas. Eras. 1.5. apoph.

Alexand. Seueru.

Amicos & cognatos si malos compisseret, puniebat. Id si vetus amicitia aut necessitudo non patiebatur, à se dimittebat, dicens: His charior est mihi tota Respabl. Significans, priuatos affectus utilitati publicæ posthabendos. Lamprid.

De pudicitia.

Phocas.

Phocas in Ionia, parentibus honestis orta ingenuèque educata, ad Cyri regis cœnam cum aliis mulieribus admissa, cæteris regios iocos ac lusus hilariter excipientibus, nec refugientibus ab illo tangi, sola tacitè ingressa ad lectum constituit, nec vocanti Cyro paruit. Cubiculariis autem tentantibus illam adducere: Flebit, inquit, quisquis horum mihi manus admovevit. Ob hæc, quum à cæteris agrestis & incomis haberetur: Cyrus gaudens, & cum risu versus ad illum qui mulieres adduxerat: Non intelligis, inquit, e hanc vnam ingenuam & incorruptam adduxisse? Postea ad hanc in primis adiecit animum, vñcèque adamauit, sapientem appellans. Apud barbaros, mulieres attigisse, constuprassæ erat. Plut. in apoph.

Livia.

† Viros quosdam nudos, sibi factos obuiam, eaque de causa morte plementos, eripuit dicebas: Pudicis mulieribus

bus hos nihil à statuis differre.
Dion Cass.lib.58.

D.Hieronymus.

Multò melius est , aiebat Salui-
z, stomachum te dolere , quām
nentem : Imperare corpori , quām
eruire : gressu vacillare , quām pudici-
tia . In egest. ad eandem lib.3,

Anonyma.

Suprà de Dote.

Vide apoph. de Castitate &
Continentia.

De pudicitia coniugali.

Anonyma.

Quidam Lacenam missio nuntio
solicitauit, num assentiretur, vt
psi sui faceret copiam ? Cui illa re-
spondit: Quum essem puella, parenti
obedire dici , idque feci : mulier au-
tem facta , viro. Itaque si me inuitat
ad honesta , viro meo primū
rem aperiam. Plutarch. in Lacena-
rum apoph.

Alia.

Lacena rogata, num ad virum ac-
cessisset? Non, inquit, sed ille ad me.
Significans, sese non libidinis causa
commercium habere cum viro, sed
parentibus ac legibus obtemperare
Turpissimum enim esse fēminæ , si
virum ad coitum solicitet. Plut. in
Lacen. apoph.

Hieron.

Hieroni quidam exprobabat oris
graueolentiā. At ille cum vxore ex-
postulauit, quod id sibi nunquam in-
dicasset. Tum illa: Putabam, inquit,
vires omnes ad eundem olere mo-
dum. Eximium pudicitia argumen-
tum, quæ nulli vero tam vicina fue-
rit, vt oris halitus sentire posset, præ-
terquām vni marito. Plut.in apoph.

Euboidas.

Audiens à quibusdam prædicari
vxores alienas, non approbavit id fa-
ctum, dicens : De moribus ingenioque
vxorum apud exterios nullam omni-
no faciendam esse mentionem. Qui

non cultu laudari coniuges aliorum,
quid faceret vituperantibus? Prima
laus pudicitia matronalis est , nulli
notam esse præter quām suo viro. Er-
asm. in apoph eg. |

Argaus.

Quibusdam non suas, sed aliorum
quorundam vxores prædicantibus:
Per deos, inquit, de bonis & honestis
mulieribus nihil temerè loquendum
est, sed in totum quales sint oportet
ignorari, præter quām solis maritis,
quibuscum vivunt. Tam insignis er-
rat apud priscos virginum & vxo-
rum pudicitia, vt eas ab aliis quām à
parentibus aut suis maritis conspi-
ci, gradus aliquis ad impudicitiam
haberetur: tantaque cautione con-
sulebatur illatum famæ , vt parum
publica videretur , de qua rumor
quamvis vanus orihi potuit: sed ea
demum summa matronalis pudici-
tia laus haberetur , si mulier adeo
domi conclusa viueret, vt nullus
esset qui de ea vel benè vel malèlo-
qui posset: propterea quod hoc
ipsum , matronam versari in fabulis
trahique per ora hominum , prosti-
tutionis genus putaretur. Etenim
qui laudat alienam vxorem, vide-
tur habere cognitam cuius laudes
prædicar, quod ipsum aliquid detra-
hit pudori fēmineo. Quid igitur vir
ille præclarus sentiret de matronis,
quæ sine maritis interesse gaudent
iuvenum coniuiis, quæ curvant ad
alienarum ciuitatum dies festos &
emptoria, quæ ducunt choreas et vi-
ris ac fēminis alternè mixtas, quæ in
balneis corpus nudum ostendunt
quorum liber virorum oculis? Erasm.
Rot lib.6.apoph.

Canna.

Canna Sinorito Galatæ nupserat,
eam Sinorix iuuenis præpotens ada-
mabat: & clam interfecit Sinorito,
de nuptiis Cannam felicitare cœpit.
Illa , quo coniugis mortem visebat,
recut, dissimulauit dolorem, & con-
iugij spem præbevit. Tandem Syng-

R. 2

rigem ad se venire iubet in templum Dianæ , cui erat dicata , quasi vellet hanc esse coniugij testem , & astans altari , ceu deæ libatura , è poculo bibit toxicum : móxque tradidit Synorigi , qui simulatque reliquum eibis est . venerata deam : Te , inquit , Dearū præstantissima testor , me huius tantum dier gratia haec tenus Synorigo fuisse superstitem . Eras. li. 6. apoph. ex Plutarchi li. de mulierum illustr. rebus gestis .

Chiomara.

Cùm missò pretio à suis reducetur , ac tribunus illam officij gratia ad flumen prosequeretur , clam mandauit vni seruorum , vt Romanum illum se præsequentem occideret . Is vbi caput præcsum Chiomaræ dedisset , illa sub veste teatrum ad mariatum derulit , & ad illius pedes abiecit . marito admirante , dicentéque , num præclarum duceret , seruare fidem ? præclarum , inquit : sed hoc præclarus , vnum duntaxat qui mecum cœcubuerit viuere . Fœmina aliquanto prudentior Lucretia , quæ non sua , sed stupratoris nece , testata est suam pudicitiam . Plutar. cap. 21. de Claris mulieribus . Liuius li. 38. Plin. cap. 55. de Viris illustribus .

Lucretia.

Cùm Collatinus cum paucis familiaribus ad Lucretiam venisset à Sex. o Tarquinio vi stupratam , quærenti viro ex more : sat' saluè ? Minime , inquit Lucretia , quid enim salui mulieri amissa pudicitia ? Vestigia alieni viri Collatine in lecto sunt tuo . Sed corpus tantum violatum est , animus insons est , mors testis erit . His dictis , cultrum quem abditum habebat , in corpore infixit , & collapsa est moribunda . Eras. l. 6. apoph. ex Liuiio .

Bilia.

Duellius , qui primus Romæ è nauali pugna triumphū obtinuit , iam senex , tremulōq; corpore , in iurgio quodam audiuit esprobriari sibi gra-

ueolentiam oris , reddit dormum tristis , & expostulauit cum Bilia uxore quam virginem duxerat : cur huius vitij nunq. à d. monuissest , quo lieui sit mederi ? Admonuissest anq. ut illa , nisi putassem omnibus viris ad eum modum ostere animam . Si Bilia verè sensit , quod dixit , argumentum est insignis pudicitia : sin fixit , magna item tolerantia , quæ tardiu per tulerit hoc incommodum absque fastid o . Erasmus libro 8. apoph . Simile est ei quod populo suprà de Hieron. retulimus ex Plut.

De pudore & verecundia .

Diogenes.

A Dolescenti cuidam erubescens Ati ; atque ob id perturbato . Bono animo es , inquit , fili . istiusmodi est virtutis tintura . Laertius in eius vita .

Democritus.

Eius præclara sententia hæc est : Malum , etiam si solus fueris , neque dixeris , neque feceris : Disce autem te ipsum multò magis quam alios reverteri . Stob. serm. 29.

Solon.

Dixit , Hospitalē Deum inter homines , qui iusti pudoris participes sunt , versari . Brus lib. 5. cap. 21.

Musonius.

Suprà de Reverentia .

Pythagoras.

Infrà de Rubore .

Demetrius Phal.

Admonebat adolescentes , vt domi parentes , in via obuios , in solitudine revererentur seipso . Pudor teneram æratem optimè deterret à peccado : qui in secura non adest , si quis reuereatur seipsum . Laer. lib. 5. cap. 5.

Hippocratis.

Suprà de Cœnitū & cœversatione .

Demades.

Aiebat pudorem in muliere , pulchritudinis arcem esse . Stob. ser. 72.

M. Cato.

M.Cato.

Aiebat, sibi magis placere iuuenes
qui rubescerent, quam qui pallesce-
rent, quod rubor arguat probam
indolem, pallor non item. Plutarch.
a apoph.

Seneca.

+ Omne vitium ebrietas & incen-
dit, & deregit: obstantem malis co-
ratibus verecundiam, remouet. Plu-
tes enim pudore peccandi, quam bo-
a voluntate prohibitis abstinent:
pist. 84.

Idem.

+ Nutriendus est pudor, qui quan-
tum in animo durauerit, aliquis erit
ionæ spei locus Epist. 25:

De pudore præpostero.

Lycurgus & Gorgo.

Quum essent qui vitio darent Ly-
curgos, quod virgines in pompis
ac ludis solennibus nudas exhiberet
sculis omnium, causamque cur id
instituisset requirerēt: Ut iisdem, in-
quit, cum masculis rationibus insti-
tuatæ, nihil sint illis inferiores, vel
obore, vel salubritate corporum, vel
inimorum virtute ac generositate,
tudique veræ laudis, vulgarem au-
tem gloriam contemnant. Vnde tale
quiddam fertur de Gorgone Leonida
vxore. Cum quædam ex era mu-
tier illi dixisset, Soz Licænae viris
imperatis: respondit, Nimirum solæ
viros parvius, hoc exemplum nec
in masculis nec in pueris imitandum
censuerim: hactenus tamen conducit
ut stup dum pudorem qui frequenter
obstat honestis actionibus, ab ætate
tenera executiamus. Statimq. dicunt,
nihil esse verè pudendum, præter
turpidinem: Innumeræ vero repe-
rias, quæ nudatæ vehementer erube-
scant: si quid præter honestum dixer-
int, fecerintve, non mutent colorē.
Sunt item innumeræ quibus amictus
vilius, culiusq. simplicior, genas ru-
bore tingat, contrà gloriosum esse

ducant, si splendido vestitu prodeant
in publicum, negligentes earum te-
rum quæ verum probrū, verāmque
laudem adferant Eras. ex Plutarcth.
Lacon.

De pudore inutili.

Diogenes.

CVidam ambienti à Diogene in
philosophiae disciplinam recipi;
admisso explorādi gratia pernam in
via ferendā dedit, séq. iussit sequi. Ille
præ pudore, abiecto quod gestabat,
furtim se subduxit. Aliquando post
forte fortuna illi fact⁹ obuius, ridēs,
Tuā (inquit) ac meāt amicitiā per-
na diremit. Indicans, illum non esse
idonum philosophiae discipulum,
qui stupidum pudorem non posset
contemnere. Neq. enim turpe est ge-
stare pernā: sed ab honesto recedere,
turpe. Ita Laert. lib. 6. Diocles hoc in-
plum paulò secus narrat: Quum qui-
dam ambiens esse Diogenis discipu-
lus dixisset illi, Impera mihi Dioge-
nes: admisso in famulitium, casei fru-
stum portandum dedit. Id quum ille
ob pudorem recusat: Nostram, in-
quit Diogenes, amicitiam paulu-
lum casei diremit. Brus. lib. 5. cap. 21.

Idem.

Cuidam exciderat panis, cūmque
reliquit, quod puderet recipere. Hunc castigare volens D'ogenes,
infecto fune collo, traxit vreuum per
Ceramicum: hoc faciens in poculo,
quod ille in pane facere erubescet.
Laert. lib. 6.

Zeno.

+ Cūm incidisset in adolescentem
quendam ipsi familiarem, iuxta mœ-
nia furtum ambularem, audiretque
quod fugeret amicum, à quo postu-
labatus ad ferendum falsum testi-
monium: Quid ais, inquit, ignaue? Ille
ausus est te malo, iniuriaque affice-
re, neque erubescit: & tu il'i pro iu-
stitia non aedes obsertere? Plutar. lib.
de virtut. Verę.

Antisthenes.

Suprà de Argutè dicitis.

Agesilaus.

Cùm apud Spartanos Palladi rem diuinam faceret, ac pediculus eum momordisset, rex non auersus, arreppum coram omnibus occidere non erubuit, sed insidiatorem etiam in ipsa ara confodiendum esse dixit. Plut. in La. on.

Bryetus.

Dicebat, sibi videri eum ætatis florrem malè collocasse, qui nihil negaret. Inutilis est verecundia, quæ obstat quo minus negemius obsequium ad inhonesta vocanti. Plutarch. in Brutus.

De Pueritia insigni.

Cato Uticensis.

Cum puer adhuc à Druso avunculo educaretur, Latinique Romanum ad Drusum tribunum plebis e tempore venissent, de Civitate impertranda acturi: Q. Pompeius Latino-rum princeps Catonem oravit ut pro sociis apud avunculum intercederet, ut id quod peterent facilius impetrarent. Verum Cato puer se facturum hoc negauit, cùmque semel iterumque interpellatus eadem de re, omne denegasset officium, demū Pompeius in excelsam domus partem eleuatum se præcipitaturum minatus est, nisi precibus & toties efflagitatis obtemperaret. Verum cùm ciues intellexerent, nec sic puerum moueri potuisse, egregiam eius indolem laudantes altissima voce clamarunt: Gratulemur Latini nobis, hunc esse tam paruum, quo senatore, ne sperare quidem civitatem licuisset. Historiā recitat Plutarchus in Catone, ubi Pompeium Sylonem vocat, quem a lij Popedium.

Aristoxenus.

† Singularum ætatum curam habendam esse censebat, ita ut pueri

in literis aliisque disciplinis erudirentur. Stobæus sermon. 43.

Vide apoph. de Ambitione, indeole ex celsa, & ingenuo.

De pulchritudine.

Agesilaus.

* *S*ciscitatus, cur Spartani comalerent? Quoniam inter ornimenta, dixit, minimo constat. Stob. serm. 63. de Pulchritudine.

Aristoteles.

* Dicebat pulchritudine homines quavis epistola magis commendari. Stob. cod. serm.

Idem.

* Interroganti cur quæ pulchi sunt amarentur? Cæci, dixit, hæc interrogatio est. Ibidem.

Xenophon.

* Ignis, inquit, tangentes solè virtut : pulchri verò etiam procul distantes inflammant. Visus enim vulnerability ansa est capiendi amoris. Plutib. de amore, apud Stobæum.

Plutarchus.

* Nonne, inquit, hominum natura ex corpore & anima composita est? An verò alterum nobis sufficit? Sed quomodo id fieri posset? Corpus enim nisi anima veteretur non viveret: neque anima existaret, nisi haberet cui inniteretur. Cùm igitur vtraque cognatis filiis virtutibus ornentur, anima quidem iustitia, temperantia, prudentia, corpus autem viribus, forma, sanitate: an non admiratione dignum fuerit, corporis neglectis, solius nimis bona recensere? Stobæus, sermon. 63.

Idem.

* In speculo, inquit, te contemnere: & si pulcher appareas, ea faciat quæ decent pulchrum: si deformis id quod faciei deest, honestate morum supple. Anton. & Max. serm. de pulchritudine.

Philo.

Philosophi varijs.

† Pulchritudo secundum Diogenem, donum est formæ: secundum oratorem, modici temporis tyrannis: secundum Platonem, naturæ priuileium: secundum Theophrastum, taciturnitatem: secundum Theocritum, surneum detrimentum: secundum Arneadē, regnum solitarium. Diogenes Laertius li. 5.

Leucippe.

* Pulchritudo, inquit, acutius telo ulnerat, & per oculos in animū deuit. Eod.ser.

Diogenes.

* Pulchros & eosdem imperitos abastris acerum continentibus similes esse dicebat. Ibid.

Eteocles.

* Cuidam ob pulchritudinem gloriante, dixit, Non pudet te superbire ob speciem pulchram, tibi id exiguum tempus commissam? Ibid.

I Socrates.

* Si pulchrum tibi corpus est, inquit, & anima mala, bonam nauim habes & malum gubernatorem. Eod. serm.

Vide apoph. de forma corporis.



D E Q V I E T E .

Chilon.

Picebat, semper adamādam esse quietē, quoties datur honestum otium. Nihil enim est, quod a fiduum laborem perfere possit. Laer.lib.1.cap.4.

Dion.

Dicere solebat, oportere moderatè dominari, & recreari cupientibus id permittendum esse. Remissiones enim & ab exangatis laborib. quies, ad nouas labores homines præparant. Et sicut arcus & lyra, ita & ho-

mines quiete vigent. Stob.ser.de Dominis ac seruis.

Vide apoph. de Otio honesto, Recreations, & Tranquillitate.

D E R A P A C I- T A T E .

Plato.

VRTVM pecuniarū inquit, res illiberalis est: rapina vero impudentis. Stob.ser.40.

Nero.

Nero nunquam cuiquam officium delegavit, nisi hæc adiiceret: Scis quibus mihi est opus, & hoc agamus, ne quis quid habeat. Vox prædente, quā principe dignior. Eras. 6.apoph.

C. Caligula.

Suprà de Lusibus.

Fl. Vespasianus.

Vespasianus, quoniam rapacissimum quemque promouere solebat, ut mox ditatos condemnaret, vulgo dictus est officiarios suos habere pro sponsis: quod (veluti spongias) & siccios madefaceret, & humentes exprimeret. Suet.on.

D e Ratione.

Socrates.

Dicebat, in nauigando gubernatorem auscultandum esse: in viuendo autem illi, qui plus ratione valet. Stob. ser.de Prudentia.

Idem.

Eiusdem dictum est, Nec equo si ne freno, neque diuinitiis sine ratione tutò quis uti poterit. Stob.ser.3.

Diogenes.

Dicere solitus est; sèpius in vita parandū οὐτοῦ ἡ βέργον, id est, sermonem quam laqueum. Qui despondent animum, ad laqueum confundunt: quum ad consolatorium ser-

monem potius sit confugiendum. Nam animo ægrotanti medicus est oratio. Nec absurdus fuerit sensus, si λόγον accipias pro ratione: quasi dicere, qui desponderunt animum, confugiant ad rectam rationem. Diogenis dictum extat apud Laer. 1.6.c.

Phrygylides.

* Rationem homini telum ferro acutius esse dicebat. Sob. ser. 3.

Alexander.

* Dicebat rationem recedere ab omnibus quæ per iram committuntur, eamq; fugere iracundiam tanquam acerbum tyrannum. Stob. ser. 20.

Epiætetus.

Eius dictum est, Turpe esse munieribus, apum potionē edulcare: Rationem autem deorum munus, non adhibere ad malitiae dulçandam amaritudinem. Stob. ser. 13.

Ideom.

Quemadmodum, inquietabat, si conceptus, aut natus esses in naui, non ideo statim eius gubernator fieri velles, neque enim natura ad te nauis pertineret: sic neque opum abundancia, sed ratio. Id igitur quod tibi naturale & cognatum est, videlicet rationem, proprium tibi censere, & eius curam suscipere debes. Eod. ser.

Idem.

* Non paupertas, inquit, molestum facit, sed animi cupiditas. Neque diuitiae à metu liberant, sed ratio. Si tibi rationem igitur comparaueris, neque diuitias desiderabis, neque paupertatem accusabis. Ibid.

Senequa.

* In homine optimum quid est? Ratio: hac antecedit animalia, Deos sequitur. Ratio ergo perfecta, proprium hominis bonum est cetera illi cum animalibus, satisque communia sunt, valet & leones, formosus est & pauiones. Velox est & equi. Non dico in in omnibus vincitor. Non quæro quid ipse maximū habeat: sed quid suum. Corpus habet & arbores &c. Quid in homine proprium? Ratio,

hæc recta, & consummata, felicitate hominis implevit. p. 76.

De Ratione reddenda.

Alcibiades.

Q Vum aliquando Periclem inviseret, & accepisset illi tum non esse otium, propterea quod perpendebat quo pacto posset Atheniæ libus reddere rationem, Nonne satius fuerit, inquit, cogitare, quā fieri possit, ut non reddat rationem? Notans, ita regesta, ut non facilè possit reddi ratio: proclivius esse intotum effugere rationem, quam reddere. Plut.

De Reconciliatione.

Euclides.

E uclidi cum fratre similitas erat, Etsi quum minitæ dixisset, Dispensream ni te vltus fuero: Euclides contraria, Dispensream (inquit) ni tibi persuaderem. Hoc dicto soluta est similitas, & redditum est in gratiâ. Erasm. lib. 6. apoph.

M Crassus.

Quum Pöpeius & Crassus in consulatu collegæ decessori essent magistratu, Cn. Aurelius quidam subito in forum procurrentis clamauit, sibi visum in somnis, Ioue iussisse ne prius se magistratu abdicarent, quam in gratiam redissent. Idem flagitante populo, Pompeius nihil motus est: at Crassus surgens, viro collegæ dexteram porrexit dicens: Nihil, o Quirites, me indignum facturus mihi videor, si prior cum Pompeio in gratiam rediero, quem vos etiamnū impuberem Magnum cognominastis, cuique prius triumphum decreuistis, quam in senatum electus esset. Plut. in Crasso.

Cicero.

Crassus in Syriam prefecturus, malens Ciceronem amicum quam iniamicum relinquere, officiosè salutato dixit, se apud illum velle cœnare: quem

iem Cicero alacriter exceptit. Post
quot dies quidam amicorum ege-
nt apud Ciceronem, ut cum Vati-
o quoque rediret in gratiam. Nū,
quit, & Vatinius tecum cœnare
ile? Significans, illum cœnam ambi-
potius quam amicitiam. Erasm. 4.
opph.

Ludouicu xij. Gall. res.

* Anna regina eius vxor, acrius &
pē apud eum instabat, & tādem se
lepturam sperabat: ut Claudiām si-
am (postea Francisci Valeſij coniu-
em) desponderet Carolo quinto,
Faximiliano Cæſaris nepoti. Sed rex
ipientissimus, veluti præagiens in-
ter Hispanos & Gallos nullam pos-
e iniri reconciliationem, immō di-
cordes perpetuò fore: Tu vis, in-
juit, fœdus ferire inter feles & mu-
es. Ex lib. facetè dīctorum à Ludo-
vico, qui commentariis Æneæ Sol-
lij de dīctis & factis Alphonſi adiun-
tus est.

quos si semper intendant, rumpēdos
esse: ac ne tum quidam fore vſui, quū
exigit vſus. Ita qui nulla relaxatione
curas suas soluunt, aut mente captos,
aut corpore malè affectos euadere.
Brus. l. 4. c. 28.

Vide apoph. de Otto honesto, & Quiet.

De Regno & regibus.

Solon.

A Vdiens qaosdam principū mo-
res inquè reprehendentes: In
rebus magnis administrādis difficile
dicebar esse, omnibus posse placere.
Necessē enim est, ut qui multis im-
perat, non paucos offendat. Laer.

Diogenes.

Suprà de Argutè dīctis.

Plato.

* Neminem regem dicebat non ex
seruis esse oriundum: neminem non
seruum ex regibus. Seneca epistol.
44.

Xenophon.

* Dicebat honestius esse regi be-
neſciorum quam trophœorum nu-
merum relinquere. Stobæus sermo-
ne 46.

Socrates.

* Optimum regem esse dicebat,
qui suis affectibus moderari posset.
Eod.ser.

Cotys, rex Thracie.

* Acrier in subditos animaduer-
tebat. Cūm igitur amicorum quidam
ad ipsum dixisset. Hoc furor est, non
regnum: respondit, At meus hic fu-
ror subditos temperantes efficit. Plu-
tar.in apoph.

Diotgenes Pythag.

† Rex ille fuerit, qui iustissimus
est: iustissimus autem, qui maximè
legitimus. Nam citra iustitiam, nullus
Rex esse parerit, neque iustitia citra
legem. Iustum enim per legem iustū
est. Stob. serm. 48.

Seneca.

† Quod regnū est, cui nō parata sit
Rr iiiij

guina, & proculatio, & dominus & carnifex? Nec magnis ista interuallis diuisa, sed horæ momentum interest inter solium & aliena gehenna. De tranquill animi cap. ii.

Seleneus R. Asia.

† Si sciret vulgus, aiebat, quām labiorosum sit Regibus legere, ac scribere duntaxat tot epistolas, diadema ne humo quidem tollere dignaretur. Plutarc. An seni tract. sit Rel. publ.

Leonidas.

Cuidam dicenti, Excepto regno nulla re nobis præstas: At, inquit, ni vobis fuisset melior, non esset rex. Moderatissimo dicto & refellit concium, & suam dignitatem defendit. Etenim ubi reges non nascuntur, sed ciuium suffragiis eliguntur, hoc ipso publicis calculis princeps iudicatus est cæteris melior, quod ad regnum ascitus est Plut. in Lacon.

Ariston.

Cuidam laudibus vehenti dictu Cleomenis, qui rogatus, quid oportet bonum regem facere? respödit, Amicis benefacere, inimicis male: At quanto præstantius est, inquit, vir optime, amicis benefacere, & ex inimicis reddere amicos? Hanc sententiam citra controversiam primus omnium Socrates prodidit, & ad illum referetur. Plut.

Philippus.

Alexandro filio suadebat, vt eos qui in Republica pollerent autoritate, tum bonos, tum malos sibi consiliaret amicos: ac bonis quidem veteretur, malis verò abuteretur. Præcipua regum ars est, nullum rei懈re, sed ad publicam utilitatem omnium operam accommodare. Quemadmodum Deus unicus totius mundi monarcha, malis geniis ac impiis hominibus abutitur ad utilitatem Ecclesie: ita principes cordati norunt & probis & improbis uti: non quod ipsi per malos mali quippiam faciant, sed quod per malos puniant

malos. At multi sunt principes, qui præposterè bonis abutuntur, malis utuntur. Ad tyrannica negotia viros adhibent sanctitatis opinione celebres, quod vulgus esse rectum ac pium quod agunt existimet. Plutarchus.

Idem.

Suprà de Amico castigatore.

Alexander.

Habebat secū Euemonicum philosophum, qui cùm aliquando tonaret vehementer, adeò vt omnes expuescerent, dixit etiam Alexander, Quin tu tale quippiam facis Alexander? At ille non ferens philosophi vocem, ridens, ait: Nolo meis formidabilis esse, vt tu me doces, qui satraporum & regum capita me iubes super cœnam apponere. Athenæus, & Plut. in eius vita.

Idem.

Quum letitate corporis, ac pedum celeritate polleret, patri hortanti ut in Olympiis stadium decurreret: Facerem, inquit, si reges habiturus essent cōcertatores. Et hīc agno se asimum excelsum, nec cuiquam facile cessurum in certamine laudis & imperij. Nondum erat rex, & tamen non dignabatur nisi cū regibus committi. Plut. in apoph.

Idem.

Porus rex ab Alexandro deuictus, quum ab eo post pugnam rogaretur, dicente, Quomodo te tractabo? Regle, ait. Rursus subiicienti Alexander, Num quid etiam aliud? Omnia, inquit Porus, complectitur hoc verbum, Regie. Alexander & prudentia & fortitudinem viri admiratus, latiter ditionem illi addit ea quam prius obtinuerat. Supplci, & ad pedes abiecto minus concessisset. Adeò diligebat animosus iuuenis impavidos animos. Q. Curtius aliquando secus narrat. Interrogatus Porus, quid ipse victorem statuere debere censeret? Quod hic, inquit, dies tibi suaderet, quo expertus es quām esset ca-duca

duea felicitas. Submonuit regem, ut modestè sua fortuna vtereatur, memor ipsi posse accidere, quod acciderat Poro. Historiam recitat Plut. in apoph.

Aeson.

Quum in concione Tarentini trāarent de bello suscipiendo, & de Pyrrho ascendo, sumpta corona & face ardente, præcedēte tibicine, veluti ebrius, venit in forum: atque, vt sit, aliis applaudentibus, aliis ridentibus, nonnullis etiam ad canendum hominem inuitantibus, processit in cōcionem, ac tanquam cantaturus astitit. Silente verò turba, dixit: Re&è facitis viri Tarentini, qui vocari lude réque dum licet, qui velint, permittatis. Atqui si sapitis, omnes hac ludēdi libertate fruemini, priusquam Pyrrhus adueniat. Nam cum non nostro, sed illius arbitrio viuēdum erit. Plut. in Pyrrho.

Pyrrhus.

Pyrrhus rex, quum Athenas venisset, & ingressus arcem Palladis, rem diuinam fecisset: eodem die descendens ex arce, collaudavit quidem Atheniensium erga se fiduciam: ceterū admonuit, si saperent, ne post hæc cuiquam regum portas aperirent. Significans, omnibus regibus natura inuisam populi libertatem. Erasmus libro 4. apophthegmat. ex Plutarch.

Hieron.

Hieroni Sicilia tyranno, cùm quidam dixisset, potiorem esse regum vitam, quam priuatam, ut pote quæ singulis fessè expletat voluptatibus: Hiero respondit, voluptates ipsas melius sentiri in vita priuata. Nam ut de libidinosa voluptate prius dicatur, ostendit maiorem voluptatem concipi à priuatis, si quando potiuntur amica, quia spontaneus sit atque mutuus amor, non coactus, quam tyrannorum, qui coacto aut empto potiantur amore. De voluptatibus ciborum ait, regibus nullam vñquam

esse famem præ ferculorum multitudine, & ob id semper acidis vesci. In vita verò priuata semper subesse famem delectationēmque. Addidit præterea multa incommoda, quæ regnantes circumueniunt, à quibus priuati sunt plāne immunes. Xenophon tem hac de re lege copiosius.

Antigonus.

Quodam dicente, omnia regibus honesta iustāque esse: Sunt per Iouem, inquit, barbarorum duntaxat regibus, ac nobis ea duntaxat honesta sunt, quæ honesta sunt, & ea tantum iusta, quæ iusta sunt. Grauiter retudit adulatricem vocem, volentis omnia licere regibus. Non enim rex est honesti iniustique regula, sed honesti iustisque minister est. Atque vitinam similes vo. es non audiant Christianorum aures: aut si audiant, simili severitate relicant. Quid enim aliud dicunt, qui occidunt: Quod principi placuit, legis vigorem habet: qui negant principem teneri legibus qui tribuunt illi geminam potestatem, ordinatam & absolutam, quarum altera possit quod leges, pacta & foedera postulant, altera quodcumque libuit? Erasm. libro 4. apoph. ex Plutarch. in apoph.

Idem.

Suprā de Imperio administrando.

Theopompus.

Infrā de Sapienter dīctis.

Scipio minor.

Iam tertium à senatu emissus, ut gentium, ciuitatum ac regum inspector esset, postquam peruenit Alexandriam, navique egressus. capite pallio testis incederet. Alexandrini vndique accurrentes, flagitabant ut caput nudaret, faciemque id desiderantibus ostenderet. Quum se nudasset, clamore & plausu testati sunt gaudium suum: quūmq; rex Alexandriæ vix interim ob delicias ac molliciem corporis squarer Romanos incedentes, Scipio voce submissa Pa-

natio insurrauit in aurem: Iam, inquit, Alexandrinus non nihil ex nostra peregrinatione fructus cepit, quibus per nos contigi videre regem ambularem. Nam Athenaeus ex autoritate Posidonij scribit, Ptolemaeum perquam obeso corpore nunquam ante a pedibus ambulasse. Plutarc. in apoph.

Saturninus.

Suprà de Imperio administrando.

Pylades.

Pylades histrio Augusti temporibus celebris, quem Hila discipulus, quem ad aequalitatis contentionem produxerat, in scena canticum quadam saltaret, cuius clausula erat, τὸ μέγαν ἀπέμενον, id est, magnum illum Agamemnonem, ac sublimem veluti tunciretur, è cauea proclamavit, σὺ μέγων, σὺ μέγας, id est tu longum facis, non magnum. Tunc populus efflagitauit, vix Pylades idem canticum saltaret iterum. Quimque ad locum venisset, quem reprehenderat, expressit Agamemnonem cogitabundum: nil magno duci iam couenire ratus quam pro omnibus cogitat. Ea res magnum ducem facit, non preceritas corporis Eras. in apoph.

S. Ludouiew Franc. R.

+ Saraceni proceres pro eius, & suorum redemptione, Damietta urbem quam expugnarat, & quingenta Francorum millia poscentibus, pecuniae vim tantam, quantum petebat pro suis redimendis, & urbem libenter daturam promisit: se autem esse talem graviter dixit, ut nulla pecunia redimi, nec libertate emere vellet. Cuius vocem magnificam Soldanus Aegypti probauit, vehementerque Franci Regis liberalitatem laudauit, qui de perito redempcionis, pretio tanto, nihil remitti postulasset: vtrò tamen remisit illi centum millia. Ionui. ca. 42.

Alexander Seuerus.

Cum obiurgaretur à matre & v-

xore, quod contemptibiliorem relinqueret imperij potestatem, quam ab antecessoribus suis accepisset. respödit, Sed securiorem & diuturniorem. Brus. l. 3. c. 13. Simile est ei quod Theopompo attributum, paulò suprà recensuimus.

Vide apophtheg. de Magistratu, Respubl gubernatione, Principe, &c.

*De Regnandi libidine.**Agis sen.*

Cum legatione suscepisset, solitus ad Philippum profectus est: Is vbi admirans dixisset, Quid hoc rei est? Vnus venisti, Agis. Quid n. inquit, ad vnum? Grauerit taxauit aliorum principum ambitionem, qui sumptuosis ac splendidis legationibus exhausti exariorum, quum vnum vir cordatus possit totum hoc præstare quod Respubl. interest. Eras. in apoph.

Cyrus junior.

Cyro confidituro cum hoste loco qui dicitur Cunx, Clearchus suasit, vt se post Macedones contineret, nec sese in belli discrimen coniceret: Quid ais, inquit, Clearche? vidēsne ut quum regnum appetam, regno me indignum ostendam? Plutarch. in apoph.

Dionysius senior.

Quum in initio regni regia ipsius ob sideretur, coniuratus in illum ciibus: & amici authores essent, ut imperium deponeret, ni mallet captus interfici: ille conspiciens bouem à coquo mastatum illico concidere, dixit: Quatu mors adeò brevis sit, an non absurdum sit, nos metu mortis tale regnum relinquere? Quanta regnandi libido peccus illius occupat, qui principatum morte bene emi putaret. Plut. in apoph.

Diogenes.

Suprà de bello studio.

Philo.

Philippus.

Philippus Macedonum rex in parte prolapsus quū surgens in puluere vidisset corporis vestigium, Pa-
pē, inquit, ut minima terrae partem
natura fortiti, orbem appetimus vni-
uersum? Utinam hoc dictum inhæsis-
set animo filij, cuius ambitioni orbis
fuit angustus. Eras. ex Plut.

Alexander.

Puer adhuc, cùm parentis sui for-
tia facta intueretur, nequaquam ta-
men iis gaudebat: sed inexplebilis,
ad pueros æquales dicere solebat: Pa-
ter nihil quicquam mihi relieturus
est. Illis verò contradicentibus, Imò
hęc omnia parat tibi ut heredi: Quid
tum postea, inquit? Ego interim nil
habebo, quod agam. Quis non mira-
tur tantam regnandi cupiditatem
puero infuisse, qui præter naturam
eius ætatis, non fuit contentus impe-
rio patris sui? Imò ab ipsis statim cu-
nubilis animum in id intēdit, ut mul-
torū dominus solus esset. Plut. in apo.

Idem.

Suprà de Adulatione & assenta-
tione.

Idem.

Suprà de Lectionis delectu.

Idem.

Quum audisset Anaxagoram dif-
ferentem innumerabiles esse mundos,
illachrymassę dicitur. Roganti-
bus, nū quid accidisset lachrymis di-
znum? An non videor, inquit, meritō
dere, qui q̄um mundi sint innumerabiles,
nondum vnius dominus factus
sum? Plut. in vita Alexandri.

Idem.

Miserat epistolam ad Antipatrum
per quēdam nomine Athliam, quūm
que id temporis fortè adesset Dioge-
nes, Cynico more dixit: Athlius ab
Athlio per Athliam ad Athlium. Por-
rò Athlius Græcē miserū sonat, mul-
tisque laboribus afflīctum: vnde &
athletes nomen. Sensit philosophus,
principes ob ambitionem assiduis
bellis tumultuantes, verè miseros es-

se: æquè autem miseros, qui illorum
cupiditatibus interuirent. Laert. li. 6.
& Erasm.

Idem.

Alexandro Magno Corinthij per
legatos ius suæ ciuitatis derulerunt.
Hoc officij genus quum rifiasset Ale-
xander, quidam è legatis: Nulli, in-
quit, ciuitatem vñquam donauimus,
præterquām tibi & Herculi. Hoe au-
ditio lubens accepit oblatum hono-
rem, quem illi commēdabat partim
rarietas, partim cum Hercule lauda-
tissimo viro societas. Plutarch. in
Alexan.

Idem.

Edicto vetuit, ne à quodam pin-
geretur, præterquām ab Apelle: aut à
quoquam ære insculperetur, præter-
quām à Lysippo, artificibus illius æta-
tis præstantissimis, nam hoc quoque
iudicabat ad principis dignitatē per-
tinere. Cum Cherylo poëta paetus e-
rat, ut pro unoquoque bono versu
Philippicum acciperet aureum, pro
malo colaphum. Erasmus libro 4. a-
popht.

Démades.

Quum Athenienses vellent Ale-
xandro diuinos honores decernere,
Videre, inquit Démades, ne dum cœ-
lum custoditis, terram amittatis. Ale-
xander enim ambiebat monarchiā.
Absurdum autem erat, eos sic alium
donare cœlo, ut ipsi terra sua pelle-
rentur. Erasmus libro sexto apoph-
thegm.

Cyneas.

Pyrrhum Epirotarum regem cùm
Italico bello imminere cerneret, fre-
tus ingenij dexteritate posse Pyr-
rhum de sententia deduci: Nostī, ait,
Pyrrhe, Romanos imperio potentes,
animo corporēque pollere, multās-
que feras gentes domuisse. Si autem
Dij fauerent nobis adeò, ut victoria
potiremur, quid quæso tibi ultra a-
gendum putares? respondentē Pyr-
rho, se cum Romanis militibus in Si-
ciliam tum trajecturum, tum Cyneas,

His etiam devictis, ait, quid ultra agetur? Aphricam trahi clemus, inquit Pyrrhus. Cui Cyneas, Sed his demum partis, quibus rebus tempora nostra transigemus? Tum Pyrrhus: Latet una inter festos dies, iudicisque agemus. Cyneas autem: Quis prohibet, sine tantis laboribus ac periculis, quin vel hac ipsa hora, cum tu magnus atque opulentus rex sis, late simul viuamus? Argutè simul, sapienterque hominum inexplicabilem cupiditatem ostendens, quæ incognita, eos ad infinita pericula deducit. Huic si Pyrrhus obtemperasset, neque in Italia vulnus accepisset, neque ab Argis postea oppressus vitam amississet. Si alij quoque, quos orbis terrarum habet principes, ista quæ Cyneas sapienter Pyrrhum monebat, metiri vellent, ambitiosas curas magis frenarent, atque sibi, terrarumq; orbi ad quietioris vita cursum reatu consulerent. Nunc prauos maiora habendi impulsus sequentes, non modò id affequuntur, ut anxij semper viuant: verum etiam ut in gravissimas calamitates, atque in ipsam mortem sine ullius remedij spe, cum populorum perturbatione incurant.

Ex Plut. in vita Pyrrhi.

Anibal.

Inter Scipionem Africanum & Annibalem ortus est sermo de præstantia ducum. Quumque Scipio rogasset, quem primum censeret? respondit, Alexandrum Magnum: quem secundum? Pyrrhum Epirotarum regem: quem tertium? seipsum nominavit. At quid, inquit Scipio, si me vie esset? Tum, inquit, me neque secundum, neque tertium, sed omnium primum censuisse. Plutarchus in Annib.

Pompeius.

Phreati Parthorum regi per legatos postulanti, ut Euphratem Romanæ ditionis terminum esse vellet? Immò, inquit, illud magis postulatum, ut Romanorum fines à Parthorū

gnō iustitia dirimat. Significans, Romanis non esse præscribendum quo usque debeant præferre imperium, à quo propaganda non montes aut flumina debeant arcere: sed ibi demum fore fines Romanæ ditionis, ubi ius non esset ulterius procedere. Plut. in apoph.

L. Sylla.

Quum cogitaret de occidendo Cæsare, amicis ne id faceret dehortangi bus, indignum enim esse tales necare puerum: Despitis, inquit, si in hoc puer non videtis multos inesse Marios. Deprehendit in eo ambitionem insatiabilem, ut qui vix dum pubescens sacerdotium ambierit. Idem populum Romanum subinde monere solebat: cauerent puerum male præcinctum. Erat. in apoph.

Cassius.

Suprà de Indole excelsa.

Cicer.

Pompeio ac Cæsare inter se dissidentibus, Cicero: Quem fugiam, inquit, scio: quem sequar, nescio. Sentiens, ambos non pro Republica libertate, sed pro principatu dimicare. Plutarch.

Iulius Cæsar.

Quum ex Gallia prouincia aduersus Pompeium tenderet, Rubicone amne transmisso, dixit: Omnis iacta sit olea. significans, se de summa rerum velle periclitari. Is enim fluuius Galliam ab Italia dirimit. Plutar. in apoph.

Idem.

Alexandri Magni res gestas legendi non tenuit lachrymas. atque ad amicos: Hoc, inquit, ætatis qua nunc sum, Alexander devicit Darium: mihi vero ad hunc usq. diem nihil præclarum facinoris gestum est. Suetonius tradidit id accidisse, quum prætor iuridicundo conuentus obiens apud Gadis in templo Herculis vidisset Alexandri Magni statuam. Utinam hoc ingenium ad moderatam potius quam

ad maximi principis emulationem properasset. Plut. in apoph.

Idem.

Quum Africam petens, in egressu nasis prolapsus esset, omen similem vertit in melius, dicens: Teneo te Africa. Frontinus id factum putat in consensu navis, eumque dixisse, Te aco te terra mater. Huc opinor aludens, quod cum quodam somnio perturbatus, quod sibi visus esset constuprare matrem, coniectores interpretati sunt, portendi totius orbis imperium. Eras. lib. 4. apophtheg ex Plut.

Augustus Cesar.

Audiens, quod Alexander natus annos triginta duos, postquam plerasque mundi regiones peragrarat, dubitasset quid in reliquum vitę rem pus esset facturus: admirabatur, si Alexander non iudicasset maius opus, bene gubernare partum imperium, quam amplam ditionem comparsus. Recepit notauit inexplibilem Alexandri ambitionem, qui nullam aliam functionem regi dignam existimasset, quam proferre ditionis terminos: quum multo tum pulchritus tum difficultius sit regnum quod contigit, rectis legibus, sanctisque moribus exornare, quam armis regno regnum addere. Plutarchus in Rom. a. poph.

Agrippina.

Quum genethliaci Agrippinæ matri Neronis respondissent, imperatorum quidem filium, sed occisorum matrem, Occidat, inquit, modò imret. Tam impotens erat in fœmina dominandi suis: & habuit quod operauit. Suet.

Alex. Seuerus.

Senio iam confectus, cum vnam sibi preparasset, ut in ea mortuus sepeliretur, paulò autem quam decederet è vita candeat ad se perferti iussit, manibuscque contrectauit: Tu, inquietus, virum capies, quem totus orbis terrarum capere nunquam pa-

tit. Dion Nicetus, & Xiphilinus in eius vita.

Rodolphus Cas.

Interrogatus, Quis fieret, ut homines eas quas non didicerunt artes omnes recusarent, imperij autem gubernationem oblatam nemo? Non mirum, inquit: stultos enim putant qui regnare nesciunt: stultum autem nemo sese iudicat. Aeneas de dictis Friderici imp.

Canutus R.

† Cum Angliae Danieque regna potiretur, solio ad littus posito dixisse fertur verso ad mare, Regni mei pars es, itaq. mihi obtemperes operet. Sed illud mox impetu fallo, sumnum eius suis fluctibus perfudit. Quare territus Rex, de solio surrexit: Vanus, inquiens, omnium Regum potestas, & solus Deus est omnipotens. Ac diademate cruci imposito, deinceps pietatis, & modestiae cultor extitit. Saxe Grammat.

Alphonsus.

Aiebat, olim inter Iouem, Neptunum & Plutonem omnium rerum partitionem trifariam esse factam, & horum unumquenque sua sorte contentum esse, nec occupare aliena: at inter homines, neminem sua portione contentum esse, nec ullam partitionem esse stabilem, sed omnes aequaliter. Notabat autem ambitionem principum, & regnandi nonquam satiendam libidinem. Quis enim sua sorte contentus, non cogitet, quo iure quāve iniuria suis ditionibus plura adiiciat? Panor. lib. de rebus gestis Alphonsi.

De regno virtute parando.

Agescimus.

Quam aliquando quidam personatus esset Agesilasm, quinam essent fines Laconicas ditionis? vibra-

ra lancea: Quousque, inquit, hæc valeat pertingere Vox egregio duce digna, qui bellum non nisi iustum suscipere, imperiumque virtute paratum virtute tueretur. Plutarchus in apoph.

Senecā.

† Si vis omnia tibi subiicere, te subiice rationi: Multos reges, si te ratio rexerit. Epist.37.ad Lucil.

Idem.

† Non est ibi rex tutus, ubi nihil à rege tutum est. Et, Saluum regem clementia præstat. Et, Vnum est regi inexpugnabile monumentum, a morte ciuium. Lib.de Clement.

Dionysius junior.

Cuidam percontanti, quid factum esset, ut cum pater ipsius tenui fortuna ac priuatus sibi Syracusanæ ciuitatis principatum parauerit, ipse regis filius regnum hereditate acceptum amise. it? Quoniam, inquit, pater rerum potitus est, quoniam in odium venisset popularis gubernatio: ego quoniam inuidia laboraret tyrannis, principatum suscepit. Plutarchus in apoph.

Idem.

Amico, id ipsum percontanti, cōpendio respondit: Pater, inquit, mihi regnum suum reliquit, non fortunā. Non omnia omnibus & quæ feliciter cedunt. Plut.

Philippos.

Vbi resciuit Alexandrum filium conqueri, quod pater ex pluribus fœminis gigneret liberos, sic illum horatus est: Ergo quum plures habeas regni competitores, da operam ut honestus ac probus evadas, ut non per me, sed per te ipsum regnum obtinuisse videaris. Vir prudentia verè regia præditus, non consolatus est filium, sed metum illius auxit, quod magis extimularet ad virtutem. Indicā, illi non aliter sperandum paternum regnum, nisi se successione dignum

præberet: nec tam magnum esse regnum adipisci, quam regnum promeruisse. Plut in apoph.

Idem.

Suprà de Benevolentia.

Agathocles.

Figulo patre natus, quum Sicilia potitus esset, rexque declaratus solebat in mensa, fictilia pocula iuxta aurea ponere, eaque iuuenibus ostendens dicere: Quum antea talia fecerim (commonistratis fictilibus) nunc per vigilantiam ac fortitudinem talia facio: commonistrans aurea. Non puduit præstina fortuna: sed gloriösius existimauit regnum virtute paratum, quam si hereditate obuenisset. Nam regem nasci nihil magni est, at regno dignum se præstissem maximū est. Plut.in regnum apoph.

Pyrhus.

Quum à filii etiamnum poteris interrogaretor, Cui nostrum relinquas regnum? Quicunque inquit, vestrum acutiorum habueritensem. Significans, se non ætati daturum principatus successionem, sed virtuti. Hoc stimulo liberos omnes ad certamen fortitudinis excitauit. Plutarchus in apoph.

Cyrus.

† Nemini Imperium conuenire dicebat, qui, quibus imperat, melior non sit. Plut.in apoph.

De responsō ab inexpectato.

Diogenes.

Percontanti, Quidnam vellet, ut colaphum acciperet? Galeam, inquit. Responsum ab inexpectato datum. Ille enim quereret quid mercedis petereret pro colapho. Laert.lib.6. cap.2.

Xenocrates.

De obscenis quibusdam rebus à quodam percontatus, tacuit: verò cùm

cum vrgeretur responsum, De talibus, inquit, rebus hominem te valorem interrogare decet, me autem respondere nequaquam. Maximus sermon. 31.

Stratenicus.

Interrogatus, quod nauigiorum genus esset tutissimum, longorum, aut contrarespondit: Ea que subducta sunt. Significans, tum demum nauigantes in tuto esse, cum nauis in siccum protracta fuerit. Athenaeus.

Demonax.

Interrogatus, quidnam sentiret de confliktu duorum, quorum alter incepit proponebat, alter absurdè respondebat? respondit, sibi videri, alterum mulgere hircum, alterum superponere cribrum. Plut. in apoph.

Archidamus.

Quidam cum Archidamum intempestiuū rogasset, quot essent Spartanorum? Tot, inquit, sunt hospes, qui malos sufficiant arcere, ut tuis sint ab omni hostium periculo. Plut. in apoph. & Bruson. libro tertio, cap. 16.

Anonymous.

*Sciscitatus ab importuno quodā & loquaci viro, Quis esset Spartanorum omnium optimus? Qui tibi (respondit) minimē similis est. Plut. in apoph. Lacon.

Ponidium.

Interrogatus, quid sentiret de eo qui fuerat in aduiterio deprehensus? Tardus, inquit, mihi fuisse videretur. Ludens ab inexpectato: significans que, quod non fugisset in tempore, Eraf. 6. apoph.

Diongenes.

Suprà de bello studio.

Mania.

Rex cum Lamiam, meretricem patrum sobriè amaret, eaque iam senex in conuiuio tibialis cecinisset: Demo, quæ & Mania dicta est, interrogata à Demetrio, Quid videretur Lamia? Anus, inquit. Aliud respondens, atque expectabat rex. Nam ille scisci-

tabatur, quam scitè videretur cane-re? Erasmus libro sexto apophth. ex Plutarcho.

Appius.

Quum in senatu ageretur de agris publicis, ac premiceretur Lucilius ab his qui à pecore eius depasci publicos agros dicerent: Non est, inquit, Lucilius pecus illud, erratis. Hac tenus defendere videbatur, sed adiecit: Ego liberum puto, quæ lubet pascitur. Iocus est ab inexpectato. Expectabatur enim, ut probaret hoc pecus non esse Lucilius, sed alterius cuiuspiam, ac reum subleuaret, nūc irrisum graduabat. Eraf. 1. 8. apoph.

M. Scipio Matuginensis.

Cum ex sua centuria renuntiaret Accidinum consulem, & præco dixisset, dic de L. Manlio: Ego, inquit Scipio, virum bonum, egregiumque ciuem esse arbitror. Præco expectabat suffragium pro Manlio: Scipio respondit, quasi de moribus interrogatus. Nescio an hic Accidinus, nomine & prænomine dictus sit L. Manlius, quumque Scipio postremum nomen tantum expresisset, præco admonuit, & illa addenda. Hinc Scipio iocandi occasionem attipuit. Eraf. Rot. 1. 6. apoph.

Fab. Maximus.

Salinator, cum Tarento amitto, arcem tamen retinisset, multaque ex ea præclara fecisset: cum aliquot post annos Maximus id oppidum cepisset, rogaré que eum Salinator, ut meminisset opera sua se Tarentum receperisse: Quidni, inquit, meminerim? Nunquam ego receperisse, nisi tu perdidisses. Cic. lib. 2. de Oratore, & Plut.

Epidius.

Suprà de Excusatione.

C. Iulius Helio.

Mancipio saepius obstrépenti sibi, dixit: Etiam ostendam qualis sis, & instanti, ut ostenderet qualis esset, Iulius digito demonstrabat Gallum in Mariano scuto Cimbrico depic-

etum, Iabiis distortum, eicta lingua, buccis fluentibus, cui mancium tum simile est visus. Taberna autem erat apud forum, ac scutum illud signi gratia positum. Ingens omnium risus confecutus est. Expectabant enim, ut aliquid in mores illius obiceret. Erasmus libro sexto apoph.

Domicius Afer.

In quandam patronum imperitum, sed splendido vestitu se venditante, litigatoribus impidè dixit: Homo in agendis causis bene vestitus. Lusit ab inexpectato. Nam auditor pro vestitus expectabat instructus, aut exercitatus. Ibid.

Vibius Crispus.

Suprà de Metu & timore.

Crassus.

Quum Silus testis lessisset Pisonem reum, cui Crassus aderat prolati crimine quod se in eum dictum audisse dicebat: Potest fieri, inquit Crassus, ut is vnde te audire dicis, iratus dixerit. Annuit Silus: Potest etiam, inquit fieri, ut tu non recte intellexeris. Quum id quoque toto capite annuisset Silus, ut se Crasso daret, subiecit Crassus: Potest etiam fieri, ut omnino quod audisse dicis, non quam audieris. Hoc adeò præter expectationem, ut Silum testem omnium risus obrueret. Eras. Roterd. lib. 6. apoph.

Cicero.

Cum testis Sexti Annalis reum legisset: & instaret identidem accusator rei: Dic Marce Tulli, siquid potes de Sexto Annali: protinus recitate coepit versus ex sexto Ennij Annalium libro:

Qui potes ingentis causas euoluere belli, &c.

Scriptit enim Ennius annales: & accusator vocabatur Sextus Annalis, Eras. Rot. 1. 4. apoph.

Cesellius.

Consulitori dicenti, Nauim diuide-
ge volo: *Poëdes*, inquit. Ille de pre-

tio nauis mercibusque consulebat, hic aliud respondit. Nam ipsam dividere nauim, est nauim perdere. Maerobius ita refert: Si diuidis, nec tu nec socius habebitis. Erat autem duorum negotiatorum communis nauis. Erasm.

Apollonius.

Nero cum in Gymnicis decertas-
set, rogatus à Tigillino Apollonius,
Quid de Nerone sentiret? Melius, in-
quit, sentio quam vos. Cantare enim
vos illum dignum putatis, ego autem
tacere. Brus. lib. tertio, cap. decimo-
tertio.

De regno virtute sta-
biliendo.

Themistocles.

Facilitate morum multos ciues si-
bi conciliabat, ut hinc populari
potentiam adipisceretur. Itaque cui
dam ipsum admonenti, Bene princi-
patum geres Athenis, si cunctis com-
munis esse velis, & mansuetus: respon-
dit: Nunquam ei sellæ insederim, vni-
de nihilo plus à me ferrent amici
quam alieni. Plut.

Theopompus.

Suprà de Principe bono, ac eius in
regni administratione officio.

Darius.

Quum tributum indixisset subdivi-
tis, accersitos prouinciarum præfe-
ctos percontatus est, cum aliis de re-
bus, cum de tributis, essentne graui,
quum illi respondissent, esse medio-
eria, iussit ut singuli dimidium exige-
rent. Quod præfectis moderatum v-
debatur, regis æquitati visum est d-
midio plus satis. Maluit enim suos b-
eneficio sibi conciliare, quam exarci-
tos subigere. Huius facti autem gra-
tia in eo sita est, quod duplum im-
peravit tributi quod destinarat accipe-
re: si dimidium imperasset, nec qui-
qua-

quam remisſe, latuſſet, benignitas: media parte autem demissa, effecit ut omnes ſentirent beneficium. Plat. in apoph.

Apollonius.

Rogatus à Babyloniaz rege, Quo modo tutò regnare poſſet? Si multos, inquit, honoraueris, paucis verò credideris. Indicare autem voluit, tu-tò regnare volentibus, duo obſeruanda & præſtanda eſſe: primùm ut beneficiis multos ſibi concilient: deinde, ne facile delatoribus, obtrectatoribus ac affentatoribus credant. Philoſtrat.

Antigonus.

Quum omnes admirarentur Antigonom regem, quòd quum initio regni durior fuifſet, ſenex factus, cle- mēter ac placide regnum gubernaret: Prius, inquit, op̄is erat regno, nunc gloria & benevolentia. Sentiēs, regnum armis & auſteritate frequēter parari, ſed non niſi honesta ophiōne, ciniūmque benevolentia retineri. Plutarch. in apoph.

Idem.

Amicis fudentibus, vt ſi Athenas caperet, validis illam præſidiis com- muniret, ne quando deficeret, ſum- máque cura ut totius Græciaz baſim cuſtodiret, reſpondit: Se ſemper in hac fuiffe ſententia, ut crederet, nul lum eſſe regni præſidium firmius, quam ciuium benevolentiam. Eras. lib. 4. apoph.

Philippus.

Quum ſubactis Græcis, quidam ipſi authores eſſent, ut ciuitates præſidiis conineret, ne deficeret: Malo, inquit, diu bonus & cōmodus, quam breui tempore dominus appellari. Sentiens, regnum quod beneficiis ac benevolentia teneretur, eſſe perpe- tuum: quod vi metūque, nō eſſe diur- num. Plutar in Regum apoph.

Cicero.

Suprà de Clementia.

Ludouicus X I I . Gall. rev.

* Gloriatatur cùm ſollicitum ſu-

ſpcionibus regnum, ſuſpenuſum me- tu, perturbatum nouis confiliis Caro- lius VIII. tradiſſet, id ſe Franciſco Valesio tranquillum reliturum. An- nal. Franciæ. Pacem verò & felicitatem, prudentiam item & regias alias virtutes Dei eſt Regibus & cunctis aliis hominibus dare & relinquere.

De religione feruata.

Diogenes.

Q Vrbi in phano cœnaret, eisque panes ſordidi eſſent appofiti, abieciit illos ē phano: dicens: In tem- plum nihil oportere ingredi ſordi- dum. Laert. lib 6.

Lycurgus.

Percontanti, cur iſtituiſſet ut mi- nutis ac vilibus rebus ſacrificaretur? Ne vñquam, inquit Lycurgus, defi- ciat nos quo numē honoremus. Quis non diceret, in ſolenni deorum cul- tu magnificientiam ac ſplendorem adhibendum? At vir prudens intelle- xit, numen magis delectari frugali- tate, quam optimis victimis, ne ſub re- ligionis obtentu luxus irrepereret, aut certè rerum penuria. Deus enim non eget noſtris impendiis: amat autem homines, quorū neceſſati poterat illis impediſſi ſuccurri. Plut. in Lacō.

Demonax.

Cùm apud Atheniensis audijſſet, præfatione ſolenni à ſacris ſubmoueri barbaros, rogarabat, quam ob rem id facerent? cùm ea ſacra tradiſſet i- pfis Eumolpus, natione Thrac, nimis rumbarbarus. Erasm. lib. 8. apoph.

Agesilaus.

Athenienses ac Bœotios apud Co- roneam cum suis ſociis iter eius im- pedire conatos, graui prælio vicit, ei victoriæ per ſe magnifica multum laudis appofuit, religionis exemplo. Multi e prælio confugerant ad tem- plum Mineruę, de his rogaratus, quid vellet fieri Agesilaus? veruit illos vi- lari, cum in eo prælio vulnera al- ſi

quot accepisset: videreturque vehementer iratus omnibus, qui tum arma aduersus ipsum tulerant: tamen plus ad illum valuit religio, quam ira. Neque hoc solum in Graecia fecit, ut templo deorum haberet sancta: verum etiam apud barbaros summa religione simulachra arasq. consecravit, quasi in hac nullum esset ius belli. Itaque praeclarè solitus est dicere, se vehementer admirati, eos non haberi sacrificiorum numero, qui laederent ipsos supplices, ac per deos obtestantes: nec grauiores sumi pœnas. de his qui religionem minuerent, quam qui templo spoliarent. Recte iudicans, dux esse chariorum hominum salutem, quam multa templorum ornamenta. Aemilius Probus, & Bruson. libro quinto cap. 16.

Alexander.

Consulto oraculo monitus est, ut eum qui sibi portam egresso primus occurrisset, interfici iuberet. occurrit agaso, iussus est arripi. Roganti, quid commeterisset? responsum est, Ita iussisse Deū. Si ita est, inquit, ô rex aliud designatus est ab oraculo, nā asinus ibi prior occurrit. Agaso enim sequitur asinum, ut impellat aliqui non fecuturum. Alexander delectatus hoc commento asinum pro homine occidit. Eras. lib. 6 apoph.

Idem.

Idem inter sacrificandum cum veteraque manu thura ad euaporadum assumpsisset, à Leonida ob id reprehensus est. Vicebat enim Leonidas: Cūm ferentibus aromata terris imperaueris, copiosè tunc thura adolebis, nunc vero vttere parcus. Vista autem Saba, Alexander Leonida scripsit, Ad te thus, myrrhamque abunde transmisimus, ut cum deis parcus esse desinas. Plut.

Antiochus.

Cūm urbem ob sideret Hierosolymam, Iudeis ad maximum illud festum celebrandum septem dies pe-

rentibus, nō solum eos concessit, yes rūm etiam tauros auratis cornibus adornatos, magramque thymiamatum & aromatum vim usque ad portas verbis cum pompa solenni deduci iussit: traditique iliorum sacerdotibus hostia, ipse in castra reddit. Iudei verò regis benignitatem admirati, protinus à festo peracto, in fidem illius se se dederunt. Plut. in apoph.

Valerius Publicola.

Valerio Publicolæ Iouis adem dicanti, iamque ex more postem tenenti, Marcus illius frater derrepente fuisse nuntium ingessit, dicens: O consul, filius tuus morbo perit in castris. Ob eum nuntium molestis omnibus, Publicola nihil commotus: Cadaver, inquit, quod libet abscite, simile que dedicationem solenni ritu peregit. Nec tamen verū erat, perisse filium: sed data opera factum est, ut à dedicatione reuocaretur, atq. is honor ad alium transiret. Quanquā Luius libro ab Vibe condita secundo, hoc aliquanto diuersis narret.

De religione neglecta.

Demonax.

Cum ob id accusatus esset, quod Mineræ nunquam sacrificasset Nunquam, respondit, putauit mei sacrificiis opus fuisse. Erasmus lib. 8 apoph.

Augustus Cas.

Suprà de Adulatoribus non admit tendis.

Vide apoph. de Sacrilegio.

De reprehensione.

Demosthenes.

* Cvidam sciscitanti, quo tandem modo aliquis sibi præceptor fieri posset? respondit, si qua in aliis reprehendit, in se maximè reprehendat. Anton. & Maxim. sermo de admonitione.

Xeno.

Xenocrates.

† Cùm à Platone propter mores inurbanos reprehēderetur, nūquam indignatione, irāve commotus est. Sed ei qui se ad respondendum Platonis instigabat, hoc inquit, mihi bonum atque commodum est. *Alian. li. 14. de Var. hist. cap. 9.*

Olympias.

† Cùm ad eam Alexander ita scripsisset: Rex Alexandet Iouis Ammonis filius, Olympiadi matri salutem dicit. Olympias rescriptis in hāc sententiam; Amabo, inquit, fili mi, quiescas, neque deferas me, neque criminere aduersos Iunōrem. Magnum mihi prorsum illa malum dabit, cùm tu me literis tuis pellicem illi confitearis. Festiuā reprehensio. *A. Gell. lib. 14. cap. 4.*

Eusebius philos.

* Hēstis, inquit, vera dicens amico ad gratiam simulanti omnino præponendus est. *Anton. & Max. ser. de libertate reprehendendi.*

Idem.

* Propter quæ alios (inquit, magistratum alloquens) alios, ut mala, reprehendis, ea rūmet facere caue. *Sto. sermon. 44.*

Vide apoph. de libertate loquendi, oratione, &c.

De Republica.

Thales.

* Optima esse pronuntiauit Rēp. que ciues neque prædiuit nec admodum pauperes contineret. *Plut. in conuiuio seprēm sapientum.*

Solon.

* Reipublicæ, inquit, is optimus status mihi esse videtur; & Democratiam in ea seruari maximè, in qua iniuriarum auctorem ad ius trahunt, accusant, & puniunt: non minus illi qui iniuriam passi non sunt, quām is qui passus est. *Ibidem.*

Bias.

* Dixit optimam esse Rēpublik-

cam, in qua legem omnes perinde aë ipsum dominum & regem metuunt. *Ibidem.*

Periander.

* Eam iudicauit laudatissimam esse Rēpublic. in qua cùm reliqua æqualia existimentur, virtute quod melius, vicio autem quod deterior est, definiatur. *Ibid.*

Cloubulus.

* Illam Rēpubl. maximè dixit bene compositam esse; ubi ciues magis infamiam quām legem metuunt. *Ibidem.*

Pittacus.

* Ea est, inquit, Rēpublica bēne institutā, à cuius gubernaculis mali remouentur. *Ibid.*

Chilon.

* Optimam asseruit esse Rēpublicam, quæ maximè leges, minime autem rhētores audit. *Ibid.*

Solōn.

* Illam ciuitatem optimè habitali dixit, in qua viros bonos honoribus affici, contrā autem, improbos poenimos fuerit. *Stob. sermon. 41. de Rēpubl.*

Pythagoras.

* Dicebat primum luxuriam ciuitates ingredi, deinde saturitatem postea contumeliam, postrem exi- tium. *Eod. sermon.*

Socrates.

* Interrogatus, quænam munificissima ciuitas esset? respondit, quæ bonos viros habet. *Idem, felicem illius Rēpublicæ constitutionem esse dicit, in qua p̄fæcti societate coniunguntur. Pronuntiavit item optimam eam esse, in qua plurima virtuti præmia proposita sunt. Eod. sermon.*

Plato.

* Respublica, inquit, est hominum conuersatio: honesta quidem bonorum, in honesta vero malorum. In Menexemo.

Zeno.

* Decorandas dicebat esse Rēspubl. non pretiosis ornamentis, sed

inhabitantiū virtutibus. Stob.ser.41.

Solon.

* Rogatus, quomodo ciuitas in optimo statu degeret, dixit: si ciues quidem magistratu obedient, magistratus autem legibus. Eod.serm.

Lixiu.

† Nulla magna ciuitas, inquit, quiete scire diu potest, si foris hostem non inuenit, querit domi. Lib.30.

De repulsa.

Padaretus.

Cum in trecentorum virorum ordinem non esset ascriptus, qui honos apud Spartanos primam dignitatem obtinebat, repulsi discessit hilaris ac ridens: reuocantibus autem Ephoros, quidque riceret pertinantes: Gratulor, inquit, huic Reipub. quæ recentos habeat ciues multò me meliores. Quid hoc peractore magis philosophicū? Nec molestè tulit repulsam, nec questus est de Ephororum iudicio: sed plus voluptatis capiebat ex publico Reipublicæ bono, quam sensurus erat ex honore imperato. Plutarchus in Læconicis apophthegmat. Valerius Maximus lib.6. cap.4.

Themistocles.

Athenienses cum Themistocle aliquando publicè infamia notassent, rursusq. deinde ad imperium gerendum reuocarent: Non, inquit, laudo ebs homines, qui eodem vale pro matula, & ad infundendum vinum vertuntur. Ælian.lib.13.de Var.hist.

C. Marius.

C. Marius obscuro genere natus, facinorum militarium commendatione ad Rempubl. accessit. Ac primum maiorem petiit ædilitatem: Vbi sensit ea spe frustrari sese, eodem die minorem ambiit: & hac frustatus, haud tamen desperavit, se Romæ ciuitatis primum fore: docens, quantum in rebus humanis valeat audacia. Plut.in Rom.apoph.

C. Figulus.

Infrā de Ultione & Vindicta.

Tacitus Imper.

Fratri petierat consularum, nec impertravit, ea repulsa adeò non fuit offensus, ut vehementer etiam latratus sit, dicens: Scit senatus, quæ principem fecerit. Vopiscus.

De responso duro & absurdō.

Bias.

Cum patriam suam obsidione liberasset, rex Aliates intellecta viri prudentia, protinus eum ad se accersiuit. At is respōdit, ἐγὼ οὐτέ τινα κελδανού πρόπυρα θάψω: id est. Ego Aliatten iubeo cepas edere: quod peinde est ac si dixisset, iubeo illum plorare: extremum regis contemptum professus. Laert.lib.1.

Diogenes.

Cum à Platone philosopho paulum vini petiisset, ipse autem lagenam vino plenam misisset, Cynicus in huc modum gratias egit. Cum interrogaris, quot sint duo & duo, respondes, sunt viginti: & ita nec secundum ea quæ rogaris das, nec ad ea quæ interrogatus fueris, respondes. Laert.li.6.cap.2.

Domitius Afer.

Dispensatori, qui cum ad reliquæ non responderet, dicebat subinde, Panem non comedi, & aquam bibo Pasce, inquit, & redde quod debes. Non agebatur quid edisset, aut bibisset, sed quid deberet. Permisit igitur ut se quomodo veller pasceret, modo solueret quod debebat. Eras.li.6.apoph.

De responso repentino.

C. Popilius.

Suprà de animosè editis.

De reuerentia.

Musonius.

Dicebat, eum apud omnes maxima verecundia dignum iudicari, qui seipsum primò, deinde alios reuereri didicisset, Stob.ser.29.de Verecundia.

Demetrius Phal.

Honestos adolescentes domi parentes reuereri debere dicebat: in via autem omnes, ut quisque se obtulerit: in solitudine autem, seipso: Stobæus.

Huc refer apoph. de filiorum pietate in parentes, discipulorum in præceptores, de Senectutis reuerentia, & de Verecundia.

De Rhetorica, & Rhetoribus.

Diogenes.

In capona prandens Demosthenē fortè prætereuntem inuitauit, ut accederet. id cùm ille pudore recusat, Erubescis, inquit, Demosthenes, cauponam ingredi? Atqui hīc herus tuus quotidie versatur. Innuit autem Rethores nihil aliud esse quām populi mancipia: nec esse esse par, ut illuc pudeat seruum populi videri, ubi populosa situdē viueret. Eras.lib.8. apoph.

Demosthenes.

Interrogatus, quid præstare posset professoribus suis Rhetorica? Homini, inquit, perdito, præsentem potest ferre opem. Stob.

Isocrates.

Sciscitatus quid esset Rhetorica? Ex paruis, inquit, facere magna, ex magnis parua. Est enim hæc nonnulla Rhetorices pars: amplificare & extenuare, qua de re diligenter præcepit Fabius. Sed præstigij genus est, quod respondit Isocrates. Quin illud potius artis est, quæ magna sunt, ita

tractare, ut auditori quoque magna videatur, & contrà. Eras.lib.8.apoph.

Anonymus.

Cuidam iactati de arte Rhetorica: At per Germinos, inquit Lacon, ars nisi verum attigerit, nec est, nec unquam erit. Notavit Rethores, quise profirentur verisimilia dicere, licet vera non sint. Plut. in Lacon.

Vide apoph. de Oratoribus.

De risu.

Diogenes.

Dicente quodam, Hi te risu prosequuntur: At ego, inquit, minimè ridiculus sum. Brufon.libro 5. cap.27.

Myson.

Mortales odio infestatus, in solitudinem sese abdiderat, deprehensus autem à Lacone quodam ridens, rogatus ab illo, cur solus rideret? vrbanè ad mores suos respiciens: Ob hoc ipsum, ait, video. Brufon.libro 5. cap.27.

Plato.

* In risum nimium profusos damnabat. Nam effusum risum, inquit, vel hemens mutatio sequitur. libro 3. de Repub.

Epicurus.

* Risus, inquit, neque multus sit, neque ob multa, neque solitus. In Enchiridio.

Dion philos.

* Risus continuus & intentus est deterior (inquit) iracundia. Idcirco maximè viget in iuventis & pueris stolidoribus. Mihi sanè facies magis ornari videtur lachrymis, quām risu. Lachrymis enim ut plurimum bona aliqua doctrina coniungitur: risui vero lascivia. Et flendo quidem nemo sibi concitauit autorem cōsumelias. ridendo autem spem dedecoris auxit. Stob.ser.72.

Philemon.

Ficus Philemoni paratas, in conspectu eius positas, asellus comedet.

Sf iii

bat, puer inclapatus ut asinum abi-
geret, serò venit. Itaque consum-
ptis omnibus: Quoniam, inquit, tam
tardus fuisti, da hunc merum asello.
Interim risus obortus hominem se-
nem præfocauit. Erasmus libro 6.
apoph. Verùm alij hoc Chrysippo a-
scribunt.

Plutarchus.

Causidico quodam ridicula sem-
per dicenti: Non cessabis, ait, à ridi-
culis continuè dicendis, ne ridiculus
fias: ut qui assiduè luctantur, luctato-
res. Brus.lib.5.cap.27.ex Plut.

Cato Viicensis.

Cicero consul, quum L. Murznam
à Catone accusatum defenderet, va-
riis modis Stoicos (quorum seftator
erat Cato) philosophosque illudens,
multum risum iudicibus iniecit. Et
ipse quoque Cato subridens: Dij bo-
ni, ait, quām ridiculum habemus cō-
sulē. Brus.lib.5.cap.27.ex Plutarch.

De robore corporis.

Diogenes.

Crates Thebanus cùm nudatus
in certamine, ob corporis desor-
mitatem, derideretur: De oculis, in-
quit, ô Crates, reliquoque corpore
bono animo esto. Nam istos qui nūc
te derident, mox conspicies morbo
contrahi, omnib[us]que viribus desti-
tui. Significauit formam nihil omni-
no facere ad viatoriam: sed robur, &
laborum tolerantium, qua cæteros
anteceudebat. Laert.lib.6.cap.5.

Iscrates.

* Dicebat, robur prudenter iu-
natum conducere, sine ipsa verò plus
lædere possidentes. Idem robur cor-
pora quidem excentium se ornare,
animi verò studia obtenebrare. Stob.
serm.57.

Archidamus.

* Quum vidisset filiom suum ni-
mis temerè contrà Athenienses pu-
gnantem, Aut vires tibi augende sunt,

dixit: aut minuenda audacia. Plut.in
apoph.Lacon.

Aratus.

* Laudante quopiam virum despe-
ratum & audactum, ac idcirco & in
bellis eximium: deferre, dixit, magni
facere virtutem, & vitam nihil face-
re. Plutar.

Eusebius philof.

* Animi præsentiam in periculis
cum ratione coniunctam, laudato, in-
quit: impetum, verò ad ea sine ratio-
ne, audaciam vocato, & oderis. Stob.
ser. 51.

Anonyma.

Anus quædā videns Iouianum Ro-
manorum imperatorem, corporis
proceritate atque mole excellētem,
sed mente captum: O crassam atque
pinguem futilitiam, proclamasse fer-
tur. Niceph.lib.19.ca.vlt.

Anonymus.

Ex plebe præterea quidam in Hip-
podromo dicacitate eundem Iouia-
num perstrinxit, & rufum ingentem
omnibus mouit. Inanem enim & fri-
gidam proceritatem esse dixit Ibid.

Maximinus.

Maximinus exercebat lucta milites
suos, multos ad terram prosternens.
Itaque cunctis inuidentibus, tribunus
quidā vasti corporis, notaque virtutis,
atque ob hoc ferocior, dixit. Quid
magni facis, si tribunus tuos milites
vincis? Tum Maximinus: Vnde con-
gregiamur? Quum prodisset, palma
pectori impacta superinum reiecit, cō-
tinuoque dixit: Date alium, sed tribu-
num. Capitolinus.

De rubore.

Theophrastus.

A Dolecentem erubescensem cō-
spicatus: Confide, inquit: tales
enim virtus habe colorem. Anton.in
Meliſ. part.2.serm 71. Sed Maximus
hoc Catoni ad verbū ascribit, sermo.
40. Alij ad Diogenē quoque referunt.
Pythias.

Pythias.

Aristotelis filia, quā à quodam interrogaretur, quis colorum omnium esset præstantissimum? Is, inquit, quem in ingenuis gignit pudor. Est autem rubor pudoris & verecundiae signum in homine certissimum. Eras. lib. 8. apo.

M. Cato.

Sibi magis placere iuuenes dicebat, qui rubescerent, quam qui pallerent: quod rubor arguat probam indolem, pallor autem non item. Plut. in apoph.

Vide apoph. de Pudore & Verecundia.

DE SACRIFICIIS.

Socrates.

SACRIFICIA volebat quam minimis impendiis constare. Quod dij, ut non egent rebus hominum, ita magis spectant affectus immolantium, quam diuitias. Alioqui cum improbissimi quique maximè abundant diuitiis, atque esset de rebus humanis, si maiorum potius quam bonorum victimis delectarentur. Eoque, versum huc magnoperè probare consuevit, καὶ δῶματα οὐ τὸν εἰν λέπιον δεῖν. Hoc dictū & ad nos Christianos pertinet, qui immodicis impediis ornatus templo, peragimus sacra & parentalia: gratias facturi Deo, si quod ultra frugalem mundiciam superest, fratribus egenis erogaremus. Eandem frugalitatem adhibendum docuit in excipiendis hospitibus, eodem vtens versiculo, καὶ δῶματα οὐ τὸν εἰν, &c Erasm. lib. 3. apoph.

Gelo.

Debellatis apud Himeram Carthaginensibus, in pacis fædere compulit illos, & his acceptis conditionibus subscribere, ne posthac filios suos Saturno immolarent. Solebat enim a gens infantes suos annexa Saturni

statuæ cauæ, & intus incensæ, in simum ponere, qui velut in Dei complexu enecabatur. Id Saturno gratu putarent, effecit fabula, quæ narrat illū omnes vxoris filios deuorare solitum. Nam & Iouem deuoratus erat, nisi pro puero saxum supposuissent. Plut. in apoph.

Iosocrates.

+ Id pulcherrimum sacrificium, & cultum esse maximum existimat, si ipse te quam optimum, & iustissimum præbeas. Ad Nicoclem.

De sacrigelio.

Diogenes.

CERNENS quandam male audientem, quasi monumenta spoliaret, Homeri carmine compellauit,

— πίπλε σὺ ὁδε φίλε
τί πάτη τυλίσω γενεύεων κρατήθενταί ταν;

Id est,

Quid tu hoc venisti, vir præstantissimum fors?

Ut spolia atque horum quos more occupat atria?

Laert. lib. 6 cap. 2.

Agesilaus.

Præclarè dicere solitus est, se vehementer admirari, eos non haberi in sacrilegorum numero, qui læderent eos qui diis supplicarent, vel deos venerarentur. Quo innuit vir prudentissimus, eos non tantum sacrilegos esse, qui deos ipsos aut templorum ornatum spoliarent: sed eos maximè, qui deorum ministros & præcones contumeliis afficiunt. Ämyl. Probus,

Dionysius senior.

Sacrilegia sua solebat facetis dictis obtegere. Locis Proserpinæ templum spoliarat, mox quum classis illius secundo vento navigaret: Videtis, inquit, quam prospera navigatio à diis immortalibus detur sacrilegis. Ex hoc colligens, aut non esse deos, aut illis nō esse molesta sacrilegia. Iustin. lib. 21. Val. Max. lib. 1. cap. 2.

Sf iiiij

Idem.

Epidauro Aesculapio barbam auream detraxit: quod negaret decorum, patrem. Apollinem imberbem, ipsum vero barbatum conspici. Aesculapius singitur Apollinis filius. Apollinem autem semper imberbem facit theologia poetica, Aesculapium barbatum. Significans, in medico requiri multorum rerum usum. Valer. Max. libr. ii. cap. 2.

Idem.

Ioui Olympio detraxit magni ponderis auctum amiculum, quo eum Hieron è manubibus Carthaginensium ornauerat: proque detracto aureo laneum illi pallium iniecit, ita cauillat: Aureum amiculum aestate graue est, hyeme frigidum: Laneum ad utrumque anni tempus accommodatus est. Valer. Max. ibid.

Idem.

Menias aureas atque aeras diis dicatas è phani sustulit. Has inscriptio ex more Graecorum testabatur esse honorum deorum, ne quis manu admoliretur. At illi cauillus est, se deorum bonitate vti. Nam boni dii dicuntur, quod omnibus beneficiat. Ibid.

Idem.

Idem victorias aureas, pateras & coronas, quæ simulachra porrectis manibus sustinebant, velut offerentia tollebat, dicens, se oblata accipere, non eripere: addens per absurdum esse, quibus quotidie bona flagitamus, ab his vltiò porrigentibus nolle accipere. Ibid.

Herodotus.

+ Cum egregie celsus abiisset è tèplo Hierosolymitano, cuius sacrū ærariū direpturus venerat: eumque Rex interrogaret, ecquis aptus esset, ad id negotij conficiendum? Respondit, si quem habes hostem, aut regni tui infidiatorem, mitie illuc, & flagellatum eum recipies, si tamen euaserit. Nam ipse qui habet in celis habitatioñ, visitator & adiutor est loci illius,

& venientes ad male faciendum percutit & perdit. li. 2. Machab. ca. 3.

Ludouicus xy. Gall rex.

* Quum Iulius pontifex sacrilegij eum insimularet: atqui, inquit, absurdissimum est, ut qui donaria diuini ipse manibus gerit, alios sacrilegij ar- guat. Annal. Franciæ.

De Sagittandi peritia.

Diogenes.

A nimaduertens quandam impetratè iaculantem, proximè scopum consedit: cur id faceret, interrogantibus: Ne forterè, inquir, me feriat. Significans, illum quidem percussurum citius, quam scopum. At alii spectatores quam possunt longissime se ferantur, ne feriantur. Laer. lib. 6.

Cambyses.

Suprà de Castigatione iniquo animo lata.

De Salsè dictis.

Thales.

T hales Milesius, cuidam interroganti utrum fuisse prius, nox an dies? respondit, Nox uno die fuit prior. Si enim nox uno die præcessit diem, dies igitur fuit ante noctem, nox quippe finis est diei. Laer. libr. i. cap. 1.

Bias.

Impio cuidam sciscitati, quidnam esset pietas? nihil respondit. Roganti autem, cur sileret? Quoniam, inquit, interrogas de rebus tibi nimium difficilibus. Laer. li. 1. ca. 6.

Bion.

Damnabat homines, qui sic exurent quasi sensu vacarent, sic adurent quasi sentirent. Ob id, ni fallor, quod in bellis exorantur omnia. Rursum si leuiter attingantur ab igne, offenduntur. Id enim appellat adurere. Ibid. li. 4. cap. 7.

Antiz.

Antisthenes.

Dicere solebat Athenienses, quod essent Antochithones, hoc est indigenæ, eo quod non aliunde eò cōmigrassent, nec vñquam solum mutassent: dicens, hoc laudis illis esse cum restudinibus & cochleis commune. Nam hæc quoque animantia nūquā domicilium mutant, in quo nascuntur. Laer.li.6.ca.1.

Zeno Citrius.

Seruum in furto d. prehensum virgis emendari iussit, verū cùm is se excusare niteretur, dicens, sibi in fatis esse vt furaretur: Sic igitur, inquit philosophus, etiam in fatis, vt delicti des pœnas. Laer.li.7.

Anacharsis.

Infrā de Spectaculis.

Diogenes.

Percontanti, quam ob rem alijs mēdicis liberaliter darent homines, philosophis autem non item? Quoniam, inquit, sperant citius futurom, vt claudi cæcive fiant, & mendicare cogantur, quām vt philosophi de sapientia plurimū disputantes. Laer.lib.6.

Idem.

Interrogatus à quodam, quare mācipia fugitiua dicerentur *ais pāmodū*: Quoniam, inquit, pedes habent viorum, animum autem, qualem tu nunc habes, qui me hac de re interrogare audes. Laer.li.6.

Idem.

Citharœdum quandam, qui quoties fidibus luderet ab auditoribus deserebatur, obuium ita salutauit: Salve galle. Cùm ille offensus salutationis nouitate, diceret: Quid ita? Quoniam, inquit, cantu tuo excitas omnes. Salsissimè autem iocū captauit ex ambiguitate verbi. Græcis enim *asylpeiv* dicitur, is qui dormiērem è somno excitat, quod galli gallinacei malè canentes facere solent: & qui sedentem monet, vt surgens aeat. Laer.li.4.

Idem.

Percontanti, quo pacto Dionysius amicos suos tractaret? Vt vtres, inquit: plenos enim suspendit, inanes autem abiicit. Notauit autem falsissimè Dionysij crudelitatem non in ignotostaptum, sed amicissimos etiā. Divites enim interficiebat: negligebat pauperes. Laert.

Idem.

Adolescentes quidam cùm in foro circumstarēt Diogenem, canem hominem appellates, ac fugientes: Diogenes interrogabat, cūrnam aufugarent? qui cùm dixissent, Ideò fugam adornamus, ne mordeas nos canis: Nequaquam, inquit Diogenes, vos mordeo, quandoquidem canis non edit betulam. Salsè autem notauit eorum molliciem, à quibus eahis erat vocatus. Laert.

Idem.

Lysias interrogabat Diogenē Cyricum num crederet etiam esse deos? Cui Diogenes: *Quā conuenit*, inquit, vt non credam, cùm persuasum habeam te dius inuisum esse? Salsè notauit hominis impietatem à quo ipse falsò impius iudicabatur. Laer.

Aristoteles.

Crebrò Athenienses reprehendebat, quod cùm duas res, frumenta & leges inuenissent: frumentis quidē vterentur, legibus autem nequaquam. Aljudit autem philosophus ad Triptolemum Atheniensem, cuius ministerio Ceres vsa est in ferendis legibus, ac tritico serendo. Laer.li.5.c.1.

Socrates.

Acrius quandam, in conuentu aliorum obiurganti, Plato dixit: An non melius fuisset, si domi vel priuatim homini hæc dixisses? Cui Socrates falsè respondens, ait: Cur non tu quoque clam hæc mihi dixisti? Laer.lib.2.

Idem.

Euripides quum Socrati obtulisset librum ab Heraclito scriptum, vt legeret post, aliquot dies solicauit ho-

minem, ut ferret de lecto libro suū iudicium. Socrates igitur: Per louem (inquit) quæ intellexi, satis mihi præ clara videntur: qualia & ea esse puto, quæ non intellexi. Salsè autem notavit hominē nimis obscurè de rebus scribentem. Laer.

Xenophanes.

Audiens Empedoclem dicentem, Sapientem inueniri non posse: Merito, inquit. Oportet enim eum sapientem esse, qui sapientem agnoscere ve lit. Laer. 1.6.

Nicetus Sophista.

Cuidam in iudicio grauiter irascēti, ac dicenti, Desine toties latrare in me, admodum falsè respondit: Faciā quidem, si tu desinas mordere me: Virtusque enim est canum. Ex philo strati sophisticis.

Polemon.

Timocrati philosopho apud Pole monem sophistam dicenti, Phauorinum esse multorum verborum hominem: Et omnis, inquit, anus. Notā falsissimè in Phauorino corporis habitum, erat enim castratus. Ex Philo strato.

Agesilaus.

Agesilaus quom in quadam causa esset index, ac is qui accusabat, recte dixisset, patronus autem malè: sub inde ramen inter dicendum repetere, Agesilae, decet regem defendere leges, quasi bonam haberet causam, & leges essent contra aduersarium: Si quis, inquit Agesilaus, tibi domū perfoderit, aut vestem surripuerit, num expēctaturus es es archiectum, aut sartorem, ut ferret tibi auxiliū? Plut. in Lacon.

Antalcidas.

Idem quum assiduè dimicaret contra Thebanos, ac in confl. &c. quodā vulneratus esset, Antalcidas: Prælara, inquit, doctrinæ tue præmia rece pisti à Thebanis, & Agesilae, ab iis enim grauiter vulneratus est quos bel licas artes docuerat. Plut. in Lacon. apoph.

Agesilaus.

Quodam laudante Rhetorem hoc nomine, quod mirificè res exiguae amplificaret: Agesilaus inquit, Ego ne futorem quidem arbitror bonum, qui paruo pedi magnos induat calceos. Plut. in Lacon.

Agus.

Sophista quidam cùm ad Agidem seniorem dixisset, orationem esse rerum omnium præstantissimam, vide licet artem quam profitebatur adeò extollens: Ergo, inquit Agis, tu cùm nihil dicas, nullius omnino es pretij: Sentiens, pulchrius esse magnificas, & cum virtute coniunctas res gere re, quam egregiè de his rebus loqui posse. Plut. in Lacon.

Idem.

Præteriens Corinthiorum mœnia excelsa & munita: Quæ sunt, inquit, mulieres quæ hic habitant? Existimat autem viros non esse qui potius munitione, quam animi viribus freti, patriam defendere cupiunt. Plut. in Lacon.

Agespoli.

Suprà de Clementia.

Pausanius Cleombroti F.

Ad quendam adhortantem, ut cum hostibus terra marique belli fortunam tentaret: Vis tu igitur, inquit, de positis vestimentis te ipsum ostendere qualis sis, qui ad bellum suscipiendum alios stimulas? Salsè autem notauit hominem, alios ad fortitudinem stimulantem, cùm ipse esset omnium effeminatissimus. Ibid.

Pausanias Plistonacti F.

Cuidam roganti, cur Tegeæ exulsans, tantopere laudaret Lacedæmonios, à quibus vrbe electus esset? Quoniam, inquit, medici frequentius laudant ægrotos, quam sanos. Ibidem.

Antalcidas.

Atheniensis quidam cum gloria retur apud Antalcidam, quod Lace dæmonios sèpius à Cephiso fugati sunt: sed nos, inquit Antalcidas Spar tanus,

tanus, vos nunquam ad Eurota submouimus. Notavit autem Atheniensis Antalcidas, qui nunquam ausi essent accedere ad Eurotam Spartæ flum, cum Lacedæmonij sèpenumero usque ad Cephisum flumen essent progressi. Plut. in Lacon.

Idem.

Cum sophista quispiam laudaret librum apud Antalcidam, miro articulo còscriptum, interrogatus quodam argumètum libri eset? respon sit encomium esse Herculis. Tum Antalcidas: Quis quæso, inquit, Herculem vñquam vituperauit? superuaneum existimans, tam doctè scribere iis de rebus, quæ omnibus sint notissimæ. Ibid.

Demonax.

Admeto poëtæ satis imperito epigramma iactanti, quod testamento nandasset suæ addēdum statuæ caruæ autem erat huiusmodi, Corpus iumentum regitur, Admetus ad astra vouit: Demonax respondit, adeò sibi lacere carmen, ut magno emptum uperet, si iam nunc esset aascriptum. Testè optans illi mortem, qui vita indignus videbatur. Erasmus libr. 8. apoph.

Anaxandridas.

Suprà de laude, virtutis stimulo.

Anonymous.

Atbeniensis quidam conspecta tabula, quæ picturam continebat, quod modo Lacedæmonij trucidarètur ab Itheniensibus, gloriabatur. At Lacon, Bene quidem, inquit, sed in tabula. Significans ridiculum esse dictura gloriari, quum pictores non unius quædam poëtæ mentiantur, & quælibet audendi semper his fuerit æqua potestas, Plutarchus in Lacon.

Alius.

Lacon quidam in bellum profetus, pro insigni in clypeo militari habebat muscam, cùmque non vea maiorem, quibusdam igitur irritantibus, & interrogantibus, cur a-

nimalculū in clypeo haberet, quod conspicere nequaquam posset? Ideo, ut ego magis, inquit, conspicuus sim, quæ clypeus: nihilominus tamen tam propè hostem accedo, ut cuiusmodi sit insigne, latis videri possit. Ibidem.

Alius.

Quum Alcibiadi Atheniensi balnearior plurimum administraret aquæ: Lacon id videns, Quid hoc rei est? inquit, plus aquæ infundit, quasi non puro, sed sordido. Plutaf. in Lacon. apoph.

Alexander.

Quum quidam ex numero amicorum qui summè benevoli videbantur, ei dicebat: Ciuitates subiectas maiora posse pendere tributa, respondit Oltorem odi, qui radicitus euelit olera. Max. serm.

Stilpon.

Cum abductis omnium ciuium seruis Stilponi diceret, Ciuitatem vestram liberâ vobis relinquo. Rectè, inquit Stilpon: nullum enim in ciuitate seruum relinquas Plutar. in vita Demetrij.

Scipio Africanus.

Cum castigaret militem, quod in pugna non fuisset: ille verò diceret, se custodiæ causa in castris mansisse: Non amo, inquit Africanus, milites nimis diligentes. Erasm. libro 6. ag pophi heg.

Cicero.

Metello percontanti quis esset Ciceronis pater? Ad istam, inquit, percontationem ut respondere sit difficultius, mater effecit tua. Notavit autem falsissimè Metelli matrem, quæ parum pudica fuisse dicitur. Retorxit autem culpam omnem à patre in matrem. tum enim incertus est pater, quando mater cum multis viris habet consuetudinem parum honestā. Plut. in apoph.

T. Quintius Flaminius.

In Philopœmenē Achæorum ducem, qui multos quidem habebat e-

quites ac pedites armatos, sed opes nullas, ita ludebat: Philopæmen manus quidem habet & crura, ventrem autem non habet. Appellabat autem duces belli manus ac pedes: sed quoniam non haberet unde tot aleret milites, negabat illum habere ventrem. Vel allusit ad pecunias, quæ bellorum nérui sunt. Plutarchus in Roman. apoph.

Diogenes.

* Cùm quidam ei diceret, Iste derident te. Ego enim verò, inquit, non derideor. Illos derideri solos existimans quos obstupescerent & terrent ista. Plut de ira Cuidam dicenti, Multi te derident, ô Diogenes: Et illos, inquit, fortassis asini. Altero subiiciente, sed illi non curant asinos. Nihilo magis, inquit, ego ipsos. Asinis irrisiōnem tribuit, quod subinde nudatis dentibus irrisiōnis specie, præbeant. Quin & deridentes quempiam homines, mota ab aure manu imitantur asininas auriculas. Etsi igitur videtur asinus motis auriculis irridere homines, nemō ramen offenditur. Laërtius libro sexto.

Antigonus.

* Vno de eius amicorum grege, Aristodemo, qui patre coquo prognatus dicebatur, consulente ei, ut impēsas & dona præcideret: Oratio tua, inquit, Aristodeme, olet ius. Plut. in apoph.

Cleomenes.

* Cuidam eum probris facessenti dixit, Ideone tu omnes probris exagitas, ut non suppetat nobis innocētiam nostram ruentibus otium de tuis virtutis verba faciendi? Plutarch. in apoph.

Epaminondas.

* Callistrato Atheniensi qui Thebanis & Arguiis exprobabat Oedipodis parricidium patris, & Orestis genetricis: Atqui hos, respōdit, pat-

ricidas nos exterminauimus, vos recipistis. Plut. in apoph.

M. Cato.

Suprà de Legatione.

Mancias.

Quum audisset Antonium censorem, cui male volebat, à M. Duronio de ambitu postulatum: Aliquando, inquit, tibi tuum negotium ager, licet. Censores in aliorum mores inquirunt: at qui reus est, habet ex se quod agat. Erasmus libro sexto apoph.

Cicero.

Quum ad Pompeium venisset, ac iam venisse pœniteret, percontatus ubinam locorum reliquisset generū? Apud tuum, inquit, sacerum: Cæsarē netans, qui cum proprio socero bellum parum iustum gereret. Plut. in Rom. apoph.

Porcius Latio.

Audiens Maximillum Rhetorem perorantem, & dicentem, Oportere eum qui per spinosum orationis locum ambularet, suspensos habere pedes: Non meherculè, inquit, tui pedes spinas calcant, sed habent. Erasm. 1.8. apoph.

C. Cæsar.

Audiens hominem gloriātēm ob bellicam fortitudinem, ostendentēm que vulnus facie exceptum, ait, Cau vir bone, ne posthac fugiens resperxeris. Norauit autem hominis arrogatiātē, qui vulnere ostento, suam probaret fortitudinem, cùm vulnus fortasse fugam adornans accepisset: sed respiciens, an ab hostibus insequeretur. Simile quiddam Macrobius adscribit Cæsari Augusto: sed Quint. C. Cæsari.

Ideas.

Cùm testis ad exaggerandam iniuriam dicret, semora sua à reo ferro petita: Quid enim faceret, inquit, quum tu galeam & loriam haberet? Non ignorabat, cur illam partem potissimum vulnerare voluisset: sed hoc dissimulato, falso iocari maluit. Galea

Iea & lorica omnia tegit , præter fe-
mora, Plut.

Crassus.

* Crassus censor murenæ extinxæ lachrymavit. Qui cùm ei diceret Domitius collega, An non tu murænam mortuam luxor? occurrit: Nónne tu, qui res excolisti vxores, nullam lachrymam effudisti? Plut. De Animâ-
tum comparat.

Demosthenes.

* Ille qui fur habebatur, cùm irri-
deret ipsius lucubrationes, Nō igno-
ro, inquit, lucernam meam tibi esse molestem. Et Demodæ clamanti, De-
mosthenes me corrigerem vult, Sus
Mineruam: at qui hæc Minerua, di-
xit, nuper in adulterio est deprehen-
sa. Plut. in præcept. politiciis.

Augustus Cæsar.

Tyriam purpuram emprurus de ob-
scuritate querebatur, quumque ven-
ditor diceret, Erige altius, & suspice:
Egône, inquit Cæsar, ut me populus
Rom. dicat bene cultum, in solario
ambulaturus sum? Plutarch. in Rom.
apoph.

Iulia Augusti F.

Licentiori quam par erat vestitu-
ædes paternas ingressa, cum paren-
tem grauiter offendisset, postero die
mutato vestitu, iterum Augustum sa-
lutauit: quam ubi vidisser, ait: Quâ-
to probabilior est hic cul:us, tam
honestus in filia Augusti? Cui respô-
dit: Hodie me parentis, heri verò
mariti mei ornauit oculis. Macro. l. 2.
c.5. Saturn.

Fauini.

Occiso Nerone imperatore, cùm
decreatum esset, vt Piso quoque inter-
ficeretur, & mox imperium deferre-
tur Seneca: Flavius dicere solebat,
Adde deus nihil referre, si cithara
dimoueretur, & tragœdus succe-
deret. Nero enim cithara ludere so-
lebat, Piso tragicò incedebat ornatu.
Suet.

Cæsarius Seuerus.

Cuidam obiicienti, quod Procule-
ius ei domo interdixisset: Nunquid,
inquit, ego illuc accedo? Elusus obie-
ctionem. Nam in ius vocari solent,
qui contra prætoris interdictum ad-
eunt locutu: non is qui patet interdi-
cto. Simil innuens, se nequaquam te-
neri domus illius desiderio. Eraf. l. 6.
apoph.

*Anonymous.**Suprà de Imprudentia.**Afer orator.*

Egerat causam aduersus libertum
Claudiij Cæsar. Quidam ex adver-
so conditionis eiusdem cuius erat li-
tigator, cui aduersabatur Afer, ex-
clamauit: Itane tu semper in liber-
tos Cæsar dicis? videlicet illi me-
tum iniicere cupiens, ex nomine Cæ-
sar, subiecit Afer, Nec meherculè
quicquam proficio. Notans illum,
post alios libertos existere, contra
quem dicere cogeretur. Eraf. libr. 6.
apoph.

Nicophorus Phocas Imp.

* Is ob avaritiam & socordiam
Reipublicæ malè contulens frumenti
& annonæ caritatem in prouinciis
inuexerat. Cùm aliquando ad milites
exercendo in campum progres-
sus cano cuidam qui inter milites se
ascribi petebat, diceret: Ecquid ho-
mo prouectæ etatis in militiam al-
legi peteret? falsè respondit, Multo
nunc validior sum quam ad escens
fui. Olim vno aureo empto frumento
duos onerabam asinos, te autem im-
perante, quantum duobus aureis e-
mitur frumenti, haud gravatè hu-
meris porto. Imperator dicterium
sentiens, abiit, nihil perturbatus.
Cedrenus.

Rodolphus Imp.

* Cùm corpus haberet procerum
& faciem regiam, naso aquilino ma-
gno, in declivi semita obvium har-
buit dicaculum, qui principis face-
tias & clementiam norat. Is ex angu-
sta semita regi cedere à satellitibus

crebro iussus, Principis, clamat, natus viam impiet ut præterire nequeam. Subridens Rodolphus, flexo in alterum latus naso : Progredere filii, inquit, námq; nasum dgitus meis amoui ne te impeditat. Cuspinianus.

Sfortia.

Quum insidias armisque Pauli Vrsini exterritus excessisset urbe Roma, & in Algido castra posuisset: ad eum Cardinalis à Fontifice missus, ut fidem interponeret, ac in urbem reduceret: An Sfortia Ursu[m] timebis, ait Cardinalis, cùm sis sub Columna tutissimus? Cui Sfortia, An non insanus tibi videor, si dom frustra à surdo marmore opem imploro, bellua ingens, dente & vnguis ferox, ac humano sàpè gressu incedens, mihi minimè sit formidanda? Non illepidè, remota & parum expedita Columnorum auxilia desig[nans]: & Pauli Vrsini ingenium, præsentésque vires aptissimè depingens. Paulus Louius de rebus Sfortiæ capite 81.

Ludouicu[m] XII. Gall. rex.

* Aulicis, quibus studiis adolescentiam suam traduxissent, ex condito narrantibus, Antonio Vjuonio quodam dicente se pelle vituli contestum, in aucupium, quo aues fallicheret, descendere solitum: Tu vero, ait, haud omnino adhuc vitulinam pellem exuisse videris, notans in eo ignauiam & stultitiam. Nam galli vñcordes & stultos vituli nomine designare solent. Annal. Franc.

Carolu[m] V. Imp.

* In Anglia cùm nobilissimum iuuenem, sententia Cardinalis Eboracensis, qui iudiciis præferat, damnatum interfici audiret: Indignum est, inquit, à Cane lanij tam pulchram damam deuorari. Nam Cardinalis ille qui lanienam hominum per multos annos in Anglia exercuit, lanij filius erat. Chyträus. Orat. de Carolo V.

*De Saltatione.**Lesbonax.*

Histriones ac gesticulatores appellare solebat χειροποες, quòd manibus saperent, non lingua Erat enim saltationis genus: quo graues etiam historiae circa vocem vel recitantis vel tibicinis, solo corporis gestu sic repræsentabantur, ut spectatores propè plus intelligerent: ex saltatione, quām si quis recitasset. Eras. l. 8. apoph.

Demetriu[m] Cynicus.

Damnabat artem saltatoriam, velut inutilē gesticulationem ad tibiæ modos. Cui gesticulator quidam non imperitus, cupiens artis suæ vindicare gloriam, iussit ut submotis tibicinibus spectaret ipsum saltantem. Assensus est Demetrius. Ille saltauit Homericam fabulam adulterium Veneris ac Martis, ambos Vulcani vinculis irretitos adamantinis, ac sole prodente, diis cæteris exhibitos, Venerem erubescētem, varios deorum astantium affectus, Mercurium optantem talis vincula, Martem damnatum ut penderet mœchagria, ac præterea quicquid ad eam fabulam pertinet. Ib Cynicus artem admiratus, dixit: Audio homo quæ facis, non video tantum, sed mihi manibus ipsis loquideris. In huius artis laudem scripsit Lucianus. Plato non probat, & tamen apud Christianos saltatur in eprius. Cœlius Rhodiginus libre quinto, capite tertio. Et aīmus libr. 8 apoph.

Hegeſianax.

* Apud Antiochum regem, noramici solūm regis Pyrrichiam saltabant in ecenis, sed ipse etiam rex. Quum vero ad Hegeſianætem histricum ordo chorez peruenisset, asurgens dixit, Nunquid, ô rex, male saltantem mavis aspicere, ap-

Potius mea quædam scripta bene prouidentiam audire? Qui cùm dicere iussus esset, ira regi placuit, vt inter eius amicos & familiares cooptaretur. Athen. l. 4.

Dionysius.

Quum Dionysius in conuiuio iussisset ut singuli in ueste purpurea saltarent: purpura verò tum regum erat gestamen, nunc sutoribus etiam communis: id Plato facere recusauit his trimetris è fabula quapiam,

ἐν τῇ διηγήσει θύλαρά διδόται σολών,
ἄρριψ αὐτὸς πεφυκός, γρύπες εἴς ἀρρένος.

id est,

Muliebri ego hand quaquam indui quem stola

Vir natus ipse, & ex virili germine.

Aristippus verò non recusauit, sed induitus purpura saltaturus, hos versus recitauit ex tempore,

καὶ γὰρ εἰ Βακχόδην στοὺς
οὐραῖς οὐ φρέσες διαφθερόστελλε, id est,

Nam in Liberi patris sacrissis

Mens quae pudica est nesciret corrumpier.

Laërt. l. 2. c. 8.

Clithenes.

Quum nobilem filiam haberet, per præconem edici iubebat in Olympiais, qui se dignum esse Clithenis generum putasset, ad sexagesimum diem ad Sicyonem veniret. Qui iuunum multi proci conuenissent, ex omnibus videbatur magis idoneus Hippoclydes Atheniensis, Tisandri filius: sed cùm supra mensam Laco-nicos Atticósque modos ad tybias altasset, cruribúsque ac brachiis molulatus esset, stomachatus Clithenes: Tisandri (inquit) filii, desaltasti matrimonium. Brus. l. 3.

Cicero.

† Nemo ferè saltat sobrius, nisi forè insanit: neque in solitudine, neque in conuiuio moderato, atque honesto: intempestiuji conuiuij, amoenioli, multarum deliciarum comes est extrema saltatio. Pro Muræna.

Albertus Imp.

Dicere solebat, venationem esse exercitationem virilem, saltationem autem muliebrem. Notauit autem mollitatem quorundam principum, qui quum se Hercule fortiores esse iactarent, & Hannibal scientiam militarem sibi ipsi ascribant, maiorem tamen vita partem, Sardanapalum imitantes, in conuersatione nobilium matronarum virginumque aulicarū inueniuntur ludentes, molliterque saltantes, Æneas Syl. l. 4. Comment. in res gestas Alph. regis.

Fridericus Imp.

Eum sæpenumero dicere solitum accepimus: Malle se febri teneri, quam saltationi operam dare. Æneas Syl. libr. 1. Comment. de rebus gestis Alphonsi.

Alphonsus.

Gallos potissimum leues esse dicebat, qui quo magis ætate proiecti essent, eo magis saltationis insanis oblectarent. Antonius Panorm. l. 2. de reb. gest. Alphonsi, & Æneas Syl. de eius dicitis.

Idem.

Cùm forte mulierem quandam impudentiū saltantem aspexisset: Expectate, inquit, mox Sibylla edet oraculum. Sentiens, saltationem insanum genus esse. Sibylla enim vates non edebat oraculum, nisi furore correpta. Panor. l. 2.

Idem.

Audiens, Scipionem saltatione animum relaxasse, Saltationem ab insano nihil differre dixit, nisi quod hic dum saltat, ille autem dum vivit, insanus est. Panormit. lib. 1. de rebus gestis Alphonsi.

Idem.

Cùm argueretur, quod cùm à saltatione tantopere ipsa abhorreret, in aduentu tamen Friderici imperatoris tertij, cum ipso imperatore & Leonora Augusta saltitare palam visus esset, respondit, Eum quidem qui luxuriaz causa saltet, stultum & insa-

num meritò esse: sed si honoris ali-
cujus gratia fieret: reprehensionem
aliqua ex parte effugere, quandoqui-
dem cum magnis viris insanire ali-
quando decorum videtur Panorm. l.
2. de reb. gest. Alphonsi.

De sanitate, & bona valetudine.

Pythagoras.

Dicere solebat, tria à diis præci-
puè petenda: formam, divitias,
& bonam valetudinem, eò quod ho-
mo ceterasibi præstare posset. Quā-
quam οὐαίνειν non tam ad animi sani-
tatem, quam ad corporis, referri pos-
sit. Eras. Rot. I. 8. apoph.

Idem.

* Ad sanitatem corporis tria ne-
cessaria esse dicebat, videlicet, ne fa-
mem, ne siccum, ne frigus patiatur.
Stobæus.

Thales.

Interrogatus olim, quisnam felix
esset? respondit, Qui corpore sanus
est, an in oculo autem eruditus. Laertius
lib. I. c. I.

Crates.

Suprà, de Deo dona sua in æquali-
ter distribuente.

Socrates.

* Monebat, ut cauerent sibi homi-
nes à cibis, qui non esurientes ad e-
dendum: & à potibus qui non sitiens
ad bibendum alliciunt, Stob. ser.
99 de sanitate, &c.

Gorgia.

* Interrogatus, quónam usus ge-
nere vietus in tantam senectutem es-
set progressus? Nihil yngnam volu-
ptatis gratia se aut comedisse aut fe-
cisse dixit. Eod. serm.

Hippocrates.

* Quærenti consilium de sanitate
euëda respondit, Σέττα, ποτά, ὄπνοι, d-
ρεγδίσαι, πόλεις μέρειαι. Cibi, potus,

somni, Venus, omnia moderata sint;
Eod. serm.

Alcmaeon.

* Asterebat continentem sani-
tatis causam in æqualitate facultatum
inesse. nempe humidi, siccii, calidi, a-
ri, dulcis, & reliquorum. Vna autem
ex ipsis præpollente, morbum fieri.
Stob. ibid.

Plutarchus.

* Optimè dictum est, inquit, non
satiari cibo, non refugere laborem,
seminis substantiam conseruare, hæc
tria saluberrima esse, &c. In præce-
ptis de sanitate.

Diogenes.

Stomachabatur in eos, qui pro bo-
na valetudine sacrificarent, & in i-
plo sacro epulis immodicis semet in-
gurgitantes, facerent bonæ valetudi-
nis iacturam. Laërt. I. 6.

Idem.

Dicebat se mirari seruos, qui quum
viderent dominos plus æquo vor-
aces non illis eriperent cibos. Nam hoc
esset dominorum valetudini conlu-
lere: & seruis magis conuenit edaci-
tas. Laërt. I. 6.

Democritus.

Dicere solebat, homines precar
quidem à Deo valetudinem, cuiu-
ramen vim in semetipsis nesciant Di-
enim inordinatè viuunt, sae ipsi va-
letudinis sunt proditores. Maximu-
serm. 27.

Plutarchus.

+ Si gloria affectanda est, inquit
optimum est eam sanitatis causa im-
perata abstinentia affectare. D
tuend. valet. bon.

De Sapientia.

Pythagoras.

Diligenter hoc perpendendū el-
se dicebat, Quod cùm homines
omnes maximum esse bonum in sa-
pientia situm asserant, perpauci tamen
interim ad possessionem ei-
ann

nmitantur. Stobæus sermon. de pru-
entia.

Archytas Pythagoreus.

* Appello, inquit, Sapientiam, co-
nitionem numinis rerumque diu-
narum, ac prudentiam humanaum
erum & eorum quæ vitam spectant.
Stob.ser.1.de virtute.

Thales.

Hominem ex sermonis serie iudi-
cindom putauit sapientem, cùm
icere solitus sit: Multa verba
nequam arguunt sapientem. Sa-
pientem enim non nisi quum res postu-
t loquitur, & per paucis ad interrog-
ita respondet. Erasm.lib.6.apoph.
Laert. lib. 1.

Solon.

* Sapientiam aiebat tantum cæ-
ris virtutibus antestare, quantum
iis reliquos sensus excellit. Anton.
rm. de sapientia.

Bias.

* Eos qui inani sapientiae vacant,
miles esse nocte oculis dicebat.
ujus enim oculi nocte quidem va-
nit: sole autem splendente cæcutiunt.
et illorum mens acutissima quidem
et in vanitate contemplanda: ad ve-
autem luminis obiectum motum
oscatur. Stob.ser.3.

Diogenes.

Dicebat, faciles esse Deos ad do-
andum hominibus vitam: cæterum
anc ignorari ab his, qui querunt vnu-
enta & delicias. his enim qui fru-
tr, credunt se viuere: quum veram
vitam, tranquillam & suauem præ-
et sapientia. Laert.lib.6.

Idem.

Sapienti nihil deesse colligebat
ac syllogismo: Deorum omnia
int. deorum autem amici sunt sa-
pientes & amicorum cōmonia sunt
omnia: sapientum igitur sunt omnia.
et eodem syllogismo reliqui pote-
at, petens aliquid: Cur petis habens
omnia? At respondisset, Non pego,
d repeto. Laert.lib.6.

Socrates.

* Videtur (aiebat Atheniensibus)
revera solus Deus sapiens esse. Atque
in hoc oraculo; quo me sapientissi-
mum pronuntiauit id sibi velie; hu-
manam sapientiam parui, imo nihil
pendendum esse, qualem meam esse
iudico. Plato in Apolog.

Chrysippus.

* Aiebat sapientem nullā re indi-
gere, & tamen multis illi rebus opus
esse. Contrà stulto nulla re opus esse:
nulla enim re scit vti, sed omnibus e-
get. Sapienti & manibus, & oculis, &
multis ad quotidianum usum neces-
sariis opus est, sed eget nulla re: ege-
re enim necessitatis est. Nihil autem
necessitati sapienti est. Senec. Epist.

Antisthenes.

Antisthenes Athenensis negabat
sapientem viuere iuxta leges ab ho-
minibus conditas, sed iuxta nor-
mam virtutis. Sapiens enim non
ideo declinat à malo, quod legibus
prohibitum sit: sed quod ipsa ratio
dissuadet hoc agendum esse. Laert.
lib.6.

Xenophanes.

Empedocle dicente, sapientem in-
ueniri non posse. Et merito, inquit,
nam sapientem esse oportet qui a-
gnoscat sapientem. notans illum qui
hoc dicebat, suo vitiis non inuenire
sapientem. Laert.lib.9.cap.4. Anton.
in Melis.pārt.1.ser.50.

Perictione Pythagorea.

* Geometria, inquit, & Arith-
metica, reliquaque in speculatione
sita, & scientia sunt, & circa entia
versantur. At sapientia circa omnia
genera entium. Etenim occupata
est sapientia circa omnia quæ sunt:
ceu visus circa omnia visibilia, & au-
ditus circa omnia audibilia. Stobæus
serm. de virtute.

Aristarchus.

Infrā de Sophista.

Aristoteles.

Dicebat, sapientem sibi sufficeret;
eo quod omnia quæ sunt aliorum.

sunt & huius qui cum omnibus habet amicitiam, & amicitia facit omnia communia. Laert. lib. 6.

Idem.

Dicere solebat, tris ad parandam sapientiam potissimum necessaria, naturam, doctrinā & exercitationem. Invita Minerua frustra laboratur, tē & dicitur à doctis, exercitatio consummat eruditionem. Laer. l. 5.

Alexander.

In Callisthenem nequaquam sese accommodantem aulæ regiæ moribus, sed & dictis & gestu præ se fermentem nihil sibi placere, pronuntiavit hunc versiculum:

Μισθίσθητος οὐδέποτε σοφός.

Id est,

Sapientem ego odi, qui sibi sapit nihil.

Idem.

Videns Diogenem in dolio decumbentem: O vas, ait, sapientia referatum. At philosophus assurgens: Regum, inquit, omnium maxime, vnam abs te fortunæ guttam expero, ut vel dolium hoc (quod vocas) sapientiæ, illæsum mihi permaneat, sine quo parum feliciter cum sapientia agitur. Stob.

Dionysius.

Dionysius dicere solebat, se à sapientibus amicis sibi cauere, quando certum haberet ex his esse neminem, qui non imperare mallet quam seruire. Erasmus libro 5. apophthegm.

Cicero.

Luisit in quendam, qui quum prius habitus esset stultissimus, post adeptam hæreditatem primus rogabatur sententiam: Cuius, inquit, hæreditas, quam vocant sapientiam. In versu, pro facultas mutauit hæreditas. Apud poetam enim versus sic habet: Cuius facultas, quam vocant sapientiam. Significavit autem, hæreditatem illi pro sapientia contigisse, & ob hæreditatem iam habitam sapientem. Erasm. lib. 4. apoph.

Idem.

+ Si sapientia oculis videri posset, omnes in amorem sui compelleret. lib. 5. de Finib.

Seneca.

* Sapientiam describens dicebat esse idem velle atque nolle: per se & cum ite bonum mentis humanae: rerum natura non aberrare, & ad ilius legem exemplumque formari In epistolis. & libro de vita beata.

Idem.

+ Sapiens est artifex domandi mala, dolor, egestas, ignominia, carcer, exilium, ubique horrenda, cum a hunc peruerterint, mansueta sunt Epistol. 87.

Alphonsus.

Ab Alfonso Aragonum rege cī quidam sciscitaretur, quomodo in tot diutiis pauper effici posset? respondit, Si sapientia venditaretur Quo dicto ostendere voluit, se pluri sapientiam resūmque cognitione facere quam diutinas & regnum. Pan. in præmio libr. 3. de rebus gest: Alphonsi.

Idem.

Idem sapientiam Dei filiam appellare solitus est, amque solam rerum omnium esse immortalem, atque e omni genere animalium soli homini concessam. Pan. in præmio. lib. de reb. gest. Alphonsi.

De sapienter dictis.

Solen.

Iam annis grandior, suspectum habere cœpit Pisistratum, tyrannidem affectatæ nomine. Cum autem pro gredetur in concionem Atheniensium, & postularet præsidium a populo, videns Athenienses negligenteriores, & parum attentas aures sermonibus suis præbere, Pisistrato vero animum adesse, dixisse fertur: Ei aliis callidiore, aliis fortiore esse Callidiorem quidem, qui non intellege

gerent ipsum tyrānide potiturum, uāprimum corporis satellitum ccepisset: fortiorē autem iis qui amet si intelligerent, tamē subticerent. *Elian. lib. 8 de Var. hist.*

Idem.

Neminem, dum adhuc vineret, eatum dici debere arbitrabatur: uōd ad ultimum usque fati diem nicipiti fortunę subiecti esse. Feicitatis igitur humanę appellatioem rogos consummat, qui se incurialorum obiicit. *Plutarch. in Son. & Val. Max. lib. 7. cap. 2.*

Idem.

Dicere solebat, Si in unum locum int̄ mala sua contulissent, futūm ut proprium portare damnum, nam ex omni miseriārum acervo portionem suam ferre malent. Quo tendere voluit, non oportere nos, ne fortitorē patimur præcipue & tolerabilis amaritudinis iudicare. *aler. Max.*

Chilon.

Sapientissimè dixisse putatur, cùm dñs hominum bonitatem ita auprobari, quethadmodū aurum & di lapide. Ostēdit enim permulss, qui aliis vitiis restiterint, opum siderio multories à virtutis trāmī deduci. Et qui aduersus opum imbitatē constans fuerit, eum fatē de ceteris vitiis victoriam reūtaturum. *Fulgos. libro 12. cap. 2.*

Thales.

Scitatus, quo pacto optimē iustis neque quis vivere posset? Si, inquit, in aliis reprehendit, ea ne faciat. *Laert. l. 1. c. 1.*

Aristippus.

Suprà de Animi bonis ac cultu.

Socrates.

Interrogatus quomodo nominis immortalitatē honestissimāque uđ homines famam parare quis esset? Si talis, inquit, esse studeat, talis haberi cupit. *Valerius Max. lib. 7. cap. 2.*

Diogenes.

Diogenes interrogatus, Quo quis modo sibi ipsi præceptor foret? respondit: Si de quibus alios reprehendit, seipsum imprimis increpet. Sto: ser. de prudētia.

Idem.

Musicos, dicere solebat, se admittari, quod cùm tantum operæ conuenientiae vocur impenderent, ut mores prauos, penitusque à ratione discordes ad rectam viuendi normam redigerent, negligere penitus viderentur. *Laert. lib. 6. Fulgosius lib. 7. cap. 2.*

Aristoteles.

Subinde dicebat, nequaquam desēre ut quis se laudet, vel etiam vituperer. Quod illud videlicet sit homonis vani & inānis, alterum verò fulti. *Laert. lib. 5. c. 1.*

Athenodorus.

Suprà de Deo & omnipotente & vidente omnia.

Pericles.

Dicebat, non oportere in urbe multileonem: si autem iam sit alitus, obsequi ei conuenire. Sapientissimè admonens, ut præcipue nobilitatis & concitati ingenij iuuenes refrenetur: nimio verò fauore & profusa indulgentia pasti, quo minus potētiam obtineant, ne impedianter. Quod & stultum & inutile sit eas detredare vires, quas ipse foueris. Est autem de Alcibiade hoc dictum apud Aristophanem, qui in comœdia Periclem hæc vaticinantem introducit. Recitatur etiam apud Valer. Max. lib. 7. cap. 2.

Demades.

Suprà de Regnandi libidine.

Agesilaus.

Suprà de Continentia.

Idem.

Mirabantur quidam Agesilau pauli cis admodū contentum esse, ad quos Agesilaus: Pro hac mea continentia, inquit, optimam mihi messem, libertatem scilicet, paro. Sapienter admisit.

Tg ij

nens nullam esse voluptatem ingenii hominibus iucundiores. Plut. in Lacon.

Idem.

Interrogatus, qua ratione potissimum quis asséqui posset, ut apud homines honestam haberet famam? Si loquatur, inquit, quæ sunt optimæ, & faciat quæ sunt honestissima. Plut. in Lacon.

Idem.

Sciscitatus, cur Spartanorum ciuitas non cingeretur mœnibus? respondebat, Vrbes non saxis aut lignis, sed incolentium viribus feruari. Plutarch. in Lacon.

Pausanias Cleombrois F.

Quibusdam in spoliis barbarorum demirantibus pretiosas vestes: Praestiterat, inquit, illos ipsos esse multi pretijs, quibus datum est ut tam pretiosa possideant. Plutarchus in Lacon.

Leonidas.

Interrogatus cur fortis viri glorio-sam mortem ingloriaz viraz antepo-nant: Quoniam, inquit, alterum natu-ræ proprium, alterum peculiariter suum esse ducunt. Plut. in Lacon.

Anaxandridas.

Suprà de Innocentia.

Charilaus.

Infrà de virtute.

Antalcidas.

Suprà de Comitate.

Polydorus.

Suprà, de Eo quod à subditis amari melius sit quam metui.

Theopompus.

Vxori conquerenti quodd regnum humilius ac minus esset filiis traditus, quam accepisset. Sed, inquit, eo maius, quod diuturnius. Quæ moderata sunt, diu durant. Plutarch. in Lycуро.

Idem.

Theopompo Lacedæmoniorum regi cum quidam dixisset, tum saluam Lacedæmoniorum Rempubli-cam fore, si reges imperare restèdi-

dicissent: respondit, Imò, si populi obedire. Sentiens, Reipubl. salutem non minus in subditorum obediencia quam imperantis studio & industria consistere. Fulgosius libro 7 cap. 2.

Dionysius sen.

Cum filium reprehenderet, quod Syracusani cur usdām ciuis vxori vitintulisset, atque inter alia querere An vñquam audiuisset à se rem similem factam fuisse? Filius ex temporis respondit: Id accidit, quod nunquam patrem regem habuisti. Ad quē pater: Ne tu quidem fili, nisi hæc facere desieris, filium vñquam habebi qui regnum obtineat. Cuius verbures ipsa verum ostendit: nam cum Dionysio seniori filius successissim haud multò post ob prauam vita Syracusanis pulsus fuit. Fulgos. lib. 7. cap. 2.

Pyrrhus.

Cum vouisset Palladii in Athenis liberè eum in urbem atque arcem receperunt. Verum postquam vregressus fuit, dixisse fertur, M. in modum gratam extitisse fidē, q. sibi Athenienses habuissent. Cærum si saperent, in posterum regi minimi portas apertos esse. Quod ostendit, non esse ex re liberæ uitatis, in cuiusquam principiis maiori libetatem suam credere. Cuius consilium non secuti Athenienses, c. postea Cassandrum quoque in urbem recipiissent, magna atque innubilibilia mala ex eo tulerant: re ipsa pertinet à Pyrro sapientissimè n. nitos esse, Fulg. l. 6. c. 2.

Sapio Afric.

Negabat aliter cum hoste congi debere quam si aut rei opportunitas obuenisset, aut dira postularet cessitas. Nam & prosperam gerentem facultatem omittere, maxima mentia est: & in angustias utique magnandi compulsum, abstinere se per hunc, pestiferæ ignauiaz affert exitu-

rūmque, qui ista committūt, alter beneficio fortunæ vti, alter iniuriæ cœcit resistere. Val. Max. I. 7. c. 1. Brus. lib. 2. cap. 32.

Idem.

Infrā de Temeritate.

Q. Metellus.

Deuicta iam Carthaginē, in se-
cū sapientissimè nescire se dixit,
ūsne boni vel mali Reipubl. illa vi-
toria attulisset. Quoniam vt pacem
stituēdo profuisset, ita Annibalem
bmoūedo non nihil nocuisset. Eius
iūm transitu in Italiā dormientem
opuli Romani virtutem excitatam:
et uique debere ne acri æmulo libe-
ta, in eundem somnum reuoluere-
tr. Valer. Max. I. 6. apoph.

Appius Claudius.

Appium Claudiū crebrō solitum
icere accepimus: Negotium populo
om. melius quām otium committi.
Iūn quōd ignoraret, quām iucūdus
anquillitatis status esset: sed quōd
nimaduerteret, præpotentia impe-
a agitatione rerum ad virtutem ca-
essendam excitari, nimia autē que-
e in desidiam resolui. Val. Max. lib.
. cap. 2.

M. Cato.

Semper se harum rerum pœnituis-
e dixit: Si mulieri arcana detexisset,
ut si mari profetus esset, quum ter-
estri itinere eundi facultatem habes-
at: aut si per negligentiam diem fra-
tra elabi permisisset. Plut & Fulgos.
ib. 7.

Idem.

Affirmare solebat, insanos pruden-
ibus longē vtiliores esse, quām insa-
nis sapientes. Quippe qui sapientes,
ām stultorum errata inspicerent, ob-
dī melius vitam mytare solerent:
it amentes, cūm discendi capaces nō
int, ex sapiētūm benefactis fructum
percipere nullum possunt. Fulgos. li.
7. c. 2. & Bras. I. 5. apoph.

Augustus Cæs.

In omni verbo prudentissimus, eos

qui leues ob causas se periēulis expo-
nerent, similes esse dicebat iis qui au-
reо hamo pisces capere tentarent. Hi
enim amissio semel hamo, plus dam-
ni accipiunt, quām ex multorum pi-
scium captura lucri. Fulgos. libro 7.
cap. 2.

L. Paſſienus.

Is Neronis vitricus, à quo & Nero
maximè ditatus est, dicere solebat, se
malle quorundam iudicium quām
beneficiū, & quorundam beneficiū
quām iudicium: quod Seneca afferuit,
se nihil subtilius atque insignius co-
gnouisse in distinguendis maximè vi-
tiis, atque curandis.

Claudius Imp.

Admonitus, vt à suis libertas caue-
ret, respondit, Non eodem modo à
publico, vt à fera bellua caueri posse.
Xiphilinus in Claudio.

Ant. Pius.

Cūm pestulatis quibusdam ad sup-
plicium, neminem puniret, cāmque
ob causam à suis reprehenderetur:
respondit, Non oportere principem
à suppliciis imperij exordium facere.
Dion Nicæus & Xiphilinus in eius
vita.

Val. Homulus.

Antoninus Pius, cūm in domū Va-
lerij Homuli venisset, porphyleticās-
que columnas non tantū vidisset,
sed requisiſset etiam. vnde eas habe-
ret? Homulus respōdiſſe fertur: Cūm
in domum alienam veneris, & mutus
& surdus esto. Capitolinus, & Cuspin,
in Coss.

Theodosius.

Dicere solebat, nō mirum esse, si
homo, creatura adeò caduca, moria-
tur; Vnius autem Dei esse semper e-
xistere, qui semel mortuos ad vitam
reuoacaret. Niceph. Callistus lib. 14. c.
3 Ecclesiast. hist.

Placilla imp.

Suprà, De Eleemosyna,

Alex. Mammæ F.

Solitus est dicere, decere bonos
atque fortes viros, optima quidem

T t ij

optare, sed ferre quæcunque incidat.
Herodianus lib.6.

Pescennius Niger.
Suprà, de Laudis cupiditate.

Anthonius heremita.

Cum aliquando l. teris à Constantino Imperatore inuitaretur, ut ad se veniret, detegit autem primum, diceps: Siquidem ad Imperatorem venero, Antonius ero: sicut ministrus abbas Antonius. Niceph. Callist. lib.8. Eccles. hist. cap. 40.

Machaerus.

Interrogatus, cur homines injuriarum quas ab hominibus accepissent, minus obliuiscerentur, quam earum quæ essent à diabolo infliguntur? respondit: quia prior illa affectio præter naturam, posterior autem secundum naturam ira esset. Niceph. Callist. l. br. vi. cap. 43. Ecclesiast. hist. ex Euagrio,

Leontius.

Sensiens grauissimam illam dissensionem apud Antiochenos, de fidei negotio, multorum malorum causam futuram, caput canis florescens manu demulcens, dixisse fertur, Niue eam solutam, lutum multum subsecuturum esse. Idem lib. 9. c. 24. Eccles. hist.

Anonyma.

Abhorrens ab omni mulieru asperitu, cum aliquando feminam obuiā haberet, quæ aperto supercilio eum intuebatur, increpans eam, in terram prespicere iussit. Illa autem respondens, ait, Quomodo tandem ego intuear, cum æquius sit te eam inspicere, qui ex ea conditus sis, quam me, ex te ortum habentem? Idem lib. 9. cap. 26. Eccles. hist.

Pambus.

Cum apud Alexandria esset Alexandria, & videret mulierem theatram fluctu. Interrogatus à præsentib. s. quare fecerit? Dux, inquit, me res mouent. una, quæ est illius perditio: altera vero, quod ego non tam studeo placere Deo, quantum hæc, et eis pibus placere possit hominibus

Tripartita histor. libro nono, capite primo.

Franciscus Foscari Venerorum dux.
Quā à Francisco Carmaniola interrogatus esset, quā ob causam per totam noctem senatus habitus esset, respondit: Ecquis alius in causa fuit, quam tu ipse? Sed cum statim cognovisset, potuisse illum suspicari de suo intentiu actum (qui secutus mox est.) Egimus, addidit, de tuis laudibus, deque tuo augendo stipendio, donādō que tibi oppido, ubi manes. Ita igitur nū amplius suspicaturus mali Carmaniola à satellitibus, qui iam conuererant, retentus est, carcerisque inclusus, nec multò post supremo supplicio affectus. Ioannes Baptista Egnatius lib. 7. cap. 11.

Cosmus Medices.

A Strossianis quandoque in exiliū pulsus, ad Benacū, à misso ad se nuntio interrogatus, quid ageret? prudētissimè sanè respondit. Ise Gallus incubanti frequenti adesse, ut eius postea fructu potiretur. Cuius responsus nuntius ille in risum conuersus, non animaduertit viri prudentissimi responsum eō tendere, vt de reditu in patriam assidue cogitaret, quem non multò post senatus Veneti ope cœsivit. Ioannes Baptista Egnatius lib. 7. cap. 2.

Saladinus.

Fuit Saladinus princeps Aegyptius (id quodvix alicui persuaderi posset) dum vixit longè clarissimus. Namque imperij sui fines in primis auxit: & felicissimè diu rerum potitus, Christianorū quoque opes ita in Oriente attriuit, vt Hierosolymis captis, Christianum nomine in huc usq; diem ex Syria eleiceret. Ille vero moriens in summa rerū felicitate testamento suo præcipue cauit, ut interula tunica linea, quam gestare solebat, vertici prælonga halta affigeretur; exclamareritque assidue, qui lanceam gereret, hanc vnam esse reliquam tunicam, quæ illi ex tantis opibus, cantique

que imperio superfluisse. O vocem exclarā, dignāmque in primis, quā soientissimi principes frequentissimē in animo repeatant, nob s omnīus vita functis, nihil omnino superesse, nū quid benē sancteque ḡ fferri. Ioannes Baptista Egnatius lib. 7. ap. 2.

Ludouicuſ ſij. Gall. rex.

* Narrante quodam, ex veterum monumentis, augures, si vlcus habent inaugandi gratia federe proibiri: quasi hoc eſſet ſignum non ortere, qui vlcus aut perturbationē nimo habeat, tractare res diuinas: sic Ludouicus, Felix eſt (inquit) Roman. Pontifex, qui in ea tempora nō accidit: nunquam enim inaugandi otestatem habuiffet. Annal. Franciæ.

Carolus V. Imp.

* Multa extant sapienter ab eo dicta. Inter hæc ſequentia occurruunt, Anno 1540. ineunte, per Gallias in Belgium contendens, Lutetiam Paſſiorum ingressus, graui & celebri ratione exceptus eſt, exquisitas o- nium virtutum ſummi Imperato- ri laudes ei tribuente. Oratori pau- pi verbis respondens, dixit, Gratiam ibi eſſe regis affinis erga ſe benevo- entiam, ſed laudes illas ſibi tribuas arbitrari tot eſſe commonefactio- nes, Qualis eſſe deberet. * Antonio Lenz & aliis ducibus Iulij Cæſaris & Alexandri exempla laudantibus, nec Carolum vti ſuis victoriis ad poten- tiaz & magnitudinis ſuæ amplificationem, quantum & posſet & debe- ret, quarentibus: respondit, Alexan- dro & Julio in bellis gerendis vnum fuiffe finem, honorem & gloriam: Christianis autem Principibus duos eſſe propositos, honorem & animaz ſalutem. * Ipſe in comparando ex- exercitu, ſe caput ſumere ab Italiz, brachia & manus ab Hispanis, pe- das à Germanis, ventrem & pedes à reliqua gentium colluuię dicebat. * Item, Neroſ belli eſſe pecuniam, ſommeatus, milites. Verū ſi ex

iis aliquo carendum eſſet, militem veteranum te eleeturum eſſe, cuius induſtria & fortitudine, reliqua duo ſe eſt hoſte comparaturum confide- ret. * In caſtriſ ad Vvitembergam, cùm de Hispanorum crudelitate & libidinibus enorūia quādam ipſi ſi- gnificata eſſent: Profectò, inquit, ſi quod aliquando mihi accidit in- gens infortunium, propter iſtorum nebulonum ſcelera accidet. * In poſtremo ex Germania difceſlu, Vilſingæ ventos nauigationi idoneos expectans, & in multam noctem cum Seldio fratriſ Ferdinandi legato lo- cucus: cùm ex familia in atrio par- tim dilapſa: partim dormiente, da- to nola ſigno, nullus appareret, Ca- rolus ipſe in lychnum Seldio quantū viſ recuſanti präfert, eique per gra- dus deducto, Hoc tibi monumētum, ait, Cæſaris illius Caroli habeto, Sel- di, tot exercitibus & excubiis quon- dam ſtipati, quem nunc ſolū & à familiā etiam desertum videt: & cui tu tot annos ſeruisti; is nunc tibi etiam ſeruit & lumen präfulit. Di- xit etiam in poſtremis illis congreſi- bus Seldio, ſe in hac mutatione ſuæ fortunæ agnoscere poteſtiam Dei, cui nequāquam velit repugna- re. D. Chytræus orat. de Corolo V. Imperatore.

Vide apoph. de argute, grauiter, & pri- denter dictis.

De ſatellitio principum.

Agafieles.

* Dicebat poſſe quemuis prin- cipem & regem ſine ſatellitio regnare, qui ſic ſubditis imperaret, vt filii pater. Plut. in apoph.

Sigismund. imp.

Albertus Austriae dux (qui mor- tuo Sigismundo Cæſare, cuius erat gener, regnum Hunariae ac Bohe- mia cum Romano imperio ſucepit) cùm diceret principes amore ci- uiuum capti eſſe oportere, Sigismun-

T t. iiiij

dus respondit: Et fida custodia infor-
tunium excludit. Docuit autem im-
perator potentissimus, non satis esse
ut principes fidos habeant subditos:
sed addendos etiam esse satellites, &
corporis custodes, præsertim in flo-
rentiore ærata. Aeneas Sylvius libro
commentariorum de rebus gestis
Alphonsi.

Alphonsus.

Castigatus ab aulicis suis, quod regia maiestatis oblitus, sine satelliti-
bus & satrapis prodiret in publicum;
Non opus est, inquit, ut ipse multum
sibi timeat, qui neminem habet quem
ita laeserit, ut aliorum etiam manu sit
defendendus. Ostendit autem, super-
uacaneam esse satellitum turbam, si
quis ita se erga subditos gerat, ut v-
bique sine iniuria timore solus esse
possit. Panormi lib. 2. de Alphonsi re-
bus gestis.

Thomas Pontanus.

Subinde dicere solitus est: Amo-
rem quidem inermem incedere, dor-
mire autem loriciatum. Notabat au-
tem principes, qui licet beneuolen-
tiā & amore suorum non ignorent,
habent tamen nocturno præcipue
tempore, qui armati prope custodias
agant, ut extra omne periculum som-
num dulcissimum capiant. Jacobus
Spieg in secundum Aeneas Sylvii li-
brum de rebus gestis Alphonsi.

*De Scortationis dete-
statione.**Anisthenes.*

ANisthenes Atheniensis cum his
mulieribus consuetudinem ha-
bendam dixit, quæ beneficium bene-
ficio pensant, & quæ gratiam habitu-
ræ sint. Sentiens, abstinentiam à me-
retribus, quæ pretio & pecunia ven-
dunt inhonestam voluptatem, nec
pariunt, nec amant muruum; aut à va-
letudinariis, deformibus & malè mo-
ratis, quæ gignunt factus pœnitēdos.

Eius dictum extat apud Laert. lib.
6. cap. 1.

Diogenes.

Diogenes scorta dicebat esse re-
gum reginas, quod ab his quicquid
collibusset peterent & impetrarent.
Nam ideo regum reginas appella-
bat, non quod essent pates uxoribus:
sed quod in ipsis reges regnum exer-
cerent. Reges à populo non semper
obtinent quod exigunt, at scorto ni-
hil negatur. Laer. li. 6.

Idem.

Formosa scorta similia dicebat
mulso lethalibus venenis temperato:
quod adferrent quidem initio volu-
ptatem, sed quam perpetuus dolor
consequeretur. Laert. lib. 6.

Idem.

Idem conspiciens quandam mere-
trici supplicem, ut impetraret quod
petebat: Quid, inquit, tibi vis miser?
præstat non impetrare quod rogas.
A scorto reiici præstat, quam admit-
ti. Et tamen plerique animi & cor-
poris facturam ambient instanter, &
magno emunt. Laer. l. 6.

Idem.

* Irridebat eos, qui cellas præpta-
rias obseruant vestibus, leris & ligna-
culis: corpus autem suum multis fe-
nestris & ianuis aperiunt, per os, pu-
denda, aures & oculos. Stob. serm. de
intemperantia.

Socrates.

* Nec ignem vestimento occulere
possibile esse dicebat, nec scortatio-
nen fœdum peccatum tempore. Eo-
dem serm.

Musonius.

* Extremæ dicebat esse impuden-
tiae, in subeundis vel instituendis labo-
ribus meminisse imbecillitatis cor-
porum, erga voluptates autem (id est
crapulam & scortationem) obliuisci.
Ibid.

Crates.

* Visa aurea imagine Phrynes scor-
ti. Delphis ercta, exclamauit: Ex

Graco-

Gr̄corum incontinentia trophæum.
Plutarchus.

Plutarchus.

* Scortationem detestatus, appositi d̄ cebat, Scortationem veluti alloquens: An coram omnibus scortaris? inò tutè ipsum etiam reveritus fugis, nocti solùm & tenebris sine tribus contumeliam & libidinem committens: nemo quippe honestis actionibus caliginem obtendit, lucem eorum testem reformidans. Immo totum mundum solem esse optaret, erga ea quæ præclarè agit. Vnū quoduis autem crimen nudum conspicicauet, prætexens affectus. Sis ergo amputatis, nudas intueamur voluptates. Sunt ebriæ ad stuporem, scortantur perpetuò, dormiunt ad negotia, civitates negligunt, non curam gerunt patentum, non verentur leges. Ex libro contra voluptatem, apud Stob.ser.6.

Demosthenes.

Fertur, aliquando Corinthum nauigasse Demosthenem, ille & tum fama nobilissimi scorti Laidis, vt & ipse famoso amore potiretur. At quū illa pro nocte stipuaretur drachmarum decem millia, deterritus magnitudine pretij, mutauit sententiam, dicens: Οὐαδὲ γέγεντος τοσούτων μετανοοῦσι. Non emō tanti pœnitere significans, inhonestæ voluptati paratam esse comitem pœnitentiam. Eras.lib.4.apophtheg.

Demetrii legati.

Quum legatis à Demetrio ad Lysimachum missis, Lysimachus per otium narraret, aliquando, quomodo coactus ab Alexandro cum ferocissimo leone colluctatus fuisset, & cicatrices ostenderet in cruribus ac brachiis è ferz vngulis relietas, legati dixerunt: Et noster rex graues ferz Lamiae morsus in collo gestat. Noantes suauiorum amatoriorum vestigia, simul alludentes ad lamiam belluam. Plut.

De Securitate.

Socrates.

* Interrogatus, qui securè viuerent, Qui, inquit, nihil sibi conscient malum. Anton. & Max. serin. de curiosit.

Eusebius.

* Præstat, inquit, in Storea securè agere, quām in lecto aureo perturbari. Ibid.

Pyrro.

In tempestate conspiciens cæteros animo esse delectiores, cùm ipse nihil moueretur: ostendit porcellum in naui securè edentem, dicens, opertore sapientem eam animantis imitari securitatem. Laer.lib.6.

Bron.

Dicere solebat, impietatem malam esse contubernali m fiducia, & adiiciebat versiculum Euripidis,

Seruum facit quamvis feroculum virum.

Sed sit autem philosophus clarissimus, nullam omnino securitatē habere locum, vbi male sana sit conscientia: nec aperte posse loqui, cui revera impietatis virtus potest obici: nec frui tranquillitate animi, qui deos sibi non habeat propitos. Laer.l.4.ca.7.

Vide apoph. De Conscientia, Quietate, & Tranquillitate.

De Seditione.

Democritus.

* Editionem intestinam utrinque nocere dicebat: etenim tum viatoribus tum viatis pernicies est æqualis. Stob.ser.41.

Plato.

* Remedium aduersus seditionem illud esse dicebat, vt nec extrema in aliquibus ciuium inopia sit, nec ingentes diuitiae. Eod. ser.

Secundus Sophista.

Cum tale argumentum esset pro-

positum: Qui seditionem mouerit, moriatur: qui sedauerit, præmiū ferat. Quidā & mouerat & sedauit, peccit præmium. Hanc quæstionem paucis absolvit: Quod est prius? mouisse. Quod posterius? sedasse. Itaq; prius da pœnas motæ seditionis, ac deinde si potes, accipe præmium rectè fæciorum. Philost.

De Senectute.

Solon.

* L ege sanxit, ne quis admodum iuuenis ad magistratum aut cōsultationes admitteretur, quamvis prudentissimus esset visus. Stob. ser. 112.

Bion.

Sene&utem dicebat portum esse malorum: quod omnes huc con fugerent, sperantes miseriarū finem: mori autem vnicuique in promptu est. Id ethnici quidam existimabant esse præclarum: Christiana pietas docet esse nefarium scelus. Erasm. ex Laertio libro 4. capit. 7. Cæterū Anton. in Melissa par. 2. Sermone 17. & Maximus sermon. 41. aliisque, Soloni adscribunt.

Idem.

Docebat, nulli exprobrandam esse senectutem, ad quam omnes optant peruenire. Absurdum enim est aliis probro dare, quod quis optat sibi contingere. Laer. I. 4. c. 7.

Zenon.

* Dicebat turpe esse seni aut proficiens senectutem, ex commentario sapere. Seneca, epist. 33. qui alibi ait, turpis & ridicula res est clementarius senex.

Cleanthes.

Interdum, cùm foderet, solebat seipsum increpare. Id fortè admiratus Ariston: Quem, inquit, increpas? Tum Cleanthes ridens: Senem, inquit, qui canos quidē habet, sed menem non habet. Seipsum innuens. Laer. li. 7. ca. 2.

Eratophenes.

Vigentem ætate veri comparabat, declinantem æstati & autumno, senecututem hyemi. Stob. ser. 113.

Alexu.

Infrā de Senectute imbecilla.

Metrogenes.

Neminem beatum esse dixit, nisi qui absolutum haberet bonorum operum numerum. Nihil enim ætati per se tribuendum est. Stob. ser. 113.

Democritus.

Senectutem omnimodam imperfectionem esse dicebat, eo quod omnia habeat, & omnibus indigeat. Stob. ser. 115.

Idem.

* Robur, inquit, & forma corporis bona sunt: senectus autem flos est temperantia & prudentia. Item Senex fuit iuuenis aliquando: an vero iuuenis furvus sit olim senex, incertum est. Perse&utum igitur bonum furo, præsertim incerto, præstantius est. Stob. ser. 112.

Diogenes.

Percontanti quid esset in vita misserrimus: Senex, inquit, egenus. Si quidē vbi naturæ præsidia destituum hominem, extraneis rebus fulcenda est ætatis imbecillitas. Lacrtiu: libro 6.

Idem.

Anum comptam conspicatus: Si, inquit, ad viuos, falsa es: sin ad mortuos, ne cunctare. Ant. ser. 18. part. 2 Melis. Max. ser. 41.

Phanorinus.

* Dicebat Pythagoram & Platonis sensisse, senectutem non esse finem curriculi huius terreni appellādam, sed potius beatæ vitæ initium. Stob. ser. 114.

Idem.

* Beatus quidam cùm iam anno natus plus quam septuaginta, thesaurum reperisset, sublato crure ipsum contempserit, & præteriuit, vñ qui non amplius usui sibi futurus es

set

et. Ita (inquit) senectus animum & tranquillum reddit, & multæ pecuniae studium ac impensas adimit. Sto. er. 112.

Seneca.

† Si vis senem agere & implere viam, non annis adiiciendum, sed voluntatibus detrahendū est. Epist. 20. id Lucil.

Idem.

† Ante senectutem curauit, ut benè morerem: In senectute, ut benè moriar. Benè autem mori, est libenter mori. Epist. 61.

Phaorinus.

† Non tacebo, inquit, quod Platoni, & Pythagoræ videatur: Senectutem rationem esse iuxta finem vitæ, quam iuxta principium benè beatæque vivendi. Stob. ser. 16.

Theodectes.

* Dicebat senectutem & nuptias esse similes. Vtramque enim (inquit) cōst: qui desideramus postquam erō nauci sumus, tristamur. Stobæus er. 66.

Euripides.

Archelaus rex opiparum lautumque conuiuio amicis suis paraueat, cūmque in eo cōuiuio Euripides proximè sibi assidētē Agathonē tragicum poëtam iam senē, se plurimū mare d. ceret, Agesilao interrogante cur amandus esset homo senex? Per louem, inquit, Ver non tolūm est honorum optimum, verūm etiam autumnus. Comparat autē florentē iuentutem verno tempori, quo omnia uat in herba: senectutē autem autumno fœcundissimo. Älian. lib. 13. de Var. hist.

Agesilaus.

Agesilaum regem cūm quis interrogaret, cur per acrem hyemem solo pallio testus obambularet absque unica, homo tam prouecta ætatis? Ut. inquit, iuuenes hāc vitę rationem minentur, cūm exemplum habeant k extrema senectutis hominem, & principem. Sapienter admonens, se-

nibus ita viuendum esse, vt adolescētibus exhibeant rectē viuendi formam: & vulgos nihil imitari sibentius, quām quōd à viris principibus conspercerint factitari. Plut. in Laco-nicis.

Alexander,

Cūm senem quendam capillo inficiētem vidisset, dixit: Non capillo, sed genas tinge. Max. ser. 41.

M. Cato.

Cūm senectuti adsint multa probra, dicebat non esse addendum malitia: dedecus. Sentiens, senectutem multis nominibus vulgo male audire: veluti cūm audit, deformis, edentula, lusciosa, imbecillis, obliuiosa, indocilis. Hæc ferre satis est, vt non accedat crimen improba: vitæ, quod omnibus quidē fœdum, sed seni fœdissimum. Alij narrant hoc ab illo dictum in senem obuium vitę constata: minat: Ne ætatis tuæ malis addas turpitudinem. Plut. in Rom. apoph.

Idem.

Hortante Scipione Africano, vt Achæorum exilibus opitularetur, quo illis in suam patriam redire licet: simulabat eius rei sibi nullam esse curam. Cæterū in senatu cūm hac de re multa verba fierent, assurgens ait, Perinde, quasi nihil habeamus quod agamus, sedemus de seneculis aliquot Græcis disputantes, vtrum à nostris an illius regionis vespillonibus efferantur. Plut. in Rom. apoph.

Fridericus imper.

Cūm in vrbe quadam præfectum, senem admodum, & ætate iam imbecillem dedit: sest, non defuerūt adolescentes qui sibi præfecturam loci committi peterent. cūm igitur senem amouendum dicerent, Fridericus dixisse fertur: Senem amicum oppido, non amico oppidum commendamus. Sentiens, dignum esse, vt senex iam à ciuibus ad mortem usque fueretur. Æneas Sylvius, l. 4. de reb. gest. Alphonsi.

De senectute viuida &
animosa.

Chilon.

A Vsonius Chiloni hāc tribuit sen-
tentiam: Optabilem esse sene-
cūtēm iuuenilem, molestam verò
iuueniūtem senilem. Maxima malo-
r pars, ob quæ malè audit senectus,
viciis hominum proficiscitur: habet
autem ex se se nonnulla commoda,
plurimarum rerum usum, ac memo-
riam, consulendi facultatem, reveren-
tiā, & authoritatem: hāc si adsint
commoda, absinque incommoda,
ea senectus optabilior est multorum
iuuentute, vītis & inertia marcente.
Videas autem in nonnullis iuuenibus
senilem imbecillitatem, senilem so-
nolentiam, senilem ignaviam, se-
nilem morositatem: horum iuventus
peior est senectute. Nam cūm sene-
cta careant, senio tamen abundant.
Ausoniani versus sic habent:

*Grata senectus homini, qua parilis iu-
uenia.*

*Illa iuuentus gravior, qua simili sene-
cta.*

Cleantes.

Ad quandam contumelīe causa ob-
sidientem senectutem: Et ego, inquit,
abire cupio: verū vbi reputo me
omni ex parte sanum, siue legendum
est, siue scribendum, rursum maneo.
Significans, se quidem haudquaquā
esse vitā cupidum: verū ob sene-
cūtēm neminem debere ē vita dece-
dere, donec vires suppetunt ad vitā
munia Laërt. l. 7. c. 2.

Gorgias.

Centesimum leptimum agens an-
num, rogatus quare tandem veller in
vita manere? Quia nihil, inquit, ha-
beo quod accusem senectutem. Cic. l.
de Senectute.

Sophocles.

Iam extremā senectutis, à filiis ac-
cusatus est dementia. At is pro apo-

logia iudicibus recitauit tragœdiā
quam proximè scriperat, rogans, nū
ea videretur delirantis. Fertur & hoc
dixisse: si sum Sophocles, non deliro:
si deliro, non sum Sophocles. Sētiens
in eruditis ac sobriis animi vim non
elanguescere, sed reuigescere potius
vītū & exercitatione. Eras. Rot. lib. 8.
apoph. ex Cicerone.

Cyrus.

Cyrus apud Xenophontem mo-
riens extremā iam senectutis, nega-
bat, se vñquam sensisse senectutem
factam imbecillitatem, quām fuisse
adolescentia. Maxima pars incom-
modorum, ob quæ vulgo malè audit
senectus, ab intemperantia vītā pro-
ficiscitur Brus. l. 6 c. 7.

Sylla.

Cūm post occupatam Rēpubl.
senatum coēgisset, sententiāsque ro-
garet, vt Marius hostis Rēpubl. iu-
dicaretur, nullis audentibus obuiam
ire, solus Scæuola sententiam dice-
re voluit, quin etiam truculentius
minitanti Syllæ, licet, inquit, mihi
agmina militum, quibus curiat
circumsedisti, ostentes: nunquam ef-
ficies tamen, vt propter exiguum se-
nilēmque sanguinem meum, Ma-
ritum, à quo vrbs & Italia conseruat:
est, hostem iūdicem. Bruson. libr. 2
cap. 1.

M. Crassus.

Suprà de Avaritia.

Idem.

M. Crassus quum Parthi per lega-
tos renuntiassent, vt suæ statu con-
solens à bello abstineret, inolente
respondit: In Seulicia istis manda-
tis responsum dabimus Hic Agis, le-
gatorum vñus, sublata manu medi-
palmam ostendens: Prius, inquit, in
hac manu nascetur letæ, quām tib
Seleuciam conspiciendi sit futura po-
testas. Plut. in Crasso.

Idem.

Crassus conflikturo cum Parthis
exta è manibus deciderunt: hoc ex-
teris, vt inauspicatum ostentum in-

ter

erpretantibus, ac prælium dissuadē-
ibus: Huiusmodi, inquit, incommo-
da multa nō bis senectus adferit. At
arma mihi nunquam ē manibus ca-
dent. Plut.

Considius.

Cæsare consulatum assequuto, ad-
iuuantibus Pompeio & Crasso, quum
omnia pro libidine gererentur, ac
pauci senatores in curiam conuenis-
sent, Considius quidam natu præ-
grandis, idcirco non venisse senato-
res dicebat, quoniam illius arma mi-
litésque pertimescerent. Cui Cæsar:
Quin tu, inquit, hoc quoque refor-
midans domi te non contines? At
Considius: Senectus, inquit, me facit
intrepidum. Quum enim vitæ pau-
xillum super sit, non est cur magnop-
ere sim sollicitus. Erasmus libro 4.
apoph.

Pollio Romulus.

Pollio Romulus, qui centesimum
excesserat annū, Augusto percontati
qua tandem ratione illum corporis
animique vigorem seruasset? Intus,
inquit, mulso, foris oleo. Tradit Plini-
us, naturam hominibus duos dedi-
se liquores optimos, oleum foris ad-
hibendum corpori, vnum intus.
Mel autem ob hunc idam calidamque
vim admodum senibus accommodū
est. Nunc mel in totum à mensis sub-
mouimus, & oleum corpori infundi-
mus. Eras. l. 8. apoph.

*De Senectute imbecilla.**Diogenes.*

Q Værenti, quid esset senecta? re-
spondit. Ætas brumalis, tempe-
statibus obnoxia. Stob.

Solon.

* Quærenti cuidam, qui esset senectus? respondit, vitæ hyems. Idem di-
cūm est à Patrocle. & Eratosthene
philosophis. Stob. ser. 115.

Democritus.

* Senium, omnimodam imper-

fectionem appellabat, quæ omnia
haberet & omnibus indigeret. Item,
Augescente corpore, simul (inquit)
& mens augetur: & illo senescere v-
nā senescit, ac in omnibus rebus sit
obtusior. Stob. eod. ser.

Ioscarates.

Senectus, ait, adeo morosa & que-
rula est, & pro minimis rebus anxia,
vt iam sèpius meam ipse naturam
culpauerim, quam aliorum nemo
contempsit. Eod. serm.

Demonax.

Demonaci seni crura intumescen-
tiant, id videns quidam, Quid istuc,
inquit, mali est Demonax? Tum ille
Charon, inquit, me momordit. Pro-
cane dixit Charontem, innuens, sene-
ctutem morti vicinam. Erasm. lib. 8.
apoph.

Alexis.

Cuidam videnti ipsum iam senio-
fessum ægrè lentèque incidere, ac
roganti quid ageret? Paulatim, in-
quit, morior: siue pedentim mori-
or. Significans, senes non viuere,
sed lentè mori. Stob. serm. 1. 5.

Iosephus.

Prolemæo Oniam accusanti: Ve-
niām, inquit, quæsto præsta: non enim
te latet, senes, puerosq; eandem men-
tem habere. Bruson. libro nono, ca-
pite 7.

Milo Crotoniates.

Quum iam consenuisset, videns
athletas in certamine exerceri, suos
lacertos intuitus iam senio defectos
illachrymasse fertur, ac dixisse, At
hi quidem iam morui sunt. Corpo-
ris vigorem adimit ætas, animi vis ad
extremam usque durat æatem. Eras.
l. 8. apoph.

Cicero.

Cæsar statuerat agros Campanos
militibus diuidere, id quum complures
in curia molestè ferebant, tum
L. Gellius, homo extremæ senectuti-
s, dixit, Hoc non futurum se viuo.
Expetemus igitur, inquit Cicero;
non enim postulas longam dilatio-

nem. significans illum esse morti proximum. Erasmus Roterod. libro 4. apoph.

De senectute honora-

randa.

Echilon.

Dicebat, honorem à iunioribus habendum senectuti: ut ipsi facti senes ab aliis habeantur in pretio: Ea res geminam habebat utilitatem. Siquidem ut senum authoritas ac reverentia temperabat aetatem lasciviam à peccando: ita senes cauebant, ne quid committerent, quo iuuenibus vel ob ineptiam ludibrio possent esse, vel ob turpitudinem perniciosi: sed inter omnes iuuenes, omnésque senes ea esset reverentia, quæ inter parentes ac liberos. Laert. lib. 1. cap. 4.

Anonymus.

Quidam profectus Lacedæmonem, quem vidisset honorem quem iuniores praestant senioribus: In sola, inquit, Sparta expedit senescere. Paupertas onus est & miserum & graue, vt ait Comicus: sed in hac molestiarum maxima pars est, quod homines facit etiam ridiculos, vt ait Saryricus. Sic inter incommoda quæ fert ætas ingrauescens, non minima pars est, quod senes ferè contempertrunt ac ludibrio. Proinde Sparta via est multis honestissimum virtutis domicilium. Plut. in Lac.

Anonymus.

Senex in Olympiis cupidus erat spectandi certaminis, quod agebatur. Sed quum nulla vacaret sedes, ad varia loca se se conferens, ludibrio erat, ac scommatis petebatur, quod nullus eum exciperet. vt vero peruenit ad Lacedæmonios, ibi non solum pueri omnes assurrexerunt, verum etiam viri multi cesserunt illi locum. Id factum quum ceteri Græ-

ci, quotquot aderant, plausu comprehensione, patriumque morem supermodum collaudatissen: senex

*Conciuens canasque genas & tempo-
ra cana,*

Ac fusi lachrymis.

Heu misétiā, inquit, vt omnes Græci norunt quid sit honestum, sed eo soli vtuntur Lacedæmonij. Eras. ex Plut. in Lac.

Lysander.

Eum dicere autem solitum, Lacedæmon est honestissimum domicilium senectutis: nusquam enim tantum tribuitur ætari, nulquam est senectus honoratior. Cicero, lib. de senectute.

Alexander.

Quum hyeme duceret exercitū, assidens igni, recognoscere præterea copias cœpit. quumque videbat senem quendam horrentem frigore, & ad ignem stantem, confidere loco suo iussit dicens: Si in Perside natus essem, in regia sella sedere tibi capita le foret: in Macedonia nato, conceditur. Erasm. lib. 4. apoph. ex Curtio.

De Senectutis fiducia.

Solon.

Qum Pisistratus occuparet Républieam, résque videretur ad manifestam spectare tyrannidem, neque quisquam auderet illius combatibus oblistere, Solon produxit armis, & ante ædes positis, cœpit in clamare ciues. at vbi Pisistratus ad ilium mitteret, qui percontarentur, qua re fretus hoc auderet, Senectute, inquit. Alios senectus reddit formidolosiores: illi conciliauit audaciam, quod parum vitæ supereret, etiam si nullus occideret. Ita Plutarchus in commentario. An seni sit gerenda Respubl. Diogenes Laertius rem aliquanto fusi narrat libro primo. meminit & Cicero in Catone Magiore.

Senecta.

Seneca.

+ Plena est voluptatis senectus, si
lla scias vti. Dices, molestum est mor-
em ante oculos habere: Ista tam iu-
ueni ante oculos esse debet, quam se-
nctus. Epist. 12.

Cicellius.

Cum triumviris non obtempera-
ret, & multa liberè de C. Cæsar's
temporibus loqueretur, admonenti-
bus amicis ut sibi caueret: Duæ, in-
quit, res sunt, quæ cæteros reddunt
formidolosos, mihi autem maxi-
nam suppeditant fiduciam, senectus
& orbitas. Senex citò periturus est:
tiam nemo occidat. Et orbas nec
habet quæcuret, nec habet pro qui-
bus timeat. Solet enim vltio in libe-
ros propagari. Valerius Max. lib. 6.
cap. 2.

M. Castrinius.

Placentiæ magistratū gerens, Cn.
Carboni consuli iubenti decretum
feri, quo sibi obſides à Placentinis
edderentur, non paruit, atque adeò
ninitanti dicentique, multos habeo
gladios: respondit, Et ego annos. De
clarans, senectutis prædicio fretum,
non metuere gladios. Valer. Maxim.
lib. 6.c.2.

De Sepultura.

Socrates.

Cicutam bibitur, à quibusdam
interrogatus, quomodo sepeliri
vellet? Eo modo dixit, quo vobis fa-
cillimum fuerit. Stob.ser.160.

Idem.

"Athenienses ridens qui de sepul-
chris maiorum & ducum suorum glo-
riarentur, dicebat: Duces & plerosq;
maiores de quibus superbiebant ex-
tra fines suos sepultos esse, probra ve-
to populares Reip. in publicis sepul-
chris. Teles de exilio, apud Sto.ser.38.

Diogenes.

Projici se inhumatum iussit, Tum

amicis: Volucribusne & feris? Mini-
mè verò, inquit: sed bacillum prope
me, quo abigam, ponitote. Qui po-
teris è illi aiunt: non enim senties,
Quid igitur mihi ferarum, ait, lana-
tus oberit, nihil sentienti? Laërt. Cic.
1.1. Tusc. quæst.

Idem.

Rogatus à Xeniade, quomodo fe-
peliri vellet? In faciem, inquit. Per-
contanti causam: Quoniam, inquit,
paulò pòst futurum est, ut inferiora
fiant superiora. Huc alludens, quòd
id temporis Macedones rerum poti-
retur, atque ex humilibus fierent ex
celsi: quòd si inuetererentur omnia,
fore vt cadauer etiam ex prono fie-
ret supinum. Fortassis illud sensit, ni
hil referre quo statu corpus exanime
sepeliatur: qua in re magna erat vul-
gi supersticio, porreatis enim in portæ
pedibus efferebantur, stantes crema-
bantur: & hodie stantes, ut audio sepe
liuntur Iudei, certè supini sepeluntur
omnes Christiani. Erasin. Dioge-
nis dictum extat apud Laërt. lib.6. &
Brus.lib.4.c.10.

Idem.

Dicebat, si canes cadauer suum la-
cerarent, Hircanam sepulturam fo-
re: sin vultures, Iberam. At si nullum
animal accederet, ipsum tempus
pulcherrimam sibi fore sepulturam,
corpo pretiosissimis rebus, sole, in-
quam, & imbris, absumpcio. Stob.
ser.120.

Idem.

Interrogatus, num seruum ancil-
lámve haberet, negauit. Cumque per-
contator adiecerit: Quis igitur te
effereret, si moriaris? Cui domo, inquit,
erit opus. Multi superstitione solliciti
sunt quomodo, & per quos efferatur.
Hac cura prorsus vacabat Diogenes,
non dubitans, quin futurus esset ali-
quis qui cadauer eiiceret, vel ob id,
quòd domum faceret vacuum. Quà-
quam illi contigit honorifica sepul-
tura. Laërt.1.6.

Anaxagoras.

Cum Lampaci moreretur, quærentibus amicis, vellētne Clazomenas in patriam afferri, ibidemque sepeliri? non necesse est, inquit. Undique enim ad sepulchrum tantundem viæ est. Cicero in Tusc.lib.1.Laertius lib.2.c.1.

Idem.

+ Cum vidisset Mausoli sepulchrū: monumentum, inquit, pretiosum, & lapidibus ornatum, divitiarum imago. Laert.eod.l.2.

Anonymus.

* Quodam exuli Atheniensi cui-dam exprobrante ac dicente, In pa-tria ne sepulchro quidem dignab-e-ris, sed instat impiorum Atheniensium in Megarica: Iunio (inquit) quemad-modum pij Megarenium in Mega-rica. Teles de exilio apud Stobæum, serm.38.

Euripides.

* Dicebat mentes hominum Insa-nire, cum sumptus inutiles pro mor-tuis profundunt. Stob.serm.122.

Lycurgus.

Lycurgus sepulchorum yniuer-sam superstitionem sustulit, permit-tens ut non solùm intra ciuitatem humarentur cadauera, verùm etiam ut monumenta templis vicina habe-rentur. Submouit & funebres expia-tiones: nec concessit ut quicquam v-nā cum cadauere sepeliretur (nam aliae nationes, si quid fuisset vino cha-rissimum, id mortuo addebant in se-pulchro, damnoسا simul ac ridicula superstitio: quasi mortui sentiant aliiquid) sed in puniceo amictu, & o-lea foliis ex æquo posiro omnes sepe-liri iussit. Veruit etiam titulos & in-scriptiones addi monumentis, præter-quam eorum qui in bello cecidissent. Sustulit autem & luctus & funebres n-enias, quas reliquorum hominum vulgus incredibili sumpte & appara-tu, etiam per conductos ploratores ce-lebrare consuevit, magna specie de-mentia, quasi manū sīgillū sensus:

aut si quid sentiunt, iisdem rebus de-lectentur, quas in vita non iudicio, sed animi vitio dilexerunt. Erasm. ex Plut. in Lac.

Socrates.

Eo die quo Socrates bibiturns erat venenum, Apollodorus ei pallium multi pretij ad solarium obtulit, vt eo induitus moreretur. At ille recu-lans donum: Quid, inquit, hoc meum pallium, quod viuenti conuenit, mor-tuo non conuenies? Damnans quo-rundam ambitionem, hoc miro stu-dio prouidentium, vt quām honori-ficentissimè efferantur, ac sepelian-tur. Eras. l.3.apoph.

Cyrus.

* De sepultura sua eum ita sta-tuisse ferunt. Meum corpus, ô charis simi filij, cām moriar, neque in au-to condite, neque in argento, neque in alia re prouersus vlla, sed illud ter-ræ reddit quamprimum. Quid e-nim hac re beatius, quām terra misceri, quæ pulchra & bona omnia gi-gnит atque nutrit? Xenoph. de Cyri pædia, l.8.

Semiramis.

* Constructo sibi monumento, inscripsit, Quicunque rex pecunias indigerit, aperto sepulchro quan-tum opus est, capiat. Darius au-tem cū aperuisset, pecunias qui-dem non inuenit, sed in huiusmo-di scripta incidit, Niū vir malus es-ses, & pecuniarum inexplebili desi-derio flagrares, haud sanè loculos mortuorum commouisses. Plutar-chus.

Demonax.

Demonaxem morientem amic-rogabant, quomodo vellet sepeliri? Ne quid, inquit, ista res vos habeat sollicitos: fœtor me sepeliet. Et dicen-tibus, Indignum facinus si talis vir corpus laceraretur à canibus: Quid, inquit, incommodi, si & mortuu-alieui sim usui? Erasm. libro octau-apoph.

Olympias.

Alexandri mater Olympias, quum audiuisset filij cadaver insepultum uisse abiectum, inter lamenta dixit ioo quoque: O fili, tu qui studias ecclii particeps esse, huc toto im-
etu properans, ne iis quidem poti-
i valuisti, quæ sunt mortalium
omnium communia, terra ac sepul-
ura. Alexander viuus ambiebat di-
uinos honores: defuncto nec ultimus ille contigit honos, quem qui-
is homo persoluit homini, quam-
ibet humili. Narrant enim Q. Cur-
ius, & Plutarchus, Alexandri cor-
pus multis diebus insepultum ia-
nuisse, ob graues procerum con-
terrationes de successione principa-
tus. Fuit & alter Alexander Epipi-
rex, Olympiadis frater, cuius cor-
pus amne in hostium castra deue-
atum est, itaque ab his fœdè lace-
atum. Vniustamen mulieris opera
sepultum est, licet mutilum. Refert
Titus Liuius Decadis primæ libro
Octauo.

Egyptiū.

¶ Domos nostras diuersoria appellant, tanquā breui tempore à nobis inhabitandas. Defunctorū sepulchra sempiternas domos, quoniam apud miseris infinitum sit tempus, vocant. Ideò domorum construendarum nimia cura neglecta, circa sepulchrorum magnificientiam, summum studium & operam impendunt. Diodorus Sic.l.i.rerum Antiq.

Nero.

Neronem imp. in fuga quum Pha-
on libertus hortaretur, ut in specum
egesta harena conderetur: negauit,
se viuum sub terram iturum. Sueton.
in vita Neronis.

Zisca Imper.

Zisca Hussitarum dux & imperator fortissimus, iam moriturus, cùm à militis interregaretur, quomo-
do sepeliri cuperet post mortem? Pellem, inquit, mortuo mihi detra-
hite, relictoque feris cada ere, ex

cute tympanum facite, quo in præ-
liis vtamini. Et sic, vt hostes nostri
viuentis aspectum non ferebant, ita
mortui sonum, fugam adornantes,
audire nequibunt. Æneas Sylu. libr.
3. commentariorum de rebus gestis
Alphonsi regis.

De Seriis negotiis in vi-
nolentis conuiuiis
non tractan-
dis.

Geminius.

A Romanis in Asiam ad Antonium
Alegatus missus, vt omnia tenta-
ret per quæ cùm Octauio redinte-
grari communis amicitia posset: vo-
catus in cōuiuim ab Antonio, præ-
sente Cleopatra monuit, vt mandata
proferret. Cui Geminus post salu-
tem dictam, ait, Quæ tibi dicere An-
toni iussus sum, cum sobrio, & alio
loco quām vbi nunc sumus tractan-
da sunt. Ostendens, serua negotia
non in conuiuio vinolento, nec
quouis loco, nec præsentibus om-
nibus tractanda esse. Plutar. in vita
Antonij.

Berenices.

Ptolemæo regi ad talos sedenti,
vt alea luderet, assistens quidam
condemnatorum nomina recitabat,
vt ille, quinam mortis supplicium
promeruerissent, decerneret. Berenice
verò vxor regis hoc videns, ac au-
diens, arreptio è pueri manibus libel-
lo, prohibuit, ne ad finem vsque tunc
legerentur, dicens: Non sic obiter
aduertendum animum esse in re tara-
seria, vbi de hominis salute agen-
dum est: sed studiosè, relicis aliis o-
mnibus negotiis, cogitandum, ne no-
stra oscitantia noceamus aliis. Non
enim similem esse causam talorum
& corporum. Alianus libro 14. de
Var. hist.

De sermone, animi speculo ac indice.

Solem.

Sermonem operum simulachrum esse dicebat. Ea quippe quæ in opus proruunt, prius animo concepta, verbis indicantur. Maximus sermone 14.

Thales.

Dicere solebat, Multiloquium non ostendere hominem sapientem. Sapiens enim non nisi quum res exigit, loquitur, & paucissimis suum ostendit animum. Stultus autem, etiam necessitate non efflagitante, loquendi finem non facit. Eras.lib.7.apoph.ex Laert.lib.1.cap.1.

Pythagoras.

* Optabilius (inquietabat) sit tibi lapidem temere prolicere, quam sermonem ociosum. Stobæus sermone 34.

Demetrius.

Sermonem εἰδειλον τὸ βίον, id est, virtutem simulachrum, quandamque velut umbram esse dicebat. Quia quidem sententia nihil dici potuit verius. Nā nullo in speculo melius expressiusque relucet figura corporis, quam in sermone pectoris imago representatur. Neque homines ex sermone se cius, quam ærea vasata tinnitu dignoscuntur. Laert.

Idem.

Audiens adolescentem variis de rebus assidue loquentem, ait: In speculo faciei figura, in verbis autem animi qualitas vniuersiusque hominis deprehenditur. Stob.

Zeno Cittieus.

Adolescenti confidenter loquenti: Non dixerim, inquit, ô adolescent, quæ mihi succurrunt. Subnotauit vir prudentissimus, è sermonis procacia aestimari morum impudicitiam. Laertius lib.7.cap.1.

Musonius.

* Fontem & originem malè viuendi esse dicebat, non refugere absconna & turpia loqui. Stob.serm.de i temperantia.

Cleofratus.

* Sermone faceto, tanquam sal parçè vtendum esse dicebat. Stob.serm.34.

Diogenes.

Aiebat, sibi videri mirum, quod quum ollam aut operculum non merent homines, nisi pulsu aut tinnitu exploratum, in emendo hominofolo aspectu essent contenti. Significans hominem nulla ex re melius cognosci, quam ex oratione. Ut igit qui vas fictile teruntio parat emer digito pulsant, atque ex tinnitu redito dignoscunt, sitne integrum, probæ argillæ ac bene coctum: ita prius quam minis aliquot emant hominem oportebat ad dicendum prouocare atque ex oratione deprehendere quis sit. Laert.lib.6.

Socrates.

Dicere solebat, qualis homo est talis etiam eius erit oratio: oratio autem facta simillima, factis vitar Cic.lib.5.Tusc quæst.

Idem.

* In bello quidem ferrum diceb. auro præstare ad defendendum si in vita autem, sermo eruditus diuini. Stob. sermde literis.

Idem.

* Sermonem eruditum, tanquam bonum figulum elegantij specie nimam ornare dicebat. Eodem sermone.

Idem.

Quum diues quidam filium adolescentem ad Socratem misisset, vnde indolem illius inspiceret: ac pedagogus diceret, Pater ad te, ô Socrate misit filium, vt eum videres: tum Socrates ad puerū. Loquere igitur inquit, adolescent, vt te videam. Significatos, ingenium hominis non tam in vultu relucere, quam in oratione quod

hōd hoc sit certissimum minimē-
ue mendax animi speculum. Eras-
sus libro 3. apoph. ex Apuleio, Flo-
d.lib.1.

Chrysippus.

Interrogatus, quid esset mens homini? sermonis fontem esse, respon-
dit: quomadmodum enim riuiti ex
onte fluunt, sic sermo ex corde &
tente hominis procedit. Stobaeus
serm. 1.

Epicurus.

* Sapientis sermonem dicebat
magnificientiorem esse in grabato,
anno & stramentis: tunc enī non
tūm veri esse præceptorem, sed
item Seneca epist. 20.

I Socrates.

* Duo (inquit) tibi tempora di-
endi præscribe, vt vel de rebus in-
ubie tibi perspectis, vel necessariis
erba facias. In istis enim solis ora-
o præstat silentio: in aliis verò ta-
endum potius quam loquendum.
Stob.serma.34.

Seneca.

+ Vbicunque videris orationem
corrumpam placere, ibi mores quo-
neā recto descivisse, non erit da-
rium Ep. st. 114.

Idem.

+ Oratio, vultus animi est: si circum-
sonsa est, & fucata, & manu facta,
stendit illum quoque non esse fin-
erum, & habere aliquid fracti. Non
sit ornamentum virile concinnitas.
Epist. 115.

Idem.

+ Hæc sit propositi nostri summa:
quod sentimus, loquamur: quod lo-
quimur sentiamus. Concordet sermo-
um vita. Ille promissum suum im-
plavit, qui & cum videoas illum, &
cum audias idem est. Epist. 75. ad
Lucib.

Romulus.

Dicere solebat, vasa fictilia sono
& percussu, hominem verò sermo-
ne explorandum esse. Maximus ser-
mones 3.

Cenopides.

Qualis cuiusque esset natura, ta-
lentesse dicebat sermonem. Maximo
serm. 15.

Democritus.

Solitus est dicere, in speculis vul-
tus figuram, in colloquiis autem ani-
minaturam & imaginem cerni pos-
se. Max. serm. 15.

Idem.

Dicebat, orationem ac sermonem
hominis quasi figuram animi for-
mam effingere & proferre Ibidem.

Vide apoph. de Breuiloquentia, de
Garrulitate, Lingua, Loquacitate, &
Silentio.

*De seruis & famulis.**Socrates.*

Q Vendam conquerentem, se dē
fatigatum longo itinere, roga-
uit, num per ipsum potuerit conse-
qui? Ait, rogāti, vacuūsne, analiquid
ferens oneris? Portauit, inquit, non-
nihil sarcinarū. Quid, inquit, queri-
tur ne ille se defessum? Qūm nega-
ret: An nō pudet, inquit, te mollicies,
qui vacuus ambulans defessus fueris,
cūm ille gestans sarcinam non que-
ratur se fatigatum? Ostendebat
Socrates seruum in hoc feliciorem
domino, quod ad labores exercita-
tior, minus sentiret molestiæ. Eras. 1.
3. apoph.

Democritus.

* Seruis, vt partibus corporis, ali-
ad aliud vtendum esse dicebat. Stob.
serm. 60.

Diogenes.

Erat Diogeni seruus nomine Ma-
nes, is quum profugisset à domino,
admonuerunt amici fugitivum inue-
stigaret. At ridiculum, inquit Dio-
genes, si Manes absque Diogene vi-
uat, Diogenes absque Mane vivere
non possit. At multi seruo inseguun-
tur ut vescantur, Diogenes sp̄cta-
bat vsum. Melior autem philologus

est qui paucioribus egat. Nolebat itaque hic seruo videri deterior. Laert.libro lib.6.

Idem.

Quum esset emptus Diogenes, perinde quasi ipse Xeniadem emisset, dicit tibi: Vide ut iussis meis parreas. Cumq. ille diceret $\alpha\omega\pi\tau\mu\beta\delta\eta$, significans rem præpostere agi, si seruus imperet hero: Si medicū, inquit Diogenes, emisses æger, non illi præscribenti obtemperares? an dices, $\alpha\omega\pi\tau\mu\beta\delta\eta$? Si herus corpore malè affectus auscultat seruo rei medicæ perito: multò magis decet animo et grum, auscultare seruo philosophiæ perito. Quod enim ars medica præstat corpori, hoc philosophia præstat animo: illa medetur febri, hæc prauis cupiditatibus. Quanto autem animus præstat corpori, hoc illius morbi sunt, quam huius, graniiores. Laertius addit, quum à præcone rogaretur, quo titulo vellet prædicari? isque respondisset, scire imperare, liberis: ubi vidisset prætereuntem quendam bene cultum, Huic, inquit, me vendere: nam is eger domino.

Idem.

Dicebat, inter seruos ac dominos malos præter vocabula nihil aliud interesse, nisi quod mancipia seruirent dominis, domini cupiditatibus, significans utrosque esse seruos: miseriorem seruitutem seruire dominos, quam mancipia, si sint improbi. Nam qui ducitur affectuum arbitrio, & multos habet dominos, & turpes, & inclementes. Laert.l. 6.

Seneca.

† Sic cum inferiore viuas, quemadmodum tecum superiorem velles vivere. Epist. 47.

Palamedes.

† Ad bellum Trojanum pergenti absque seruo & ancilla, cum diceret Achilles: Agrestior plerisque. ô Palamedes, videris, quod qui tibi ministret in bello, neminem adduxeris.

Tum ille ambas protendens manus Quid ergo hac, ô Achilles, respondit? Innuens non egere seruo, qu manus & cæteras corporis partes integras & valentes habeat, Philostratus.

Metrodorus.

* Seruum necessariam quidem possessionem esse dicebat: sed non iucundam. Stob. serm. 60.

Antigonus.

Quum Athenienses seruum Antigoni, honoris gratia perinde ut ingenium in ciuium numerū a scriptis sent: N. quaquam, inquit Antigonus rex, velim vnum Athenensem à moris cædi: significans, per illos factū ut vnum ciuem Athenensem posse loris cædere, quippe seruum: sed Athenis esse plures vno commeritos ut à rege loris cæderentur, qui seru alienum, quod in ipsis fuit, manumitterent. Plutarch.in apoph.

Iulianus Imper.

Cum eunuchis & coquis seruos etiam ex palatio eiecit. Rogatus vero, cur id faceret? ait: His non opus esse, cum minori sumptu viuere possit. Erasm.lib.8 apoph.

Hadrianus Imper.

Quum seruum suum videret inter duos senatores ambulantē, misit quod illi colaphum impingeret, diceretq. Noli inter eos ambulare, quorum ad huc potes esse seruos. simul senator dignitati consulens, & serui castigan insolentiam, quam de Cæsare here sumpserat. Ex Dione Cassio.

Alex. Seuerus.

Nunquam utebatur cursore, nisi seruo suo: dicens, ingenium currere nisi in sacro certamine non debere. Aelius Lampridius.

De seruo fideli.

Bion.

* Dicebat bonos seruos esse liberos: improbos autem libertinos

os multis cupiditatibus seruire. Sto
xus ser. 2. & 60.

Anonymus.

Ex his militibus qui sub Lysimacho
ipendium faciebant, quidam quum
eo rogareretur, num esset quispiam
x Helotum, id est seruorum Laco-
icorum numero: Tunc, inquit, exi-
mas Laconem ad te venturom, vt
te ferat quatuor obolos? Maluit
fateri seruum, quam hoc probari
dmittere in nomen Lacedæmoni-
um. Plut. in Lacon.

Callicratidas.

Interrogatus quod genus homi-
ū essent Iones? Liberi, inquit, mali,
id serui boni: significans illos nesci-
e imperare, ac libertate vti, sed ser-
itatem æquo animo ferre: videlicet
eferendos ad secundum hominum
enus, iuxta distinctionem Hesiodi,
ui per se quidem nō sapiunt, sed pa-
ent rectè sapienti. Plut. in Lacon.

Anonyme.

Lacena quædā captiva, quū inter-
rogaretur, quid sciret? probè, inquit,
egere domū. Et hæc nō vulgaris ars
est in muliere. Plut. in Lacenarum
pophteg.

Alia.

Quædam à licitatore interrogata,
num esset futura proba, si ipsam e-
meret? etiam, inquit, si me non eme-
ris. Plutar.

Alia.

Quum in auctioñe præco rogareret
illam, quid sciret? Libera, inquit, esse.
Significans, sece captiuam quidem es-
se, cæterum ad illiberalia iussa non
parituram. Itaque quum empator im-
perasset quædam non conuenientia
liberè: Plorabis, inquit, qui tibi ipsi
talem inuideris possessionem, móxq.
sibi necem consciuit. Plut. in apoph.
Lacenarum.

Anonymus.

Puer Spartanus captus ab Antigo-
no rége, ac sub hasta venditus, in cæ-
teris omnibus quecunque putabat ab

ingenuo decenter fieri posse, obse-
quens erat ei qui ipsum fuerat mer-
catus: cæterum iussus adferre matu-
lam, haud sustinuit, dicens: Non ser-
uam. At quum instaret herus, puer
conscenso testo, dixit, Sentes cuius-
modi mercatum feceris: móxque se-
se è sublimi præcipitem dedit, ac pe-
riit. Captiuus esse poterat, seruilia fa-
cere non poterat, ac semet in liberta-
tem morte afferuit. Plut. in Lacon.

Idathyrſus.

Idathyrſus Scytharū rex, in quem
arma mouit Darius, seafit Ionum re-
gibus, vt H strici pontis iunctura so-
luta, fugientes se se in libertatem vin-
dicarent: qui quum id facere recusa-
rent, ne violarent fidem, qua Dario
erant obstricti, vocavit dios frugi
mancipia, & ἀσπες, hoc est, qui fu-
gere nollent. Nam hæc non minima
laus est seruorum, nolle fugere, si li-
ceat: at nolle tyrranicam seruitutem
commutare libertate, si detur op-
portunitas, animi seruialis est. Plutar.
in apoph.

Antigonus.

Conspiciens filium suum eos, in
quos habebat imperium, ferocius tra-
stantem, atque insolentius: An igno-
ras, inquit, fili, regnum nostrum esse
splendidam seruitutem? Nihil dici po-
tuit cordatus. Nam princeps nō mi-
nus obseruire cogitur populo, quam
populus principi: nisi quod princeps
id facit cū dignitate, alioqui reuera
mutua seruitus est. Plutarch.

Anonymus.

Quidam in seruum faracem ita io-
catus est, vt diceret, cum solum esse
cui domi nihil esset nec signatū, nec
occlusum. Id si de frugi seruo dicas,
laus est: si de furaci, iocus Intelligi-
mus enim illi nec serus nec signa ob-
stare, quo minus furetur. Scrinia clau-
dimus: olim & cadi lagenæque sole-
bât obsignari. Erasmus libro 6. apo-
phthegm.

De seruorum multitudine De seruorum ministerio.
& turba.

Anonymus.

A Etolii quondam ingressi regio-
nem Laconicam , abduxerunt
quinquaginta seruorum millia, vnde
Lacon quispiam senior festiniter di-
xisse fertur: Magno bono fuerunt ho-
stes Laconicæ, quam tanta turba le-
varunt, Plut.in Lacon.

Anonymi.

Cum Thebani irrupissent in La-
conicam , & inter captiuos captiuas-
que multos etiam abduxissent helo-
tas, iusserunt illos Terpandri, Alcma-
nis ac Spendonis Laconica carmina
canere. illi recusarunt, dicentes, id nol-
le filias heriles: adeò plus apud illos
valuit cōcaptiuuarum puellarum au-
thoritas, quam iussa viatoris. Hinc pro-
barūt quidā, esse verum quod vulgo
diceretur, liberum Spartæ maximē
liberum esse, contrā seruum maximē
seruum. Plut.in vita Lycurgi.

Alcamenes.

Percontanti cur am, cur Lacedæ-
monij Helotibus comittrerent co-
lendos s̄ ḡros, ac non ipsi potius eos
coherent? Quoniam, inquit, non ipso
rum causa, sed nostra, Helotas nobis
comparauimus. Videlicet stultitiam
eorum taxans, qui mancipia ad ostend-
ationem alunt otiosa, & seruos lo-
cios ac ministros voluptatum habe-
re malunt, quam frugiferis operibus
occupatos. Plut.in Lacon.

M.Crassus.

M.Crassus ille diues, magnam ser-
uorum turbam domi alebat, quorum
principiam agebat curam, discenti-
bus adstant interdum, & ipse docens
eos, dicens: hāc oportere principiam
esse patris familiaris sollicitudinem,
nosse quot sint rei familiaris anima-
gē instrumenta.

Dicenes.

Onspicatus delicatum quandam
à seruo calceari: Nondum, in-
quit, sat beatos es, nisi te etiam ab-
stergat. id erit, si mancus fuerit. Laer-
tius libro 6. Visum est Diogeni non
multò minus absurdum, in calceatu
abuti opera famuli, si quis ipse sibi
hoc præstare valeat, quam si post exo-
neratum aluum adhibeat famulum
abstergendo podici. Quanquam in-
telligi potest & de abstergendo naso.
Philosopho ethnico prodigiosæ de-
liciæ videbantur, ethnici cum calceari
à famulo (inquit Brasmus:) At ego,
noui Christianum sacerdotem, ac
theologum, cui cū nullum esset
membrum mancum, tamen aditurus
latrinam, famulos accersebat, qui
soluerent ligulas: item reuersus qui
alligarent. Id ego videns, sic mecum
cogitabam, Vtinā adesset spectator
Diogenes.

Demonax.

Videns quandam seruum suū cru-
deliter verberantem, Desine, ait, ne
seruo tuo similis fias. Iudicauit vir pru-
dentissimus, reuera seruum esse, qui
affectionib⁹ suis imperare non possit.
Eras. l. 8. apoph.

Gorgo Cleomenis filia.

Cūni videret Aristagoram à que-
piam è famulis calceari: Quid, in-
quit, pater? Hospes iste manus non
habet? Existimabat, non ferendas vi-
ri delicias, qui in eo abutebatur fa-
muli opera, quod ipse suis manibus
facere sibi poterat. Et nō pudet quo-
dam, quibus vestiendis comedendisque
vix decem famuli sufficiunt Opus est
famulo, qui ventrem exoneraturo
soluat ligulas, qui fœnum aut lanam
potrigat extersuro, ac minimo mi-
nus, qui abstergat. Erasm. ex Plut.in
Lacon.

Senecca.

† Non ministeriis seynos, estimabo
sed.

d moribus. Sibi quisque dat mores, ministeria casus assignat. Epist. 47.

Gilius.

Hospitio exceptus apud hominem durum & vnde cunque faciem quæstum, qui ne dormire quem famulis permittebat, sed alius iudicabatur nocte: eundem & se postea, quum Agrigentum venis, suscepit, & conuocatis famulorū aeris (qui per multi erant) nuces & trycas distribuit. Interrogante aucto hospite, vnde tot pueri? A famulis eius, dixit, mihi generantur. Voluit item ostendere, ita tractandos esse ruos, ut ad procreandos etiam liberos ligit imè sint apti. Stob. ser. 60.

De seueritate.

M. Cato.

Cato senior millia quinque famulos habebat, quorum unus tria captiua corpora emit. Quod ubi ensit rescisse Catonem, priusquam a eius conspectum veniret, seipsum aquo perforauit. Adeò quæstum operat in milite, adeò veniam despebat qui peccauerat.

Antiphenes.

Suprà de præceptore bono ac fidelis.

Parysatis.

Suprà de Adulatione & assentatione.

T. Manlius.

Suprà de Grauiter dictis.

C. Sulpitius Gallus.

Vxorem repudiauit, quod aperto capite fuisset foris: Lex, inquiens, tibi meos unius præfinit oculos, quibus formam tuam approbes: his ornamēta comparato: his esto speciosa, aliis velle videri formosam, in suspicione & in criminē hæreat necesse est. Eral. l. 6. apoph.

Pescennius Niger.

Palæst nis rogantibus, ut ipsorum census leuaretur, eo quod regio esset

grauata, satis inclementer respondit: Vos terras vestras leuare vultis, ego etiam ærem vestrum censere cuperem: Ælius Spart.

Alphonsus.

Admonitus ab amicis ne nimium leuis erga suos esset, & ob id in contemptū apud suos incideret. Magis, ait, hoc cauendum mihi est, ne nimia mihi seueritas conciliet inuidiam. Eral. l. 8 apoph.

Vide apoph. de Disciplina militari, & de Parentum seueritate in filios.

De seuerità dictis.

Gorgo.

Cum hospes quispiam molliter ac ægrè vestem prælongam attraheret, Gorgo Cleomenis filia protrusit hominem, dicens: Non tu hinc abis, qui nec ea possis quæ sunt fœminarum? Mulierum est, laciniōsis, & in humū defluētibus vti vestibus: quin & caudas admodum longas interdū trahunt, nec tamen grauantur onere, aut succingunt. Plutarc. in Lacon. apoph.

Anonymus.

Lacon cum in peregrinatione vidisset homines in sellis curulibus sedentes: Absit, inquit, ut in talibus sedeam sellis, vnde non liceat assurgeare seniori. Ibidem.

Antigonus.

Suprà de Iudice bono & incorrupto, & apoph. hegm. de seruis ac famulis.

Paulus Ämylius.

Cum Perseus captiuus deprecatur, ne in triūpho duceretur: Isthuc, inquit, in te situm erat. Significans illi licuisse in bello perire. Plut. in vita Ämyli.

Teneucia.

Suprà de Filiorum abdicatione & de Parentum seueritate in filios.

Vide apoph. de grauiter, prudenter & sapienter dictis.

De Sexu.

Antisthenes.

Dicebat, viri ac mulieris eandem esse virtutem. Idem sensit. Socrates, sexum muliebrem non minus esse docilem ad omnia virtutis munia; quam virilem, si pariter instituatur. At vulgus sexum incusat, quasi ad virtutem indocilem Laer. l.6.

De Silentio.

Pythagoras.

EIUS de silentio scitè dicta sunt haec: Aut sile, aut affer meliora filatio. Aut silentium tempestuum, aut orationem vitem habeas. Verba silentio, silentium tempestuitate cludas. Stob. ser. 14.

Socrates.

Admonebat suos discipulos, ut tria præc pue in omni vita haberent: In animo prudentiam, in vultu verecundiam, & in lingua silentium. Maxim. ser. 11.

Putacius.

Præcipiebat, ut ea quæ sañuri sumus non aperiamus loquaciter aliis: ne si male perfecerimus, dignè derideamur. Max. ser. 20.

Thales.

Soprà de Lingua, Garrulitate & loquacitate nimia.

Solon.

*Inter pocula tacitus, interrogati Periandro, an propter verborum inopiam aut ob stultitiam taceret, respondit, Arqui nullus stultorum in conuiuio silentium præstare potest. Stob:

Idem.

*Sermonem silentio, silentium autem temporis occasione obsignadū esse dicebat. Stob. ser. 3.

Chilon.

Rogatus, quid esset difficile? Arcanum, inquit, reticere. Tanta est lingua, omnium maximè volubilis, in-

continentia, cùm alioqui nihil video tur facilius quam silere. Laer.

Bias.

Apprimè decorum illis esse silentium dicebat, quibus indecora impuraque esset vita. Stob.

Democritus.

Cùm animaduertisset quandam multam imperite disputantem: Hic, inquit, non dicendi peritus mihi videtur, sed omnino taceti imperitus Max. ser. 20.

Diogenes.

Ad quandam, qui se contentiosum philosophum profitebatur: Vah miser, inquit, cùm id quod optimum est in vita philosophi corrumpas, verbis tamen aedes te philosophum iactare. Est autem philosophi etiā munus silere, cùm res responsione digna nē est. Stob. ser. 31.

Idem.

Adolescens quidā ex illis qui cum Diogene versabatur interrogatus a ipso, tacebat. Tum Diogenes: Non putas, inquit, eiusdem esse, quæ dica sunt scire, & quando: & quæ taceenda sunt, & apud quem. Stob. ser. 32.

Cleantes.

Cuidam ab eo petenti dictum aliquod, quod crebro occineret filius suo, protulit ex Electra, στῆθος οὐκαλόντιχος, id est, Tace, tace, tenue vestigulum. Inuuens pueris maximè cōuenire silentium. Laer. l.7.c.2.

Idem.

Cùm quidam ad tacentem Cleunthem dixisset, Tu quid taces? atque iucundum est cum amicis confabulati. Iucundū quidē, respondit Cleantes: sed quo iucundius est, eo magis in hoc amicis oportet cōcedere. Sto. ser. 31.

Zeno Cittium.

Prolemā legaris, qui multos eruditos ad conuiuium inuitarant, percontantibus quid de ipso regi suo esset renuntiatur? ait, Vidisse vos sc̄enam, qui in conuiuio tacere nouerit.

Cūm

Cum enim cæteri ad ostentationem multa dixissent, unus Zeno perpetuum tenuit silentium. Laer.lib.7.c.1.Stob.ser.32. Max.ser.20.

Simonides.

Dicere solebat, nunquam se pœnituisse silentij, sermonis autem sepius. Anton.in Meliss.par.1.ser.73. Max.ser.20.

Idem.

Dicebat, eorum hominum, quorum indecora vita est, maximum decus esse silentium. Anton.in Melis.par.1.ser.73.

Xenocrates.

Cum in conuiuio cæteris multa garrientibus, solus nihil diceret, interrogati, cur unus omnium sileret? Quoniam, inquit, loquutum fuisse pœnituit aliquando, siluisse nunquam. Hoc Plut.in libello *τηλετῆς τριβούσιν* tribuit Simonidi. Sed Laert.4.ca.2. Xenocrati tribuit, & Valer. Max.etiam li.7.ca.2.

Idem.

Singulas diei partes diuidens in actiones certas, suam etiam silentio partem reddebat. Docens, silentij rationes utique adhibendas esse. Max.ser.20.

Heraclitus.

Rogatus à quibusdam, cur tacearet; Ut vos, inquit, loquamini. Bruson. Cont.libro sexto capit. 6. exemplorum.

Anacharsis.

A Solone exceptus conuiuio, cum se cubitum receperisset, sic compositus erat, ut sinistra manus ad pudenda apposita esset, dextra autem ori. Interrogatus autem, quam ob rem id faceret? Continentiori freno linguam indigere dixit, ne secreta proferret. Max.ser.20.

Anaxarchus.

Multarum rerum cognitionem homines aut valde iuuare, aut valde laedere dicebat. Iuuare enim virum dextrum & commodum: laedere vero illum, qui facile quemvis sermonem

nem & apud quousvis eloquitur. Oportet autem occasionis modum nosse, is enim sapientis terminus est. Qui verò intempestivè cantilenam musicam quāvis doctè cecinerint, illi non approbantur, sed crictè stultitiae subeunt. Stob.ser.3.

Idem.

Cum à Cypriorum tyranno Nicocreonte torqueretur, ut cōscios prodederet, post multa in regem dicta cōuicia, tandem per iracundiam & linguae amputationem minanti: Non erit, inquit, effeminate adolescens, hæc quoque corporis met pars tuæ ditionis, simûlque dentibus abscessam, & commanducatam linguam in os eius ira patens expuit. Laer.l.9. cap 10.

Theophrastus.

Suprà de Lingua, garrulitate & loquacitate nimia.

Aristoteles.

Callisthenem, auditorem suum ad Alexandrum mittens, monuit, ut cum eo quām rarissimè aut quām iucundissimè loqueretur. Quo scilicet apud regias aures vel silentio tutior, vel sermone esset acceptior. Plut.in Alex.Laer.in Arist. Valer. Max.lib.7. cap.2.

Idem.

Cum percontaretur, quid esset in vita difficillimum? Tacere, inquit, quæ loqui non decet. Max.ser.20.

Idem.

Dicere solitus est: Qui silere non nouit, is neque loqui admodum scit. Nam quærent quodam, quæ res homini in vita esset difficillima? ait, Silere tacenda. Stob.

Idem.

Interrogatus, quam ob rem, cum alios doceret loqui, ipse taceret? respondit: Cos quidem ipsa non scindit, cultros autem acuit. Ant.in Melis.par.1.ser.63. Verum hoc Isocrati adscribit Max. ser.20.

Idem.

Interrogatus à quodam, quis arca:

num sermonem continere posset? respondit: Qui carbonem quoque igneum lingua retinere potest. Ant. eod. serm.

Dion.

Naturā probè egisse dicebat, quæ geminas aures, & linguam vnicam nobis fabricarit: quò ad audiendum essemus quām ad loquendum promptiores. Stob.

Iosephates.

Duo dicendi tempora statuenda dicebat: Vel de iis quæ certò nouimus, vel de quibus dicere est necessarium. In his enim solis oratio silētio præstat, in aliis melius est silere quām loqui. Max. ser. 20.

Idem.

Dicere solebat, improbi hominis, quasi taciturni canis silentium magis quām vocem timendam esse. Ibi dem.

Demosthenes.

Cum adolescens quidam inter pocula multas nugas effutiret, & tacere nollet. Adolescens dixit, quomodo non didicisti tacere ab illo, à quo didicisti loqui? Antonius in Meliss. par. serm. 75.

Idem.

Cum quis ei obiiceret oris fætem: Bene dicis, respondit: multa enim secreta in eo computruerunt. Ibid. & Max. ser. 20.

Apollonius.

Summo studio admittendum dicebat, ne temerè nobis verba parum de centia elabātur. Constat enim quām inurbanum sit silere non posse: tum effuire palam cum turpitudine, quæ honestius obticuisse. Stob.

Idem.

Dicebat, cum in alios atque alios errores & pericula homines labi palam sit: mirum, quantam securitatem præstare queat taciturnitas. Stobæus.

Theocritus.

A blaterone quodā interrogatus, ubi eras visurus esset ipsum? Illic, re-

spondit, ubi te ego nō videam. Stob. ser. 31.

Euripides.

Cuidam opprobrianti graueolentiam oris. Multa nimirum, inquit, in illo occulta computruerunt. Significans, se posse continere arcana. Solēt autem res in occulto congestæ computrascere. Eras. l. 8. apoph. Idem. Demostheni ab aliis attributū, paulo an te recensuimus.

Epicteus.

* In omni negotio nihil adēt prospiciendum esse dicebat, quām vt tutum securumque sit quod agitur. Est autem tutius, inquit, tacere quām loqui. In Enchiridio.

Demeirus Cynicus.

Cum post ex Italia proscriptos à Domitianō mathematicos & philosophos, ad Apollonium venisset, & fortunæ suæ iniquitatem deplorasset: Cicadis, inquit, licet impunè canere, nobis Romæ ne mutire quidem fas est. Philostratus, & Cuspin. in Coss.

Iosephates.

Careo loquaculus volebat ab Isocrate oratore erudiri. Sed is, duplē mercedem mihi dari, inquit, posco: alteram, vt loqui: alteram, vt tacere discas. Stob.

Plutarchus.

* Verborum, rei leuissimæ, inquietabat, grauissima pœna, & apud Deum & apud homines, comes esse solet. Silentium verò cum vbique culpa vacet, cum maximè in aliorum conuiciis, nescio quid egregium. Socraticū aut potius Herculeum præ se fert. Siquidem & Hercules, ne gry quidē odiosa verba curabat. Libr. quomo- do quis ab hostibus iuuetur.

Lacones.

Apud Lacedæmonios, ad publica conuiua ingredientibus, qui natu erat maximus, singulis ostendebat fores, dicens: Per has nullus egreditur sermo. Admonens, nihil effutiendū, si quid liberius dictum est in cōuiuio.

Hanc

Hunc morem instituit Lycurgus.
Plut.

Demaratus.

In cōfessu quodam rogatus, vtrum ob stultitiam, an ob sermonis inopia fileret? At qui stultus, inquit, ne possit quidem silere. Quidam hoc præclaruia existimant, si nunquam sileant, quum id sit certissimum fatuitatis argumentum: ut contrā silentium, vbi loquendi tempus nō est, prudētū signum est. Plutarchus in Lacon. apoph.

Demonax.

A quodam interrogatus, quānam ratione delegatam provinciam rite administrare posset? respondit: Si quām minimum loquens, plurima audieris. Erasmus libro octauo apoptheg.

Philippides.

Philippidi Atheniensi, qui ob virtutem charus ac perquām familiaris Lysimacho regi erat, Lysimachus cū dixisset, num quid rerum suarum expereret? respondit: Solum, & rex, ne arcanorum tuorum quidquā mihi credas. Plut.

Eparainondes.

Audiendi potius quām loquendi cupidum esse hominem debere putabant: Quòd sciret, ex audiendo dōctrinam, ex loquacitate autem pœnitentiam nasci. De eo etiam dictum, Neminem vñquam visum esse qui plura sciret, & pauciora loqueretur. Plutarch.

Hieron.

Arcana enuntiantes iniuriam facere dicebat eis etiam quibus enuntiarent. Odimus enim non solum eos qui effutierint, verū eos etiam, qui quæ nolumus audierint. Maxim. serm. 20.

Alexander M.

Suprà de Lingua, garrulitate & loquacitate nimia.

Antigonus.

Filio Philippo multis præsentibus percontanti, ac dicenti, Quando ca-

stra mouebimus? Quid, inquit, num metuis, ne solus tubam non audias? Notans adolescentis imperitiam, qui hoc patrem multis audientibus percontaretur, quum in bello celanda sint consilia principum: sed quoties castra mouenda sunt, tum omnibus tuba dat signum. Plutarchus in apophthegm.

Gnathæna.

† Cūm inter pocula plurima quidam importunus effutiret: eum interpellans Gnathæna; Nonne, inquit, ex Hellesponto te venire dixisti? Cūm is annueret: Cur igitur adiecit illa, primariam ibi civitatem ignoras? Qui cūm quānam tandem esset illa, interrogaret? Sigāum, respondit Gnathæna. Sic artificiose hoc nomine ei silentium imposuit. Aljan. l. 12. cap. 13.

Cecilius Metellus.

Quum in bello omnia proprio & subito consilio ageret, amico cuidam interroganti, quidnam iam acturus esset, post Arbachos in Macedonia subactos? Tunicam, inquit, meam exurerē si eam consiliū meum scire existimarem. Quo dicto docuit, non remerè animi nostri propositū effutiēdū esse omnibus, sed silendū ad suum usque tempus. Plin. cap. 6. de Viris illustribus. Plut. in apoph. Rom. Frēt. lib. & cap. 1.

Cato Uticensis.

Quum Catoni, qui post dictus est Uticensis, etiamnum puero, vitio datur taciturnitas (nec enim cum pueris exercebatur, nec à quoquam audiari volebat) ait: Carpant taciturnitatem, modò vitam probent. Et addidit: Tum demum abrumpam hoc meum silentium, cūm ea loqui potero, quæ sunt indigna silentio. Plu. Brus. l. 9. ca. 6.

Tiberius.

Cūm aliquando percontaretur, cur sua consilia non cum aliorum quoque, cui ei non malè vellent, consiliis comunicaret? respondit:

Principis animum aut nemini, aut paucis cognitum esse oportere. Sensit autem nō omnia credenda iis qui se amicos esse venditant: quibus quū aliquid secreti commiseris, temerè rimarum pleni effutunt: non cogitantes, principes loquaculorum garulitate s̄apenumero aut periclitari, aut prodi prorsus. Dion.

Vide apoph. de patientia, prudenter, animi magnitud. Centumelit, maledicentia. Coniuncti, &c.

De similitudine formæ.

Anonymus.

PRoconsul quidam Romanus in Sicilia, conspicatus quendā adolescentem admodum sui similem, rogauit similitudinis causam: num pater suus nunquam adiisset Siciliam? At meus, inquit, Romam frequenter accelsit. locum retorsit Sicus, nihil veritus secures ac virgas proconsulis. Brus. I. 6. c. 20.

Anonymus.

Augusto Cæsari perquam similis Romam venerat, & ita similis, ut omnium ora in se converteret. Produc ergo Cæsar hominem iussit, visumque interrogat: Dic (ait) adolescens: fuitne aliquando mater tua Romæ? Exceptit adolescens, & hunc in modum Augusto respondit: Mater mea nunquam fuit Romæ, sed pater persæpè. Macrob. Plut. in Rom. apoph. Eral. I. 4. apoph.

De simulatione & dissimulatione.

Charondas.

* Inter leges quas tulit Caranensis, hæ reperitur scitu digna. Vnusquisque ciuium se temperantem potius quam sapientem videri studet. Nam simulare sapientiam ma-

gnū est imperiti & vilis animi signum. Temperantia autem simulario debet esse vera: neque ullus egesta facta simulet, qui re ipsa & mens & actionum bonarum nihil habeat. Stob. ser. 42.

Diogenes.

Cùm in coniuicio placentam ederet, diceretque coniuuarum quispiam, Quid comedis Diogenes? Supplicans Cynicum philosophum nescire quid esset placenta. Panem, inquit, bene pistum. Dissimulans se scire, quid esset aliis placenta. Laert. lib 6. c. 2

Polydorus.

Quum in Messenensium regionem eduxisset copias Polydorus, roganti cuiquam, Num aduersus fratres essent pugnaturi: Non, inquit, sed in eam agrorum partem proficiuntur, quæ nondum sortito diuila est. Elegit percontatorem, dissimulans consilium suum. Plut. in Lacon. apoph.

Demosthenes.

Postquam Demosthenes metu Antipatri profugisset in Calauriam insulam, sequente in Neptuni templo contineret, & Archias ex tragœdiarum histrione potens, illi blandis sermonibus persuadere conaretur ut se in Antipatri fidem committeret, non modo nihil passorum mali, verum etiam amplissimis muneribus honrandum: In scena, inquit, mihi nunquam placuisti histrio, neque nunc persuadebis orator. At ubi commotus Archias minaretur, se detractrum illum è templo: Tandem, inquit, oracula Macedonica aperiuit, nam prius histrionum more simulabas. Plut. in Demosth.

Metellus.

Cùm Scipioni viuenti fuisset inimicus, mortem tamen illius grauerter tulit, iussisque filiis, ut subeuntes pheretur, funus Scipionis efferrent: addens, se Romanæ ciuitatis nomine gra-

ne gratiam habere diis, quod Scipio apud alios non esset natus. Sentiens, Romam non futuram fuisse incolument, si tales ducem habuissent hostes. Simultatem oportet morte finire, amicitiam non item. Plut. in Rom. apoph.

Cicero.

L. Cotta censore, qui vini audifimus habebatur, quum Cicero consulatum petens si tisset, bibisseque, septus undique amicis: Rector, inquit, timetis ne censem habeam infensum, quod aquam bibo. Simulauit Cicero se credere, ob id circumstare frequentes amicos, ne censor videret illum bibentem aquam: Simile enim simili amicum. Eras. lib. 4. apoph.

Domitius Afer.

Dum causam ageret, & is qui diversam agebat partem, subinde re peteret Celsinam hoc dicere: cum probè nouisset foeminam præpotentem, simulans se credere Celsinam virum esse, rogavit quis esset ille Celsina? Obiter notans ineptiam illorum, qui tantum authoritatis opū gratia tribuerent foeminae, ut illius dicta toties citarent pro testimoniiis. Eras. l. 6. apoph.

Iuliuſ Caſar.

Cum testis ad exaggerandam iniuriā diceret, foemina sua à reo ferro petita. Quid enim faceret, inquit, quum tu galeam & loricam haberet? Non ignorabat, cur illam partem potissimum vulnerare voluisset: sed hoc dissimulato, iocari maluit. Galea & lrica omnia tegunt, præter foeminam. Erasmus Rot. libro quarto apoph.

Anonymus.

Tiberio Cæſari contanter & ægrē fasciپenti delatum imperium, quidā in os ausus est dicere: Cæteri quod pollicentur tardē præstant: tu quod prætas, tardē polliceris. Notata est illius simulata contatio, detrectantis quod cupiebat. Eras. l. 6. apoph.

Fridericus Imp.

Posteaquam senatores omnes in curiam vocati, optauit, ut antequā ingredierentur, duas res deponerent, & tum fieri posset ut iudicio nemine fallerent. Percontatus autem, quæna res illæ essent? Simulatio & dissimulatio, respondit. Nam quæ res est, quæ homines decipiuntur magis, quam si aliud cogites, aliud dicas. Æneas Syde dictis Friderici imp.

Sigis. Imp.

Dixisse memoratur, ignarum esse regnandi, qui simulare nesciret. Invenit autem, præcipuā principum virtutem esse clementiam, quæ docet, simulanda interdum esse ea, quæ non magni sunt momenti, commodi majoris gratia. Æneas Syl. l. 1. comment. in res gest. Alphonsi.

Ramirus.

* Is, Hispanorum rex mirè fuit probus & in moribus simplex. Ob eam rem cum irrisui aulicis esset, & dictoris identidem peteretur, ad extreum exarsit, & undecim viros nobiles ad se vocatos in Osca urbe gladio peti iussit, addicto dicto, Nescit vulpecula cum quo ludat. Re ipsâ scilicet ostendit pericolosum valde, leonem vellicare. Histor. Hispaniæ.

De simultate, reipubl. pernicie.

Chilen.

CHilonis dicterium est: Sic ama, tanquam osurus: sic oderis, tanquam amaturus. Hoc dicto admonuit, nec similitates tam acriter exercendas, ut præcludatur omnis in gratiam reditus: nec amicis adeò fidendum, ut illis committas, quod si fianc inimici, possint te perdere. Gell.

Aristippus.

Helicon Cyzicenus, unus ex Plato nis æqualibus, solis defectum prædi-

cerat: qui posteaquam accidit, quem admodum ille prædixet, à Diony-
sio argenti talento donatus est. Tum Aristippus ad reliquos Philosophos:
Et ego rem miram habeo, quam pos-
sim prædicere. Orantibus ut profer-
ret: Prædico, inquit, breui inter Pla-
tonem ac Dionysium futuram simula-
tatem. Senserat enim, regem ammū
suum iam dudum dissimulare. Laërt.
lib. 2.

Idem, & Aeschines.

Quum inter Aristippum & Aeschi-
nem incidisset simultas, quidam au-
tem diceret, Vbi nunc illa vestra ami-
citia? Dormit, inquit, sed eam exci-
tabo. Itaque simultatem Aristippus
commoda liberaque appellatione,
facile sustulit. Ne silentio malum, ut
solet, incrudesceret, vltro adiit Aeschi-
nem: Num, inquit, quamprimum
redibimus in gratiam, ac nugari desi-
nemus? an potius expectabimus, ut
securis inter pocula de nobis loquen-
ti materiam præbeamus? Cui cùm
Aeschines respondisset, se lubenti a-
nimō redditum in gratiam: Memen-
to igitur, inquit Aristippus, quod cùm
essem natu maior, prior ad te vene-
rim. Tum Aeschines: Næ tu profe-
ctò vir me longè melior est. Siquidē
à me simultatis, abste sarcendi gra-
tia fuit initium. Hoc pacto redin-
gra est inter illos amicitia. Laertius
libro 2.

Aristides.

Cùm inter Aristidem & Themis-
toclem magna esset simultas, tamen
legati simul missi ut Reipublicæ ne-
gotia expedirent, Vis, inquit, The-
mistocles, ut in his montibus inimici-
tias relinquamus? Nam si videbitur,
cùm reuersi fuerimus, illas resume-
mus. Docuit vir prudentissimus, o-
mnem simultatem deponendam esse
iis, qui Reipub. utilitatem promoue-
recipiunt. Plut. in apoph.

Idem.

Aristides è concione quadam, in
qua frustra Themistocli obliterat,

discedens, clara voce testatus est, res
Atheniensium incolumes esse non
posse, nisi & ipsum & Themistoclem
in batrachum coniicerent. prius ha-
bens, morte affici, quād ob duorum
simultatem minus recte consuli pu-
blicis commodis. Plutarchus in Ari-
stide.

Cratides.

Lysandro defuncto, cùm de socié-
tate belli nata esset controversia, Ag-
esilaus adiit Lysandri domum, in-
quisitus super hac re literas, quas
Lysander apud se detinuerat. Reperit
autem præterea librum Lysandro co-
scriptum de nouando Reipubl. statu,
quod oporteret regnum ab Eury-
tionidis & Agide ablatum (nam ex
his tantum familiis fas erat creare
reges) in commune ponere, ac re-
gem eligi ex optimis: quo videlicet
hoc honoris decerneretur non his
qui genus duxissent ab Hercule, sed
iis qui tales essent virtute, qualis
fuerat Hercules: quandoquidem vir-
tute, non generis commendatione,
& ille ad diuinos honores subiectus
est. Hanc orationem Agesilaus nite-
batur apud ciues euulgare, cupiens
per eam ostendere, qualis cuius clan-
culum fuisse Lyander, non sine
calumnia eorum qui Lysandro faue-
rant. Sed ferunt Cratidem, qui tum
inter Ephoros primas tenebat, veri-
tum ne lecta oratio persuaderet,
reuoçasse ab eo concilio Agesilaum;
ac dixisse: non solum non esse re-
fodiendum Lysandrum, sed ipsam
potius orationem cum illo defodiendam,
quod callide & ad p̄sua-
dendum accommodata composita
videretur. Hoc defactum declarat
Lysandri peruersam ambitionem,
qui nihil intentatum reliquerit ad
regnū adipiscendum: sed idem
arguit Agesilai moderationem, qui
privata simulatatem posthabuit u-
tilitati Reipublicæ. Plutarchus in La-
conicis.

Sibulus.

Cum Pompeio esset inimicus, prius tamen in senatu rogationem tulit, ut unicus consul Pompeius decernere tur: Aut enim (inquit) Reipub. ab imminentे procella per illum liberabitur, aut optimo parcendum erit. Egregius animus, qui priuatam simulatem posthabuit Reipubl. commodis. Eras. Rot. I. 6. apoph.

*Fridericus Imp.**Supra de Simulatione.**Alphonsus.*

Suprà de Affectibus frenandis & de Discordia:

*Vide apoph. de Odio.***De sobrietate.***Diogenes.*

Qum Diogeni quispiam probri vice obiecisset, quod in cauponā biberet: & in tonstrina, inquit, tondere. Significans, nihilominus esse honestum bibere, quam teneri aut radi. Quemadmodum nemo reprehendit, in tonstrina radi, quod is locus ei rei paratus sit: itaque turpe videri non deber, si quis bibat in caupona, modò bibat modicè. Nam immodecē bibere, quovis loco turpe est. Laëtt. I. 6.

Musonius.

* Delicatulos picam expertis mulieribus non dissimiles esse aiebat. Nam & ipsi, inquit, velut illæ familiarissimos cibos fastidiunt, ore ventriculi corrupto. Itaque ut ferrum inuile acie noua semper eget, similiter & illorum stomachi inter edendum acui nunquam non postulant, siue mero, siue acetō, siue acerbo aliquo condimento. lib. de alimentis, apud Stobæum.

Anonymus.

* Lacon quidam conspiciens quendam preciosam auiculam sibi appositam præ fastidio renuere: At mihi,

dixit, etiam vultur & hircus sapiunt: Stob. ser. 17.

Zeno Citrius.

* Ne per mortbum quidem cibo magis delicioso vti voluit. Igitur medico columbinum pullum consulete, ipse consilij impatiens, non secus quam incipium nomine Manem, si ægrotaret, curari se iussit. Si enim, inquit, absque sumptuosis alimentis recuperare sanitatem seruus potest, quid idem mihi futurum prohibet? Laërt.

Archidamus.

Quodam Archidamo pollicente vi num suave: Quorsum, inquit, opus est quandoquidem & plus absumentur: & quæ fortes decent viros, ea reddet inutiliora. O verè masculum animū, & omnium deliciarum contemptorem. Plut. in Lacon.

Demades.

Prandens apud Phocionem, cum apparatum admodum tenuem videbat: Demiror, inquit, o Phocion, te Rempubl. administrare, cum possis ad istum prandere modum. Bis errans, & quod lucri tantum causa putaret adeundam Rempubl. & quod luxum probaret in eo, cui maximè conueniebat sobrietas. Sed Demades alios è suis moribus estimabat: Erat enim & pecuniarum auditus, & luxus deditus. Eras. lib. 6. apoph.

Leotychidas.

Percontanti cuidam, quamobrata Spartiata parsimoniè biberent? Ne inquit Leotychidas, pro nobis alij, sed nos potius pro aliis consultemus. Saltissimè notans, vinosos non esse ad cō saltandum idoneos, at salubrium consiliorum parens est sobrietas. Plut.

Cyrus maior.

Cum ad hospitem diuertisset, rogareturque, Quid i sibi cœna vellet apponi? respondit: Panem tantum, & sperare se prope fluentem aquæ riuulum cœnaturum. Hic suos etiam monere solebat, ut aquam bibere consueferent, & fierent Hydropeç

te, quod vinum omnibus bonis rebus
inimicaretur, Xenophon.

Romulus.

Legitur vini fuisse parcissimus. Is
ad coenam vocatus, cum ibi minimū
bibisset, eò quod postridie negotium
haberer, dicunt illi familiares: Si ad
istum modum bibant omnes homi-
nes, vi et morte vilius ille respondit:
Imò verò carius si quantum quicunque
volet bibat, nam cetero bibi quantum
volui. Eras. l. 6. apoph.

Epaminondas.

* Legati venerunt à Persarum re-
ge ferentes aurum, animo corrumpē-
di muneribus Epaminondam. Inut-
tati sunt igitur ad prandium ab ipsis:
intelligebat enim qua gratia appulif-
fent. Iussit verò à prandio ut causam
aduentus explicarent. Apposita est
mensa viliis, bibebat vinum acidum,
neque habebant quod ad hæc dice-
rent. Tū ille subridens: Abite, inquit,
& domino vestro mea prandia nar-
rate, ut intelligat iis me contentum
non facile ad prodigionem allici pos-
se, Amyl. Probus, Stobæus, ser. 5. Idē
de Xenocrate Alexandri Macedonis
quinquaginta auri talenta recusante
refertur.

Pescennius Niger.

Militibus vinum ab eo perentibus:
Nilum habetis, inquit, & vinum quæ-
ritis? Docuit autem, vinolentiam mi-
litibus ceu pestem fugiendam esse,
qui tum demùm ad res gerendas pro-
pti sunt, cum ratio mero non peruer-
titur. Brus. Spartianus.

Idem.

Romanis à Saracenis vietiis dicen-
tibusque, Vinum non accepimus, pu-
gnare non possumus: idem, inquit, E-
rubescite, natū qui nos vincunt, nil a-
liud quam aquam bibunt. Spartia.

Fideicus Imp.

Studioſiſſiſmuſ temperantiaſ ac ſo-
brietatiſ cultor fuſſe dicitur. Is cū
audiſſet, Leonoram vxorem (qua pa-
terna in domo nonquam vinum gu-
ſauerat) faciliſſe filios parituruſ, ſi in

Germania tam frigida regione, viñi
biberet, dixiſſe fertur, malle ſe ſteri-
lem uxorem habere, quām viñosam.
non ignorauit autem imperator for-
tiſſimuſ, quām multa viñolentiam
malacomitentur: & rum pŕaſertim,
cū fæmineum genus nimio viño
obtruitur. En. Syl. l. 2. Comment. de
reb. gest. Alphonſi.

Alphonſuſ.

Cūm interrogaretur, cur vini ex-
pers viueret, aut viño diluifſimo cō-
tentus ſit, inexpleret, cōtra omnium
regum & aulicorum morem? reſpon-
dit, Vino sapientiam obſcurari: ideó
que non decere regem, vt hoc im-
modica comportatione in animo ex-
tinguat, ſine quo imperatoris ac re-
gis nomen ritè tueri non poſſit. An-
ton. Panormit. libro 2. de reb. gest.
Alphonſi.

Idem.

Interrogatus, quid ſibi vellet quod
viñum aqua dilueret? Ne ebrius fiam
reſpondit, non enim ignoro, quan-
tum viñi intemperantia Alexandri
Macedonum regis gloriæ obſuerit
Panorm. lib. 2. de dictis ac factis Al-
phonſi regis.

Idem.

Ab amico etiam percontatus, Cu-
adeò ebrietatis vitium dampnari? Ic
eò, inquit, quia furorem & libidinen
ebrietatis filios eſſe haud ignoro. Pa-
norm. lib. 2.

Vide apoph. de Abſtinentia, continen-
tia, temperantia. Ebrietate, inconti-
nentia, intemperantia, &c.

De Solœcismo.

Pausanias.

Pausanias Cappadox, cū inter per-
orandum confundens consonan-
tes, breues producens, productas ve-
rò corripiens auditus eſſet: vulgo di-
ctus eſt malus coquus, qui pretiosi
obſonia malè condiret. Philoſtratuſ
cecita

recitat in sophistis, & ex eodem Raphael Volaterranus lib. 8. Urbano-
rum commentarior.

Cass. Seuerus.

In aduocatione quadam, cum M. Pomponius Marcellus Latini sermo-
nis molestissimus exactor, solēcis-
mū ab aduersario factū arguere per-
seueraret, interpellatis iudicibus di-
lationem petiit, vt litigator suus aliū
grammatum adhiberet: quōd dice-
ret sibi cum aduersario non de iure,
sed de solēcismo controuersiam fu-
turam. Erasm. l. 8. apoph.

De solerter dictis.

Antiphenes.

A Dolescentes Socratem videre
Acipientes, philosophorum om-
nium sapientissimum, duxit ad Any-
ti domum, dicens illum Socrate multo
esse sapientiorem, vt qui Socrate
accusasset. Et hoc dicto reuoca-
tum est ciuib⁹ extincti Socratis de-
siderium, & Anytum expulerunt.
Laert. lib. 6. cap. 1.

Idem.

Suprà, de eo quōd conuictus ma-
lorum non semper obſit.

Leo Byzantius.

Suprà, de Concordia.

Agesilaus.

Agesilaus Lacedæmoniorum rex
in comportatione quadam sortibus
ex more conuiuij dux factus, cùm
percontaretur à pincetna, quantum
vnicuique vini apponere deberet? Si
multum, inquit, vini paratum est, da-
to cuique quantum postulat: sin pa-
rum, cunctis diuidito æquis portio-
nibus. Et hac solertia mire prospex-
it, ne vel parata vini copia deesset,
quibus largior placeret potatio: vel
ad bibendum urgeretur, quibus gra-
ta esset sobrietas. Plut. in Lacon.

Idem.

Suprà de Hostibus non contem-
nendis.

Agis primus.

Vicerat Argiuos prælio, qui post
redintegratis virib⁹ rursum ferocio-
res illi occurrabant. Agis autem vi-
dens multos è sociis turbari: sitis, in-
quit, bono animo viri: quum enim
nos, qui vicimus, trepidamus, quid fa-
cere censemus eos, qui à nobis vieti
sunt? Et ea solertia addidit animum
suis. Plutarch. in Lacon.

Brafidas.

Quum murem in caricis compre-
hendisset, morsus ab eo dimisit ca-
ptum, móxque ad eos qui aderant:
Vt nullū inquit, est animal tam mini-
num, quin seruari possit, modò ausit
vleciſci inuadētes. Et hoc dicto fortis
& animosus dux, suis animum con-
tra hostes addidit. Plut. in Lacon.

Gelo.

Suprà de Mutuo.

Pisistratus.

Cùm multi ab eo defecissent, qui
Pylen occuparant, venit ad illos, stra-
gulas in sarcinam colligatas ipse por-
tans. Ceterā illis, quid sibi vellet,
percontantibus: Vt, inquit, si persua-
fero, reducam vos: si non persuasero,
maneam vobiscum. Erasm. l. 5. apoph.

Agaso Alex.

Alexander consulto oraculo, mo-
nitus est, vt tū qui sibi primum por-
tam ingresso occurrisset, interfici iu-
beret, occurrit igitur Agaso, iussusq.
est aripi. Roganti, quid commeruisse
est? Responsum est, ita iussisse Deū.
Ille, si ita est, inquit, alium designa-
uit oraculum. Nam asinus prior oc-
currit: deinde is qui asinū verberat,
est secutus. Erasm. l. 6. apoph.

Iulia, Augusti F.

Infrà de Sumptibus superuacuis.
Vide apoph. de Argive, lepide, graui-
ter, prudenter, & sapienter dicta.

De solertia animalium.

Alphonsus rex.

Q Vum essent apud Alphonsum
Aragonii qui causam bestia-

rum contra homines defenserent,
 & modò tururis castitatem, modò
 cornicis (quæ mortuo compare no-
 uē hominum ætates vidua perdurat)
 modò formicarum prouidentiam,
 modò canum sagacitatem, modò ci-
 coniarum pietatem, modò apum in
 regem obseruantia, & id genus mul-
 ta pro animalibus (è Plinio, Plutar-
 cho, Eliano & aliis petita) afferrent
 in medium: Alphonsus, siue, inquit,
 id brutis inclinatione naturæ, sine
 dei dono datum sit, certè non alia de
 causa concessum esse existimo, quām
 vt homines turpiter nequitérque vi-
 uentes, erubescant à brutis & à ratio-
 nis expertibus superari. Panorm. li. 3.
 de reb. gest. Alphonsi.

De solitudine & vita solitaria.

Clearchus.

Conspiciens quendam solitariū,
 ac secum loquentem: Haud, in-
 quit, loqueris cum homine malo.
 Quidam ita referunt: Vide, ne cum
 homine improbo loquaris. Malis e-
 nem periculosa est solitudo. Laert. li.
 7. cap. 2.

Pyrro.

Deprehensus aliquando solus, ac
 secum loquens, rogatus quid solus
 ageret: Meditor, inquit, esse probus.
 Sentiens, ad id vtilem esse solitudi-
 nem, inutilem turbam. Laert. libro 9.
 cap. 11.

Antisthenes.

Ridere solebat Athenienses, subin-
 de gloriantes, quod essent autoch-
 ones, hoc est, indigenæ: eo quod
 non aliunde eò commigrassent, nec
 patriam sedem mutassent vñquam,
 dicens, hoc laudis illis esse cum testu
 dinibus cochleisque commune. Nam
 & hæc animantia nunquam mutant
 domicilium in quo nascuntur. Laert.
 lib. 6. cap. 1.

Idem.

Rogatus, quid emolumenti cepis-
 set ex philosophia? Ut mecum inquit,
 loqui, siue vivere possim. Doctus, e-
 tiam si solus sit, non sentit tedium
 solitudinis: sed multa præclara suo
 cum animo versans, quasi secum lo-
 quitur: indoctis molestissima est soli-
 tudo, atque etiam inutilis. Laert. lib.
 6 cap. 1.

Myson.

Myson incertæ patriz, mortuus a posse
 fuisse traditur, non alienus à mori-
 bus Timonis Atheniensis. Hunc quoniam
 quidam fortè deprehendisset in soli-
 tudine ridentem, rogabat quid ride-
 ret, quum esset solus? At qui ob hoc
 ipsum, inquit, rideo. subindicans sibi
 gratissimam esse solitudinem. Laert.
 lib. 1. cap. 10.

Seneca.

+ Recede in teipsum, quantum po-
 tes: cum his versare, qui te meliorem
 facturi sunt: illos admitte, quos tu po-
 tes facere meliores. Ibid.

Antonius.

Antonius, magnus ille Ægypti mo-
 nachus, quem ob insignem pietatem
 Constantinus imperator plurimum
 amasse fertur, adeò vitam solitarianam
 dilexit, vt frequenter dicere solitu-
 sit: Quod piscis in arido, hoc mona-
 chus in oppido. Putauit autem leth-
 lem esse piscibus extra vndas cōuer-
 sationem: nec minus monachum in
 periculū cœlestis vita & profectio-
 nis sanctioris amittendæ venire, si mo-
 ras in vrbibus trahat. Nicephor. Ca-
 listus lib. 8. c. 4. Eccl. hist.

De somno.

Diogenes.

Conspiciens adolescentem quen-
 dam neglectus dormientem, ba-
 culo pungens illum, dixit carmen
 Homeri,
 ἵγαπε Μάντις σοι ὀλδένη μεταφρέψα-
 ἐι δόρυ φένεη.

Id est.

*Id est.**Surge,**Nē quā dum dormīs, à tergo infixeris
hastam.*

Laert. lib. 6.

*Idem.**Suprà de mortis & somni cogná-
tiones.**Democritus.*

* Diurnum somnum aut corporis molestiam aliquam , aut animæ anxiætem , aut segnitiem aut imperitiam arguere dicebat. Anto. & Max. ser. de somno.

Aeschines.

* Somnum diuturniorem quam deceat,dicebat mortuis potius quam viuis conuenire. Eod.ser.

Philo.

Sciscitatus , quid esset somnus? respondit , imago mortis , & cessatio sensuum. Ibid.

Plato.

* Somnum multum, neque corporibus, neque animis, neque rebus gerendis conducere affirmabat. Nemo enim dum dormit, alicuius precij est, non magis quam si non viueret. Quare quicunque viuere & sapere cupit maximè, quam longissimo tempore vigilet , sola sanitatis commoditate seruata. lib 7. de legibus.

Gorgia.

Extremæ iam ætatis , quum sentiret somnum lethalem obrepete , amico qui assidebat , percontanti , Quo pæsto haberet? Somnus,inquit, iam incipit me fratri suo commendare. Homerus enim somni fratrem appellat mortem. Ælian. l 2.

Epaminondas.

Quempiam è vigilibus somno oppressum quum offendisset , gladio hominem transfixit. Obiurgatus autem ob tantam seueritatem: Tallem , inquit, cum reliqui . qualem inueni. Sensit autem imperator bellicosissimus hominem somno oppressum , ac mortuum , in eadem esse sorte ac condizione. Bruson. lib. 6. cap. 8.

Alexander.

Cum Deus ab adulatoribus vocaretur, se mortalem esse dicebat, cum id dprehenderet ex somno, qui mortis imago est. Plutarchus in vita Alexandri.

Vide apoph. de Vigilantia.

De somnio, & eius interpretatione.

Diogenes.

Considerans hominum vitam & mores , ac videns ciuitatum gubernatores, philosophos, & alios huius notæ homines, dicebat, nullum animal homine sapientius esse. Idem si videret somniorum interpretes, coniectores, &c. aiebat, sibi nihil homine videri stultius. Laert. lib. 6. & Erasmus lib. 3. apoph.

Idem.

Superstitionem hominum qui in somniis terrentur, hoc pæsto deridebat: Quæ vigilantes, inquit, agitis , ea non curatis : quæ vero dormientes somniatis , solicite perquisitis. Ad felicitatem enim aut infelicitatem hominis non tam refert, quid patiatur insomnis , quam quid agat vigilans. Ibi quoties aliquid turpe committit, oportebat metuere deorum iram ac tristem euentum , non si quid dormientibus sit visum. Laer. libro 6.

Thales.

Interrogatus , quantum distaret à mendacio veritas? Quantum, inquit, oculi ab auribus. Sentiens ea demum esse indubitatæ fidei quæ contumeliam oculis: fabulis hominum haud tutò credi. Eodem pertinet Homeri cum figmentum de somniis , quorum quæ subvolant per portam cornream, vera sunt: quæ per eburneam, vanæ. Corneæ portæ inuolucro designans oculos ob coloris similitudinem: b. rneæ. os, ob cädorem densum. Erasm. l. 8. apoph.

Zeno Eleates.

Dicebat, è suis quenque in somniis deprehendere posse, quantum in philosophia profecisset, si nihil illic vel appeteret, vel faceret nefaria rei. Tum enim animus in profunda trāquillitate constitutus, veros affectus prodit. Cōtra quæ vigilantes nō audent profari, aut agere, ea noctu occurruunt in somnis. Laer.lib 9.c.15.

Anonymus.

Quidam somniarar, se videre ouū ex lecti cubicularis fascia pendens illigatum. Id somnium retulit ad conjectorem. Is iussit, vt eo loco foderet, defossum enim esse thesaurum. Fodit, & inuenit, & argēti paululum detulit ad conjectorem, de auro dissimilans. Tum conjector: Quid? nihil ne de vitello? Somniator inuenierat aurum argento cirundatum in oui speciem, nec id latuit conjectorem. Eras.li.6.apoph.

*De sophistica.**Socrates.*

EVelidi contentiosarum argutio-
num admodum studio: Sophisti,
inquit, ò Euclides, vti poteris, ho-
minibus non peteris. Indicans, So-
phisticen inutilem ad publicas fun-
ctiones, quas qui affectat, eum non
omnes oportet gryphis & inanibus
argutis ludere, sed hominum mori-
bus semet accommodare. Erasmus
lib.3.apoph.

Plato.

Quum à Dionysio fastidiretur, po-
piscit congregandi copiam, ea da-
ta, hunc in modum differuit. Si quem
sentires in Siciliam appulisse hoc a-
nimō, vt tibi malē faceret, qui tamen
nō data opportunitate nihil mali fa-
ceret, an hanc impunē dimittēres?
Quum Dionysius respondisset, ne-
quaquam ò Plato. Oportet enim ho-
stium non facta solūm, verūm & ani-
mi propositionum vlcisci. Plato sub-
jecit. Tum si quis tibi bene volēs ve-

nisset in Siciliam, vt tibi boni quip-
piam adferret, non faciat autem, de-
stitutus occasione, num par esset hūc
nulla relata gratia contemptum ab-
iicere? Dionysio perconāte, quis es-
set ille? Aeschines, inquit, vir morum
sanctimonīa cum quoquis amicorum
Socratis conferendus: & qui possit
dicendo meliores reddere, cūm qui-
bus habeat consuetudinem. Is cūro
hue multū maris ementus adnau-
garit, vt suam philosophiam tibi im-
pertiret, haec tenus neglectus est. Hæc
tam commoda oratio effectit vt rex
& Platonem, cui prius erat infensor,
amplectetur, & Aeschinem splen-
didè magnificèque tractaret. Laert
libro 3.

Hippodamus Pythagoreus.

* Examinandos probandòsque so-
phistas esse dicebat, an secundum le-
ges & instituta ciuilia, idoneūmque
se proprium viuendi genus, utilia
proloquantur. Non mediocrem e-
nim, inquit, sed maximam infelicitā-
tem hominum animus sophistarum
dissertationes ingenerat: si quid aut
fuerint innouare præter commun
iudicium, in diuinis humanisque re-
bus, quo admisso, neque veritas ma-
ior, neque vita tutior honestiōr
futurā est, sed maiori potius caligi-
ne atque perturbatione inuoluenda
Stob.setm.41.

Diogenes.

Cuidam sophisticis argutionib
colligenti, qnòd Diogenes habere
cornua: frontem & tempora mani
contrectans: Atqui(inquit) ego noi-
video. Maluit philosophus irridere
frivolum enthymema, quam solue-
re. Laert.li.6.cap.2.

Idem.

Plato sic definierat hominem: Ho-
mo est animal bipes, implume. Ei de-
finitioni quum discipuli Platonis a-
plauderent, Diogenes galium galli-
naceum pennis ac plumis nudatum
produxit in scholam: En, inquiens
hic est homo Platonis. Itaque defini-
tion

tioni adiectum est , latis vnguis, quod aues eiusmodi non habent. Laert. lib.6.

Idem & Plato.

Suprà de Disputationibus aut quæstionibus friuolis.

Idem.

Sophista quidam volens apud Diogenem ostentare acumen ingenij, hunc in modum ratiocinatus est: Quod ego sum, tu non es. Cum annuisset Diogenes: ego, inquit, sum homo, igitur tu non es homo. Tum Diogenes: A me, inquit, incipe, & recte collegaris. Non dignatus est aperire quid haberet vitijs ratiocinatio: sed maluit irridere, de tam frivolis nugis sibi placentem. Si sic sumpsisset: Tu es homo: sequebatur, sophistam non esse hominem, Laert. lib.6.

Zeno.

Quum Zeno in scholis differens, acutissimis rationibus probaret nullum esse motum, nec esse posse: Diogenes surgens, cœpit inambulare. Id admiratus Zeno: Quid, inquit, agis Diogenes? Confuto, inquit, tuas rationes. Taxans interim inanem ingenij ostentationem. Laertius libro sexto.

Chrysippus.

Suprà de Dialectica.

Stilpo.

Colebat argutias dialecticas, quarum una parum illi feliciter gessit. De statua Mineruæ quam Phidias finxerat, ita percontatus est: Num Louis Minerua dea est? Quum responsum esset, est. At hæc, inquit, non est Louis, sed Phidiæ. Id quum esset concessum, collegit: Non est igitur hæc dea. Ob hanc vocem apud Areopagitas impietatis reus peractus est. Ille verò sic conatus est elabi, ut dicaret, non negasse illam esse deam, sed Deum, hoc est, masculum, nam θεος apud Atticos communis est generis, attamen iussus est ire in exiliū. Theodorus autem cognomento θεος, his

auditis, dixit: Vnde hoc nouit Stilpo; nisi forte sublatis vestibus inspexit Mineruam? Laer. l.2.c.11.

Hipparchia.

Hipparchia Metroclis seror Theodorum impium, cui cognomen erat ἀθεος, huiusmodi sophismate constrinxit: Quod faciens Theodorus non dicitur iniustè agere, idem si faciat Hipparchia non dicitur iniustè agere? Quā annuisset ille, subiecit: sed Theodorus seipsum persecutus non diceretur iniustè agere, nec igitur Hipparchia si idem faceret? Ad id Theodorus nihil respondit, sed sustulit illius pallium, ut enudaret pudenda. Quum illa nihil hac re turbaretur, obiecit ei versu iambico, quod è muliebribus officiis ad virile institutum defecisset.

γυναι τας παρ' ισοις επληποδοτε κερκιδας: Id est,

Radios apud telas reliquit fæmina.
Cui illa: Num tibi videor male mihi consuluisse, quæ quod temporis impensura fuerat telis, impeardi disciplinis? Erasm. ex Laertij lib.6.

Aristarchus.

Dicere solitus est: Olim vixerant septem sapientes, nunc haud facile totidem inuenias idiotas. Notans sophistarum turbam, qui se pro sapientibus iactabant, ut vix supereret qui se profiteretur indoctum. Erasm. lib. 6.apoph.

Ariston.

Dicere solebat, dialecticorum argumentias similes esse telis aranearum, quod plurimum haberent artificij, minimum utilitatis. Nam iis cum ceteris Cynicis putabat logicem ac physicem à philosophia submouendam, solam ethicem diligenter exercendam. Huius sententia princeps fuit Socrates. Eras. Rot.1.8.apoph.

Menedemus.

Percontanti cuidam Alexino, a patrem cädere desisiisse? respondit: Neque cæcidì, neque desij. Quum alter subiecisset, oportere soluere am-

biguitatem per rāq & s̄r, aut affirmādo aut negando: Ridiculum, inquit, est vestras sequi leges quum licet in portis occurere. A' ter captabat illum insidiosa percontatione: sive enim respondisset, Desij, sive non desij, agnouisset crimen. ille hoc præsentiens, exclusit sophisticum cauillum, dic & Socrates apud Platonem obiurgatur à sophistis, quòd secus respondeat quām ipsis esset commodum. Laert.lib.2.cap.18.

Demonax.

Adolescenti lascivius culto, qui quæstionem sophisticam proposuerat, nihil aliud respondit quām mēpav̄ ō arāj. Vox anceps est ad cōfidentem quod colligit: & ad obscurū teāsum. Quāmque adolescens indignatus respondisset, At ego tibi virū ostendam: Demonax admiranti simili, Quid, inquit, num etiam virum habes? Erasm. l.8.apoph.

Ludouicū xij. Gall. rex.

* Franciscanus quidā magni nominis argutiss. disputationibus coram rege concionem clauserat. Rex eo auditio, & sophistam detestante, testa & us est, qui magis deliraret se vidisse neminem: & futurū ut posthac à cōcionibus de religione abstinaret, nisi concionatores inter se lib̄ es eas bona fide componerent. Annal Franciæ.

De sorte.

Cato Uticensis.

CVm partes in conuiuīs fortirentur, nec illi favisset sors, amicis hortant bus ut primus omnium caperet, διχλαδε, inquit, ἔχει δύοντες οὐραγόδυτος id est, nōn decet inuita Veneri. Tam natura iustus erat, ut præter sortem amicorum favore noluevit vti. Veneris iactus felix erat in talis. Erasm.l.5.apoph.

Phoxenus.

Suprà, de Facetè & iocose dīctis.

Dionysius senio.

Suprà, de omnibus.

De speculo.

Socrates.

I Vueneshortabatur, vt se in speculo intuerentur: vt si formosi essent, digni ea specie fierent. Sin deformes, eam deformitatem eruditio tegerent. Stob.

Plato.

Ebrii iratiisque præcipiebat, vt se in speculo ira affectos intuerentur, vt per oris deformitatem vitia fugerent. Plutarch.

Seneca.

Ideo inuēta esse specula dicebat, vt homo ie nosceret: formosus, vt virtutem infamiam: deformis, vt sciret medium esse virtutem. Seneca lib.1. Quæst.

De spectaculis.

Diogenes.

Dionysiacæ certamina quæ Athēnis in honorem Bacchi magnis impendiis, pōp. que celerabantur, appellabat magna stultorum miracula, quòd in his nihil non ridiculum ageretur. Laert.l.6.c.2. Erasmus lib.3. apoph.

Demonax.

Cūm videret Athenienses hoc age-re, vt Barbarorum exemplo gladiatorum spectacula in urbem induerent: Nolite, inquit, o ciues, istam crudelitatem prius admittere in ciuitatem vestram, quām Misericordiæ aram sitis demoliti. Significans non convenire, in eaciuitate in qua Misericordia pro dea coleretur, spectaculi plus quām ferinam crudelitatem. Eras. l.8.apoph.

Anacharsis.

Aiebat se admirari, quāc conueniret, vt Græci, qui legibus suis violentiā & iniuriā puniūt, athleras ob hoc ipsum honorent, quòd se mutuo percererent. Salsè damnans crudelēm populi voluptatem, ac in moxibes

tibus inconstantiam. Quod enim iniustum est, semper iniustum est. Eras. 1.7. apoph ex Laer. l. i.

Seneca.

† Nihil verò est tam dānosum bonis moribus, quām in aliquo spectaculo desidere. Tūc enim per voluptates facilè vitia subrepunt. Epist. 7.

Theodosius.

† Ludos Circenses peragenti, cū significatum esset Ioannem tyrannū è medio sublatum, populum sic affatus est: Relictis his oblectamentis ad Ecclesiā nos referamus, preces Deo, quibus illi pro tyranno ipsius nutu cæso agamus gratias, piè fundamus. Populus relictis spe & aculis Imperatorem secutus, diei reliquum in Ecclisia, in Dei laudibus peregit. Socrates lib. 7. ca. 2.

De spe.

Thales.

Sciscitatus, quid maximè communi-
ne esset omnibus? Spes, respondit. Hanc enim etiā illi habent, qui aliud nihil. Stob. ser. 109.

Bias.

Roganti cuiquam, quid esset dulce hominibus? Spes, ait. Bruson. libro 6. cap. 11.

Anonymus.

Rhodius quidam, ob intempestivā libertatem à tyrranno coniectus in caueam in qua more nocentis bestiæ alebatur ad cruciatum & ignominiam, amputatis naribus ac fœdata vulneribus facie, quum ab amicis ad moneretur, vt inedia sibi malorum finem quæreret: Cuncta, inquit, homini quoad vivit speranda sunt. Ceti-
tius illū laudarim, quām istos qui ob causas non admodum graues confu-
giunt ad laqueum, aut ad præcipitiū. Eras. 1.8. apoph.

Democritus.

Eius circumfertur talis sententia: Spes restè sc̄ipientium voti compos-
ſieri potest, insipientium verò impo-

sibilis est. Stob. ser. 109.

Socrates.

Dicere solebat, neque mulierem sine viro, neque spem bonam absque labore quicquam vtile parere. Stob. ser. 119. & ser. 1. Neque nauē vnica anchora, neque vitam vna spe fultam esse oportere dicebat. Id postea dictum est ab Epiceto. Item, Improbæ spes quemadmodū mali viæ duces in errorem inducunt. Max. serm. de Spe.

Idem.

Dicere solebat, Spem malam nihil aliud esse, quām pessimum viæ dum, ad grauissima quæque peccata. Stob. ser. 109.

Plato.

Spem vigilantium somnium appellabat. Ad quod allusisse videtur Virgilius, quum ait,

An qui amant ipsi somnia fingunt?

Nam dictu mirum est, quām varias imaginationes patientur in animo suo, qui vehementer sperant aliquid. Atque hīc inanibus simulachris perinde semet oblectant, ac si iam tenebrent quæ sibi pollicentur. Elian. lib. 13. de Var. hist.

Diogenes.

Percontatus, quidnam in vita extre-
num esset? Spes, dixit. Stobæus serm. 109.

Herodes.

Ad cōfirmandos aduersos Arabas suorum animos: Fallax, inquit, spes est, quæ non suis viribus nititur, sed alienis aduersis. Brus. l. 6. c. 11.

Aristoteles.

Olim interrogatus quidnam esset spes? respondit, Vigilantis somnium. Multa enim sibi promittunt inania, qui spe rerum futurarum ducuntur. Laer. l. 5. c. 1.

Epicetus.

* Neque nauim, inquit, vna solūm anchora, neque vitam vna spe maniri oportet. Item, Ut crura, sic spem quoque non amplius extendere conuenit, quām fieri commodè potest. Stob. ser. 109.

Plutarchus.

Dicebat, spes eruditorum esse stabiles, ut quæ in rationis portu conquiescant Item Idem præstat scaphæ impulsæ infirma anchora, quod spes innitens malo consilio. Maxim. serm. de Spe.

Alexander.

Apud Granicum, Martem expertrurus, hortabatur Macedones ut afatim pranderent, veluti postridie ex hostium commeatu cœnaturi. Præsens animus, ac de belli euentu fidens ac securus. Plutarch. in apoph. reg. & imper.

Idem.

Posteaquā in expeditionem profectus, regias opes penè omnes in milites ac duces distribuisset, roganti Perdicæ: Quid tibi nunc rex superest? Spes, inquit. Hic Perdica: Hęc inquit, nobis communis est, & prædium quod ipsi designaret Alexander, reeausuit. Tanta erat fiducia, bene successuram expeditionem. Plut. in Alexan.

M. Cato.

De spe sic prædicassæ narratur, auctore Plutarcho, quod quæ magna essent, pusilla faceret: quæ pusilla, prorsus nulla. sentiens, opinor, de periculis. Victoræ spes extenuat omnia quæ solent deterrere. Erasm. Rot.

Iulius Cæsar.

Obsecrantibus Cæsarem amicis, vt præsidio corpus muniret, multisque ad id operam suam pollicentibus, negavit se hoc facturum: Satius esse dicens semel mori, quam assidua spe & expectatione pendere. Plut.

Cicerio.

† O fallacem, exclamat, hominum spem, fragilémque fortunam, & inanes nostras contentiones, quæ in medio spatio sèpè franguntur & corrumpunt, & antè in ipso portu obruuntur, quam portum conspicere potuerint. li. 3. de Orat.

De statuis, simulachris, atque imaginibus deorum.

Socrates.

Alebat se mirari, quod quum statuarum artifices id summo studio conriterentur, ut lapis quam si millimus homini redderetur, non pariter hoc curarent, ne ipsi lapidibus similes & viderentur & essent. Sunt autem qui putent, Socratem, priusquam ad otium philosophiæ fese conferret, statuarum opificem fuisse. Eras. l. 3. apoph.

Diogenes.

Dicebat bonos viros deorum esse simulachra. Deorum, quum sint optimi, naturæ proprium est, benefacere omnibus, nocere nemini. Hęc imago melius relucet in sapientibus ac bonis viris, quam in statuis, quum dij sint incorporei. Laer. li. 6.

Idem.

Solitus est interdum adire statuas, & aliquid ab illis petere. Demirantibus, cur id faceret? Ut consuecat, inquit, non commoueri, si quando ab hominibus non impetro quod peto. Ibid.

Scipio iunior.

Cum Carthaginem iam expugnatam cōperisset, statuas deorum Græcanicis ac monumentis è Sicilia deportatis omniū refertissimam, per præconem edixit, ut qui illarum esset virium, agnosceret illa, ac referret domum. De pecunias verò nec seruum nec libertum passus est quidquam capere, ac ne emere quidem, quum aliqui quilibet passim ferrent, agerentque, Plutarchus in Roman. apoph.

De statuarum vanitate, & contemptu.

Phævorinus.

E Ius statuam æream Athenienses
deicerant, eo quèd Hadriano
Cæsari infensissimus fuisse. Id post-
quam philosopho nunciatum est,
nihil planè commotus, dixit: Ut ilius
erat Socrati ab Atheniensibus ærea
priuari statua, quam haurire cœurā.
Contempnit vir prudentissimus sta-
tuæ gloriam, vita incolumi. Philo-
stratus.

Diogenes.

Infrà, de sumptibus superuaca-
neis.

Ageſilauſ.

Ei cùm nationes, quæ tum Græ-
ciam incolebant, decreuissent in cla-
vissimis quibusque ciuitatibus honi-
cis causa statuas erigi, rescripsit illis
iunc in modum: Mei nulla sit imago,
neque pīta, neque ficta, neque vilo-
lio artificio parata. Negligebat adu-
tationes horum vir prudentissimos,
nalenſ insculpi prudentium & bo-
iorum hominum peccoribus. Plut.in
ipoph.Lacon.Eras.l.1.apoph.

Idem.

Cùm discessisset ab Ægypto, pa-
riam repetens, morbo implicitus in
porto qui Menelai dicitur, ac breui
post moriens, mandauit iis qui ade-
rant, ne quam fictilem aut aliâs imi-
tatem corporis sui imaginem face-
rent: Si quod, inquit, præclarum fa-
ciens gessi, hoc erit monumentum
mei: si minus, ne omnes quidem sta-
tuæ, cùm sint vilium ac nullius rei o-
pificum opera, illustrabunt mei me-
moriā. Quis non miretur in bella-
tore peccus tam philosophicum? Plut.
in Lacon.

Alexander.

Cùm multas statuas Miletii vidis-
set eorum qui in Olympiis ac Pythiis
icerant, calsque prægrandes. Vbi, in-

quit, erant tam magna corpora, cùm
barbari vestram urbem obſiderent?
Sale è taxauit illorum stultam ambi-
tionem, & in statuis tanū posuam
virtutem in corde vero timideitatē.
Plut.in apoph.

Froninius.

Suprà de Gloriæ contemptu.

M.Cato.

Cato senior conſpiciens multo-
rum erigi statuas: Malim, inquit, vt
de me querant homines, quam ob-
rē Catoni non sit posita statua, quā
quare sit posita. Sentiens, se malle-
res præclaras gerere, vt olim ſcientes
illum promeruisse statuam, miren-
tur non esse positam. Plut.in apoph.
Plin.li. de Viris illuſtrib.

Scipio Africanus.

Corinthiis pollicentibus ſe illi sta-
tuam poſituros eo loco quo erant a-
liorum imperatorum: respondit ſibi
displicere turmales. Sentiens in tur-
ba occultari quod additur Turma
prōpiè equitum est in bello. Id tranſi-
lit ad statuas armatas. Erasm.li.6.
apoph.

De ſtultitia & ſtultis.

Bion.

Interrogatus, quid eſſet ſtultitia,
Respondit: proficiendi impedimentum.
Stob.ser.4. de Imprudentia.

Crates.

* Stultos homines dicebat terebris
eſſe ſimiles: quod nisi vinculis & a-
liâs coaſti officiū ſuum non faciunt.
Stob.ibid.

Socrates.

* Dicebat ſtultos temulentos de-
barchari, aduersan te fortuna insani-
te, ibid.

Idem.

* Stultis (inquebat) ſicut infantis
bus, vt euque letis occasio ſatis eſt
ad luctum. Eod.ser.

Democritus.

* Huius in ſtultitia præditos homi-

nes extant, hæc dicta apud Stobæū. Sunt cùm vitam oderint, tamē viue re volunt mortis metu. Viuunt non delectati vita. Desiderant iuuentutē, cùm nullo iuuentæ commodo fruan- tur. Desiderant absentia: præsentia verò, et si meliora præteritis, negli- gunt. Nihil approbant per totam vi- tam Mortem timentes, senescere cu- piant.

Diogenes.

Cùm aliquando de re seria dispe- res nullum haberet auscultatorem at tendentem, cœpit inceptam cantio- nem canere, veluti saltaturus. Vbi iā plurimi concurrisserint, obiurgavit il- los, quòd ad stulta & incepta frequé- tes & alacres accurritēt, ad seria ve- rò & ad bene viuendum utilis, nec alacriter conuenirent, nec diligenter auscultarent. Huic simillimum est, quod Demostheni quidam ascribunt de vmbra asini. Laer. 1.5.

Silpo.

Interrogatus, quid statua durius es sei? respondit, Homo stolidus. Stob. ser. 4. de Imprudentia.

Demosthenes.

Aliquando, cùm populus obstre- peret dicenti, ait se breue quiddam velle illis narrare. Facto multitudi- ni silentio: Adolescens, inquit, qui- dam æstiuo tempore asinum condū- xerat, ab Athenis Megaram usque. Sole verò circa meridiem vehemen- ter æstuante, vterque volebat subire vmbram asini, sed vterque alterum prohibebat, hic dicebat, asinum cō- ductum, non vmbram: alter contendebat per conductiōnem, & asini & vmbra ius esse factum. Atque hæc lo- cutus Demosthenes abiit è suggesto. Populo verò retinenti, ac narratio- nis finem agitantib: De asini, inquit, vmbra audire cupitis, de rebus seris loquentem audire non vultis. Eras. 1.8. apoph. Vide Chiliad. Eras. de As- ni vmbra.

Pythagoras.

* Dicebat sacrificia stultorum ignis

esse alimenta, eorūmq; anathema- ta victum sacrilegis suppeditare, Sto- bæus ser. 4.

Socrates.

* Dicebat difficile esse curare lu- xuriosos ægrotantes, & stultos qui finistram experiuntur fortunam. Stob.

Idem.

* Timidum contra seipsum arma gerere dicebat, stultum autem pecu- nias.

Idem.

* Dicta eiusdem in stultos hæc oc- currunt apud Stobæum. Neque Achillis arma Thersiti, neque anima bona homini stulto conueniunt. Vi- tæ, ægreti & bona fortuna stultum contineat molestiæ. Toni tria pueros in primis, & minz stulto terrant.

Epicurus.

* Dicebat inter cætera mala hoc quoque habere stultitiam, quòd sen- per vivere incipiatur. Id est, homine quotidie noua vitæ fundamenta po- nunt, & nouas spes etiam in exitu vi- tæ inchoant. Seneca epist. 13 ad Lu- cil. & epist. 15. Stulti vita (inquit) in grata est, trepida est, tota in futurum fertur.

Xenophon.

* Diuitem stultum sordes inargen- tatas esse dicebat. Max. ser. de diuitiis & paupertate.

Plistarchus.

Cùm patronus quidam ridicula lo- queretur in causa, Plistarchus inter- pellans illum, dixit: Non tu cauebi amice perpetuò risu digna dice- re, ne, quemadmodum qui assidue palæstricam exercent, palæstrita fiunt, ita tu fias ridiculus? Sensit vi- egregius, raris lapsibus dandam es- veniam: cæterū quoniam error tran- sit in habitum & consuetudinem, si immedicable. Expedit autem, ha- Plistarchi interpellatione amico crebrius peccantes reuocare, ne pec- candi colligant usum, & vitium trans-

anseat in naturam. Plutarchus in
acon.

M. Cato.

Qui in rebus ridiculis seriam ope-
ram ponebant, eos dicebat in seriis
ore ridiculos. Significans assuetos
ridiculis, ob habitum collectum, in
triis negotiis ita se gerere, ut non
solum rideantur, sed etiam deridean-
tur. Plut.in Rom.apoph.

*De Studio, Vide apoph. de Diligen-
tia.*

*De Sui cognitione. Vide apoph. Cogni-
tio sui.*

De sumptibus super-
uacaneis.

Diogenes.

Axabat in hoc hominum insa-
niam, quod res pretiosas mini-
o emerent, venderentque vilissi-
as plurimo. Statuam enim tribus
immum millibus emi, quum fari-
e choenix duobus æreis vñiret.
Et itua nihil opus ad vitam, sine
rina viuere non licet. Conuenie-
it igitur farinam multo statuis esse
riorem. Philosophus pretia rerum
timabat vsu naturali, vulgus æsti-
at stulta persuasione. Laertius lib.
xto.

Crates.

Cratetis celebratur ephemeris, ad
inc habens modum: Ponito coquo
inas decem, medico drachmam,
ulatori talenta decem, consiliario
num, scorto talentum, philoso-
lo triobolum. Notabat hominum
litiam, qui in res honestas & cum
imis necessarias minimum sume-
impediij, ad turpia prodigi. Laer.
6.c.5.

Carillus.

Carillus, vel Charilaus, rogatus
r comam Lacedæmonij gestarent?
ia ex omnibus, inquit, ornatibus
est minimè sumptuosus. Brus.lib.
12. ex Plut.

Scopas.

Scopas Thessalus statuarum arri-
fex, demiranti cur in ædibus suis ap-
pelles tantum haberet rerum super-
uacanearum & inusitatatarum? Imò
his, inquit, superuacaneis felices su-
mus ac beati, non illis necessariis.
Quum ea quæ sunt virtæ necessaria,
sint suapte natura pretiosissima: ta-
men quia quotidiana sunt, multis-
que communia contemnuntur. Ca-
terum, quanti sint pretij, declarat ex-
trema necessitas. quæ si incidat, qui-
libet libens omnes gemmas, aulæ
& aurum suum uno pane commu-
net. Cætera magis ad ostentationem
pertinent, quam ad salutem. Eras.li.
6.apoph.

Herodes sophista.

Viginti pueris ob virutem com-
pluribus in locis statuas posuerat.
Hac de re quum accusaretur à Quin-
tiliis Græciæ præfectis, quod super-
uacaneis impediis indulgere: Quid,
inquit, vobis incommodi est, si ego
Iudo de saxis meis? Philost.

Lectychedas.

Quum cœnaret apud quendam,
cerne, et que rectum domus sum-
pruoso apparatu factum, ac lacunari-
bus ornatum, rogauit hospitem, num
ligna apud eos quadrata nasceren-
tur. Luxuriæ & superuacaneum sum-
ptum notans Plut.

Helogabalus.

Emebat sibi pretia rerū quæ men-
sæ apparabantur, maiora quam es-
sent: hanc esse dicens conuiuo ore-
xim: quod magis illa iuuant, quæ plu-
ris emuntur, ut ait Satyricus. Ælius
Lampridius.

De Superbia.

Democrats.

I Am senex, ascendens in arcem A-
thenis perquām anhelosus: Idem
se facere dixit, quod vniuersa ciuitas
Atheniæsum soleret. Nempe se ma-

gnum quidem spirare, parum autem
valere. Stob.ser.22.

Democritus.

* Desinere dicebat in malam infamiam, eum qui cum superiore contendit. Stob.eod.ser.

Anisifenes.

Quum Platonis superbiam notare cuperet, forte in pompa equum hinnientem frementemq; aspiciens, ad Platonem versus, ait: Tu profecto meo iudicio præclarus fuisses equus, est enim equus animal superbissimum. Brus.c.5.

Zeno Cittium.

In quendam circa formæ curam studiosorem quam deceret virum, quam imbricem lente ac circunspetè transiret: Merito, inquit, suspectum habet lutum, in quo non potest scipsum ut in speculo cernere. Laërt.1.7 c.1.

Aristoteles.

Adolescentulum superciliis sublati superbientem conspicatus, sed nul scientia præditum: Adolescentule, inquit, vtinam talis essem, qualis ipsis tibi videris: qualis autem reuera es, tales fiant hostes mei. Ant.in Mel. par.2.ser.74.

Idem.

Cum animaduertisset sumptuosa chlamyde adolescentulum, se iactantem: Non desines, inquit, adolescentule quis pelle gloriari? Ant.in Mel. eod.ser.

Socrates.

Interrogatus, quinam essent mechanici? respondit: Qui sibi similes spernunt. Sensit autem vir sapientissimus, eum nequam libero homine dignum esse, qui superbiens in re sua, alios præ se contemneret. Stob. ser.22.

Idem.

* Apud superbiam (inquit) ceu apud malum figulum aut statuarium, peruersas rerum imagines videret est. eod.ser.

Idem.

* Dicebat aerem utres distendere & superbiam homines stultos. Ant ser.de superbis.

Idem.

Alcibiadem intuitus ob diuitias istatum, & superbientem opibus prædissque, in quendam ciuitatis locum duxit eum, in quo suspensa era tabula terræ circuitum complexa Iussit igitur Alcibiadem Atticam in ea requirere, quam vt inuenit, sua etiam prædia inspicere præcepit, quemcum Alcibiades nusquam esse picti diceret: Cur igitur Socrates inquit ob illa superbis, quæ circa nullam terræ partem existunt? Stobæus etiæ Eliano.

Plato.

Quum aliquando coruscandisset e quum, mox descendit, dicens, se veri μητρὸν ιππολυφία ληφθῆ, id est, ne e questri fastu corriperetur. Superbus animal est equus: & equitare quidam habet magnificentum, parumque philosophoignum. Laertius libr tertio.

Idem.

* Exhauriendam esse dicebat e animis iuvenum falsam opinionem & superbiam sicut aerem ex utribus utile quipiam infusuri exhauriri secus enim inflatione & spiritu turgentes nihil admittunt. Anton ser. de superbis.

Diogenes.

Suprà de locosè dicitis.

Aesop.

A Chione rogatus, Quid facere Iupiter? Excelsa, inquit, deprimit extollit humilia. Brus.lib.6:cap.5.e Stobæo.

Idem.

Comatulum iuvenem nimium affectato ornatu conspicuum intuitus Si te, inquit, tam exquisitè comas virorum gratia, planè ludis operans in mulierum, iniquus es, aut improbus: Stobæus.

Chry

*Chrysippus.**Infrā de Triumphis.**Phocionis uxoris.*

Interrogata, quamobrem sola ex liis in conuento non gestaret ornatum aureum, dixit: Quoniam pro oramento mariti, virtus mihi sufficit: tob. scr. 72.

*Archidamus.**Suprà de Arrogantia.**Epistola.*

* Nulla debes aliena præstantia loriari. Equus quidem elatus, si de plo iactabundus diceret, Quām sum gregius! foret vtique id tolerabile. It si tu dicas, Næ, cquum egregium osside, nihil aliud quām de bono quo superbis. Tuum autem quid sit? Nempe solus opinionum vsus, quem si secundum naturam habueis tum gloriare: ita demum enim de propria excellentia gloriaberis. In Enchiridio.

Demonax.

Corporis curatores, sui autem negligentes, probrosos esse existimat: & similes iis qui domos quidem urant, sed domesticos negligunt, Max. scr. 1.

Anonymus.

Laconem hospes quem pridie delinquerat, postridie stragulis mutuò sumptis splendide excépit. At ille stragulis conculcatis, dixit: Propter has acri ne storeis quidem indormire icuit. Lepidè ruit illorum morem, qui quū sint tenues, tamen affectant rideri diuites, corrogata aut conducta suppellectile, quod maximè solent in recipientibus hospitibus, in nuptiis aut alioqui solennibus epulis. Porro quum ineptum sit ostentare vas diuitias: quanto magis ridiculum est ostentare suppellectile alienam, interdum ab usurariis sumptam? At Lacedæmonij non solum oratores regum, verùm ipsos etiam reges ad sua phiditia invitabant, eam frugilitatem sibi magno etiam honori su-

turam existimantes. Plutarchus in Lacon.

Agesilaus.

Menecrates, quidam medicus, quū desperatae quædam curationes ipsi feliciter cessissent, populari adulatio[n]e dictus est Iupiter. Quo cognomento vir superbissimi ingenij oblectatus cùm Agesilao scriberet, & hac salutatione vteretur: Menecrates Iupiter, Agesilao regis salutē: Rex eius superbia lœsus literas non lectas abiectit, & medico hunc in modum rescripsit, Rex Agesilaus Menecrati sanitatem. Qua salutatione insanum hominem esse iudicabat, qui homo fragilitati obnoxius superbia tamen elatus, diuinos sibi honores tribueret. Plut. in apoph. Lac. Ælian. l. 12. de Var. hist.

Demetrius Phal.

In hominum superbū, & multo fastu turgidum, dicebat altitudinem circumcidī oportere, sensumque relinqui. Brus. l. 6. c. 5.

Artabanus.

Dissuadens Xerxem ab expeditiōne contra Græcos: Vides, ait, vt prægrandia animalia fulmine Deus ferriat, nec insolescere sinat: parua verrò nihil lœdat? Vides, vt magna sèpè ædificia, magnasque arbores huiusmodi fulminum tela percuriunt? Gaudet enim Deus, eminentia quæque deprimere. Herodotus, & Brus. lib. 6. cap. 5.

Alexander.

* Diuturno morbo afflictatus, vt conualuit, negavit se deterius esse affectum: admonuit enim nos (inquit) ægritudo, mortales cùm simus, ne magnificè de nobis sentiamus. Ant. scr. de superbis.

Olympias.

Olympias Alexandri mater, cùm audiisset longo tempore iam filium sepulchro carere, grauiter ingemiscens atque acerbissimè plotans: O fili, inquit, tu cùm in deorum numerum referri volueris, & id perficere

summò studio conatus sis: nunc neq; illorum quidem, quorum omnibus mortalibus æquale & par ius est, particeps fieri potes, terræ sepulturæq;. Et sic simul infortunium suum luxit, simul etiam fastum & inanem filij superbiam taxauit. Äelianus lib 13. de Var. hist.

Herodotus.

* Vides (inquit) eximia animalia ut fulminet Deus, neque suis opinioribus viri sinat: exigua verò faciè fert. Vides etiam ut in maxima ædificia semper & celsissimas arbores celestia tela ingruant. Solet enim Deus eminentia quævis castigare. Ideoque magnus quoque exercitus ab exiguo sternitur, cum Deus indignè ferens, aut metum hominibus iniciit, aut tonitrua, vnde in condignā perditionem incident. Non siniū enim Deus alium præter se altum sapere. li. 2. hist.

Amphias.

Tharfius Amphias cum ex hortulano potens esset factus, & in amicum quasi degenerem nonnulla dixisset, mox subiecit: Scilicet & nos ex eisdem seminibus sumus. Brufon. lib. 6.

Phrynes.

Suprà de Fuco.

Tham.

Glorioso cuidam amatori, qui quom multa pocula sumpsisset commodato, diceret se velle illa confringere, atque parare: Perdes, inquit, quod cuique proprium est Ambiguo sermone notans esse commodatitia. Poterat autem intelligi, si cōfalentur, perire quod cuique poculo proprium est. Eraf. l. 6. apoph.

Philistion.

* Si videris, inquit, improbum in altum gradum euectum, magnisque opibus & fortuna exultarem, super ciliaque suprà fortunam extollentem, eius celerrimam expecta mutationem: tollitur enim altissimè, vt

maiore casu ruat. Anton. sermon. de superbris.

C. Sulpicius.

Vxorem suam repudiauit, eo quod comam probè ornans, ex ædibus egressa esset, inquiens: Lex tibi me vnius præfinit oculos, quibus form tuam app. obes: his ornamenta con parato, his esto speciosa: alius velle videri formosam, in suspicione & cr mine hæreat necesse est. Probè cast gauit mores vxoris suæ Sulpicius, qui putauit ornatum uxoris eò spectare ut alius viris melius quam marito p ceat. Eraf. l. 6. apoph.

August. Cæs. & Iulia F.

Iulia Cæsaris Augusti filia imme derato vestitu superbrens, dum pat adit frugalitati inservientem, eu maximè offendit. At cum postero d honestiori vestitu induita patrem satasset, Augustus dixisse fertur: Qua tum in filia Augusti probabilior h cultus, quam hesterni. s? Cui respon dit. Rectè quidem: sed hodie me patris, heri vero viri mei oculi ornau Macrobi. Satur. l. 2. c. 3.

Iulia Augusti F.

Eadem cum vltra modum supere biret omni corporis cultu, admonita quodam, ut se ad paternę frugalitatis exemplum componeret, respondit, Pater obliuiseatur se Cæsarem e se, ego vero memini me Cæsaris filiam Ibidem.

Euagrius.

* Sciscitatus, quid esset superbis animus? respondit, Virtutis ventitor, cisterna aquis destituta, diuersorum laeronum. Anton. sermon. de superbris.

Fo. Climax.

* Ut fures, inquit, solem detestantur, ita superbis modestos despiciunt. Eod. sermon.

Idem.

* Dicebat difficile esse superbis seu iranis gloria dæmonem effuge re: quicquid enim, inquit, molitus fu ris, ut hanc detrahas, id ipsum erit a geru

erius inanis gloriæ initium. Eodem summi sapientiæ numero vilissimo vestitu incedentes hominum ex eo laudem superbientes venantur. Al. lib. 9. de Var. hist.

Pambo.

Pambo quidam apud Athanasium cum Alexandriæ esset, vidissimumque munere maximo vestitus apparatu superbientem fleuit. At interrogatus, ut ratiopere lachrymas effunderet? respondit: Due res sunt quæ me mouent. Una quidem, quæ est huius mulieris proditio. Altera verò, quod e o qui noinen Christiani profiteor, non tantum studio placere Deo vitæ innocentia, quantum hæc mulier turiter placere cupit hominibus. Eccl. ist. 1. 8. c. 1.

Vide apoph. de Ambitione, & Arro-
intia, audacia & fastu.

De Superbia & sor-
dibus.

Socrates.

Qum videret Antisthenem, attritam partem vestis semper inspectum protendere: Quin desisis, inquit, arroganter superbiam nostram nobis prodere? Vedit philosophus sapientissimus, Antisthenem magis gloriari vestitu attritissimo, quo laudem quarebat, quam alios qui holoserico, vel auro etiam aut argento vestiti in publicum prodire consuerant, ab omni superbia alieni. aët.

Diogenes.

Diogenes quum vidisset Olympia, & Rhodiacos quosdam adolescentes reciosis magnificisque vestibus amicos, cum risu inquit: Hoc nihil est præter factum. Deinde cum incidet in Lacedæmonios laceris squalenib[us]que tunicis amicos: Hæc, inquit, longè alia est superbia. Vedit utrum philosophus, superbum animal non semper splendido & ornatisimo vestitu elucere, sed in sordidius etiam, dum homines opulentis-

D. Hieronymus.

† Multò illa deformior est, inquit, superbia, quæ sub quibusdam humilitatis signis latet. Nescio enim quomodo turpia sunt vitia, cum virtutum specie celantur. Idem super Marcum.

Vide apoph. de Ambitione
ex forde.

De Superstitione.

Crates.

Qum pro quedam supplicaret gymnasij principi, procumbens attigit coxam illius pro genibus: nā supplices ex more genua contingerunt. Indignati gymnasarcha: Quid, inquit, an non hæc æquè tua sunt, ac genua? Notans obiter vulgi superstitionem, qui certa membra certis rebus de dicauit: velut auré memorię, nasum irrisione, genua misericordiæ: quum hæc ad totum hominem pertineant. Laert. 1. 6. c. 5.

Socrates.

* Dicebat superstitionem superbiz tanquam parenti esse morigeram: Et sanè omnis supersticiosus est superbus: nec sine superbìa prodierunt togæ superstitiones, falsæ sententiaz circa religionem & detestandi cultus à superstitione inuecti. Stob. ser. 22.

Diogenes.
Suprà de Aqua lustrali.

Idem.

Cuidam vehementer superstitione ac lemurum laruarumque terroribus obnoxio, necem ipsi minanti, dicentique: Unico ictu tibi perfingam caput: At ego, inquit, si id feceris, tibi sinistra astans, ut contremiscas efficiam. Significans, se mortuum etiam illum terrere posse, à quo viuus con-

temnebatur. Hic tamen affectus & plurimos habet, qui quum sint aduersus viuos feroes, aduersus umbras sunt formidolosissimi. Ibidem.

Idem.

E fico quadam fructus decerpenti Diogeni, quum horti custos dixisset, Ex ista arbore ante paucos dies homo quidam se suspendit. At ego, inquit, illam purgabo. Arbitrabatur ille fore, ut Diogenes admonitus, abstineret a funesta arbore, quæ gestasset cadauer. At ille liber ab omni superstitione, nihil impuriores fructus arbitrabatur. Laert. l. 6.

Idem.

Suprà de Initiatione.

Diagoras.

Suprà de Sapienter dictis.

Pericles.

Quum vngeret bellum necessitas, Palladis ornamenta vendidit quadraginta talenta auri, & admirantibus ab illo rem sacrilegam admitti, respondit, Ex hostiom manubiosis posse illi reddi cultum nihil deteriorem. Eras. Rot. l. 8. apoph.

Idem.

* Ad bellum profecturus, cum suā ipse tremens concenderet, solis deliquium accidit, tenebraque obortus in prodigium magnum tracta omnium animos consternauerunt. Ibi Pericles cum videret gubernatorem ingenti timore captum, oculis eius chlamidem praetendit, percontauisque est, an horribile aliquid effectum aut portentum eo facto putaret? neganti, At quid interest, ait, inter istas & has tenebras? nisi quod maius est id à quo illæ sunt inductæ. Plutarchus.

Idem.

* Egrotans, amico cuidam eum inuisenti, ostendit amuletum collo sibi circumligarum a mulieribus, addens pessimè te affectum esse qui talē stultitiam in se amiseret. Plut. in Pe-

Ageſilaus.

Ageſilaus rex quum adstantem aræ Palladis, cui apud Spartanos at aræa delubro χαλκεοῖς cognomen est, vt bouem immolaret, mormordisset pediculus, non auersus est, sed arreptum palâ omnibus occidit: Per deos, inquietus, e quidem inſidiatorem occidâ vel in ipsa ara, videlicet declinavit animum nec inepto pudori, ne superstitioni obnoxiam. Plut. in Lac.

Demonax.

Accusatus, quod nunquam sacrificasset Mineruæ: Nunquam, inquit, existimauit illi meis victimis opus esse notans ineptam vulgi superstitionem, qui putabat deos hostiarum nido deleſtari. Erasmus libro 8. apophthegm.

Idem.

Cuidam dicenti, Eamus in Aesculapij templum & Demonax, pro filii salute deprecaturi deum: Adeōne inquit, surdastrum existimas deum ut nos nisi in templo non sit auditus? Eras. l. 8. apoph.

Lycurgus.

Cum Thebani consulerent Lycugum de sacrificio luctuque quem illi Leucotheæ solent facere: Si, inquit deam esse creditis ne lugeatis: si ho minem ne vt deæ rem diuinam facias. Mirè taxauit Thebanorum ritus secum pugnantes. Non enim conuenit simul lugere & sacrificare: hoc est ab ea petere opem, quæ ipsa sit in calamitate, ac lugenda. Plutarch. ii. Lac.

Leotychidas.

Cum portæ Leotychidi proximæ clavem draco circumuolatus esse complexus, idque augures affirmarent esse portentum: Mibi, inquit, non quam videtur: sed si clavis fusisse circumplexa draconem, portentum erat. Lepide irrisit hominum superstitionem, qui terrentur his quæ casu nec præter naturam accidunt. Hund mortalis ingenij morbum alunt aures, arioli, aruspices ac diuini. Ve-

rūm ubi quis præter rectum & honestum instituit nefaria consilia, cum oportebat hortere portentum, & aliquid mali sequuturum exspectare. Plutar.

Idem.

Philippus quidam erat profitens Orphei mysteria, & his alios initiare solitus: is quum esset extremæ paupertatis, tamen apud Leotychidā dicebat eos qui apud ipsum Orphei sa-
crae initiati essent, post obitum fore beatos: Quin igitur ô demens, quām
icyssimè vitam abrumpis, vt desinas
infelicitatem tuam ac inopiam de-
lorare? O animum ab omni super-
titione liberum. Post hanc vitam fe-
ciles erunt, qui piè iustéque vixerint,
ion qui factis ceremoniis fuerint ini-
tiati. Hoc persuasum erat Lacedæ-
moniis, qui hīc piè vixissent, eos ab
bitu fieri diuos Plut. in Lacon.

Epaminondas.

* Cūm aliquoties ad hostem cum
opīis accederet, & tonitru extitisset,
interrogantibus suis quid significari
o tonitru putaret, respondit, super-
titionem eorum irridens, deum at-
mitos reddidisse hostes, stupore
ue eis iniecisse, qui cūm propè apta-
ca essent, iniquo loco castra pene-
tent. Plutar. in apoph.

Annibal.

Rex Prusias cūm apud eum Annibi
exulāti pugnare placeret, nega-
it se audere, quōd extra probiberet.
n tu, inquit, catunculæ vitulinæ
auis quām imperatori veteri cre-
re? Cicero lib.2. de Diuinatione.

Lucullus.

Quum in Armenia cum decē mil-
lus armatorum & mille equinibus
luersus Tigranem redieret, centum
inquinquaginta hominū millia habé-
min exercitu pridie nonas Octo-
bris, quo die prius Scipionis copiæ
letæ fuerant, quodam admonente,
iōd Romani diem illum ut nefastū
inauspicatum metuerēt: Ergo, in-
nit, hodie alacriter pugnemus, vs-

hunc quoque diem ex nefasto fune-
stōque Romanis hilarem & auspica-
tum reddamus. Plutar. in Rem.
apoph.

M.Crassus.

M.Crasso cōfūcturo cum Parthis,
extra è manibus deciderunt, hoc tum
ceteris ut inauspicatum interpretan-
tibus ac prēlium dissidentibus: Hu-
iusmodi, inquit, incommoda multa
nobis fene&tus adfert: at arma tamen
nunquam è manibus mihi cēde-
runt. Plutar. in Crasso.

M.Cato.

Vetus illud Catonis admodum sci-
tum est, qui mirari se aiebat, quōd
non rideret aruspex aruspicem, cūm
vidisset. Quora enim res quāque e-
uenit, præd. &a ab illis? aut si euenerit
quippiam, quid afferri potest cur non
casu euenerit? Cicero lib.2. de Diu-
natione.

Alphonsus.

Cūm triumphalem currum ascen-
deret, non defuerunt qui admone-
rent, vt triumphantium more vultū
minio illinitret. Verū rex cūm hoc
contemneret, dixisse fertur, minium
Bacchō soli conuenire, qui non solū
lum triumphi, sed vini etiam reper-
tor extitisset. Anton. Panor. de reb.
gest. Alphonsi.

De suspicione vitanda.

Lysander.

M[el]item qui de via deflexerat, ca-
stigauit. Ei dicenti, ad nullius
rei rapinam se ab agmine recessisse,
ne speciem quidem, inquit, rapturi
præbeas volo. Eras. 6. apoph.

Cesar.

+ Tum suspicione quām crimine
bonos carere oportere dicebat. Tran-
quillus.

Phocion.

Athenienses cūm ex oraculo in-
tellexissent, in ciuitate vnicum tan-
tum esse virum, qui cunctorum seni-

Xy

tentis aduersaretur, populus vociferans, iubebat illum statim inquire ut occideretur. Phocion autem cum variis suspicione esse in viros bonos intelligeret: Ego sum ille, inquit, de quo dixit oraculum. Et haec quidem ideo dixit in summo constitutus periculo, ne suspicio ad innocentem aliquem deuolueretur. Plut. in Græc. apoph.

Aeschines.

Infrā de Temperantia.

Olympias.

Olympias quū accepisset Alexandrum filium (ut alij Philippum marium) adamare fœminam, à qua putabatur amatoriis venenis corruptus, accessuit ad se mulierem: quācumque præter insignem formam comperisset in ea mores liberales, & ingeniu egregiè dextrum: Valeat, inquit, qui te insimulant beneficij. Nā tute quidē pharmacum in te ipsa ac philstru habes. Erasm. lib. 6 apoph. ex. Plut.

DE TACITVR- N I T A T E.

Cleanthes.

V M quidam ad tacentem Cleanthem dixisset, Tu quid taces? atqui iucundum est cū amicis confabulari. Iucundum quidem, respondit Cleanthes: sed quo iucundius est, cō magis in hoc amicis oportet concedere. Stob. serm. de Taciturnit.

Apollonius.

* Annitendum esse dicebat, & quidem sedulò, ut nihil indecens loquamur. Est enim, inquit, viri planè imperiti, non posse tacere, & quæ non decet efferre. Eod. ser.

Diogenes.

* Ad quendā qui se philosophiam profitebatur: interrogabat verò con-

tētiosè dixit: Vah, misér, cur id quæ optimum est in vita philosophi corrupis, & verbis audete philosophum iactate? Ibidem.

Aristoteles.

* Quidnam in vita difficillimū es- set, sciscitatus, respondit, Tacere que dicenda non sunt. Sto. ser. de arcanis.

Idem.

* Interrogatus, quamobrem cūm alios doceret loqui, ipse taceret? dixit, Nempe eos quidem ipsa non scit, cultros autem acuit, Ant. & Max. serm. de taciturnitate.

Theophrastus.

* Iuuenem in conuiuio tacentem, animaduertens, dixit: Si imperitus tales, peritus es: si verò peritus, imperitè taces. Eod. ser.

Democritus.

* Cūm animaduertisset, quandam multa imperitè disputantem: Hic, inquit, non dicendi peritus mihi videatur, sed omnino tacendi imperitus. Eod. serm.

Demosthenes.

* Quum adolescens multas nuga effutiret inter pocula, nec tacere vellet: Adolescens, inquit, quomodo nondidicisti tacere ab illo à quo didicisti loqui? Ibid.

Plutarchus.

* Nemini, inquit, dixeris quæ v taceri. Quomodo enim ab alio postulabis silentij fidem, quam tute tibi non præstitisti? Item, Tacere non solum sitim prohibet, teste Hippocrate, sed tristitiam quoq & dolorē. Ite si'entij neminem, sermonis plurimo pœnituit. Itē, Taciturnitas ubiq. tu tū ornementum est iuueni. In Mora

Basilii Magnus.

* Dicenda tacendaque nosse debemus: non enim diuina omnia linguae verbis explicanda sunt, ne meritus oculus totum solem intueri volens, id etiā quod habet luminis perdat. Ant. & Max. ser. de taciturnitat.

Vide apoph. de arcanis, breuiloquenti, garrulitate, lingua, & silensio.

Idem.

De temeritate.

Demonax.

Aliquando in balneis cum refur-
geret ingredi aquam feruentio-
rem, & alias illum appellaret meti-
culosum: Quid, inquit, an hoc pro pa-
tria passurus essem? Sentiens, temerit-
tatis esse, non fortitudinis, subire per-
iculum, nisi ob causam grauem &
honestam fiat. Eras. l. 8 apoph.

Demosthenes.

Quum Athenienses gestirent Har-
palu ferre suppetias, iamque in Ale-
xandrum armarent, drepente appar-
uit Philoxenus, quem Alexander ma-
ritimis negotiis præfecerat. hic quā
populus metu attonitus consileceret,
Quid facerent, inquit Demosthe-
nes, si solem videant, qui non possunt
obtueri lucernam? Ita populo teme-
rarios motus exprobrait. Eras. lib.
4.apoph. ex Plut.

Antigonus.

Cum audiuisset filium in extraor-
dinario cōflictū ab hostibus interfec-
tum esse, nil aliud dixit, quam: Serò
nimis interiisti, mi fili, qui tam teme-
rē in hostes te conieceris, neque tuā
salutis, nec monitorū minorum me-
mor. Sensit vir prudentissimus, eum
meritō perire, qui nec suā salutis,
nec bonorum virorum monitorum
nemor, temerē in periculum se
conicit. Erasm. in Declamatione de
morte.

Fabius Max.

Audiens Minutium collegam, qui
eliciter nonnullos hostes iam deie-
cerat, multum laudari, ait se magis
scundam Minutij collegā fortu-
tam, quam aduersam pertimescere.
entiens, illius temeritatem pericu-
lissimam esse Reipub. quam si re-
um successus attolleret, in extremū
iscrimen adducturam vniuersum
opalum Romanum: sed aduersis
asibus futuram moderatiorem.
Plutarch. in Roman. apoph.

Minutius, quum Fabium tanquam
cunctatorem in senatu insimulasset,
quod præ timore pugnam delecta-
ret, partitusque esset cum Fabio co-
pias, eoque invito prælium cum An-
nibale iniisset: Ita est, inquit Fabius,
non celerius quam timui, deprehen-
dit fortuna temeritatem. Brus. l. 3 c.
16. ex Plutarch.

Scipio Africanus.

Dicere solebat, in re militari tur-
pe verbum esse. Non putaram: quod
aliis in rebus interdum locus datur,
malè instituta posterioribus consiliis
melioribus corrigerē: ceterū quæ
ferro peraguntur, ea non oportere
temerē aggredi, quod hic error ferē
est inemendabilis. Idem dictum lo-
cum habet & in his, quæ semel facta
mutari non possunt: ut in ducenda v-
zore, in sacris ordinibus. Plut. in eius
vita.

Augustus Caesar.

Eos qui levem ob causam pericu-
lis se exponerent, similes aiebat esse
aureo hamo pescantibus: qui plus dā-
ni amiso semel hamo acciperent,
quam multarum capturarum lucro
posset reparari. Fulgos. lib. 7. cap. 2.

Philo.

* Quæ absq. ratione fiunt, inquit,
omnia sunt turpia: quæ verò cum ra-
tione, omnia decora. Item, Citra do-
ctam contemplationem nihil decorē
fieri potest. Scientia enim à dono cōsi-
lio nascitur: at inconsulta temeritas
malorum omnium scaturigo est. Itē,
Meditatio sera lucrū non habet, & in
exitu rei inutilis est pœnitudo. Ant-
ser. de temerario consilio.

De temperātia.

Pythagoras.

* Vibus, inquietebat, à corpore so-
litus non egebis, illa omnia cō-
temne: & quibus etiam defuncto erit
opus, illistibi vacanti, deos adiutores

Y i j

precibus aduoca. Stob. serm. de temperantia.

Antisthenes.

Voluptatem in tantum execratur, ut diceret se malle insanire, quā voluptate affici. Insaniam aufert medicus, voluptas quum æquè mentem cripiat homini, vix sanabile malum est. Laert. lib. 6.

Democritus.

Dicebat, Cœnas lautas & sumptuosas suppeditare potest fortuna: at contraria faciles, & quæ sufficiant necessitati, temperantia Stob.

Idem.

* Optimam dicebat homini vitam agere animo ut plurimum lœto, rarissime tristi: quod fieri poterit, si voluptates nō in perituriis rebus locentur. Stob. ser. de temperantia.

Idem.

* Mensam preciosam fortuna (inquietabat) apponit, frugalem & contem tam temperantia. Item, Patris temperantia, optimum liberis præceptum. Item, temperantia quæ iucunda sunt, auget, & voluptatem maiorem facit. Eod ser.

Socrates.

* Dicebat oportere voluptates nō ex aliis, sed ex nobis ipsis aucupari: corpus autem ut decet præparatum & compositum esse volebat. Item, Nulla re indigere, Deiesse: quā paucissimis autē, Deo proximum. Item, interrogatus quibūsnam rebus maximē abstinendum esset? respondit, Turpib. & iniustis voluptatibus. Sto.

Alexander.

* Quum quidam eum hortarentur ut Darij filias & vxorem formam præstantes spectaret: Turpe futurum dixit, eos qui vicissent viros, à mulieribus vincit. Curtius.

Socrates.

* Frugalem & rebus suis contentum animi habitum similem esse dicebat viri brevi & amoeni: multum enim gratia & parum laboris habet. Lactius.

Idem.

* Quarenti, quis ditissimus esset? paucissimi contentus, respondit. Virtus enim suis rebus contenta nauræ opulentia est. Stob.

Pythagoras.

* Temperantiam robur animæ esse dicebat. Hac enim animæ passionum expertis lumen est. Laert.

Diogenes.

* Indignum esse aiebat athletas & citharoedos vêtre & voluptatis superiores esse, hos vocis & illos corporis gratia: propter temperantiam verò neminem ista contemnere. Laer.

Crates.

* Cum in forum incidisset, alios ementes, vendentes alios contemplatus: Illi, inquit, quod rem inter se contraria agunt, se beatos iudicant, at ego me, quod vtriusq; rum emendi, tū vēdendi sum immunis, Sto. & Laert.

Antiphon.

* Qui turpia, inquit, neque cupiuit, neque attigit, is non est temperans. Nihil enim existit à quo sibi temperaverit, ut modestus & temperans dici mereatur. Stob.

Isaia.

* Sacrificium maximum iudicabat, vitam quotidie molestam & temperantem præstare. Stob.

Iamblichus.

* Temperantia, inquit, cum exterminet à nobis quicquid imperfectum & perturbationibus obnoxium reperit, quomodo non perfectos nos redderet? Quod autem ita se res habeat, vel ex Bellerophontis fabula cognoscet, qui cum temperantia auxiliatrice, Chimaram, id est belluinium, a greste, ferumque voluptatum genu omne conficit. Item: Bona illa moderatio, qua voluptrates intra certos limites coercentur, familias simul & ciuitates secundum Cratetis sententiam, conseruat: imò ad deorum naturam proprius iam accedit. Quam obrem Perseus ad summam temperantiae laudem aspirans, ducet Minerua.

ūa, Gorgonis caput, cupiditatem nimis quæ deorsum in materiam trahit, & saxeos efficit homines, stolidis affe&ibus repleros amputauit. Ex epist.de temperantia apud Stobēum.

Plato.

+ Téperatis hominibus, ic quis, lex est Deus. Intéperatis verò voluptas.

Seneca.

+ Magna pars voluptatis est, benè moratus venter. Epist.114.

Anonyma.

* Temperantiam esse dixerunt animæ partium mutuam consensio-nem. Imperium in voluptates, vniuer-sale cognomen omnium virtutum: item, vocarunt eam Columnam fortitudi-nis, galeam contra lasciviam, oculo-rum aurigam, benevolentiaz custodē, cogitationum circuncisionē, luxuriaz castrationē, effervescentis animi ho-stem, opera turpia impediētem, con-tinentiaz promotricem, cordis consiliariam, precum & votorum direstri-tem. Stob.ser.de temperantia.

Demosthenes.

Nullum homini malum accidere posse affirmabat, qui sapientiaz fun-damenta temperantiam & continen-tiam iecerit. Stob.ser.de temper.

Aeschines.

Temperati viri vitam tam puram tamque sinceram esse oportere dice-bat, vt ne turpitudinis quidem suspi-cionem de se præbere possit. Stob. cod.serm.

Agesilaus.

Quod ad corporis curam attinet, nulla in remelius habebat, quā-ki quibuscum viuebat: à saturitate quidem & crapula in totum absti-nens: somno verò sic vtebatur, non vt ille dominaretur, sed vt seruiret ne-gotiis: aduersus æstum autem & fri-gus sic erat instrutus, vt quatuor anni temporibus ynica tantum veste ve-teretur: Cæterum quum in tentoriis inter milites ageret, velut ynus quilibet è numero, nihilo meliorem

culcitram habebat quam cæteri. Il-lud assidue habens in ore: Principis esse, non mollicie deliciis, sed tem-perantia ac fortitudine priuatis ho-minibus antecellere. Plut.in Lacon. apoph.

Vito apoph.de Abstinentia, Continen-tia, Cognitione sui, Frugalitas, Sobritas & tranquillitate animi.

De temporum ornatu.

Stratonicus.

V ersans apud Malissam, quū vide-ret in tēpla multa homines pau-cos, stans medio foro, clamauit, Au-dite tēpla. Eras.l.6 apoph.ex Athen.

Phryne.

Delphis Venerem auream dicauit, eam videns Diogenes, ascripsit elo-gium: Ex Græcorum intemperantia. Arguebat enim Græcos supra mo-dum libidini deditos esse, quod scor-tum è turpi quæstu tantum auri colle-gisset. Laer.l.6.

Alexand. Seuer.

In templis argenti minimum, auri ne guttulam quidem aut bracteolam posuit, subinde repetens illud Per-sianum:

Dicite pontifices, in templis quid fa-cit aurum? Lampridius.

De tempore, & eius iactura.

Thales.

S ciscitatus, quidnam in tota rerū natura esset sapientissimum? re-spondit, Tempus, inuenit enim omnia. Laer.l.i.c.1.

Bias.

Dicere solitus erat, vitæ tempus ita metiendum, quasi & diu & parum vistri simus. Laer.l.i.c.6.

Democritus.

Dixit pretiosissimum impendiu esse tēpus, πολυτελέστατον αἰδίωμα γέγονος.

Xy iij

Plut. in vita Antonij hoc dictum
compluribus tribuitur.

Anaxegoras.

Percontantii, an Lampacenii montes aliquando mare futuri essent? Anaxagoram respondisse ferunt: Ita sanè, nisi tempus defecerit. Brus. lib.

Aristippus.

† Hortabatur suos, ut neque præterita torquerent se, neque ob imminentia Id enim animi bene constituti esse signum, & hilaris cogitationis argumentum. Iubebat autem in diem animum intendere, & diei illam duntaxat partem, qua quisque quid ageret, aut cogitarer. Solum enim aiebat præsens in nostra manu possumus, non præteritum, neque futurum. Illud enim abiisse: hoc an aduentum sit, incertum esse. Aelian. li. 14. de var. hist. c. 6.

Zeno Citieus.

Aiebat, hominibus nihil magis de esse quam tempus, longè dissentiens ab iis, qui honam vitæ partem perdunt somno, temulentia, nugis & alea, quasi multum temporis supersit homini. Laer. f. 7. c. 1. Stob.

Theophrastus.

Habebat semper in ore, nullum esse sumptuū pretiosiorem tempore. Solum enim hoc recuperari non potest, & tamen vulgo nihil habetur vilius tempore. Laer. l. 5.

Simonides.

Interrogatus, quantum temporis vixisset? Tempus quidem, inquit, exiguum, annos autem multos. Stob. serm. 96.

Plinius maior.

Quum recitatorem quiddam perperam pronuntiantem amicorum quispiam reuocasset, & vt repeteret coegerisset: Quid, inquit, an intellexerat? quū ille annuisset: Cur ergo, inquit, reuocabas? Decem amplius versus ista tua interpellatione perdidimus. Tanta erat parsimonia temporis. Eras. l. 8. apoph.

Idem.

Nepotem suum ambularem vi-
dens. obiurgauit. Poteras, inquit, has
horas non perdere. Nam qui lectora
vehebantur, aut recitatem audie-
bant, aut si libuisset aliquid etiam an-
notabant, aut dictabant aliquid, quo-
rum nihil licet ambulanti. Ibid.

M. Cato.

Suprà, de Nauigationis periculo.

Cicer.

Quum accusator Milonis, ex ar-
gumento temporis colligens Clodio
à Milone stratas insidias, subinde ro-
garet, quo tempore occisus esset Clo-
dius? Cicero respondit, Serò, voce
ancipiū significās, è Republica fuisse
futurum, si Clodius multò antē fuisset
interfectus. Erasmus libro 3. a-
popht.

Tempori inferuendum esse, pete ex a-
popht de Decoro.

De testimonio, & te- stibus.

Socrates.

Os qui multititudini imperitae si-
dem habent, aiebat perinde sibi ce-
re, ac si quis tetradrachmū vnum
contemnens reiceret, & aceruum è
similibus congestum probaret, rēci-
peretque. Cui non fideres soli, ci ni-
hilo magis fidendum est in turba similiū.
Nec enim refert quam mul-
ti sint, sed quam graues. Nummus a-
dulterinus etiam in quamvis magno
aceruo adulterinus est. Hoc aduersus
turbam testium, & indocti vulgi iu-
dicia. Eras. ex Laer. l. 2. c. 5.

Crassus.

Quum Silius testis lassisset Pisonē
reum, cui Crassus aderat, prolatō
crimine, quod se in eum dictum au-
disse dicebat: Potest fieri Sile, inquit
Crassus, vt is vnde te audisse dicis.
ratus dixerit? Annuit Silus. Potest etiā,
inquit, fieri, vt tu nō recte intel-
lexeris. Cum id quoque toto capite
annuis-

annuisset Silus, ut se Crasso daret, sub
ecit Crassus: Poëst etiam fieri, vt o-
mnino quod te audisse diuis nunquā
audieris. Hoc adeò præter expecta-
tionem, vt Silum testem omnium ri-
us obrueret. Eras. l. 6. apoph.

Nero.

Inter Neronem & Thraseam, gra-
ues intercedebant inimicitiæ, verū
uidam multa criminosè iactanti de
Thrasea, dicentique, causam ab illo
experam esse iudicat, obstruit Nero
exclamans: Utinam me tam Thrasea
liligat, quām est iudex rectus & æ-
quus. Hostis hosti testimonium per-
tribuit de fama periclitanti, nullum
utem grauius testimonium, quām i-
nimici de inimico. Eras. 6. apoph.

Plautus.

† Pluris est oculatus testis, quām
uriti decem: Qui audiunt audita di-
ūt, qui vident planè sciūt. In Trucul.

Anonymus.

Suprà de Innocentia.

De tormentis & quæ- stionibus.

Perse.

NEgauit tormentis opus esse ad
explorandam rei veritatem: vi-
o enim id rectius fieri dicebat. Sen-
xit autem vir prudentissimus, tantam
sæ vini immodicè sumpti potētiā,
et proferat ea, quæ crudelissimis tor-
mentis ex homine sobrio elicere non
possit. Vide proverbiū apud Eras-
sum, In vino veritas.

Anonyma.

Poppea, quæ prius adultera Nero-
ius, mox repudiata Octavia mariti po-
ens facta, subornauit quendam ex
Octavia ministris, qui ei seruilem a-
norem obiceret. Ancillis Octaviae
id quæstiones pertractis, quædā cru-
ciatu viæ falsis annuerunt, quædam
verstigerunt dominæ suæ sanctitatē
prædicantes. Ex his vna instanti Ti-

gillino respondit, castiota esse Octa-
via muliebria, quām os eius. Eras. m.
.6. apoph.

Cicero.

† Sæpe etiam quæstionibus resisten-
dum est, quod & dolorem fugientis
multi in tormentis ementiti persæpè
sunt, morique maluerunt falsum fa-
tendo, quām inficiando dolere. Mul-
ti etiam suam vitam neglexerunt, vt
eos qui his cariores, quām ipsi sibi es-
sent liberarent. In Partit.

Anaxarchus.

Suprà de Fide seruanda,

De tragœdia.

Socrates.

CVm videret in imperio triginta
Tyrannorū multos summæ ex-
istimationis viros interfici, & locu-
pleteissimos quosque grauissimis sup-
pliciis per insidias circumueniri, di-
xisse fertur ad Antisthenem: Nun-
quid te pœnitet, quod in vita nihil
magnum neque spectabile consecuti
simus: quemadmodū videmus in tra-
gœdia describi monarchas, Atreos
illos & Thyestas, & Agamemnones
& Ægisthos? Nam illi obtruncati in
Tragœdiis taxantur, & mala ferula
cœnasse vbiq[ue] produntur. Nemo
verò poetarum eō progressus est au-
daciæ & impudencie, vt porcum ma-
ctatum in Drama introducat. Elian,
l. 2. de Var. hist.

Gorgia.

Dicebat, Tragœdiā esse deceptio-
nem, qua qui alterum decepit, &
qui deceptus esset, sapientior foret
eo qui nō esset deceptus. Fallit quip-
pe tragœdia, dum tractat rem fidat:
sed adeò concinnè, vt verissima esse
videatur. Iustior autem videtur ille,
qui fallendo hominibus prodest: &
sapientior est, qui per fabulas confi-
tas discit, quid turpe, quidve sit ho-
nestum. Plut. de audiendis poetis.

Hippodromus sophist.

Suprà de lectionis deducitu.

Y y iiiij

De tranquillitate animi.

Socrates.

Interrogatus, qui sine perturbatio-
ne viueret? Quij, inquit, nihil sibi
consciunt mali. Ant. in Melissa, part.
2. serm. 77.

Bion.

Percontanti quis esset maximè an-
xius? Qui in maxmis, inquit, rebus
cupit esse fortunatus. Is enim mille
curis distorquetur ut assquatur ar-
dua, & assequutus æquè torquetur
ne amittat. l. 4. c. 7.

Crates.

Dicebat, se pro patria habere glo-
riæ neglectum, & paupertatem, in
qua nullū ius haberet fortuna. Aie-
bat item, se Diogenis ciuem esse, qui
nullis inuidia patebat insidiis. Opes
enim ac nomine splendor conciliant
inuidiam. Laer. l. 6.

Idem.

* **Q**uam Nicodromū citharædum
irritasset, cæsus in faciem est. Chartu-
lam itaque imponens fronti inscrip-
psit, Nicodremos faciebat. Laer.

Idem.

* **Q**uam Thebis à principe gymna-
sij flagris cæsus esset, ac pede trahe-
retur rictus, dicens ex poeta versi-
culum: Protractum pedibus detrusit
limine sacro. Laert.

Democritus.

* Tranquillum futurum non mul-
ta agere oportet, inquit, neque pri-
uatum, neque publicè: nec omnia quæ
adfuérint supra facultatem & naturā
suum sibi sumere: sed tantam sui cu-
ram habere, ut quamvis præsentem
fortunam, & quicquid opinio desi-
derat suppeditaturam, declinet, ac
non plura assumat, quam quibus fe-
rendo est. Malis enim commoditas,
tutior est quam eius magnitudo. Stob.
œus ser. 101.

Aristippus.

Validissimis argumentis & sermo-
nibus vñus, hortabatur, neque de præ-

teritis curam postea suscipiendam,
neque de futuris antea. Id enim ani-
mi bene constituti signum esse, & hil-
laræ cogitationis argumentum. Iu-
bebat autem in diem animum inten-
dere: & diei illam solummodo par-
tem, qua quisque quid ageret, aut
cogitaret. Solum enim aiebat præ-
sens in nostra manu positum, non
præteritum, neque instans. Illud e-
num abiisse, hoc an euenturum sit, incer-
tum esse. Älianuſ lib. 14. de Varia
historia.

Diogenes.

Illud dixisse fertur, Quod fortu-
næ apponere animi fiduciam, legi
naturam, affectibus rationē, eo quod
his tribus paretur & seruetur homi-
num tranquillitas. Laer. l. 6.

Sulpo.

Ei in somnis visus est Neptunus si-
bi iratus, quod non immolasset heca-
tomben, quemadmodum mos erat.
At philosophus nihil perturbatus, re-
spondit, Quid ais Neptune? Itane ve-
luti puer huc venisti cum tua queri-
mōnia, quod pecunia mutuò sumpta
non expleverim nidore ciuitatem?
Atqui pro rei familiaris modulo sa-
crificauit tibi aquas aliquot. Ad hæc
arridens Neptunus, visus est illi por-
recta dextera dixisse: In tuam gra-
tiam ingentem aquarum prouentum
largiar ciuitati Megarenium. Quod &
evenisse tradunt. Laertius libro 2.
cap. 3.

Plutarchus.

* Commodissima est, inquit, tran-
quillitas, cum ad alia, nū ad scientiam
& prudentiæ exercitationem: non
cauponariam & forensem dico, sed
magnam illam, quæ Deo simile redi-
dit sui participem. lib. de tranquilli-
tate animi.

Phocion.

Dicere so'ebat, Multè satius esse
bumi cubantem viuere, ac bono que-
tōque animo esse, quam perturbatū
in aureo lecto. Stob. sermon. de Pru-
dentia.

Vit.

Vide apophth.de Fidelitate, Constan-
tia, patientia, fortitudine,
temperantia, &c.

De tristitia.

Socrates.

Rogatus, quomodo quis vitam
tristitia vacuam degeret, re-
pondit. fieri non posse, ut qui in ci-
uitate aut familia habitat, & homi-
nibus conuersatur, non aliquando tri-
stetur. Ant. & Max. ser. de dolore &
ristitia.

Plutarchus.

* Ut thoraci tunicam, ita tristitia
nentem & rationem inducendam
esse dicebat. Item, Viam planissimam
ligendam, vitam verò trāquillam.
Ibid. ser.

Choricius.

* Immo de atum gaudium s̄epius
i dolorem exire decebat: & immo-
ica voluptas (inquit) accersitam sibi
ristitiam producit. Ibid.

Epyctetus.

* Si vis, inquit, tristitia vacare, quā-
itura sunt sic æstima, veluti iam ac-
cidissent. Item, Sapit qui non rista-
tr propter absentia, sed gaudet præ-
ntibus. Item. Percontatus, quomo-
do quis hosti tristitiam excitare pos-
t? respondit. Si ita seipsum compa-
t, vt quām optimè vivat. In Enchi-
d. & dissertat.

Posidippus.

* Nullus hominum (inquit) sine tri-
stitia vitam transgit, neque fortuna
is ad finem usque mansit. Anton. &
Max. ser. de tristitia.

Vide apophth.de dolore, luctu, mole-
ia, &c.

De triumphis.

Qu. Seruilius.

Vintus Seruilius, vir inter opti-
mates clarus, indignabatur Pō-
lio concessum triumphum: atque e-
m milites complures obsistebant,

ne triumphus ageretur, non quod in-
vididerent Pompeio, sed munera que-
dam pōscabant, quasi largitionibus
ab ipsis esset emendus triumphus, a-
lioqui milites minabantur, se dire-
pturos pecuniam quæ in triumpho
ferretur: eoque Seruilius Glauca quæ
suadebant, ut eam potius inter mili-
tes diuidereret, quā diripi sineret. Ve-
rū vbi Pompeius respondit, se ci-
tius omissum triumphum, quām
militibus blanditurum: simūlq; nau-
reatos fasces eis obiecit, ut illinc in-
ciperent direptionem: Nunc, inquit
Seruilius, te Po npeī verē magnum
video, dignūmque triumpho. Non
iudicabat esse speciosum triumphum
nisi qui circa ambitum, citrāque lar-
gitiones bene factis redderetur. Plut.
in Rom. apoph.

Chrysippus.

Cum in triumpho C. Cæsaris op-
pida eburnea fuissent circumata, ac
paucis post diebus in triumpho Fa-
bij Maximi lignea deportarentur,
Chrysippus ludens, dixit eas esse the-
cas oppidorum Cæsaris. Solent enim
res pretiosæ ligneis thecis muniri.
Brus. li. 5. ca. 5.

De trophæis.

Stratonicus.

Cum apud Sicyonios vicisset ad-
uersum se cithara certantes, cō-
secravit in Aesculapij templo tro-
phæum, cum hac inscriptione: Stra-
tonicus à malè cithara canentibus.
Athenæus.

Epaminondas.

Cum Chabrias circa Corinthum
paucos Thebanos sub mœnibus audi-
dius pugnantes prostrauisset, atque
ob id trophæum erexit, Epami-
nondas deridens hominem dixit:
Hic sanè decebat, non trophæum,
sed Hecatæum erectum esse. Veteres
enim ante portas in triuīs cōgruen-
ter Hecates imaginem statuere so-
lent, vel ad indicandam viam, vel in

gratiam sepulchorum. Plutarch. in apophtheg.

vitam suauissimè degant. Laertius libro 6.

Xenophanes.

Dicebat, Cùm tyrannis congre-
diendum esse aut incundissimè, aut
minimè. Nihil est violentius aure
tyranni, ait Satyricus. apud bonos
etiam principes admonendi libertas
verbis placidoribus est temperāda.
Id qui non potest, abstineat ab illo-
rum congressu. Laer. I. 9. c. 2.

Anaximenes.

Interrogatus, quid ad familiarita-
tem difficile esset: Tyrannus, dixit.
Stob. ser. 47.

Antisthenes.

Carnifices tyrannis longè præ-
rebat. Cuius causam interroganti
cuidam, respondit; A carnifice quidē
homines iniusti interimuntur, à ty-
ranno autem etiam infantes. Stob.
ser. 47.

Timon.

Alcibiadis crudelitatem notans
redeunti à concione, ait: Magis vir-
tute adolescens, autoritate tua po-
tentia auge, magnam enim huic Rei
pub. perniciem augebis. Plut.

Demosthenes.

Audiens quorundam improbar-
tyrannidem: Rex, inquit, malus, &
tyrannus, res est inimica bonis ciui-
bus, & legibus contraria. Phaouris

Argew.

Iter aliquando faciens per Sicili-
Selinuntem, cùm in sepulchro que-
dam hoc elegiacum legisset,

Hoc se Selinuntū quicunque tyranni-
da Mauors

Extinxere, ferus perdidit in forib-
&c.

Iure per iustis, inquit, qui arde-
tem tyrannidem extinguere cona-
estis. Nam permittendum potius fu-
totam cremari. Plutarch. in apoph-
Lacon.

Demothares.

Apud Athenienses cùm decretu-
esset, ne Demetrij quædam epistol
ad populum afferrentur, Athenie-

De tyrannide.

Bias.

Rogatus, quódnam esset ex ani-
malibus pernicioſiſſimum? Syl-
vestrium, inquit, tyrannus: domesti-
corum, adulator. Plut.

Solon.

+ Qui apud tyrannos autoritatē
pollerent, eos calculis similes aiebat.
Ut enim illi interdum maiorem nu-
merum, interdum minorem signifi-
cant: ita & tyrannos horum quemq;
prout libitum fuerit, aliquando illu-
strem, & inclytum, aliquando obscu-
rum habere, & ignobilē. Laer. I. 9. c. 2.

Thales.

Sciscitatus, quid difficile vñquam
vidisset? Tyrannum, inquit, sénem.
Plutarch.

Democritus.

Cùm apud Dionysium quereretur
quod æris genus esset optimum: Ex
quo, inquit, Athenienses statuas fece-
runt Harmodio & Aristogiton. Quo
ostendere voluit, tyrannos è medio
collendos esse: & his qui eiecissent
ex ære statuas erigendas esse, more
Atheniensium. Laertius libro nono.
Idem tribuitur Diogeni à Laertio,
libro 6. & Antiphonti oratori à Plu-
tarcho.

Diogenes.

Percontanti quo pacto Dionysius
viceretur amicis? Ut vtribus, inquit:
plenos suspendit, inanes abiicit. signi-
ficans à tyranno diutes occidi, pau-
peres negligi. Laer. I. 6.

Idem.

Dicebat, Cæteris mortalibus qui-
bus res sunt prosperæ, vita iucunda
est, mors odiosior: rursus infelicibus
vita grauis est, mors optabilis: at ho-
rum vtrumque tyrannis est mole-
stius. Siquidem vt viuunt insanius
iis qui mortem vehementer optant,
ita mortem perinde metuunt quasi

es mox pœnitentia acti, authores ius decreti in exilium miserunt: ac decreuerunt, ut ea omnia quæ à Demetrio iuberentur, sancta apud deos, usque apud homines essent. Ve- um. Demochares Spartiata, ad tyrā- i potentiam alludens, Iusaniret (in- quirit) Stratocles, nisi hoc pacto insa- ret. Etenim plurimum ob huius modi adulatio[n]es precij ferebat sophanta Stratocles. Plutarc. in De- metrio.

Xerxes.

Græciæ bellum indicturus, con- ocatis omnibus Asiz principibus, ixit: Ne viderer meo tantum con- lio hoc aggressus, contraxi vos: cæ- rūm mementore vnihi parendum iagis quam suadendum. Vos bis ty- nnica: & quod principum conuen- i pro fuso abuteretur, & quod ne- otium multò periculosisimum sua nius cupiditate verius quam cōsilio sciperet. Eras.li 5.apoph.

Dionysius.

Suprà, de Munerum contemptu.

Aristippus.

Cum Dionysius exprobaret Ari- ppo, quod nihil utilitatis ab eo ac- pisset: Verum aīs, dixit. Siquid e- m tibi profuisse, non fecus à ty- nnide, quam à comitiali morbo li- terari voluisses. Stob.ser 47.

Idem.

Régnum à tyrannide tantum dif- tre dixit, quantum lex à reipubli- statu, absque legibus, & libertas à cuitute. Stob.eod.ser.

Himera.

Dionysij tyranni mortem cum o- nes Syracusani appeterēt, sola Hi- era mulier deos orabat, vt Diony- s diu superstes esset. Quod vbi ciuit tyrannus, rogauit vetulam, am ob causam deos oraret, vt lon- gis sibi largirentur viram? Tum il- Puella cum essem, ait, grauemque rannum haberemus, occidi illum diebam. Eo mortuo, aliquante de- ior tyrannidem occupauit: ei quo-

que mortem imprecata som, & ex- sententia euenit. Te verè longè de- teriorem nunc habemus. Verita igi- tur ne te absunto deterrimus in lo- cum tuum substitueretur, te diu in- columem nobiscum esse vnicè cu- pio. Brus.i.6.c.21.

Aelianus.

* Si quis (inquit ex Æsopo) suem tetigerit, clamat. & merito. Nec e- nim vellera sus habet, neque lac, neg aliud quiddam præter carnes. Statim igitur somniant mortem, cum sciat quibus visibus præstādis usurpari pos- sit. Sunt autem Æsopicæ sui similes tyranni, qui omnia suspicantur & me- tuunt. Sciunt enim, quod sicuti sues, ita & ipsi vitam omnibus debeant. In varia historia.

Phalaris.

Dicere solebat: Ego, qui expertus vtrunque sum, tyrannidi malum sub- esse, quam præesse. Subditus enim a- liorum malorum securus, vnum ty- rannum metuit: tyrannus autem, & eos qui foris insidiantur, & illos per quos seruatur. Stob.ser 47.

Ptolemaeus.

Ptolemaeus, cui cognomen fuit Philadelphus, dicebat in tyrannide cum alia multa esse grauia, tum illud maximè, quod immeritos occidere cogatur, utilitatis suæ gratia. Stob. ser. 47.

Anonymous.

Quidam Brutus statuæ subscriptis, Vtinam viueres: quod opera Brutii Tarquinius ex vrbe depulsus esset. Cæsaris statuæ subscriptis erat hos ver- siculos:

Brutus, quia reges eiecit, consul pri- mus factus est:

. Hic quia consules eiecit, rex postre- mus factus est.

Eras.li.4.apoph.

T.Q. Quintius.

Contra Philippum Macedonem missus, quum in colloquium venis- set, & Philippus obsides postularet, quoniam apud Romanos multi es-

sent duces, ipse autem solus inter Macedones, scito scommate illius tyrannidem taxans Quintius: Tu nemppe, ait, te solum effecisti, quippe qui amicos & cognatos occiderat: Plutarch.

M. Antonius.

Quum Rhodam insulam vi ccepisti, & in ingressu salutaretur rex atque dominus: Nec rex sum, inquit, nec dominus, sed regis ac domini intercessor Plut. in Ant.

Pompeius.

Post prælium in Pharsalicis campis habitum in Aegyptum profugit, cumque è triremi descensurus esset in scalmum pescatorum ab Aegypti rege missum, conuersus ad vxorem ac filium, nihil aliud dixit quam illud Sophocleum:

πέρι τὸν τύραννον ὅς τε ἐπερπόλειαν.
καί τις οὐδελασ, καὶ ἐλθεῖ γε μόλι.

Id est,

Quisquis tyranni ad tecta demigraverit,

Fit seruum illi, liber eti venerit.

Prælagisse videtur imminens extitum. Vbi enim descendisset in scapham, iactus gladio, semel tantum emisit suspirium: & obvoluto capite, præbevit se occidendum. Plut. in apoph.

Petreius.

+ Cūm Cæsar Catonem suis legibus resiliētem in carcerem duci iussisset. Petreius Catonem sequens à Cæsare interrogatus, cur nondum missio Senatu, abiret? Respondit, malle se in carcere cum Catone esse, quam in Senatu cum Cæsare. Dion. Cass. lib. 38.

Theodorus.

Theodorus regis Aegypti præceptor, aliis censentibus esse recipiendum Pompeium, aliis non recipiendum, nentris assentiens dixit: Recipiendum, sed occidendum: addens iocum, Mortuos non mordere. Atque huius sententia vicit, tuta soadens magis quam honesta. Erasm. libr. 6. apoph.

Nero.

Nerò cūm nihil flagitorum sib non permitteret, elatus tanto reren succelu, dicebat neminem principum ante ipsum scisse quid & quantum sibi liceret. Verūm qui hoc dixit, sensit tandem, quid vicissim licet populo in malum principem. Ibid. ex Suet. in eius vita.

Anonymi.

Noctu quidam simulabant se sanguine in seruos, petebantique vindicem. Vindex autem erat defectionis in Neronem dux. Et hoc ioco notabatur iam non ferenda Cæsaris tyrannus Suet in eius vita.

Nero.

Desperatis rebus noctu adiit habita singulorum, de fuga consultus. quūmq; fores omnium occulas reperisset, reuersus in cubiculum comperit & custodes diffugisse, diruptis etiam stragulis, & amota venupyxide, quam in extremum casu parauerat, mox Mirmillonem nomine Spiculum requisuit, vel alii quemlibet, cuius manu periret: actamine reperto: Ergo ego, inquit, amicum habeo, nec inimicum? Deatum erat, eam belluam publico odio immolare. Suet.

Flavius.

Sunt qui putant hoc clam, & scio etiam Seneca fuisse decretum ut occiso Nerone, occideretur & so, mox imperium Senecæ defetur. Interea vulgabantur verba unij, qui dixerat, ad dedecus nihil ferre, si citharædus dimoueretur tragedus succederet. Nero cithara tragicō ornato canebat. Se vtrumq; pariter indignum impe Sueton.

Batto Dalmata.

A Tiberio interrogatus, cur tecum suis defrassisset, & Romanis tam cladem intulisset? respondit in causa estis qui ad greges vel custodiendos non canes dedistis, pastores, sed lupos. Sentiens, gul

atorum aut Cæsaristyrannidem defectionis causam fuisse. Dion. in Augusto.

Caligula.

Cùm audiret fortè reges qui officij causa in urbem aduenerant, inter e super cœnam de nobilitate generis concertantes, exclamauit: De cœso venit nobis rex, & adiecit carmen Iomericum.

*εἰς καὶ γενέστω, εἰς ταῦτα δέ, id est,
Vnu Dominus sit, vnu rex.*

Nec multum abfuit, quin statim iadema sumeret, speciemque principatus in regni formam conuerteat. Sueton.

Idem.

Antoniæ auia pro sua autoritate monenti, ut quædâ secus ageret, sementio, ait, mihi omnia in omnes cere. Talia portenta tum principū tulo pertulit mundus, quæ non cōmemorarem, nisi vt ex his principiū prodigiosæ feritatis horror incutatur. Eras. ex Sueton.

Anonymus.

Scurra quidam in Claudijs tyranidem alludens, ait, in uno annulo boos principes posse scribi atque dengi omnes. Brus. l. 6. c. 21.

Ludicrium XII. Gall. rex.

* Pleberi & rusticos dicebat esse scuia tyrannorum & militum: tyrrnos autem & milites pascua esse emonum. Annal. Franciæ.

præceptum prima specie nimis fortasse callidum videtur, inimicūmque simplicitati, qua præcipue familiaritas gaudet. Sed si altioribus animis cogitatio demissa fuerit, per quam vtile reperietur. Aristoteles lib. 2. Rhetor. Val. Max. l. 7 c. 3.

Anaximenes.

Alexander cùm ad Lampsacenæ urbis excidium summo studio ferrebat, progressum ante mœnia Anaximenes præceptorem vidit. Ac cū sciret futurū, vt preces suas iræ eius opponeret, statim non facturum se quod petiisset iurauit. Tunc Anaximenes: Peto, inquit, vt Lampsacam diruas. Vafro dictorio regem capiens. Val. Max. l. 7. c. 3.

Cleombrotus.

Suprà, de Pietate filiorum in parentes.

*Lysander.**Suprà de Astutia.**Archidamus.*


Cùm Græci nollent rescindere pata, quæ sub Antigono & Crateto pepigerant, & amplectilibertatem, quam offerebat Archidamus, veritine grauiores essent habituri Lacedæmonios, quam Macedones: Ouis, inquit Archidamus, semper eandem edit vocem. Cæterum homines multas & varias emitit voces, donec quod decreuerit, confecerit. Hoc dicto significans, fallendā esse fidem, si quæ magna inuitet utilitas. Plut. in Lacon.

Lysander.

Dionysius cùm Lysandro misisset stolidas duas, vt vtram vellet eligeret, & deinde filiæ suæ mitteret: Lysander ambas accepit, ac abiens, dixit: Ipsa rectius & melius eligit. Plus, in Lac. apoph.

*Iulia Augusti F.**Suprà de Superba.**Antonius orator.*

Idcirco se aiebat nullam orationem scriptisse, vt si quid superior iudicio aetum, ei quem postea defens-



D E V A F R E

D I C T I S.

Bias.

BIAS Priænensis, cuius sapientia diuturnior inter homines est, quam patria Priene fuit, ita aiebat oportere homines in vsu amicitiae versari, vt memiserint eam ad grauissimas inimicis posse coguerri. Quod quidem

surus esset nocitum foret, non di-
ctum à se affirmare posset. Qui facti
vix prudentis tolerabilem causam
habuit, pro periclitantium capite nō
solū ea eloquentia sua vti, sed etiā
verecundia abuti erat paratus. Cice-
ro pro Cluentio. Valerius Maxim. lib.
7. cap. 3.

*Vide apoph. de ambigū & arguē
ditū.*

De venia delicti.

Epaminondas.

Homini contempto, qui leue
quiddam admiserat, Pelopida
pro eo deprecante, nō ignorauit: sed
amica pro illo rogante, dedit veniā,
dicens, eiusmodi munera à scortillis
accipi oportere, non à militibus. Pa-
ratus erat ad ignoscendū, sed quem-
admodum non quāuis damus omnibus,
ita spectandum est, cui & in qua
causa gratificemur. Plut. in Græcorū
apoph.

Arius philosophus.

Potitus Alexandria Cæsar, multis
vitam donarat in gratiam Arii phi-
losophi. Sostratum tamen, promis-
simæ quidem linguae virum, sed qui
Cæsari displacebat, quod temerè Aca-
demicus haberi vellet, reiecit. At is
equalidus promissaque cana barba,
cœpit Arrium quocunq; iret insequi,
versiculum illum in ore habens.

σοφοὶ σοφὺς σώζεται, οὐδὲν σοφοί.

*Sapientes sapientes seruant, si fuerint
sapientes.*

Hac arte coēgit Cæsarem ignosce-
re. Eras. l. 4. apoph. ex Sueton.

*Vide apophth. de Impunitate, & de
Pœna neglectu.*

De ventris studio.

Diogenes.

Luxuriosorum ventrem vitæ cha-
rybdin appellabat, quod omnia

devoraret, nec satiaretur vñqua-
Charybdistantū ea sorbet quē m-
ri vehuntur, & reuomit tandem quē
absorbuit: at Iurconum ventrib
nec aér, nec terra, nec flumina, ni-
maria sufficiunt: quin & domos &
gros totos absorbent, nec reuomur
Laëst. 1. 6.

Anonymous.

Apud Iassios, populum magna
parte piscibus vexitantem, cithare-
dus quidam in foro ostentabat art
Verū similitudine tintinnabulū ci-
pitu signum dedit adesse pisces ven-
tes, turba subito deseruit cantorē
ad piscium mercatum aduolauit, vi-
excepto, qui quod surdaster es-
tintinnabuli sonitum non audierat:
aut certè non attenderat. Huic citha-
redus proprius accedens, gratias eg-
quod & artem honorasset, & ipsu-
non passus sit esse prorsus desertu-
Tum ille, Ancrepuit tintinnabulū
vt annuit, Valebis, inquit, egregiè
gister, seséque mox ad pisces pro-
riput. Citharedo liberum erat, s-
canere & Musis. Longè maior
nobiscura ventris, quam artium li-
ralium. Eras. l. 8. apoph.

M. Cato.

Cato senior in concione suoſu
de frumento vitium diuidendo
præfatus est: perdifficile esse, ad vi-
trem dixit, quod ageretur de pop-
victu. Plut. in Rom. apoph.

Seneca.

† Quid mihi, inquit, voluptatē
minas? Hominis bonum quæro, n
ventris, qui pecudibus, ac beluis
xiore est. lib. de B. vita c. 9.

Huc refer apophth. de Luxu &
piace.

De verberibus.

Socrates.

CVM filium delinquentem
verberibus tractare vellerat,

riens se ira commotum, ait : Tute ipsum coërcere. Laërt. in vita Socratis.

Plato.

Eodem morbo se laborare sentiēs, eruūmque cū castigare pararet, ac örtē Xenocrates adesset: Flagella, inquit, hunc puerum: vides enim melius satis iratum esse Laërt. l. 3..

Idem.

Famulo suo sic comminatus est: 'erberibus te tractarem, nisi iratus sissem. Laërt. l. 3. Docuerunt autem vii sapientissimi, non sumendas esse ceras à delinquentibus, ybi iracundia nos commotos intelligimus.

Diogenes.

Suprà de Respôso ab inexpectato.

Idem.

Pulsante aliquo, ac dicente, Causa erga cedens illum postea Diogenes, icebat, Causa tu nunc quoque, Laërt.

Demonax.

Conspicatus quendam, seruum crudeliter verberantem: Define, ait, ne ruo similis fias Subindicauit autem et prudentissimus, eos frustra castigare seruos, qui ipsi inde serui sint, iōd prauis affectibus subseruant, commotionibus frenum iniicere in possint, Eras. l. 8. apoph.

De verborum obscuritate.

Socrates.

Vripides obtulit Socrati librum ab Heraclito conscriptum, eo leprogauit quid illi videretur? Per uen, inquit, quæ intellexi mihi prætra videntur, qualia puto & ea quæ n intellexi: sed opus est Delio quom natatore. Notauit perquām sal affectatam eius scriptoris obscuritatem, vnde & orationis cognomen litum est. De Delio natatore vide tiliades Eras. Rot. l. 3. apoph.

Melanthus.

Interrogatus, quid sentiret de tra-

gœdia Dionysij? negauit se eam vidisse, quod esset obiecta verborum inuolucris. Notans, ambitiosa verborum copia rem oscutari. Plut. & Eras. Rot. l. 6. apoph.

Phanorinus.

Audiens adolescentem obscurioribus & inusitatibus verbis loquentem: Curius (inquit) & Fabius dilucidè cū suis fabulati sunt, neque aruncorum, Sicanorum aut Pelasgorum verbis quicquam sunt loquuti. Eras. l. 6. apo. ex Gellio.

Demonax.

Cū quendam nescio quid interrogasset, atque is obscuris planè verbis respondisset: Non intelligo, inquit, quid dicas: loquaris enim cum apertè tecum loquente, quasi Agamemnon adhuc viueret. Eras. lib. 8. apoph.

De verecundia.

Socrates.

Habebatur iuvenes, ut hæc tria in lingua silentium, in vulta verecundiam. Max. ser. 41.

Musonius.

* Verecundia, inquit, apud omnes dignus habebaris, si primùm te ipsum reveri inceperis. Stobæus sermon. 31.

Democritus.

* Malum, inquit, etiam si solus fuies neque feceris neque dixeris. Disce autem te ipsum magis quam alios reuereri. Laërt.

Theophrastus.

* Reuerere, dicebat, te ipsum, & nobis erubescere coram aliis. Stob.

Pythias Aristotele F.

* Interrogata, quis color esset pulcherrimus? respondit, qui per verecundiam ingenuis oboritur. Stob.

Synesius.

* Verecundia dicebat esse secundum

bonū hominis: nam nunquam peccare palam, inquit, est diuinæ cuiusdam gratiæ & naturæ. Verecundia autem quæ ob non recte facta innascitur, temperantia indicat colore. Stob. Ant.ser.de pudore honesto.

Gyges.

† Mulier, sieba: Candauli regi, exuta tunica, & verecundiam pariter exuit. Herodotus lib.1.

Cicero.

† Custos virtutum omnium deedes fugiens, & laudem maximam consequens, verecundia est. Lib.2.de orat.

Maximus.

† Vbi studium verecundiæ est, cupiditas rationi servit. Lib.6.

Vide apoph. de Pudore.

tueri non potest, sic idque multo magis debilis & infirma mens verum certare non potest, Max.ser.de veritate & mendacio.

Plato.

Suauissimam narrationem veritatem esse dicebat. Stob.ser.11.ex Scribni memorabilibus dictis.

Seneca.

† Veritas magis elucet, quòd sèpius ad manum venit. lib.2.de Ira.c.29.

Isobrates.

† Per omnem ætatem, tantam veritatis præteferito reverentiā, ut plus habeatur fidei tuæ affirmationi, quæ aliorum deierationi. Ad Nicolem.

Polemon.

Dicere solebat multò suavius esse vera dicere, quam audire. Stobæus serm.11.

Anonymus.

* Veritas quidem amara est & in grata stolidis: mendacium autem suue & gratum: nimirum ut illis, qui bus dolent oculi, molestus est luci aspectus, tenebra autem visum reprimentes charæ & minimè molesti sunt. Ant.ser.de veritate.

Aeschines.

Veritatem rem adeo validam esse dicebat, ut omnes humanas cogitationes facilè supereret. Stob.ser.11.

Demosthenes.

Interrogatus, quid Deo simile habent homines? Cum veritatem exercerent, respondit. Stob.ser.11.

Thales.

A quodam percontatus, quantum à mendacio distaret veritas? Quantū, inquit, oculi ab auribus. Sensit vir sapiens, ea tantum pro certis haberit, quæ hominum cernuntur oculis, cum auditus sèpènimo hominē fallat. Eras.1.8. apo. Max.ser.35.

Democritus.

* Pieratem palam declarandam & veritatem constiterat defendendam esse dicebat. Ant.ser.de veritate.

Sextus.

* Quemadmodum, inquit, debilis & impotens alpestris solis lucem in-

terius non potest, sic idque multo magis debilis & infirma mens verum certare non potest, Max.ser.de veritate & mendacio.

legi

egitima sunt exhibet, discernens ab
eis iniusta & redarguens. Anton. ser.
le veritate.

tas. Et hic procerū, regisq. iudicio vi-
cit, & p̄mūlū tūlit. Esdr. I. 3. c. 3.

Themistocles.

Eurybiadē quiddam aduersum
ām dixisset, illēque baculum in-
tentasset: Verbera, inquit, intrepidē,
noddō quā dico audias. Nouerat e-
ūm ea quā dicturus erat, ē Republ.
ore. Docens, veritatem in summō
onorū simul ac vītē periculō pro-
tendam esse, & tuū maximē, cū
nultorū salus inde emineat. Elian.
.3. de Var. hist. Plut.

Origenes.

Origenes Adamantius dicere so-
litus est, veritatem non idcirco par-
es suas omittere debere, quia eas si-
i praeueniens, falsitas vendicaret.
Philosophiam Græcorū notans,
quam cum Christianismo & doctri-
na veritatis confert. Euseb. I. 6. c. 10.
Icclasticæ histor.

Papias.

Audiens multorum clamoribus
Dei veritatem lacerari atque suspe-
tam reddi: Non multa dicentibus,
inquit, sed vera tradentibus auscul-
andum est. Eusebius libr. 3. cap. 59.
cclet hist.

Alphonsus.

Semper hoc in ore habuisse fer-
ur, tantum valere ad si dem debere
unicum principis viri verbum, quan-
um priuatorum iusurandum. Ve-
ritas enim, licet omnibus conueniat,
principum tamen præcipuum debet
esse ornamentum. Ant. Panorm. I. i.
le rebus gestis Alphonsi.

Zorobabel.

+ Inter Zorobabelem, & aliōs
luos Darij Regis custodes, conuene-
ant, vt eo dormiente, elegans quis-
que apophthegma excogitaret, regi
postero dies offerendum, vt cuius ma-
ximē probaretur, laudē is p̄mūlū
que ferret. Ex his vñus scripsit: Forte
est vinum: alius, fortior est Rex: Zo-
robabel autem; Fortiores sunt mulie-
res, super omnia autem vincit veri-

Veritatis simplex oratio.

Agesilaus.

CVm audiuisset Rhetorem quen-
dam laudari, quōd rem specie
tenuē multis verbis amplificare pos-
set: Ego sanē, inquit, ne lutorem qui-
dem arbitror bonum, qui paruo pē-
di magnos inducat calceos. Quo di-
cto innuit maximē, non otnatum in
dicēdo, sed veritatem, cuius simplex
est oratio, spectandam esse. Plutar.
in Lacen. apoph. Erasm. I. 1.

Alexandridas.

Suprā de Lingua, garrulitate, &c.

Veritas odium parit.

Aristippus.

A Ristippus interrogatus, quam
Ob causam sic ipsum argueret
Dionysius: Ob eandem (inquit) ob
quam ceteri. Significans, philosophi
libertatem omnibus esse molestam:
non igitur mirandum, si regi, simul
illud innuens, regis iudicium nihil à
vulgari differre, quōd fortuna non
addat sapientiam. Laert. I. 2.

Phocion.

Athenienses cūm oraculum con-
sulissent, responsum est: In ciuitate
vnum esse virum, qui cunctorum
sententiis aduersaretur. Verū
quum populus vociferans, iuberet
hominem tam perniciolum inquireti,
Phocion exclamans ait: Non est o-
pus, viri Athenienses, vt inquiratis.
Ego enim is sum, cui vestra vita ve-
strique mores omnes displicant. mi-
ra enim erat multitudo in omnia
vitia licentia. Honesto igitur zelo
du&us, illud quod verum erat, im-
pauidē dicere ausus est. Verū ab
Atheniensibus postea damnatus, &
vita priuatus est. Plutarchus in apo-
& in eius vita.

Pantaleon.

Cum vinolentiam Arsinoe Lysimachus vxoris reprehendisset, Lysimachus rex hominem in mustelæ caueam inclusit, & tanquam feram circumferri iussit, aluitque in perpetua captiuitate. Erasm. libro 6. apophthegm.

Philippus.

Cum hi qui apud Lasthenem erant, quererentur, indignaque ferrent, quod quidam ex Philippi comitatu diceret ipsos proditores, Philippus respondit: Macedones esse ingenio patum dextro, sed planè rusticano, qui ligonem nihil aliud nossent vocare quam ligonem. Alludens ad illud prouerbium celebre, τὰ σοκεστία, τὰ σοκέφλια σοκέφλια λέγεν. Innuuit autem, illos reuera esse proditores. Rusticana veritas quanque rem suis nominibus appellabat. Plut. in apoph. Reg. & imperat.

Cambyses.

Cambyses rex quum frequenter nimio se vino ingurgitaret, à Praxaspe hunc in modum reprehensus est: Noli te nimio perdere vino, ô rex, ne tibi ac ciuibis tuis perniciosus fias. Verum rex: Ut scias, inquit, quā nunquam mihi excidam, approbaboo etiam post vinum, & oculos, & manus in suo ac debito esse officio. Bibens igitur solito largius, iamque vinolentus, iubet obiurgatoris filium in conspectum duci, ac postquam sinistram manum capiti imposuisset, stans in cor adolescentis sagittam fit, dixerat autem prius, id se petitum: rescissōque pectore, iaculum cordi infixum ostendit, & sagittam extraxit, patrisque ostendens, ait, Reprehendis in me ebrietatem, vide igitur quā certam post potationem habeam manum. Herodotus in Thalia, & Senec. l. l. 3. de ira.

Geminus.

In Graciam profectus ad Antonium, quoniam supeccus erat Cleopatra, quod cō venisset Octauis cau-

sam acturus, diu repulsus, ac variis modis delusus, tandem in conuiuio iussus causam aduentus dicens, ita respondit: Cetera (inquit) Antonii, sobriae sunt orationis, nec huius temporis: verum illud unum & sobrium & ebrium scio, bene successura omnia, si Cleopatra remittatur in Agyptum. Moxque Romam se recepit, metuens sibi ab Antonio. Nam Cleopatra in conuiuio gratias egit, quod rem aperte dixisset, nulla vnu circuitione. At sic agere gratias, era minari malum. Sciebat Geminis quām esset illis inuisa veritas. Plut in Antonio.

De vestitu.

Crates.

A Magistratu obiurgatus, quod præter leges ac mortem Atheniensium sindone vestiretur, ait Quid si Theophrastum vobis ostendam sindone amictum? diffidentes ac vt ostenderet flagitantes, adduxi ad tonstrinam, ostenditque Theophrastum, qui tum fortè tondebar, linteo amictum, quod Græci contegendi humeris ἀμύλων vocat submonens, omnibus ad vsum vti licere. Nam si per se turpe esset vti lin teis, ne in tonstrina quidem esset honestum. Laert. lib. 6. c. 5.

Stilpo.

Videns Cratetem hybernis mensibus frigore rubentem: οὐκέτι, inquit, μοι χρεῖαν ιχεῖν οὐ μητὸς καίνε. Le pos qui est in vocis ambiguo, Latin reddi non potest. χρεῖον coniunctim sonat nouo: καὶ νοῦ δισjunctim, sonat & mente. Discrimine auribus vix sentiri potest, scripto potest ostendit. Videris, inquit, egere pallio nouo, siu pallio & mente. Nouum requireba a gelu, mentem Cynici stultitia, que vestem non accommodaret temporis. Laert. lib. 2. cap. 12.

Aristoteles.

Cum adolescentem sumptuosius tog-

aga comptum videret: Adolescens, iit; Num aliquando à cultu isto immodico temperabis, ouium virtute parto? Stob.

Socrates.

Xantippe Socratis, cùm vellet quandam vestem innuere, atque sic id spectandam pompam prodire, ille dixit, Hanc non spectandi causa, sed potius ut specteris habes. Notat autem communem hominum consuetudinem, qui cùm in aliis, um maximè in vestitu, nouitate delectantur, quò ab omnibus ob nouum & insolitum cultum spectentur & celebrentur. Elianus libro 7. de var. hist. or.

Idem.

Cùm iret, ab Agathone vocatus ad conuiuium, soleatus & vinctus, idque præter morem, & ab amico qualem obuius rogaretur, cur esset solito nitidior? ludens dixit: Ut pulcher am ad pulchrum, cùm nullus esset b huiusmodi affectibus alienior. Eras l. 3. apoph.

Idem.

Pallij proscissam partem cùm Antisthenes multis spectantibus ostensisset, spectandamque dedisset, Aspicio, inquit, ô Socrates, per scissuram pallij tuam vanitatem. Laert.

Plato.

In Aristippum dixit, illi soli datū esse & pannis & chlamyde vti, quòd apud Dionysium in purpura saltauat. Ad id alludens Horatius: Omnis, nquit, Aristippum decuit color. Hoc dictum quidam tribuunt Stroni. Laert. lib. 3.

Musonius.

*Volebat virum temperantem corpori querere regmen non sumptuosum, nec exquisitum. Veste nempe & alceamentis eodem modo vtendum esse aiebat, quo panoplia: nempe defendendi corporis gratia, non ostentationis. Sicut igitur ea optima sunt arma quæ firmissima, quæq; arnatum tueri maxime valent, non

insignia & splendida: ita amictus quoque & calceorum usus qui sit corpori commodissimus, optimus est: & non is qui stolidorum oculos possit in se conuertere, &c. Stobæus sermo ne 1. de virtute.

Antisthenes.

Diogenes cùm ab Antisthene Atheniensi petiisset tunicam ad depellendum frigus, iussit Antisthenes, ut duplicaret pallium: sic enim tunica speciem præbiturum: Admonens, portere hominem uno vestitu contentum esse. Laert. libro 6.

Diogenes.

Cuidam sibi placenti, quòd Leonis exuio testus incederet? Non tu desines, inquit, virtutis stragulas pudescere? Indecorum esse censuit, quòd homo mollis Herculis amicum sibi vendicaret. Idem dici potest de iis, qui prodigioso amictu profitentur sanctimoniam, vita non respondentem. Eras. ex Laert. l. 6.

Idem.

Cùm adolescens quidam comptior Diogeni proposuisset quæstiunculā Non tibi prius, inquit, responsurus sum, quæ sublatis vestibus ostenderis, vitrum masculus sis, an fœmina. Ex cultu parum virili, notauit ille lius molliciem. Laert. l. 6.

Idem.

Apud Megarenenses cùm videret arietes pellibus testos aduersus frigoris iniuriam, ipsorum autem filios nudos: Satius est, inquit, Megarenensis esse arietē, quæ filium. Traditū est de Megarenibus, quòd indiligerent haberent filios suos. Eras. ex Plutar.

Idem.

Suprà de Generatione.

Idem.

Cùm videret adolescērem quæpiam sese ornantem: Si ad viros, inquit, frustra: si ad fœnas, iniuste. Hoc dictum festiuus est Græcis ob vocum affinitarem, ἀτυχές, & ξενεῖς. Nam frustra se mas parat masculo, inter quos nō potest esse con-

iugium: & iniq[ue] facit adolescens, si cultura formæ insidiatur infirmo sexui, cùm vxor non lenocinio, sed honestis moribus concilianda sit. Ibidem.

Idem.

Divitem quendam indoctum, sed splendidè vestitum, ξενοθέλλον appellat, hoc est ouem aureo vellere. Nam tales fuisse proditum est à poëtis, qui minimum valerent ingenio. ouillis maribus, etiam prouerbio dicebatur. Laert. lib. 6.

Idem.

Suprà de Diebus festis.

Pausanias Cleombroii F.

Admirantibus quibusdam barbarorum vestium sumptum: Melius esset, iuquit, ipsos multi fieri, quā multifacienda possidere. Ibid.

Lysander.

Pretiosas vestes, quas Dionysius ad filias ipsius miserat, non accépit, dicens: Vereor, ne his amictæ turpes videantur. Plut. in Lacon. apoph.

Demonax.

Cuidam qui purpura induitus sese ijsolentius ostentabat, in aurem dixit, Heus tu, hoc ante gestabat quis, quis erat. Significans illum nihilo minus stupidum esse, si gestaret purpura. Erasm. l. 8. apoph.

Artaxerxes.

Teribazus in venam Persicam vestem dilaceratam ostendit, consulēs quid faciendam esset? respondentē autē Artaxerxe rege, aliam induendam: Vnam, igitur, inquit, mihi tradas oportet. Rex suam tradidit, dicens: Dono do tibi hanc vestem, sed gestare prohibeo. Teribazus vir minimè quidem malus, sed leuis præcipitissime consilij, neglecta regis munitione, vestem induit, mulieribus etiam ex auro donis quæ à rege acceperat exornatam. Hoc cæteris omnibus indignè ferentibus (nam ridere nefas erat) rex effusè ridens: Tibi, inquit, vt mulieri aurum, at insano regium amictum gestandi ius po-

testatēmque concedimus. Eras. lib. 6. apoph. ex Plutarch.

Archidamus.

Cùm Dionysius Siciliæ tyrannus filiabus Archidami vestes splendidas multique pretij dono misisset, recusavit accipere, dicens: Vereor, ne hoc amictu puellæ mihi turpes videantur. Intellexit vir prudens, virginis nullo cultu melius ornari. quā simplici: porrò sericis, gemmis & auro dehonestari magis quā ornari propterea quod vestium luxus arguit animum parum sobrium, & intentum animos ad libidinem sollicitat cūtius quā ad honestam opinionem. Decet autem ut virgo tota & vndique virgo sit, nec vlla ex parte de corruptæ mentis significacionem. Plat. in Lacon.

Cicer.

Suprà de Impunitate.

Augustus Cæs.

Cùm pro concione multos videbat palliatos, indignabundus: En, inquit, Romanos rerum dominos, gentemque togatam. Adeò studebat prius reuocare mores, vt habitu quoque vestitumque doluerit immutatum. Eras. l. 4. apoph.

Idem.

Purpuram tyriam empturus, de obscuritate querebatur, cùmque vendor diceret, Erige altius, & suspicere: Egōne, inquit, vt me populus Romanus dicat bene cultum, in solario ambulaturus sum? Macrob. lib. 2. cap. 4. Saturn.

Idem.

Quantum potuit, indumentorum luxuriam habuit odio, cuius dictum erat vulgarissimum: Vestitus insignis ac mollis superbie vexillum est, nondisque luxuriae. Sueton.

Iulia August. Cæs. F.

Suprà de Superbia.

Alex. Seuerus.

Cùm humili vestitu contentus sump numero incederet, reprehēsus ob id ab aulicis suis, respondit, Imperioriam

etoriam maiestatem constare virtute,
non corporis cultu. Lamprid.

Idem.

Gemmas omnes quas reperit in palatio, vendidit, & aurum in atrium contulit, dicens, viris gemmas vni non esse: matronas autem regias contentas esse debere uno reticulo atque inauribus & baccato monili, & corona in qua sacrificarent, & unico pallio auro sparsa, & cyclade, quae plus sex uncias auri non haberet. Hic cultus hodie vix sufficit negotiatorum vxoribus. Lamprid.

Aurelianus imp.

Potenti vxori, vt se unico pallio serico vti sineret: respondit: Absit vt auro fila pensentur. libra enim auri tunc libra serici fuit. Brusonius lib. 5. cap. 22.

Alphonsus.

Quom vestitu cultaque corporis non multum discreparet à popularibus suis, admonitus à quodam vt regio ornatu incederet, respondit, Malo moribus & autoritate meos excellere. quam diadema & purpura. Panor. li. 1. de reb. gest. Alphon. An. Syl. de eius dictis.

D. Ludouicu R.

+ Eam vestitus, cultisque corporis, pro cuiusque statu, & conditione rationem habendam censebat, vt neque à grauibus sapientiaque præstabilitibus, vt nimis exquisitus improbaretur: neque ab adolescentibus vt nimis parcus, & abieetus vituperaretur. Ionuil. in eius vita ca 94.

De vetulis.

Pausimachus.

In parasitum, qui ab anicula alebatur, dicebat, illi qui cum anu consuetudinem habet, diuersum quidam accidere atque ipsi vetulæ. Nam illum semper aliquid ventre conciperet, illam nunquam. Sentiens illum

subinde fieri saturum, illam manere sterilem. Eras. l. 6. apoph.

Pericles.

Elpinice anus, quum Pericles Samum vastasset, in eum his verbis insultauit: Admiranda sunt ista, Pericles, & coronis decoranda, qui nos multis & fortibus ciuibus spoliasti, quū nec Phœnicibus nec Medis bellum intuleris, vt meus frater Cimon: sed vt urbem sociam, & necessitudine nobis coniunctam sub imperium rediaturus essem. Hæc dicente Elpinice, subridens Pericles ad eam sedato animo illud Archilochi dixisse fertur: Vnguentum, vetula cum sis, dese re. Plut. in Periele.

Lamia.

Lamiam meretricem senescentem Demetrius rex amabat parum sobriæ. Quum igitur de ea rex apud alliam, quæ & Demo dicebatur, gloria retur, & appositis bellariis diceret, Vides quam multa mihi mittat Lamia? Plura, inquit, tibi mittentur à matre mea, si velis cum ea dormire. Notans anus solerè donare iis, à quibus subiguntur. Erasm. l. 6. apoph.

Phryne.

Iam anus dixit, A multis faciem emi propter vini gloriam. Sentiens, multos ideo secum congredi, vt gloriari possent cū Phryne rem habuisse. Sicut vini magni nominis etiam fæx emitur, vt iactare possint, se tale vinum habere domi. Ibid.

Gnathana.

Supradicte Respōso ab inexpectato.

De vicariis.

Alex. Seuerus.

A Stessoribus designauit suā salaria, quanquam dicebat illos potissimum promouendos, qui per se Rempubl. gerere possent, non per assesores. Vnumquemque enim hoc agere debere quod nosset. Prudentis-

sumus iuuenis sensit, hoc esse præcipuum vlcus omnium Rerumpublicarum, quod omnia munia per vicarios administrantur, interdum alteros ac tertios. Præfectus yrbis habet vicarium, & is vicarius rursus alterū vicarium, & hic rursus alium. Ac frequenter is qui & honore & salario frui tur, minime omnium idoneus est ad functionem obeundam. Annotent hoc principes, qui subinde coguntur exactionibus grauare populum. *Æl. Lamprid.*

De viciniis.

Hesiodus.

* **S**Citè ab eo dictum est, Tantum damni est ex malo vicino, quantum ex bono commodi: Et, Nactus est præmium, quisquis natus est bonum vicinum. In operib.

Djogenes.

Lacone quodam laudante Hesiodi carmen, scilicet, Non peribit bos vtique, nisi affuerit malus vicinus: Djogenes excipiens, Atqui, inquit, & Messenij perire, & eorūdem boues, in vicinia vobis constitutis Laërt.

Themistocles.

Cum prædium quoddam vendere vellet, hoc quoque præconem addere iussit, οὐ καὶ ἀγαθὸς οὐ καὶ τυραννος: id est, Quod vicinos etiam haberet bonos. quasi vicini commendatione futuru esset longè vendibilius. Huius dictum extat apud Plutarchum, explicaturq. copiosius apud Erasmus in proverbio, Aliquid mali propter vicinum malum. Vide Plutarchum in apoph. Stob. ser. 35. Anton. in Melis. par. 2. ser. 83.

M. Cato.

Admonebat eos qui agros empti essent, ut ante omnia animaduerterent, ne malum haberent vicinum. Erasm. Rot. 1.5 apoph.

Iulius Drusius.

Ædes eius pluribus ex partibus vicinorum prospectui patebant. Hoc

incommodum faber se quinque talentis emendare velle promittebat. Tum Drusius: Decem talenta tibi dabo, si domum meam ita pares, ut undeque pateat omni oculis, quo non vicini tantum, sed omnes cives perspicere possint, quomodo domi meæ vivunt. Sunt qui conqueruntur, ædes vicinorum oculis esse expositas. Verum vir bonus nequaquam curat, qui ædes introspiciant, quandoquidem foris ac domi agit, quæ vi rum bonum decent. Eras. 1.6. apoph. ex Plut.

De victoria.

Diogenes.

IN Olympiis præconē ita pronuntiantem, Doxippus viros vicit: corexit Diogenes. Hic, inquiens, mancipia, sed ego viros. Significans eos qui certarent Olympia, non esse viros, sed gloriae mancipia. Philosophus vincit viros. Laërt. 1.6.

Agesilaus.

Quum Megabates Spithridatis filius, eximia forma adolescens. Agesilaum adisset aliquando salutandi gratia, ac iuxta Persarum morem osculum offerret, quod ab eo videretur admodum amari: Agesilaus auertit vulturn, refugiens osculum. Cæterum quum erubuisse illi, ratus se cōtemptui fuisse, ac deinceps salutarer eū eminus: rex pœnitens vitati osculi, finxit se mirari quid accidisset Megabatæ, quod ipsum non salutaret osculo? Familiares responderunt, Ipse fuisti in causa, ô rex, qui venientem non exceperis, sed formosi basiū exhorueris. alioqui nunc quoque persuaderi poterit ubi veniat ad osculum, tantum ne rursus refugias. Hic posteaquam Agesilaus aliquandiu tacitus, suo cum animo cogitasset: Non est, inquit, opus ut illi redditum persuadeatis, nam ego mihi sic video affectus, ut malim huiusmodi rebus superior esse, quam aduersariorum yrberem

verbem fortibus viris instru&issimam per vim capere. Pr&stantius enim dico, ut quis sibi ipsi seruet suam libertatem, qu&m ut aliis libertatem admittat. O virum geredo in alios imperie idoneum, qui suis cupiditatibus imperare posset. Quis non miretur tam philosophicum in homine militari iudicium? Intellexit, neminem esse liberum, qui seruiret cupiditatibus: intellexit, nullum esse imperium speciosius, qu&m si quis animo suo posset imperare. Hoc apophthegma Plutarchus in Vitis paulo secus refert: Ego, inquit, denuo malum illam de osculo pugnare pugnam, qu&m omnia quae viderim mihi fieri autea. Eras. Rot. in apoph.

Anonymus.

Quidam Laconi in Olympico certamine superato dixit: Aduersarius tuus, & Lacon, refuit potentior. Imo, inquit, ad deiiciendu accōmodatiō. Quoniam certamen artis erat magis qu&m virtutis. Lācedēmonius non putabat se ob id deteriorem quodvitus esset. Ditti argutia sita est in anticipata voce. Nā xpeίστων & meliorem significat, & potentiores, sive superiores, aut pr&stantiores. Is verē inferior est, qui honeste vincitur. Plutar. in Lacon.

Themistocles.

Quū aduersus barbaros describeret Athenis exercitū, & in theatro ex illius gētis more producti essent galli gallinacei, atq. inter se cōmissi, mira pertinacia inter se depugnarēt ad necē usque, rem ludicrā vertit in seriam cohortationē. Sic enim ciues suos affatus est: At isti, inquit, neque pro aris ac focis, neq. pro liberis depugnant, sed tātū quod vinci turpe sit. Quo igitur animo vos esse par est, quib. pro salute patrię, pro charis simorum incolumentate, pro libertate certamen est? Eras. l. 8. apoph. ex Plut.

Mithridates.

Victus à Cn. Pomp. non tantum se

ipsum & filios, sed totū etiā regnum victori sua sponte obtulit, pr&fatus, neminem alium neque Romanum, neque ullius gētis virum futurū fuisse, cuius se societati commissurus foret, qu&m Cn. Pompeium. Proinde omnem sibi aduersam vel secūdam, cuius author ille esset, fortunam tolerabilem futuram. Non enim esse turpe ab eo vinci, quē vincere esset nefas: neque ei in honeste aliquē submitti, quem fortuna super omnes extulisset. Velleius Paterc. & Cuspinianus in Consulibus.

Aniba!

A Minutio, quem insidiis obsederat, per Fabij copias depulsus, ubi rediisset in castra, dixisse fertur: Eo pr&lio à se victum Minutium, se autem à Fabio fuisse superatum, videlicet ex eadem pugna victus & viator rediit. Perierat enim Minutius, ni Fabius succurrisset. Plut. in Fabio.

Mahabal.

† Cūm videret Annibalem post Cannensem victoriā, nolle ad Rom. oppugnandam, exercitum adducere: Non omnia, inquit, omnibus Dij dodere, vincere scis Annibal, victoria vti nescis. Liuius lib. 22.

Plutarchus.

† Nō solū vincere, sed etiam sciare vincere speciosum est, in iis pr&ferunt rebus, in quibus victoria detrimentum parit. de educand. lib.

Maximus.

† Multo seipsum, qu&m hostem superasse operosius est. Lib. 3.

Traianus.

Traianus Valentis imp̄issimi Romanorum imperatoris contra Gotthos dux, cūm primum quidem congressum eorum sustinens, victus rediisset, ignauiam ei & timiditatem cum conuiuo imperator obiecit, ille autem ea dicendi libertate, quē virum fortem & strenuum decet: Non ego, inquit, & imperator vietus sum, sed tu ipse sponte tua victoriam à teipso reiicis, qui ita cum Deo bel-

Zz iiiij

ligeratis, momentumque quod ab eo prouenit repellens, ad hostes potius transmittis. Deus enim semper vincit: & victoria illis favere solet, qui auspiciū ducuntque eius sequuntur. Is nunc ab aduersariorum partibus stat, quod eum tu bello (infestabatur enim eos, qui iam Christianam religionem receperant) persequeris. Nicephor. Callistus li. ii. ca. 40. Eccles. hist.

De victoria non astu aut insidiis, sed virtute paranda.

Democritus.

Dicere solebat, virilem se non estimare cum solum qui armis exteris præcelleret: sed & qui cum voluptatibus pugnat capessens, speciosam reportasset victoriam. Stob.

Archidamus.

Infrā de Virtute.

Lysander.

Lacedæmonij non præfiebant pædotribas, quo pueros ad luctam exercebant: ut virtutis esset certamē, non artis. Vnde & Lysander interrogatus, quo pacto à Charonte vietus esset respondit, Vario artificio. Non existimabat ea gens, in quavis res speciosam esse victoriā, quæ callidis consiliis contigisset, potius quam animi corporisque robore. Ars autem omnis ut à naturali simplicitate recessit, ita dolo affinis est Plut.

Alcibiades.

Etiannum puer, cum in palestra nexu quodam constrictus esset, unde se non posset explicare, manum colluctatoris mordicus arripuit illo dicente, mordes Alcibiades ut fœminæ solent. Imò, inquit, ut leones. Iam tum agnoscere erat animum cedere neciū. Plut. in Græc. apoph.

Alexander.

* Parmenioni & aliis suadētibus ut

noctu & ex insidiis Darium ad Arbellas aggredieretur, respondit, Latrunculorum & furum ista est solertia, quam mihi præcipitis; quippe illorum votum vnicum est fallere. Mea verò gloria semper aut absentiam Darij, aut angustias locorum, aut furtum noctis obstatre non patiar: palam luce aggredi certum est. Malo me fortuna pœnitentia, quam victoria pudeat. Quintius Curtius libro 4.

Alphonsus.

Cum Caietam vibem pertinaciter obsideret, & eos forte quos oppidanit tanquam bello inutiles expulissent, ut commeatum diutius in vrbe haberent (erant autem senes decrepiti, mulieres, puellæ, infantes) ab his abstineret suos milites iussit. Verum milites cum ægræ hoc tulissent: malo, inquit rex, Caieta & Caietanis nūquam potiri, quam homines imbelles, & innocentem iuuentutem tam fœdè, tamque crudeliter trucidando vincere. Cum viris enim, non, cum mulieribus mihi dimicatio est. O regem immortalitate dignissimum, quique vniuersum genus humanum gubernaret & regat. Victoriam, quam luctuosam ac impiam existimat, nullam iudicauit. Igitur omnem sexum atque ætatem imbellem excipi iussit, sed exceptos omnes abundè refici atque refoillari voluit. Anton. Panor. de rebus gestis Alphonsi, & Æneas Sylu. de eius dæis.

Idem.

Cum renuntiatum esset à Ludouico Podio, quendam in Venetorum naualibus esse, qui illi vna cum armario quod in his erat exurere pollicitaretur, si sibi duo millia aureorum à rege promitteretur, contusque illius facile cessuros affirmanti respondit: Nequaquam insidiis, sed aut virtute vincendum esse, aut nunquam. Ex hac enim re non aliam sibi laudem sperandam esse, quam eius qui

qui Diana^z Ephesia^z templum incendisset: cuius nomen totius Afri^z decreto è memoria hominum obliteratum traditur. Panorm. lib. 3 de reb. gest. Alphonsi.

Idem.

Carolus Francorum rex in bello Britannico superatus, ac militibus & pecunia iam exhaustus, cùm per legatos peteret ab Alfonso Aragonū regē (cuius provincias ab antecessoribus quidem acceperat, sed non salio iure) ne contra se bello iam proutum suscitaret aliquod bellum, in oratione occasio em dante: respondit Alphonsus, non est quod sibi ioc tempore timeat Carolus: ego enim, quod maiores mei in Caroli umma felicitate non petierunt, in ius calamitate petere nolo. Potuisse et autem Alphonsus potentissimus, Carolum toto exuere regno, paucis admodum militibus, si astu & insidiis, non aperta virtute victoriā monis viris parandam esse iudicasset. Antonius Panormit. de rebus gestis Alphonsi, Æneas Sylvius de eius i&is.

Idem.

Quum quidam se offerrent, qui tenati Andegauensem ducis, & ostis sui atrocissimi, mortem promitterent, insidiis parandam: non iūrum hoc fieri noluit, sed ut in particidas se in eosdem animadversurū ixit, si hoc tentarent: dicens se nequaquam insidiis cum hoste de reno, sed manu tantum & virtute dicendum. Ibid.

Idem.

Idem Alphonsus, his qui se in mortem Francisci Sforzæ paratos esse significassent, respondit: Nunquam si viatoriam placuisse, cuius postea gendum pudendum ve esset. Igitur ab huiusmodi consiliis abstineat, ita se exempla in illos editurum, & eiusmodi consilia sibi admodum olesta esse omnes intelligent. Ant. Panor. & Sylvius ut suprā.

Idem.

Rogerius Pallantia comes, amplissimo atque ornatisimo genere natus, impiger vir, & manu promptus, cùm Alphonsum adiens diceret, in animo sibi esse Ioannem Castellæ regem, ipsius hostem, contemptu omnī periculo confodere, forequé id sibi (si modo annuat) factu per facile; Nō per scelus, sed virtute gloriam querendam esse, respondit Alphonsus. Se enim non solū pro Castellæ atque Hispaniæ dominatu, sed ne pro totius quidem orbis imperio adipiscendo, tam crudele atque detestabile facinus permisurum. Panor. l. 2. de reb. gest. Alphonsi.

Idem.

Simili quodam modo respondisse dicitur exuli Florentino, Cosmanti Medicen occisorum pollicenti, si X X X non amplius manu militum à rege iuaretur. Longè quidē acrieres atque ampliores hostes sese & habuisse & habere, quam Cosmas esset, quorum morte vel regna consequi se quidē potuisse, sed abstinuisse à scelere. Idem Panor.

Æneas Syl.

Æneas Sylvius dicere solebat, de cere regem inuidū habere animum, res si iusta sit: ac vbi conatus iniustos est, præstare vinci quam vincere. Æneæ sententia est in primo comment. de reb. gest. Alphonsi.

Theodora Imperatrix.

† Bulgarorum princeps cùm Romanorum Imperium à muliere duntaxat, & tenello puerō, Theodora scilicet, & Michaelē Theodori filio gubernari cognouisset, suorum quosdam misit, se rupto fœdere Romanis arma illaturum minitans: Ei verò recripsit Imperatrix, se omnino velle resistere: quod si Deo annuente superior fuerit, eum à muliere vietū fore: sin viata fuerit, successum illum parū fore honestum muliere superata. Hæc nuntiata imperium barbarita represserunt, ut vtilius sibi indica-

set renouare fœdus Romanis alias
initum. Zon. annal. tom. 3.

De victoria incruenta.

Pittacus.

Probabat victorias citra sanguinem partas. nam magno civium eruore emptas, hoc est, Cadmeas, ut vocant, non existimabat esse victorias. Laer. l. 1. c 5.

Pyrrhus.

Bis commissio cum Romanis prælio vicerat, sed desideratis compluribus amicis & ducibus, hinc Pyrrhus: Si vno, inquit, adhuc prælio Romanos vicerimus, actum est de nobis. Quod vieti solent dicere, hoc dicebat vistor: declarans, victoriam magno emptam non esse victoriam, sed calamitatem. Plut.

Idem.

Quam è Sicilia solueret, frustratus eius potiundæ spe, conuersus ad amicos: Cuiusmodi, inquit, Palæstram reliquimus Romanis & Carthaginensibus? significans, se certamen hoc cruentum & operosum aliis cedere. Interdum felicius est non asséqui, quam nimio mercari quod ambis. Eras. ex Plutarch.

Phæbidas.

Cum essent Lacedæmonij in pugna Leuctrica Martis aleam experti, cuidam dicenti, Hic dies declarabit virum bonum: Præclarus, inquit, dies, qui possit declarare virum bonum incolumem, præfigiens, in eo prælio plurimos egregios viros fortiter occubituros, quos ipse patriæ maluisse incolumes. Plutarchus in Lacon.

Alphonsus.

Cum graui atque diutino bello confecto iam triumpharet, viatos ratam & captos hostes triumphatum more currum præire non possumus est: Ob hostes seruatos rectius, quam eos, triumphandum esse dicens. Vnde

apparet, quanti rex clementissimus victorias nullo sanguine partas faceret Panorm. lib. 1. de Alphonsi rebus gestis.

Idem.

Quum Florentinis ac Venetis per tentibus, pacem dedisset, & regiorum plerique gloria studio flagrantes permolestè hoc tulissent, eò quod in eis bello magnificentum ac gloriosum aliquod facinus edere posuerint, à quodam pace comparata se frustrato planè agnoscerent: Rex id quod erat suspicatus aliquando occasionem iam nactus dixisse fertur: Boni animo estote commilitones. nā & virtuti vestra, & mihi credite. Ne quis locus enim, neque honos deerit, & mihi perquam speciosum fuit, peteribus pacem dare. Ita enim arma capere consueuimus, ut sine cruento, id modò fieri potest, victoriam adipiscamur. Et quid aliud pacem tamen submissè petentes confitentur, quam si viatos, non autem viatores essent Panorm. l. 1. de rebus gestis Alphon regis.

Idem.

Audiens quosdam ex suis esse, q̄ cogitarent de interficiendo hostem quo saluis rebus in pace vivere posset: respondit, Sibi nunquam eiā victoriam placuisse, cuius postea pendum pudendūmve esset. Pnor. libro tertio de rebus gest. Alphon.

Aeneas Sylvius.

Dicere solebat, longè maiore seruati quam casi hostis gloriam esse. Innuit autem, eam demum viatoriam reuera claram esse, quæ paucorum, aut omnino nullorum sanguine parta esset. Syl. l. 1. comm de reb. gest..

Alphonsus.

Frequenter in ore habuisse fuit, tanto triumphum viatoris ilstriorem esse, quanto plures resunt, de quibus triumphetur. Idem.

De victoria non ex multitudine militum metienda.

Antisthenes.

M^{el}ius esse dicebat pugnare cum bonis paucis, aduersus multos malos: quām cum multis malis, aduersus paucos bonos. In bello enim non tam multitudo militum, quām pugnantium virtus parit victoriam. *Aer. 6. ca. 1.*

Agesilaus.

Audierat, socios molestè ferre am crebatas expeditiones: præsertim uum ipsi per multi Lacedæmonios numero paucos sequerentur. Itaque oлens ostendere, quanta esset Lacedæmoniorum multitudo, iussit uenerios socios simul considere, perixtos inuicem: Lacedæmonios item paratim solos. Mox per præconem dixit, ut primi omnium surgerent guli. hi quum surrexissent, secundo loco per præconem iussit surge fabros ærarios, deinceps architectos ac domorum opifices, similiter et aliarum artium singulos. Ita factū est, ut propemodum socij surgerent omnes, Lacedæmoniorum verò nul-
luseo quod Lacedæmoniis, qui mili-
tē parantur, interdiū sit, opificiū
ut artem sedentariam vel exercere,
et discere. Hoc facto, risit Agesilaus: Videris, inquit, o viri, quāto plu-
es nos educimus, quām vos? Hoc ratagmate dux inclitus demonstravit, non perinde referre quām nume-
osum militem ducas in p̄eliū, quāta
ortem & exercitatum. *Plut. in Lacē.*

Agis Archidami F.

Sæpemero dicere solitus est: on oportere percontari, quot sint ostes, sed ubi sint. Sensit autem vir tudentissimus, non referre, quantus hostium numerus, sed quanta ho-

stium sit animi magnitudo. *Plut. in Lacon.*

Idem.

Quidam quum Agidem percontatus esset, quot essent Lacedæmonij? respondit: Quot satis sunt ad propulsandos hostes. Ostendens, magis referre quām cordatos viros habeat ciuitas, quām, quām multos. *Plut. in Lacon.*

Leonidas.

Cuidam dicenti, Cum paucis contra infinitos bellare decreuisti? respondit: Si putas me multitudine frētum huc venisse, ne Græcia quidem tota satis mihi erit, ea quippe ad barbarorum multitudinem collata, exigua portio est: sin virtute, & hic numerus satis erit. Voluit autem ostendere, in bello plus valere paucos, sed imperterritos, quām multos, sed effeminatos & molles. *Plutarchus in Lacon.*

Pedaretus.

Suprà de Fortitudine heroica & militari.

Alexander.

Alexander, auditio Darium trinūta miriades in aciem producere, dixit: Vnus coquus non metuit multas oues. Antonius in *Melissa*, parte I. serm. 71.

Idem.

Idem cùm explorator ei diceret, maiorem esse Darij exercitum, dixit: Oues eriam, licet plures, ab uno aut altero lupo capiuntur. Anton. in *Melissa*. par. I. ser. 37. Max. ser. 71.

Anugonus.

Suprà de Fortitudine heroica & militari.

Tigranes.

Contra Romanos magna militum copia pugnaturus, cum L. Luculli exercitum vidisset, paucorum exercitum irridens dixisse fertur: Si vt milites aduenissent, perpaucos quidē esse: si verò vt legati, permultos. Verūm mox ipso facto intellexit, victoriam non in multitudine pugnan-

tium, sed militum robore atque virtute consistere: à Lucullo enim adeò vicitus est, ut tiaram vittamque laceras atque abiectam a fugerit: ne his ornamentis in turpi fuga agnitus, ad Romanos captiuus abduceretur. Plut. in Lucullo.

Annibal.

Gisconti nuntianti, sibi admirabilem videri Romanorum instructorum ad pugnam numerum: Imò aliud, inquit, mirabilius te fugit. Quid autem hoc esset interroganti? Quod ex tam numerosa, inquit, hominum multitudine nulus appellatur Gisco. Timebat miles tantum militum Romanorum numerum: Verum Annibal, qui toties iam Romanorum fratres pugnando fregerat, sat sciebat, non in numero, sed fortitudine militum consistere victoriam. Plut.

A. Posthumius.

Ad milites suos lapenumero dicere solebat: Bella omnia, non qui plures sunt numero, recte conficiunt, sed qui virtute superiores. Bruton. capite 2.

Quintius.

Quum Antiochus rex cum numero ex exercitu, venisset in Graciam, omnésque reddidisset attonitos & militum numerus, & armaturæ varietas. Quintius hoc sermone metum ademit Achæis: Quum, inquit, essem in Chalcide, cœnans apud hospitem meum, mirabar carnium copiam, quum essent omnia testa nju: at hos respondit, ea omnia nihil aliud esse, quam suis domesticæ carnes, tantum apparatus & conditura diuersæ. Ne vos igitur, inquit, admixtum regis copias, quum auditis hostatos, cataphractos, pedites, equites & sagittarios. Nam hi omnes syri sunt armatura inter se differentes. Plut. in Rom. apoph.

Alphonsus.

Alphonsus rex Aragonum, cùm agrum Surrentinum populari iure

bellico cogeretur, sè penumero ingessuisse fertur. Verum cùm oppidanos pertinaciores quam illis conueriret, animaduertetur: Vide, inquit, qui urbem inhabitatis inimicam, mihi ne vestra pertinacia id efficiat, quod postea in ea lenitate & clemencia corrigi non possit. Subbindicans, non semper esse fidem in ducis potestate, parte victoria militum prohibere rapacitatem. Panor. l. 1. de rebus gestis Alphonsi.

De victoriæ moderatione.

Hermocrates.

AD Syracus nos dicere solebat. Non minoris virtutis esse part Victoria bene uti, quam vincere. Bruf lib. 7. c. 8.

Agestaz.

Cum post felicem apud Corinthi victoriam ingentem numerum Corinthiorum & Atheniensium à strucidatorum cerneret, adeò non gavisus est, nec elatus ea victoria, v grauiter Graecia etiam vices depletaret: Heu, inquiens, Graciam, qu tot viros intellino bello perdidit quot vniuersis barbaris debelland satis esse poterant. Viro magnanim optabilis quidem erat victoria, sc multè gratior si pauciorum sanguine parta fuisset. Plutarch. in Laco apoph.

Idem.

Suprà de hostibus non crudelit tractandis.

Lycurgus.

Principere solebat, vt post quam bello hostem vertissent in fugam, superassent, tam diu fugientes insquereretur, donec certa esset victori móxque retrocederent. Neque enim Græcorum conuenire moribus, e trucidare qui cessissent: idque non lùm honestius, verum etiam util

Se dicebat. Siquidem hostes quibus-
cū res est, vbi cognorint Lacedæmo-
niros parceret cedenribus, occidere ve-
rò qui loco non cedent, sibi conduci-
vilius estimabunt fugere quam per-
sistere. Frequenter enim desperatio
natum robur ad lit animo non mi-
nis quam spes victoriz. Decet autē
Græcos legibns ac disciplinis imbū-
os, etiam in bellis meminisse clemen-
tiaz. Barbaricæ feritatis est, fœuire in
prostratos. Sed rursus ita temperan-
da est clementia, ne nobis sit exitio.
It enim non raro, vt hostis fugam
simulet, vt redintegratis viribus a-
prior insurgat in victorem. Eras. ex
Plutar. in Lac.

Philippi.

Suprà de Fortunæ inconstantia &
nutatione.

Alexander.

Capto Poro rege potentissimo, cui
& corporis ingentes inerant vires, &
inimi longè etiam maiores virtutes,
ianc ipsam & corporis & animi ex-
cellentiam admiratus Alexander, sci-
circundus ipse quidem, magna ta-
nen comitate adhibita, ab illo exi-
git, quānam se ab Alexandro ratione
tractare, quemq; erga ipsum sese ge-
tere Alexandrum cupiat? Ad ea nihil
Porus aliud, quam, vt pro regia secū-
lignite ageretur, petuit. Rursus A-
lexander, Numinā fortè & aliud? Ad
ea quoq; & ille subdidit: Regiam di-
gnitatem, quæ ipse cuperet, cuncta
ecum continere Quæ dicta quum A-
lexander pro sua regiāq; & Pori di-
gnitate ac decore examinasset, non
regnū modò illi restituit, belli iu-
ne vindicatum, verū imperio eius
atiores etiam fines adicxit. Pontanus
ib. 1. cap. vlt. de Magnanimitate, ex
lvt. in apoph.

Epaminondas.

Quum aliàs solitus esset vnto
orpore hilarique vultu prodire in
publicum, postridie eius diei quo fe-
citer pugnatum est in Leuctris pro-
cessit squalidus ac summissus. Ami-

cis autem sciscitantibus ecquid illi
molèstia accidisset? Nihil, inquit, sed
heri sensi me plus æquo mihi placuisse
est, eius gaudij intemperantiam ho-
die castigo. Adeò metuit arrogantiam
vir Bœotus ac miltaris, & nos non i-
dem faciemus quoties secunda for-
tunæ aura res nobis succedunt? Plut.
in apoph.

Demetrius.

Cum cepisset Atheniensium qui
defecerant urbem, tāq; graviter rei
frumentariae penuria laboraret, pro-
tinus conuocata concione, dilargitus
est illis frumentum gratis. Plut. in
vita Demetrij.

Barcha.

Quum Annibal apud Cannas felici-
cissimè pugnasset, amicis suadenti-
bus vt fugientem hostem insequens,
in urbem irrumperet, non obtempe-
rauit. Quam rem Barcha Carthagi-
nensis adeò indignè tulit, vt exclama-
rit: Vincere scis Annibal, Victoria
vti nescis. Hoc dictum L. Liuius tri-
buit Maharbali. Plut.

Scipio.

Dicere solebat, hosti non solùm
esse dandam viam fugiendi, verū
etiam muniendam, docens, mode-
randam esse victoriam, nec fœuen-
dum in eos qui contrâ ferre arma de-
stitissent. Plut.

Idem.

† Antiocho in acie visto, pacem
quam ante repudiarat petenti, nihil
ad priores conditiones adiecit Afri-
canus: Neque Romanis, si vincantur,
dixit, animos minui: Neque si vin-
cant, secundis rebus insolescere. Ius-
tin. lib. 31.

Quintius.

Philippe victo, in Isthmiis præco-
nio iussit euulgari, se Græcos ius li-
bertati, suóq; iuri permittere: Quot-
quot autem Romani temporibus An-
nibalis capti seruebant apud Græ-
cos, quum horum singulos Graci
quingentis drachmis emissent, gratis
Quintio donarunt: qui & ipsi Rōma-

triumphantem Quintum sequuti sunt pileati, quod facere solent seruitute manumissi. Plutarch. in Rom. apoph.

Iuliu Cæsar.

Pompeium æqualem ferre nolēs, armis rem expeditum ambo. Verū cūm commissa pugna Pompeius vīcisset, & victoriam non persequētur, sed se potius reciperet ad exercitum, tum Cæsar: Hodie quidem, inquit, penes hostes erat vīctoria, at nō habent ducem, qui vīctoria sciat vti. Plut. in Rom. apoph.

Augustu Cæsar.

Quem Alexandrini post urbem vi captam, extrema se passuros existimarent, Augustus suggestū consēdit, adiuncto sibi Ario Alexandrino, dixitque, se ciuitati parcere, primū propter ipsius magnitudinem ac pulchritudinem, dein propter Alexandrum Magnum eius urbis conditorem, postremò in gratiam Arij amici. Raræ cuiusdam clementiæ fuit, non diripere ciuitatem, quæ pertinacissimè rebellarat, sed non minus laudis merebatur illa ciuitas, quod huius beneficij gratiam non sibi vindicauit, sed vnam præcipuamque partem ipsi concessit urbi: alteram tribuit Alexandro, cuius memoriam sciebat apud Alexandrinos esse gratiosissimam: tertiam transtulit in Atrium eius ciuitatis ciuem, amicum tanto titulo suis commendans, Plut. in apoph.

Aurelianu Imp.

Quum Tyanam venisset, eāmque oclusam reperisset, iratus dixit, Canem in hoc oppido non relinquam. Hac voce milites eretti fuerunt in spem prædæ: & Heradamō Thyanensis, metu ne cum cæteris occideretur, prodidit ciuitatem. Qua capta Aurelius Heradamonem patriæ proditorem occidit. Militibus ex Cæsar. promisso direptionem oppidi flagitantibus, respondit: Agite, canem me negauit relieturum, canes omnes

occidite. Hoc pacto & proditorime cedem rependit, & militum avaritiæ elusit. Viderunt autem hic sermonis color sumptus ab Hebræis, in quorum litteris reges qui minantur internacionem, negent se quenquam reliqueros, vsque ad minorem ad partem, canem hac periphrasi significantes. Eras. ex V. pisco.

Totalis Gotth. R.

†Expugnata Roma militum licetiam cohibitus, inquit: Paucis ante annis ducenta Gotthorum millia septem millibus vicit Belisarius: ege non totis quatuor millibus, viginti Græcorum millia superauit: & iax urbem Romanam, orbis quondam Dēminam, sub pedibus teneo. Proinde ne superbiamus, Deum timeamus, vīctoriam clementer exerceamus, mutationēmque fortunæ, quæ nobis superiore bello totam Italiam, præte Veronam, Ticinum, Taruisium admittit, ante oculos habeamus. Procius.

Fridericu Imp.

Victis in Hungaria Gunziensibus Magnum, inquit, auctum est opus Nū autem maius restat, ut scilicet vinca mus nosmetipsos, atque avaritiæ & vlciscendi cupiditatì frenos imponamus. Discant nostri principes vīctores, exemplo Fridericī imperare animi affectibus, neque insolescere oretes ad nutum voluntatēmque eeden tes, parceréque vīctis. Æneas Sylvius lib.2. comment. de reb. gest. Alphōsi

Sigismundus Imp.

Obiurgatus, cur fugatos hoste non insequeretur, & comprehenso occideret? Satis, inquit, vicit, qui hoste fugavit. Vtinam & huius exemplo monarchis nostræ ætatis persuaderi possit magno cruore partam vīctoriam non existimari vīctoriam. Æneas Sylvius lib.4. de rebus gesti Alphonsi.

Alphonsus.

Non tam quod hostes vincere & scire

ciret & posset, gloriabatur, quām quōd viēis consulēre didicisset. Illud quidem fortunæ interdum munus esse, hoc autem semper suum. Resolllare enim viēos verē regium est: rebellare autem hostes fortunæ est. Panorm libro 2. de rebus gestis Alphonsi.

Idem.

Cūm in obsidione Stephani, cencuriones ac milites, qui maledixerant egi, post captam urbem clementer tractasset castigatus à suis, qui omnes morte damnandos iudicarent: respondit. Sem alle ex clementia & humanitate erga hostes, quām ex viēoia laudem adipisci. Panor. l.3. de reb. est. Alphonsi.

Ladislaus R. Vngariæ.

† Vbi Hunnos, qui ex deuastata Transyluania, & Vngaria, magnam pecorum, hominūque prædam abuxerant, prælio fusos, fugere vident: parcite exclamauit, parcite humano anguini, o milites: Sæcruoris hostis effusum est: fugientem capite multitudinem, ut si forsitan Orthodoxi fidem amplectantur, populum Dei amplificemus. Digna fortis, clementique viatore, Christianoque Princeps oratio. Bonfinius libro 4. Dec. 2.

Sigismundus.

Suprà de Hostibus non crudeliter tractandis.

De victoriæ info- lentia.

Brennus.

Capti urbe à Gallis Senonibus, diuque obsidione opppresso Capitalio, pactum est inter Romanos brevissimumque Gallorum regem, ut obidio ea lege solueretur, ut Romani nille pondo auri penderent. In illa sorte auri pensitatione Brennus de litera lance gladium cingulatumque

ferreum apposuit. Interrogante autem Sulpitio, Quid hoc esset? Quid aliud, inquit, nisi opprobrium viēis? Plut. in Camillo.

Archidamus.

Suprà de Arrogantia.

Sylla.

Quum Mithridates Syllæ processisset obuiam, dextrâmque porrexisset: Sylla non resalutavit, sed percontatus est, num à bello desisteret his conditionibus, quas cum Archelaoo naecus esset? Obticescente Mithridate: Quibus pace opus est, inquit Sylla, eos priores loqui conuenit, viatori filere satis est. Rursus quā Mithridates variis coloribus excusaret quæ gesta fuerant: Olim, inquit, audiui, nunc experior, te singulari eloquentia præditum, qui tam nefariis factis colorem inuenire potueris. Plus in Sylla.

Ludouicus X II. Gall. rex.

* Quum audiret Iulium Pontificem immodie se fferentem, quod multas vrbes temporis momento receperisset, quas vix intra triennium Galli occuparant: At inquit, Gasto Fuxeo aberat. Hoc dictu respondet apoph. cuiusdā qui Fimbriæ glorianti quod Ilium (vix anno 2. ab Agamemnonne receptum) intra undecimum diem oppugnauerat, respondit, sed Hector non aderat, qui pro ciuitate pugnaret. Annal. Franciæ.

De vigilantia.

Plato.

Somnolentiam improbat, cōq.
scripsit in legibus,
κατηγόρους εἰς τὰς θύρας αἴξος.

id est,

Nemo dormiens villa re dignus est:
Laërt. l.3.

Philippus.

In exercitu quodam tempore dormiens, experitus: Tute, inquit, dormiui, vigilauit enim Antipater. Sub-

indieans; non esse regium indulgeret somno, præsertim in bello, nisi habeat fidum ac vigilem præfectum. Plut. inapoph.

Parmentio.

Idem quū interdiu dormiret, Graecique ad fores conuenientes criminaarentur illum: Nolite admirari, Parmenio inquit, si nunc Philippus dormit. Nam quando vos dormiebatis, ille vigilabat. Plut.

P. Amylius.

Cūm in bello contra Persem instituisset, vt milites sine armis vigilias agerent: rogatus à quodam, cur suis arma negaret? respondit: vt metu hostium sublata resistendi fiducia aduersus somnum pugnarent. Plut.

M. Cato.

Eo milite sibi opus esse nequaquam dicebat, qui inter eundum manus, inter configendum pedes agitaret: quique fertendo quam hostibus in clamando longius sentiret. Plutarchus.

Vide apoph. de Somno.

De Vino, & vino-lentia.

Anacharsis.

Quidam in conuiuio videns uxorem Anacharsidis, Vxorem, inquit, deformem duxisti, Anacharsi. Hic Anacharsis: Propterea ita mihi videtur, inquit: sed heus puer, infunde mihi meracius, vt eam reddam formosam. Indicans vinum adimere homini rectum iudicium. Athenæus lib.9.

Idem.

Dicebat, vitem ferre tres botros: primum voluntatis, alterum ebrietatis, tertium molestiae. Sentiens, parcum vini usum esse incursum, quia sedat sitim: largiore gignere temulentiam: largissimum parere rixas, sedes ac morbos. Simile huic quod

alibi dictum est: Primum craterem pertinere ad sitim, alterum ad voluptatem, tertium ad ebrietatem, quartum ad insaniam. Dictum erit iucundius, si cogites, in Scythia non esse vites. Laërt. l.1 c.9.

Plato.

+ Dicebat in vino, ut in speculo multorum ingenia præuideri. Plutarch. Problem. Decad.2. Idemque dicebat vinum esse datum, in remedium senectutis. Libro secundo de legibus.

Maximus.

† Mulier quæ vini usum immoderatè appetit, & virtutibus ianuā claudit, & delictis aperit. lib.6.

Cicer.

Apud Damasippū cœnans, quum coniuator mediocre vinum apposuisset, idque coniuuis à vetustate cuiuspiens commendare, diceret: Bibite, Phalernum hoc quadraginta annorum est. Bene, inquit, fert etatem. Hoc modò de homine loqui solemus, cuius forma viribusque non multum detrahit atas. At ridiculum erat, vinum ab immodica vetustate commendare. Plut. in Cicer.

Vide apoph. de Ebrietate.

De Virtute.

Antisthenes.

Cum nil tam difficile esse sciret quod studio superari non posset Virtutem etiam posse disci soleba dicere. Laërt. l.6.

Idem.

* Neque, inquit, symposium, si de sint conterranei, nec opes virtutecarentes voluptate afficiunt. Stob. ser. de virtute.

Idem.

Dicebat, Virtutem esse armatur quæ detrahi non possit. Ensis enim & clypeus executiuntur: sapiens autem ac virtute præditus nunquam non armatus est, eoque vinci non potest. Laërt. l.6.

Idem.

Idem.

Tutissimum esse murum prudenter dicebat, quod is nec collabitur, nec proditur. Nulla mœnia iam sunt munita, quin machinis aut suffosionibus, aut proditione capiantur. Sapientis decreta sunt inexpugnabili. Laer.lib.6.

Idem.

Affiduè dicere solebat, Virtutem ibi sufficere ad felicitatem, nec villa e' opus habere nisi labore Socratio Laert.lib.6.

Idem.

Dicebat, virum iustum pluris faciendum, quam cognatum. Arctiora nim sunt vincula virtutis, quam sanquinis. Et omnis bonus bono proximo cognatus est, propter animorum similitudinem. Laert.lib.6.

Idem.

Negabat sapientem vivere iuxta leges ab hominibus institutas, sed iuxta normam virtutis. Sentiens, non deò quid faciendum aut vitandum, quia leges iubet aut verant: sed quia ipsa ratio dictat, hoc esse honestum, illud turpe. Leges non oronia praetribunt: at virtutis regula docet, vique quid sit honestum, quid turpe. Ioa&ta virtus non est. Laert.lib.6.

Idem.

Quum in theatro populus Atheniensium tumultuaretur ob versium recitatum.

Tιολ' αἰχθέρεψην τοῖσι χωμάτοις δοκεῖ, id est,
Quid turpe ni videatur hoc uentibus?
Intithenes subiecit alterum,
αἰχθέρη τὸ δ' αἰχθός δοκεῖ, καὶ μὲν δοκεῖ.
Quod turpe, turpe est, siue credas, siue non.

Eleganter correcxit inutilem sententiam. Plut.in Pericle.

Diogenes.

Ab Hegesia rogatus, ut ipsi libros aliquot commodato daret: Non facias, ait, cum caricas non pictas, sed velas eligas: vera exercitatione neglecta, ad scripturam te conferas: Quo

dicto notauit eos, qui per omnem vitam ex philosophorum libris virtutem haurire cupiunt: cum virtus magis usq; discatur, quam lectione. Laertius lib.6.

Idem.

Quoniam Cynicus erat, canis dictus est, & hoc vita genus à multis laudabatur, nemo tamen imitabatur. Itaque dicere solitus est, se canem esse laudatum, sed laudatorum neminem cum laudato cane audere venatum ire. Ibid.

Idem.

Dicebat, se multos quidem videre colludentes, & discursantes, non autem qui virtuti operam darent. Stob. serm.4.de imprudentia.

Stoici.

Stoicorum dogma est, nihil esse experendum, praeter virtutem: nihil fugiendum, praeter vitium. Eras.Rot. 1.6.apoph.

Socrates.

Cum aliquando in colloquium cū Theodora meretrice formosissima venisset, quæ Callisthenē blandis ad se verbis trahebat, ad Socratē dixisse meretrix fertur: Ego quidem, ô Socrates, multum tibi præsto. Natūrā cū tu neminem ex meis à me possis abalienare, ego, cum libitum est, tuos omnes à te voco. Cui respondit Socrates: Non mirum quidem est hoc. Tu siquidem ad declivem tramitem omnes rapis: ego verò ad virtutem cogo, ad quam arduus & plerisque insolitus est ascensus. Sensit autem philosophus clarissimus, adeò corruptos esse hominum mores, vt facile ducantur ad vitia, quorum lata est vita: abhorreant autem à virtutibus, ad quarum acumen atdua ac spinosa nobis videtur esse via. Älian. lib.13.de Var.histor.

Socrates.

* Statuam quidem in sua basi, virtutis autem studiosum virum bono proposito nizum, immotum esse debere dicebat. Itē, In vita perinde yz

in simulachro omnes partes debere esse pulchras. Et, Thus diis, laudem verò virtus virtute præditis esse tribuendam. Stob.ser.1.de virtute.

Idem.

* Equus generosus, inquit, iudicatur, non quidem sumptuo: è ornatus, sed eximius natura: itidem nec vir honestus, qui opibus prædives, sed qui anima virtute præditæ gerit. Eod.ser. 1.
Socrates.

* Virtute nullam possessionem nec honestiorem nec durabiliorem esse dicebat. Ad Demonicum.

Epicetus.

* Anima dedita virtuti similis est, inquit, perenni fonte: cuius aqua est pura, imperturbata, potabilis, dulcis, accepta, fruitioni apta, copiosa, ab omni noxa & pernicie aliena. Sto.se.1.

Idem.

In conuiuio apud Xenophontem singulis dicere iussit, quo artificio, quovè bono sibi præcipue placebent: quum ordo venisset ad Socratē, ioco dixit: Se maximè gloriari de lenocinio: Sentiens, se tradere veram virtutem, quæ potissimum cōmendat habentem, quæque tum priuatim, tum publicè conciliat homini benevolentiam & amorem. Eras.lib.3.apoph.

Idem.

Quodam tempore quum Euripides ita de virtute dissereret, ut diceret, οὐαῖς τοι εἴη τα τάχα φειλύτα.

- id est,

Hæc missa temere est optimum relinqueret.

Quāsi virtus inueniri vix posset, surrexit Socrates dicens: Ridiculum esse, quum mancipium, si non protinus inueniatur, operæ precium existemus inuestigare: virtutem nulla inuestigatione dignam iudicare, si non protinus contingat homini. Erasm.lib.1.pop.

Strato physicus.

Quibusdam obliuientibus quòd Menedemus plures haberet auditores quam ipse: Quid mirum, inquit, si

plures reperiuntur qui lauari cupiunt: quam vnguis? Vnguntur, qui se parant certamiri. Subindicauit, Menedemus philosophiam esse dilutam rite facile inueniri, qui audiant de virtute disse- rentem: per paucos autem qui virtutem exerceant, nam huc prouocabat Strato. Eras.lib 7.apoph.

. *Demeirus Phat.*

Quum audisset, Athenienses fuisse demolitos statuas suas, quas illi proposuerant: At virtutem, inquit, non euerterunt, cuius gratia illas proposuerant. Laert.lib 5.

Themistocles.

Seriphio cuidam dicenti, eum non sua, sed patriæ gloria splendorē assequutū. Vera, inquit, herculē narras, verūtamen nec si ego Seriphius, ignobilis, nec tu si Atheniensis esses, clarus vñquā fuisses. Sensit autem, non patram, sed virtutē, estimationē fācere hominibus & autoritatē. Plut.

Phocion.

Phocion Atheniensis hanc diuinā esse legem dicebat: Ut vñica virtus sit potens, reliqua autem cuncta nūgaz. Stob.ser.de Prudentia.

Socrates.

Gorgias cùm à Socrate percuncta retur, an Persarum regem petaret fīlicem? Nescio herculē, inquit, quantum virtutis & disciplinæ habeat. Sensit vir prudentissimus, neminen esse felicem, nisi omnibus virtutibus præditus sit. Laertius.

Plato.

* Omnes opes, omnem rerum copiam, virtuti concedere dicebat. It Menexemo.

Iamblichus.

Ad virtutem tanquam ad asylos semper confugiendum esse dicere solebat, ne cui turpi iniurię fortunę expressi simus, Stob.ser.de Prudentia.

Seneca.

† Citò nequitia subrepit: virtus difficilis inuentu est, rectorē, ducēmque desiderat. Etiā sine magistro via discuntur. lib.3.Nat.Q.cap.30.

Linxus.

Llius.

+ Virtus maturescit, senescentibus vitiis, lib. 2. Dec. 1.

Plinius Iunior.

+ Virtutibus abundat, qui alienas amat. lib. 1. Epist.

Agesilaus.

Cum audiret Persarum regem Magnum appellari: Quare maior me est, inquit, nisi iustior est, ac temperantior? Censuit vir iustissimus, eum leumen magnum esse virū, qui virtutibus alios omnes superaree. Plut. in Lacon. apoph.

Idem.

Cuidam sciscitanti, quæ potissimum pueris essent discenda? Ea, inquit, quibus usuri sint, quum & ad viilem peruererint ætatē. Recte censuit vir prudens, solam virtutem pri- nūm ac statim à teneris vnguiculis disci oportere, nec ullam æui por- tionem artibus friuolis dandam: quæ et in pueris habent ostentationem plausibilem, ita nec grandibus decori futuræ sint, nec ad seria vocatis vti- les. Plutarch. in Lacon.

Idem.

Cum scelerosum quandam hominem crudelissima tormenta magna animi fortitudine ac infraacto animo pertulisse audiuisset, miserum hominem esse iudicauit: qui tam præclarā virtutem in re tam inhonestā osten- disset: quam si ad res honestiores at- tulisset, magno usui Reipublicæ esse potuisset. Plutarch. in Lacon. apophthegm.

Idem.

Aduersus pecuniarum studium, quo vitio plerique laborant, amicos Agesilaus. admonere consuevit, ne tā pecunias quā fortitudine ac virtute studearent ditescere: quod fru- stra parat opes, qui veris animi bonis vacat. Plutarch. in Lacon. apoph.

Archidamus.

Ob superatos bello Arcadas quā à quodam laudaretur: Multo, inquit, præstantius erat, si illos prudentia

quā viribus superassemus. Intellexit dux nobilissimus, eam viatoriam meritò encomiis celebrati, in qua virtute alios vincimus, cùm viribus à brūtis etiam superemur animalibus. Plut. in Lacon.

Eudamidas.

Suprà de Disputationib. aut Quæstionibus friuolis atque inutilibus.

Charilaus.

Interroganti, quam arbitraretur optimam rem publicam? In qua, inquit, plūrimi ciues de virtute inter se decretant, citra seditionem. In plerisque ciuitatibus certamē est de opibus & honorib: de virtute qui certent, penè nulli. Quanquam hoc quoque certamē de honesto debet hastenus seruire ne prorumpat in se- ditionem. Iam enim non est concer- tatio virtutis, sed ambitionis. Qui vera virtute præditus est, nihil spectet, nisi vi pro sit reipublicæ. At seditionis præsens venenum est ciuitatis. Eras. ex Plutar. in Lacon. apoph.

Alexandridas.

Alexandridas Leontis filius, cùm quendā videret acerbè ferre exiliū, dixisse fertur: Noli vir optime ex- horrescere exilium, à virtute enim & iustitia exulare, illud horrendum est. Sensit vir optimus, eos omnes exules esse, qui à virtutibus alieni sunt: eos autem nequaquam exules, qui variis virtutibus ornari vbique patriam in- uenient. Plut. in Lacon.

Antigonus secundus.

Adolescenti cuidam qui patrem habuerat fortē, quāquam ipse non admodū, ut videbatur, bonus erat mi- les, postulanti ut patris stipendia caperet: At ego, inquit, ô adolescentule, nō ob patrias, sed ob proprias cuiusque virtutēs mercedem ac mu- nera dare soleo. Hoc sermone iuuenē extimulans, ut patris fortitudinē æquarer, si quantum illo capere sole- bat, vellet accipere. Apud Græcos maior est dīcti gratia ob vocum affi- nitatis, αἰσθαντίας, πατερεγγανίας, que-

vox posterior ad prioris imitationem
afficta est. Plut. in apoph.

Virtus in actione cōsistit.

Pittacus.

I Nterrogatus quid esset optimum?
Quod in præsentia, inquit, occur-
rit, bene agere. Laert.

Antisthenes.

Virtutem esse rem operum, non
autem plurimis verbis multisque
discipulis egere dicebat. Adversus eos
qui iuris ac theologiae pietatisque
professionem studio reddunt difficil-
limam ac prolixam, pérque vitam
omnem nihil aliud quam de virtute
disputat. Notat hoc Horatius, Virtu-
tem verba putas, ut Lucum ligna.
Laert. li. 6. cap. 1.

Cleanthes.

Suprà, de Doctrina factis dissen-
tanea.

Agestans.

Rogatus, quomodo quis maximè
apud homines probatur? Si dicat,
inquit, optima, & faciat honestissi-
ma. Virtus enim huiusmodi est, quæ
ipsis statim rebus gestis ita afficiat
homines, ut non modò admirentur
opera, verùm in autorem quoque
summo studio incendantur. Plut.

Pantholidas.

Legatus cùm in Atheniensium
gymnasio philosophos egregiè de
virtute disputantes audiuit, inter-
rogatus, An placerent quæ iam di-
sputata essent? Probæ profectò, in-
quit, sunt illæ disputationes, sed vo-
bis planè inutiles: qui virtutem ha-
betis in ore: factis autem non ostendit. Plutarch in Lacon. apoph.

Semiramis.

Staurobates Indorum rex Semi-
ramidi minitans scripsit, Si acie victa
foret, se illam cruce affixurum. Sed
illa ridens, Non verbis, sed virtute
certandum esse respondit, Bruson. I.
7. cap. 3.

Gymnosophista.

Alexander cùm Gymnosophistas
interrogasset, Vitam, an mortem for-
tiorem putarent? Vitam, inquit,
quæ tot calamitosa parat. Curtius
& Plutarchus.

L. Volumnius.

Appius populo Romano expo-
brabat, sibi acceptam ferri debere,
quod ex muto & clengui facundum
haberet consulem. de L. Volumnio
collega sentiens. Ibi L. Volumnius,
Quam mallem, inquit, tu à me stren-
ue facere, quam ego abs te scite lo-
qui didicissem Brus l. 4. c. 31.

Nestor.

Suprà, de Doctrina factis dissen-
tanea.

Adrianus imper.

Prætoriis viris ab Imperatore A-
driano potentibus ut sibi de iure re-
spondere liceret: rescripsit hoc mu-
nus nō peti solere, sed præstari. Qua-
re accingeretur, si qui sibi fideret, &
populo sui specimen datet. Nam Au-
gustus, quo maior esset iurisperito-
rum autoritas constituerat, ut qui
respondere vellent, id ex autoritate
Cæsaris facerent: quum antea libe-
rum fuisset, respondendi munus su-
bire, quicunque sui fiduciam habe-
rent. Sic & hodie creantur doctores
medicinæ, iuris, artium, theologiae,
quum hoc nomen promerus sit
pulchrius, quam obtinuisse. Erasm. I.
8. apoph.

Alex. Seuejus.

Romanorum iam factus impera-
tor, audiens Artaxerxem instrudissi-
mo exercitu Romanum velle inua-
dere imperium. Nil refert, inquit. Ut
enim quæ cum voluptate agimus,
dulcia sunt: ita quæ cum virtute, glo-
riosâ esse solent. Herod. I. 6.

Aristoteles.

† Non ut sciamus quid sit virtus,
perscrutamur, sed ut boni efficia-
mur. lib. 2. Eth.

Lactantius.

† Virtus non potest cerni, nisi ha-
beas

beat vitia contraria: Aut non potest esse perfecta, nisi exerceatur aduersis. Lib. 5.

Huc aliqua ex parte spectant, quæ sunt sub apoph. de Doctrina factu disiectanea.

percutiens: At hic, inquit, dabit: Vim Reipub. minitans. Eras. l. 4. apoph.

De visu, aspectu, & oculis Thales.

Olim interrogatus, quantum à mendacio distaret veritas? Quātum, inquit, oculi ab auribus. Sensit vir prudentissimus, ea demum esse indubitate fidei, quæ omnium continentur oculis, non quæ auribus percipiuntur. Eras. l. 8. apoph.

Diegenes.

Animaduertens, Olympionicem quandam fixis oculis scortum formosissimum intuentem: Ecce, inquit, ut aries Martius à puella publica obtorto collo vincitus abducitur. Notauit autem hominis oculos intemperantissimos, quibus scortū obtorto etiam collo quamdiu poterat, intuebatur. Laert. l. 6.

Xenocrates.

Dicere solebat, nihil interesse pédane an oculos in aliena domo defigeres. Eodem enim modo peccare tam eum qui oculos in loca in quæ non cōuenit verteret, quām eum qui quod nō licitum est vestigia inferret. Älian. l. 14. de Var. hist.

Pericles.

Prætor collegam soritus est Sophoclem poetam, cūmque in nauigatione Sophocles vidisset adolescentē formosissimum, ait, En quām speciosus adolescens! répondit Pericles: Decet ô Sophocles, Prætorem non modò manus, sed oculos & linguam habere abstinentes Plutar. in apoph. Stob. ser. 5. Cic. l. 1 Offic.

Ephorus.

Dicere solebat, Si possibile fuisset rebus ipsis omnibus adesse, eam experientiam reliquis multò fuisse præstantiorem. Sensit autem certiora esse quæ oculis visa sunt, quām quæ auribus percepta ab aliis. Cūm enim duo homini iuxta natura sint velut organa quædam, quibus omnia per-

De vi, vel violentia.

Lysander.

CVM Argui de ditionis finibus Cambigerēt cum Lacedæmoniis, assuerarēntque se iustiorem habere causam: Lysander stricto ense: Qui voc, inquit, superior est, is optimè de finibus disputat. Ab æquo & bono vir insolens ad vim prouocauit. Plutar. in Lacon.

Idem.

Ad Bœotos ancipites, nec huic, nec illi parti addictos quum per illorum confinia faceret iter, legatos misit, qui percontarentur, virrum tectis an inflexis hastis per illorum agros proficiisci deberet? significans, siue amici essent Bœotij, siue inimici, nimirum se cœpro itinere perterritum, nisi quod per hostium agros turus esset erectis hastis, ad propulsandum si quis obssisteret: per amicorum inuersis, veluti nemini nocitus. Hoc dictum nonnihil resipit indolis Laconicæ, qui nec inimicis simplex esse vellet, nec amicis grauis, Plut. in Lacon.

Themistocles.

Qum apud Andrū argentum peteret: Duos, inquit, ad vos adduco deos, vim ac suasionem. significans, si minus impetraret suadendos, se revertetur. At illi respöderunt, apud se quoq. duas magnas esse deas, inopiam & impossibilitatem, per quas non liceret dare quæ petebat. Plut.

Anonymus.

Conflauit Cæsari magnam iniudiciam, quod quidam ex his quos Romanum miserat, stans in senatu, simulacrum cognovit Cæsari senatum non dare prorogationem, manu capulum

cipit & scrutatur, auditus scilicet & visus, certior autem multo sit visus, iuxta Heraclitum: horum licet propior, minoris tamen momenti organo, auribus videlicet, ad inquisitionem rerum accedit. Polybius l. 12. histor.

Theopompus.

Theopompus eum quidem optimum bellicarum rerum scriptorem esse dicit, qui quam plurima sit pericula ipse coram expertus: illum ergo dicendo potissimum esse, qui quam plurimorum ciuium certaminum particeps extiterit. De his enim rebus quibus ipse interfuit & vidiit, melius dicere potuit, quam quae ab aliis augantibus fortasse audit. Polybius libro 12. historiarum.

Isaüs.

A quodam qui elegantissimam ostenderat foemina, interrogatus, num formosissima videretur? respondit, πέταυμας φθελπω, id est, desit labore ab oculis. Philostrat. in Sophistis.

Alexander.

Suprà de Aspectu incauto.

C. Sulpitius.

C. Sulpitius Gallus vxorem repudiavit, quod aperio capite foris existet, inquiens: Tibi meos viuis praefinit oculos lex nostra, quibus formam tuam approbes: his ornamenta comparato, his esto speciosa: alias velle videri formosam, in suspicione & crimen hæreat necesse est. Erasm. l. 1. apoph.

De vita humana.

Pythagoras.

Vitam humanam dicebat esse similem panegyri, hoc est, solenni hominum conuentui, ad quem alij conuenient certatur, alij negotiari, nonnulli spectatores modò futuri. Et ceteros quidem omnes esse sollicitos: solum spectatorem tranquillum frui celebritare. Laer. l. 8. c. 1.

Socrates.

* Alex ludo vitam similem esse di-

cebat: & quicquid euenit veluti quādā tesleram disponere oportet. Non enim denuo iacere oportet, neq; tesleram aliter ponere. Stob. ser. 123.

Democritus.

* Vitam sine festivitatibus dicebat longam esse viam sine diversoriis. Stob. ser. 16.

Epipterus.

Vitam fortunā coniunctam, torrenti similiē esse dicebat: Turbulenta enim, plena cōno, ingressūq; difficilis; violenta & obstrepera est, & breve tempus durat. Stob. ser. 1.

Dicogenes.

Dicenti miserum esse viuere: Non inquit, viuere miserum est, sed male viuere miserum est. Vulgus miserum appellat vitam laboribus, doloribus, morbis, damnis, exiliis, multisq; locis genus incommodis obnoxiam: at philosophus nihil malum aut miserum esse dicebat, nisi quod cum turpitudine coniunctum esset. Laer. l. 6.

Epicurus.

* Dicebat aliquem virum bonum nobis esse eligendum, ac semper ante oculos habendum, ut sic tanquam illo spectante viueremus, & omnia tanquam illo vidente faceremus. Eo modo, vitæ humanae errores facile corridentur. Senec. epist. 11. ad Lucillium.

Idem.

* Neminem non ita exire è vita dicebat, tanquam modò intrauerit. Itē, Neminem aliter, quam quo modicatus est, exire è vita. Et molestū esse semper vitam inchoare. Senec. epist. 22. & 23.

Idem.

* Semel, inquit, natum sumus, bis nasci non licet: sed necessarium est vitam finiri. Tu verò qui ne crastinū quidem in tua potestate habes, tēpus differt. Omnī verò vita cunctando perit: & hinc est, quod unus quisque nostrum inter negotia moritur. Stob. serm. 16.

Plato.

* Non vitā, sed bonam vitā maximū faciendam esse dicebat. Stob. ser. 7.

Idem.

Idem.

* Dicebat viros bonos nō longa via, sed clara & illustri opus habere. Iod. ser.

Idem.

* Iuxta communem, inquit, illam & omnibus celebratam sententiam, ita peregrinatio quædam est: & ea leceter modestèque transacta oportet alacriter & tantum nō pæna carentes ad fatalem locum discedere. In Axiocho.

Pyrho.

Admirari solebat illum Homeri versiculum præ ceteris:

Ιντέπις φύλλων γράψεν, τοῦνδε καὶ αἰδοῦν.

Tale quidem genus est hominum, qua est falsorum.

Quod aliis defluentibus alijs succelant. Sentiens in rebus humanis nihil esse diuturnum aut stabile. Laer. lib. 9. cap. 11.

Epicharmus.

Inter confabulandum cum amicis quum audisset disceptantes de viuen-
ti spacio, & quidā tres, quidam qua-
tuor, alijs plures annos sibi tribuerēt
adhuc viuendos, dixisse fertur: Quid
mutuò cōfenditis & litigatis de pau-
cis diebus? Omnes enim qui conue-
nimus, quodam fato propinquisu-
mus morti. Itaque tempus est nobis
omnibus ocyus discedendi, antequā
aliquot iene & utis damnum experia-
mur: Elianus lib. 2. de Var. histor.

Anonymous.

Philosophus quidam interrogatus, qualis esset hominis vita? cum parū-
per se ostenderet, mox se abcoadit.
Quo indicare voluit, momentaneam & perbreuem esse hominis vitam.
Rodolphus Agricola lib. 1. cap. 14. de Inuentione.

Hieroëles.

* Dicebat longæ rēdiosæque vitæ
máximum imminere periculū: par-
tim propter ipsarum rerum naturā,
nescio quid aduersæ contumacię ha-
bentium partim propter subitas &
inopinatas animæ perturbationes:

maximè verò, propter ipsam homi-
num malitiam, quæ nec vlla vi nec
dolo malorum stratagematum absti-
net. Stobæus sermon. 82.

Aristonymus.

* Vitam humanam similem esse
theatro dicebat, vbi sèpius pessimi
quique honoratissimum inter homi-
nes locum obtineat, Stob. ser. 104.

Idem.

* Pauperum vitam aiebat similem
esse nauigationi iuxta littus: Diui-
tum autem, ei quæ in profundo pe-
lagò fit. Illis enim facile esse funem
eincere, appellere, & nauim extrahe-
re, diuitibus non item. Stob. ser. 95.

Socrates.

* De vita malorum & vitiōsorum
hominum hæc eius scitè dicta occur-
funt. Indoctorum vita, tanquam hi-
strio, multa fastus & arrogantiæ ge-
rit indumenta. Neque nauigantes
præter loci commoditatē appellatæ
retutum est, neque viuentes præter
legem vitam agere periculo vacat.
Auaroru vita similis est funerali con-
uiuio. Omnia enim cùm habeat, ho-
minē qui præsentibus hilariter frua-
tur, nō habet. Stob. vnde Xenophon-
tem in commentariis, & Diogenem
Laertium.

Idem.

* In vita, perinde vt in simulachro,
omnes partes pulchras esse oportere
dicebat. Item: Vitam instar organi
musici, dum intentione & remissio-
ne sibi cōcinnā redditur, suauorem
fieri. Stob. ser. 1. & 3.

Diogenes.

* Aiebat de necessariis quidem ad
viuendum homines sibi prospicere:
quæ vero ad bene viuendum perti-
nent, non comparare. Stob. ser. 4.

Epicetus..

* Longiori vitæ sed deteriori, bre-
uiori, sed meliorem ab omnibus
omnino præferendam esse dicebat.
Stobæus.

Apollonius.

* Homini fortunato, inquit, bre-

Aaa **ijij**

uis est vita, infortunato longa. Stob.
serm. 120.

Simonides.

* Interrogatus, quantum tempore
vixisset? tempus quidem exiguum,
respondit, annos verò multos. Stob.
serm. 96.

Antiphon.

* Vita, inquit, similis est carceri vni
nius diei, & totum vitæ spacium, vni
diei æquale propemodum dixerim,
per quem intuitu lucem, posteris de
inde vitam tradimus. Eod. ser.

Socrates.

* In vita tanquam in theatro per
manendum esse dicebat, quandiu re
rum & operum huius vitæ iucundum
fuerit spectaculum. Stob. serm.
120. Addamus & illud Pythagoræ,
Quandiu summo rerum Domino
visum fuerit, qui è statione nos in tē
pore euocabit.

Philippus.

Quū appareret in loco ameno ca
stra metari, & moneretur, illie non
esse pabulum pro iumentis: Qualis,
inquit, est nostra vita, si etiam ad as
periorum commoditatem vivere cogi
tur? Plut. in apoph.

Iulius Cæsar.

Quum vndique viderentur immi
nere insidiæ, atque admonereretur vt
sibi caueret, respondit: Satius subire
semel quam semper cauere. signifi
cans, eum non vivere, qui vivit in
perpetuo mortis metu. Erasm. lib. 4.
apoph.

Seneca.

+ Nihil minus est hominis occupa
ti, quam vivere: nullius difficilior est
scientia. Et, Vivere tota vita discen
dum est: & quod magis fortasse mi
taberis, tota vita discendum est mo
ri. li. de breu. vit. c. 7.

Idem.

+ Si volueris attendere (ait Luci
lio) magna vitæ pars elabitur malè
agentibus: maxima, nihil agentibus:
tota, aliud agentibus. Epist. 4.

Augustus Cæsar.

Sentiens imminere mortem, ad
missos amicos percontabatur, num
ipsis videretur minimum vitæ sat
commodè transegisse? sentiens de
fabula vitæ peracta, & adiecit carmē
peractis comedis accini solitum:

Δέ τε πρὸ τοῦ οὐ πάντες οὐ μὴ τὰ χρ.
πάσανται πάτεται.

Eras. li. 4. apoph. ex Suet.

Huc refer ea que suprà de Hominis
fragilitate dicta sunt.

De vitæ contemptu.

Aratus.

* L Audante quodam virum despe
ratum & audacem, ac idcirco
& in bellis eximium: Aratus Sicyo
nius respōdit, Multum interest inter
magnificare virtutem, & vitam con
temnere. Stob. ser. de militia.

De vitæ cupiditate.

Seneca.

+ C Ogita nō esse summū bonum
in tēpore. Quantumcūque est,
boni consule Ut proogetur tibi dies
mortis nihil proficit ad felicitatem:
quoniam mora non fit beatior vita,
sed longior. li. 5. de benef. c. 17.

Diogenes.

Cum dixisset mortem nihil dif
ferre à vita, reprehensus à quo
dam qui diceret: Cur igitur non mor
teris? Quia, respondit, hæc nihil inter
se differunt. Laert. in vita Diogenis.
Verum Stob. serm 118. Pyrrhoni hoc
adscribit.

Idem.

Suprà de Morte.

Speusippus.

Speusippum cruribus resolutum
Diogenes hortabatur, vt seipsum vi
ta priuaret. Cui ille: Non cruribus
inquit, viuimus, sed mente. Stobæus
serm. 116.

Theo-

Theodorus Cythereus.

Nullam satis magnam causam sacerdoti esse dicebat ad vitam finiem. quod hac ratione probabat: stum enim qui casus humanos committit. vita propter eos relinquere, uomodo non contrarium fuerit illi qui nihil bonum quam honestum, & somum turpe malum asseruit? Stobaeus. fr. 118.

De vitiis.*Socrates.*

Cum in sermonem incidisset cum Theodora meretrice formosissima, quæ dicebat se omnes philosophos discipulos alienare posse, & votare ad se quocunque tempore velit, Socratem autem eius amatores ad se rahere nequaquam: respondisse fuisse. Bene quidem dicas, quandoquies tu ad declivem tramitem omnes rapis: ego vero ad virtutem cogo, d. quam arduus & plerisque insolitus est ascensus. Innuit autem Socrates, naturam hominis esse adeo degradatam, ut facillima ad omnium citiorum lernam sit via, ad virtutem vero pauci contendant. Alian. I. 13. le Var hist.

Seneca.

† Quare vicia sua nemo confiteritur? Quia etiam nunc in illis est. Somnium narrare vigilantis est; Vicia sua conteri, sanitatis indicium est. Experi- scamus ergo, ut errores nostros coarguere possimus. Epist. 53.

Plutarchus.

† Omne vitium virtute mutandum est, non contrario vitio. Plut. de amic. & adulat.

Crates.

Negabat inter homines quempiam nueniri posse, qui non aliqua in arte laboretur: addens, nullum inueniri malum punicum, in quo non sit aliquod granum supputre. Laert. lib. I. ca. 5.

Thraseas.

Supra de hominis miseria & fragilitate.

Leon Byzantius.

Pasiades cum Leoni Byzantio impunitudinem obiiceret oculorum, Leo respondit: Corporis mei vitium vides & exprobras, haud videns filium tuum Nemesim humeris baulatorem. Erat enim Pasiadi filius contractis humeris. Nemesim autem dixit redargutionem insolentiam, quam veteres fingebant esse Deam. Philostratus.

Dionysius junior.

Regno pulsus, eadem dicebat se pati quæ adolescentes: quemadmodum enim illi peccauerint, hilari vultu fratrum consuetudine videntur, patris autem praepudore fugient: sic sibi cuenisse, ut in metropoli vitam agens verecundia teneretur, Leucade cum voluptate viueret. Bras. li. 7. c. 1.

Vide apoph. de Malitia, &c.

De vituperatione.

Vide apoph. de Calumnia, contumelia, conuictus, maledicentia, &c.

De vltione & vindicta.*Diogenes.*

I interrogatus à quodam, quo pacto maxime posset vicitri inimicum? Si te ipsum, inquit, probum & honestum virum præstiteris. Hoc qui facit, & fibi prodest maximè, & inimicum maxime discruciat. Nam si fundum cōspiciens bene cultum discruciat inimicus, quid fieri si te ipsum videris veris ornatum bonis? Laert. lib. 6.

Idem.

Ingressus aliquando iuuenum cōuiujum, capite semitonso, non solùm non comiter exceptus est, sed multis plagiis onustus dimissus est. Quos ille hac ratione est vltus. Nomina iuuenum à quibus fuerat cæsus, albo

inscripsit, itaque obambulabat soluto palio: plagarum notæ loquebantur, quid esset passus, & album prodebat autores. Hoc pacto iuuentis inhumanos omnibus obiurgandos ac reprehendendos exposuit. Laer. l.6.

Idem.

Midias cùm Diogeni colaphum dedisset, Diogenes continuò dixit, Tria millia tibi in mensa sunt posita: per ludibrium illi gratulans, quòd pro colapho tantum nummorum ex multa ad ipsum esset redditum, si lege ageret. At Diogenes postridie sumpto pugilum loro, eoque impa-
go Midiae, oratione verbis dixit: Tria millia tibi in mēs sunt posita. A. Gelius narrat de quodam, qui pro dele-
gamento habebat, manu depalmare homines: móxque à crumenā quam in hoc circūferebat, numerabat mul-
tam. At Diogenes declarauit, non omnes esse ea patientia, vt multa contenti sint. Laërt.

Tiberius imper.

Diogenes grammaticus sabbatis Rhodi disputare solitus, Tiberium ad se venientem, vt ipsum extra ordinem audiret, non admisit, sed per servulom suum in septimum distulit. Is quum Romanam venisset, & pro Cæsarī foribus adstaret, cupiens illum salutare: Tiberius iussit, vt post septimum annum rediret. Nec alia pena tantam grammatici superbiam vltus est. Eraf. l.6.

Anacharsis.

Suprà de Spectaculis.

Timon.

Timon Atheniensis, quē μιταιθωτο appellat Lucianus, quem erga cætero. esset inhumanissimis moribus, fugeretq; consuetudinem hominum, solum Alciniadem admirabat, exosculebatq; turque. Id admiranti cui dā, causāmque roganti, respondit: Ideo sibi charum esse adolescentem, quòd peripiceret illum aliquando magno malo fore Atheniensibus, à quibus multis contumelias affectus esset. E-

ras. l.5. apoph. Fulgos. l.9. c. 12.
Alcibiades.

Nuntianti, quòd ipse cum comitiis morte damnatus esset Athenis: At nos, inquit, demonstrabimus illi Alcibiadēm viuere, simūlque sese ad Lacedæmonios contulit, ac bellum Decelicum, ab urbe Decelia cognominatum, excitauit in Athenienses. Plut.

Philoxenus.

Quum audisset suos versus à laterariis perperam recitari, lateres ipsorum comminuit dices: Vos mea corrumptis, ego vicissim vestra. Erasm. l.6. apoph.

Agesilaus.

Quum puer quidam Agesilao regre vidente murem captum è cauo protraheret, mūsque conuersus momordisset renentis manum atque effugisset: Agesilaus indicauit his qui aderant dixitque: Posteaquam minimum animalculum sic vlciscitur eos à quibus lēditur, quid viros oporteat facere, cogitate. Ita dux fortissimus vndeunque captata occasione animum addere studebat suis, vt auditiores fierent aduersus hostem. Sed idem exemplum magis eò vallet, ne quis quamlibet potens, iniuria prouocet infirmiorem. Fiteam sæpenumero, vt qui, sicut ait Flaccus, fragili quærit illidere dentem, infringat solidō. Plutarchus in Lacon. apoph.

Demonides.

Amissis furto crepidis, precatus est, vt eius qui sustulerat pedibus conuenirent. Visus est bene precari, quum illi magnum precaretur malum, videlicet pedes distortos, quales habebat Demonides. Plutarch. in Lacon.

Brasidas.

Suprà de Solerter dictis.

Alexander.

Cùm in Hammonis templum venisset, interrogauit sacerdotem sēnem, à quo filius appellatus erat, nū quis

uis eorum supereret qui patrem Philippum interfecissent? Ostendit hoc si & rex potentissimus, insani & fixam animo suo vltionem, quam parabat erga eos qui Philip-pum patrem offendissent. Plut. in vita Alexand.

M. Brutus.

Rebus in summam desperationem adductis, quum è ducibus atque amicis paucos apud se haberet, sublatis oculis in cælum stellis plenum, dixit iunc verseculum Græcum è tragœdia quapiam:

Ἐσθμὲν ταῦτα οὐδεὶς, τὸν δὲ ὅπερ αἴπειον κατέχων. Id est,

*Nec te laiuferit, ὦ σύρηπε Ιούπιτερ,
Horum malorum quisquis autor ex-titit.*

Velut imprecās Cæsari vindictam i diis. Eras. l. 4. apoph.

Ltuius Salinator.

Quum bellum aduersus Asdrubalem gesturus urbem egredetur, monitus est à Fabio Maximo, ne prius cum hoste consereret, quām vires animūmque illius cognosceret. Is respondit se primam quanque occasionem pugnæ arrepturum. Percontantibus quid ita properaret? Ut quām celerrimè, inquit, aut gloriā ex hostibus vicit, aut ex ciuibus prostratis gaudium capiam. Virtus & ira sermonem hominis inter se partitæ sunt: illa triumphi auida, hæc iniuste damnationis memor. Eras. l. 6. apoph.

C. Figulus.

In petitione consulatus repulsam passus est. Ideo grauius tulit, quod patrem haberet bis consulem. Ad hunc cūm postridie comitiorum complures venissent consulendi grāia (nam erat iuris civilis peritissimus) omnes dimisit, ita præfatus: Omnes consulere scitis, consulem facere nescitis. Erasm. libro 6. apophtheg.

Seuerianus.

Hadrianus imperator Seuerianū,

& Fuscum huius nepotem, eo quod moleste ferre viderentur, Commodum Lucium imperij successorem designatum, iussit occidi: quorum ille nonagerius erat, hic annos natūs decem & octo. Senex autem quū esset iugulandus, popolcit ignem, incensōque thure dixit: Vos dij testor, me nihil sceleris commissile: nec aliud imprecor Hadriano, nisi vt quum volet mori, non possit. Id que evenit, adeò ut barbarus conductus qui ferro mortem pro beneficio daret, aufugerit. Sueton. in vita Hadriani.

Theodosius.

Aliquando ex familiaribus cuidam dicenti, neminem illorum ab eo morte multatum esse qui iniurijs ei fuissent, respondit, Utinam etiam eos in viram reuocare possem, qui iamdudum mortui sunt. Nicephorus Callistus libro 14. cap. 3. Eccles. hist.

Macarius Monachus.

Macarius Ægyptius, monachus vir, omnium sanctissimi, olim habitus, percontatus cur humanarum iniuria rum memoria hominibus adeò molestus esset, diabolicarum autem contumeliarum recordatio non item? Propterea, inquit, quod prior illa affectio præter naturam; posterior autem secundum iram naturam esset. Nicephorus Callistus lib. 11. c. 43. Eccles. hist. ex Euagrio.

*De vltione & vindicta negligenda.**Chilon.*

F Ratri querenti, quod Ephorus ipsse non crearetur, quum ille esset: Ego, inquit, iniuriam ferre noui, tu non. Diogenes, Laertius in eius vita.

Thales.

Rogatus, quo pacto quis facillime ferret infortunium suum? Si quis, vi-

deat hostes maioribus malis obnoxios. Quidam enim ex contemplatione felicitatis alienæ, suam calamitatem exasperant. Laërt. I.1.c.1.

Pittacii.

Habens potestatem puniendi quempiam qui contumeliosus in ipsum extiterat, dimisit, inquiens: Venia vltione melior est. Illa namque mitis est ingenij, hæc autem ferini. Stob. ser. 47 Ant. in Mel. SS part. 1. ser. 27. Max. ser. 6.

Bion.

Familiares suos admonebat, ut hoc argumento putarent se profecisse in philosophia, si iurgantes & conuictates perinde audirent, ac si recitarent ve i silllos Homericos:

Ωξεῖς ἐπειδὴ τε κακῶς γένεται φωνὴ σοίχας,
Οὐδέ τε τῇ μηδὲ χάρη, θεοὶ νῦν τοι ὄλεισι δοίεν.

Quando vir haud nequam, nec stultus amice videris.

Per multum salutē aīque vale, Dū prospēra donent.

Laërt. lib. 4.

Xenocrates.

A Bione dictis lacescit: Non sum, inquit, tibi responsurus. Neque enim Tragœdia, cùm à Comœdia taxatur, dignatur eam responso. Laërt. I.4.

Democritus.

Dicere solebat, Prudentis esse futuram iniuriam præcauere. Indolenzia verò, quod factum est, non vlcisci. Stob. ser. de Prudentia.

Heraclitus.

Dicebat, iniuriam magis extinguebam quam incendium. Ex leuissimis offensis, si negligantur, nascuntur atrocies tragœdiæ. Sed ad restinguendum incendium accurrunt omnes: gliscenti verò simultati citius addūt irritamenta. Laërt. I.6.

Socrates.

Frequenter dicere solitus est, Peius esse iniuriam facere quam ferre, sensit eum non semper malum esse qui iniuriis afficitur: sed potius hunc qui

bonis iniuriam infert. Brus. I.3.

Idem.

Nuntianti, quod quidam de ipso male loqueretur: Nimitum, inquit, non didicit bene loqui, lingua morbum non malitia tribuens, sed insensitatem, nec ad se iudicauit pertinere quid de se dicerent, qui mortuo animi, non iudicio loquuntur. Laërt. I.2.

Idem.

Quum in via quidam illi per lasciviam calcem impiegisset, admirantibus quod id pateteret: Quid facerem, inquit? Illis hortantibus, ut vocaret hominem in ius: Ridiculum, inquit, si quis asinus me calce percussisset, diceret tis mihi, Voca illum in ius. Nihil putabat interesse inter asinum & hominem brutum, nullaque virtute præditum: ac vehementer absurdum videri non pati ab homine, quod ab animante bruto passurus sis. Laërt. I.2.

Idem.

Cum non irasceretur illi à quo cōviciis multis aspersus esset, obiurgari cur taceret? Mibi, inquit, suis dictis non obest, quandoquidem talis non sum, qualem ipse me esse dicis. Eras. I.3.apoph.

Idem.

Cum Xantippe in publico pallium marito detraxisset, ac familiares admonerent, ut tantam iniuriam manu vlcisceretur: Pulchre, inquit, nimis ut nobis colluctantibus acclametis, Eia Socrates Eia Xantippe. Nam huiusmodi vocibus spectatores animat duos inter se commissos. Maluit autem vir sapiens tolerantia exemplum de se præbere, quam ridiculum exhibere spectaculum viri cum uxore certantis. Laërt. I.2.c.1.

Idem.

Quum Xantippen diu rixantem tulisset in ædibus, ac tandem fessus confessisset ante forenses, illa magis irritata quiete viri, de fenestra perfudit eum lotio. Ridentibus qui præteribant, & ipsis Socrates arridebat, dicens: Facile

facile divinabam, post tantū tonitru
equituram esse pluviam. Laér. l. 2.

Idem.

Sunt qui putent Socratem simul a-
uisse domi duas vxores, Myrrho &
Kantippen. Proinde demiranti cuidā-
n quem tandem vnum aleret duas
nulieres, præsertim rixosas, nec eas
iomo exizere? Hæc, inquit, me domi
loquent tolerantiam, qua in publico
tendum est: harum motibus exerci-
atus, commodior ero ad aliorum cō-
uetitudinem. Hunc percontatorem A.
Gellius facit Alcibiadēm.

Idem.

Alcibiadi demiranti, quod Xantip-
pen supra modū rixosam domi per-
petreretur: Ego, inquit, iampridē his
sic affueui, vt non magis offendar,
quām si rotæ, quæ aquam educit è pu-
eo, stridorē audiam. Nam is stridor
nolefissimus est insuetis: eundē qui
quotidie audit, adeò molestè nō fert,
vt se audire nesciat. Laér. l. 2.

Idem.

E palæstra redeūtem Euthydemū
casu factus obuijs, dexit ad cœnam.
Illi autem inter se multa commen-
tantibus, Xantippe icara surrexit,
multaque in maritum dicit conuicia:
quibus cùm ille nihil cōmoueretur,
tandem & mensam subuertit. Quum
autem Euthydemus valde perturba-
tus, surgensque abire cœpisset: Quid
habes? inquit Socrates, nōnne nuper
hoc idem accidit domituæ, vt galli-
na subuolans, euenterit quæ erant in
mensa? Eo tamen ob id non indigna-
bamur. Laér. l. 2.

Idem.

Idem colapho percussus à quodā
in via, nihil aliud respondit, quām
quod homines nescirēt, quando pro-
dire deberent cū galea. Simile quod-
dam Laér. ascribit Diogeni lib 6. sed
Brus. l. 5. c. 1. Socrati, quemadmodum
& alij.

Idem.

Quom in Aristophanis comœdia
acerbis conuicii proscinderetur, &

astantium quidam diceret, Cur hæc
non molestè ferret? non egre, inquit,
in theatro fero, cùm his personis o-
mnia liceant. Laér. l. 2. c. 1.

Plato.

Quodam ei maledicente, Perge,
inquit, malè dicere, qui bene nunquā
didiceris. Stob. scr. 17.

Di genes.

Pinguē saliuam à quodam in facie
quā accepisset, nihil motus ait: Affir-
mabo, falli omnes, qui negarint te
os habere. Solidam illā contumeliam
nō modò æquo animo tulit Cynicus,
sed ioco etiam irritis. Brus. l. 5. c. 1.

Idem.

Cuidam dicenti, Multi te derident
ò Diogenes: Et illos, inquit, forrassis
asini. Altero subiiciente, sed illi non
curant asinos: Nihilo magis, inquit,
ego ipsos. Asinis irrisione tribuit,
quod subinde nudatis dentibus irri-
sionis speciem præbeant. Quin & de-
ridentes quempiam, mota ab aure
manu imitantur asininas auriculas.
Videturigitur & asinus moris auriculis
irridere homines, nemo tamen
offenditur. Laér. l. 6.

Idem.

Conuiciis lacessitus à quodam, de
crimine proditionis infamij, Gaudio,
inquit, me tibi factum inimicum:
quando tu nō hostes, sed amicos Iz-
dere soles. Eras. l. 8. apoph.

Idem.

Platoni ips. om ob vitæ fordes ca-
nem appellanti: Sanè, inquit, nam ad
eos qui me vendiderant recurrī. So-
lent enim canes si vendantur, ad ve-
teres dominos recurrere. Non offen-
sus est conuicio, sed commodè inter-
pretatus est. Quum Æginam nauigaret
interceptus est à piratis, atque in
Cretam perductus, ibique venditus.
Laér. l. 6.

Idem.

Cùm de ferenda iniuria disputa-
set, adolescens proterus veluti peri-
culum faciens, an re præstaret ea que
docebat; inspuit illi in faciem. Tulus

hoc leniter: Non quidem, inquit, irascor, sed dubito tam an propter id irasci oporteat. Laér. I. 6.

Idem.

Ei à quo trabe fuerat percussus, dicens, Cave: Num, inquit, iterum me ferire vis? Brus. I. 3.

Idem.

Cuidam ipsi dicens, plurimi te derident: At ego, inquit, non derideor. Ita autem videtur *αδωμαντης* ut aliquis te percutiat, tu tamē nō peccarais: sed Diogenes negauit se derideri, siue quod non esset ridiculus, siue quod existimaret hominum irrisionē nihil ad se pertinere. Laér. I. 6.

Cleanthes.

Appellatus asinus agnouit coniuicium, dicens se solum esse parem fermentæ Zenonis sarcinæ. Siue quod Zenoni non multum esset suppelleabilis, siue quod vnius illius austeraitate nihil offendetur. Laér. I. 6.

Antisthenes.

Qui nos maledictis incesserent, eos magis tolerandos dicebat Antisthenes, quām qui nos lapidibus impeterent. Verba enim non lèdunt, si quis contemnat. Vide verò num forte hic sit sensus: tolerantiores esse, qui conuicia patienter ferēt, quām si quis lapidibus impetus ferat. Quo rūndam enim dicta grauius facient quā lapides. Quod si indecorum esset graui viro lapidibus repetere à quo petitus fuerat, æquè indecorum sit in conuiciantem regerere conuicia. Laér. I. 6. c. 1.

Idem.

Quum accepisset, Platonem de ipso malè loqui, nihil commotus: Regium est, inquit, quum feceris bene, audire malè. Quanquam hoc idem a liis ascribitur. Excelsi animi est ingratitudine hominum non deterri à studio bene merendi de omnibus. Laér. I. 6. c. 1.

Solon.

Despuentem quendam ferebat.

Quum autem alter quidam eum preterea accusaret: Atqui, inquit, pisces, vt gobium vnum capiant patientur se aqua marina conspergi: ego idem ferre non sustineam, vt hominem capiam? Max. sermone 42. Idem dictum est ab Aristippo, quem Dionysius tyrannus confuerat. Laert. lib. 2.

Idem.

Quum à quodam conuiciis inceretur, tacitus abiit, verū quām maledicus sequeretur abeuntem dicens, Cūr aufugis: Ideo, ait, tibi siquidem potestas est loquendie ea quæ vis mihi verò data est potestas ea non audiendi, quæ audire nolo. Laertiu libro 2.

Anacharsis.

Ab adolescenti in coniuicio pulsatus: Adolescens, inquit, si nunc vim non fers, aquam feres cum senueris. Moderationis erat, & patientia, quod adolescentis proteruanus imputauit. Laér. I. 1. c. 9.

Dion Alexandrinus.

Multis conuiciis ac probris à quipiam lacesitus, non respondit. Gāte rūm vbi intra ædium suarum vestibulum venisset (nam eò usque conuiciator fuerat insectatus) nihil fututbatum ostendens, hoc tantum dixit: Ne gry quidem, maledictis tui respondeo. Stob. ser. 19.

Demosthenes.

A quodam conuiciis lacesitu: Nolim, inquit, tecum in hoc genu certaminis descendere, in quo quvincitur, ipso viatore melior est. Sto serm. 19.

Aristides.

Aristides quum iret exultatum, sublatis in cælum manibus deos precatus est, sic prosperarent res Atheniensium, vt illis Aristides nunquam veniret in mentem, in rebu enim afflictis solet populus ad egregios viros cōfugere, id quod euenit. Siquidem tertio post anno, quum Xerxes Atticam adoriri statuisset Ari

Kristides ab exilio reuocatus est. Plu.
n eius vita.

Idem.

Suprà de Magistratu & gubernatione Recipub.

Herodes sophista.

Suprà de Affuetudine.

Phocion.

Quum apud Athenienses verbum aceret pro concione, reprehendens n ipsis ingratitudinem, subirata voe dixisse fertur: Malle se damnum b aliis accipere, quam damnū etiā ro meritis inferre. Aelianus lib. 2. de Var. hist.

Idem.

Injuria vxori suā facta, tantum ab uthoris accusatione absuit, vt cum le sponte metu percussus Phocionem accederet & veniam postulareret iquiens, ignorasse quod eius vxor uisset in quam iniuriosus fuerat, hoc ermone sit vsus. Mea quidem vxor nihil abs te affecta est, sed fortassis lia quæpiam: proinde nō est, cur ex usationem apud me dicas. Muson. pud Stob. ser. 17. Idem de Pisistrato efert Plut.

Idem.

Phocioni cùm poculum cicuta tē-
teratum porrigeretur, percontatus
st quispiam, si quid filio vellit dice-
re? nam is aderat. Ego, inquit, tibi si-
i præcipio, atque etiam obsecro,
ne quid ob huius rei memoriam A-
theniensibus malè velis. Cæteris mo-
rientibus præcipuum solarium esse
slet spes vindictæ: huic illud curæ
uit, ne filius patris iniustam necem
inciseretur. Plut. in apoph. Aelian. I.
2. de Var. hist.

Idem.

Post Antipatri obitum, quum A-
theniensium resp. ad gubernationem
opularem rediisset, Phocion in con-
cione capititis damnatus est. Atq; hu-
us quidem amici cæteri, qui simul
um illo damnari fuerant, flentes du-
ebantur: Phocion autem tacitus i-
bat. Cui ex inimicis quispiam factus

obuius, post conuicia in faciem ex-
puit. Tum Phocion ad magistratus
respiciens: Non hunc, inquit, compe-
scet aliquid indecorè se gerentem? De-
tam a roci contumelia questus non
est, nec flagitauit vindictam aduer-
sus eum qui præter leges lœviret in
hominem damnatum, tantum cohi-
beri iussit exemplum bonis moribus
aduersum, & immane facinus non a-
liud quam indecentes mores appel-
lauit. Plut. in apoph.

Idem.

Phocionem, quum pro concione
dicentem quidam petulantissime ma-
ledicus interpellaret, multis conui-
ciis in illum debacchans, omisit quod
coperat, locumque dedit in maledi-
co. Postquam ille vix dicendi fecis-
set finem, Phocion reuersus in sug-
gestum placido vultu, perinde quasi
nihil esset dictum, cœptam oratio-
nem perseguutus est. De pedestribus,
inquit, copiis audistis: supereft vt de
velitibus ac leuis armaturæ milite
dicam. Plut.

Timotheus.

Dicebatur dux fortunatus. Huic
inuidentes nonnulli, pinxerant ciui-
tates vltro se reti implicare, ipso dor-
miente. Hac contumelia nihil offendit
Timotheus, ciuiliter respondit:
Si tantas vrbes capio dormiens, quid
faciam vigilans? Plut. in apoph.

Telecrus.

Ad fratrem ciues criminantem,
quodasperius secum quam cum illo
se gerent: Tu, inquit, iniurias pati-
nescis? Plut. in apoph.

Ageſilaus.

Audiens, quosdam clam sibi in-
fensos esse, non tantum de vltione te-
gitant, sed in militum duces ele-
git, & magistratus accusatos defen-
dit, & hac arte ex hostibus sibi ami-
cissimos reddidit. Qua prudentia
quid vtilius, qua mederi malevolis
maluit, quam ylcisci. Plut. in Lacon.
apoph.

Idem.

Idem.

Ad Larissos qui non iuuerant res hostium, Xenoclem & Scythen legatos misit, vt amicitiam inirent. Verum hos quom Larissai contumeliose tractassent, alii hoc factum grauiter rulerunt, & admonuerunt A gesilaum, vt hoc factum contra ius gentium admissum, admoto exercitu vlcisceretur. Ar ille negabat, si vel vniuersam Thessaliam hac conditione veller capere, vt ex his quas miserat, alterius ficeret iacturam: admissuros utrumque, si illos bello lacessisset Ibidem.

Aga vltimau.

Cum captus ab Ephoribus condemnaretur, ac iam duceretur ad mortis supplicium, vidi quendam rei indignitate ad fletum moueri. Cui ait: Desine meas vices flere. Morior enim præter ius & æquum, sumque multo melior his qui me occidunt. Ibidem.

Cleomenes.

Suprà de Malitia.

Lysander.

Quum multis contumeliis à quodam assidue afficeretur, Dic, inquit, ô amicule, dic dic, nihil omittas, si quā tuuta animum malis quibus visideris plenus, valeas exonerare. Ingētis animi argumentum, ne ira quidē dignum arbitrari maledicōm, quum in promptu esset vltio. Plut. in Lac.

Lycurgus.

Post reformatam Rēpubl. cùm à populo ferè dilapidatus esset, in ea seditione Alexander pertinacius insequens, fuste respicienti Lycurgo intergum, extrudit oculum. Verum hūc Alcandrum cùm noxæ deditum publico decreto accedisset puniendum, nec vlo affectit incommode, nec incusavit: sed cùm illū sui instituti socium haberet, effectit, vt & ipsum Lycurgum, & virerationem quam cū eo egerat prædicaret: nec vi& modò, sed vniuersam ciuium educationem

amaret, quam Lycurgus induxerait. Porrò mali quod acciderat monumentū locauit dicatū in templo Minervæ, cui ab æreo delubro nomine Chalciceo, deæque cognomentum addidit, vt Optiletis diceretur, Nam Dores Lacædæmoniem incolentes, oculos optilos vocant, ab ἄπλω quo Græcis sonat video. Insigni tolerantia exemplum, quæ ex hostile capita reddidit amicum ac propugnatorē quem etiam si negasset, vt iſi licuit in hilo tamē minus ipse fuisset luscus & uno legum suarum defensore minus habuisset. Plut. in Lacon. Stob. serm. 17.

Anonymous.

Duo pueri inter se pugnabant quorum unus alteri lethale vulnus inflixit. Puerorum autem sodales, ei saucius ille moriturus esset pollicit authorem interficēturos. At ille: Non quaquam, inquit, per deos. Non enim æquum est: quandoquidem & ipse hoc facturus eram, si antevertiſsem, sique strenuus fuissem. Indolenterè Laconicam, qui virtus ac moriens, iustè tamen victori fauebat quod virtute, non dolo superasset auctorarium. Quid talibus ingenii felicioris si à teneris ad veram virtutem fuissent instituta potius quam ad militarem duritatem? Plut. in Lac.

Alius.

Quidam Laconi dixit, Meniris: ille contra, Nimirum, inquit, liberis simus, alij verò nisi vera dixerint vapulant. Nihil cōmotus est Lacedæmonius, sed atrox conuiciū elusit ioco obiter taxans maledicū, quod ipse non esset Lacedæmoniis, atq; ob inceps liber. Porrò serui si quid fallamendacio, loris expendantur. Ibid.

Lacones.

Lacones cùm Deos cōprecantur hoc votis addunt, Ut possint iniuripati: quod neminem iudicarēt ad gerendum imperium, aut alioqui magnas res obeundas idoneum, qui quis iniuria commoueretur. Plut. in Lacon. apoph.

Arche

Archelaus.

Quum à quodam aqua conspersus esset, amicis illum aduersum eum qui hoc fecerat inflammantibus: Item, inquit, non me conspersit, sed eum quem esse putavit. Quid hac moderatione ciuius? Hoc exemplo, facile decet iis ignoscere, qui icet in præpotentem, tamen imprudentes delinquunt. Plut. in apoph.

Democritus.

Quum athletam reprehendisset, quod visor in Olympiis cultu molli vteretur, lapidem illi iracudus iussit in caput, ita ut sanguis ex vulnere proflueret. Id factum indignè erentes qui aderant, hortati sunt, ut direct proconsulē: Nequaquam, inquit, viri, ad proconsulē, sed ad medicū otius. Prius esse debet homini, ut nolo accepto medeat, quā ut reperat in alterum. Eras. Rot. I. 8. apo.

Pausanias.

Quum Atheniensium exules horarentur Pausaniam, ut aduersus Athenienses moueret exercitum, diceantq. quod quū in Olympiis præcoius voce pronuntiaretur visor, solidi Athenienses ipsum exsibilarent: Cū ioc, inquit, fecerint in bene meritū, quid facturos creditis, si illis malè ferō? Insigne moderationis exemplum, nihil tam atroci commoueri contumelia. at idem ingenij mirè soertis argumentū, quod efferebatur, velut instigaturum Pausaniae animū id suscipiendum bellum, id in partē liuersam retorquere. Plut. in Lacon. item supra tit. de Malitia attribuitur Philippo regi Maced.

Thrasibulus.

Quum populum Atheniensium à triginta tyrannis pulsum restituisset, plebiscitum tulit, ne præteriorum rerum fieret mentio: legemq. dūmrias, id est oblivionis inuexit. Plut.

Agathocles.

Obsidens urbem quandam, non nullis è muro cōuicia in ipsum iactantibus, dicentibūisque: Figule, unde

militibus tuis persolues stipendium? Ille placidus ac ridens respondit, Quū hanc cepero. At cū vrbe vi portitus esset, venderētq. captiuos: Si me, inquit, denuò conuiciis affeceritis, apud heros vestros querar de vobis. Ciuiliter illis exprobrās & intēpestiuam maledicentiam, & seruitutē maledicentia præmium. Plut. in apoph.

Epaminondas.

Ciuium suorum iniurias patientissimè ferebat, dicens esse nefas irasci patriæ: quemadmodū parentū iniurias vlcisci pietas vetat. Eras. l. 5. apo.

Alexander.

Cūm accepisset esse quendam quā conuiciis ipsum impeteret: Regium est, inquit, quātū facias bene, audire male. Nihil hoc dicto generosius, quamquam idem & aliis ascribitur. Plutarch.

Antigonus.

Nocte quadam milites imprecantes regi audiens, nil dixit aliud, postquam incognitus eos ex lutosa via extricasset, quām: Nunc conuiciis aspergite Antigonum, cuius vitio nūc laboratis, & benedicite eidem, qui ex his vos ærumnis liberavit: Eras. lib. 4. apoph.

Idem.

Cūm in exiguo quadam castello Graci obsiderentur. & loci fiducia freti contemnerent regem, ob corporis deformitatem, ac nunc statu ram humilem, nunc collisum nasum deridentes: Gaudeo, inquit, & boni quidpiam spero, quandoquem & Silenus habeo in castris. Quasi diceret, sensuros eos esse suo tempore vitrum quem nunc immerito derident. Eras. l. 4. apoph. Vide prouerb. Silenus Alcibiadis.

M. Cato.

A quodam in balneo percussus, obiurgatus ab amico, eur hoc patetur? ait: Non metimi me percussum esse. Sensit eam iniuriam æquo animo ferendam esse, cuius dolorem non diu sentias. Plut.

Idem.

Quum Catoni causam in foro a-
genti, Lentulus attracta pingui sali-
ua in medium frontem quantum po-
terat expuister, absterit Cato facie,
ac dixit: Affi: mabo omnibus Lentu-
le, falli eos qui te negent os habere.
Os habere negantur, quos nihil pu-
det: id quum eo facto maximè decla-
rasset Lentulus, tamen Cato ludens,
proficitur illi esse os: non quod cru-
besceret, sed quod ore multam pu-
roventiam ejacularetur. Eras l.b.5.
apoph. Idem suprà Diogeni tribu-
tum est à Brusonio.

Tiberius Ces.

In senatu dictis quorundam homi-
num parum honestis aspersus, admo-
nitus ut maledicos puniret: Non tan-
tū, inquit, habemus otij, ut implicate
nos pluribus negotiis debeamus. Si
hanc fenestram aperueritis, nihil al-
liud agi sinetis. Eras.l.6 apoph.

Idem.

Quum iocis, cōuiciis, famosis car-
minibus ac rumoribus frequenter im-
peteretur, amicis ad vltionem horri-
bus respondit: In ciuitate libera,
linguam, mentemque liberam esse
debere. Ibidem.

Theodosius.

Ab amicis interrogatus, cur nem-
inem eorum à quibus afficeretur in-
juria, capitis supplicio damnaret? V-
tinam (inquit) milii daretur, & mer-
tuos ad vitam reuocare. Uocuit hoc
dicto sapientissimus princeps, ad pri-
uatas iniurias hominem debere esse
facilem ad ignoscendum. Eras.l.8.
apoph. ex h. Et Eccl.

Fridericus Imper.

In Fridericum Cœlarem tertium,
cūm nonnulli dicta probrosoia au-
fissent, referentibus aulicis: An nesci-
tis, inquit Fridericus, principes quasi
signum ad sagittam expositos esse?
Torres quidem fulgura præstas fe-
riunt, humilia testa prætereunt. At
nobiscum bene agitur, si vobis tan-
tum imperium. Innuens eum qui

conuictia, velut dicta, quibus nihil le-
uius, formidat, vix toleraturum po-
pularium impetum. Æneas Sylvius
l.2 Comment. de reb. gest. Alphonsi
Alphonsus.

Nonnullos de se benè meritos, se
ipsum probris clam solios lacerare
cūm audisset: Regium esse, inquit
non solum beneficere, sed mala e-
tiam patienter audire. Legerat ni-
mirum rex prudentissimus. Lacone
deos comprecatos, ut possent iniu-
riam pati: quod nō minem iudicarer
idoneum ad gerendum imperium
qui quavis iniuria commoveretur
Panor.l.1.dreb.gest.Alphonsi.

Idem.

Audiens à suis, quantum maledi-
ctis proscindereatur ab inimicis sui
respondit: In huicmodi iniuriis no-
quid dicatur, sed à quo dicatur,
primis animaduertendum esse. Ide-
l.3 de reb.gest.Alphonsi.

Idem.

Intelexit se multis maledictis
quodam apud exteris traductum e-
se, qui tamen mox acceptis implor-
turus eius auxilium Nec tamen indi-
corē se gessit: immò parum hoc r-
ferre dixit: se enim beneficiorū p-
tius, quam vanagloriū memorē e-
sc. Panor l.1 de reb.gest Alphonsi.

Ludecicus xij Gall. rex.

*Lugduni, vii. Caro.vi.11. reg-
dprehensus à quibusdā aulicis, mi-
nis verborum contumelias vexat
est. Carolo morbo propter Ludoci
ad regnum receptionem turba
aufugerunt: sed ille absentes si-
sponte reuocauit, pristinæque rest-
tuit dignitati, dicens, Primiti per-
nam exui: Rex constitutus hac m-
aledicta non curio neque vlcisci de-
ci. Annal. Franc.

*De vnguentis.**Socrates.*

Alebat vnguenta relinquenda fo-
minis, in vnguenibus nullum vi-
guerit.

uentum melius olere, quam oleum, quo inter exercendum vrebantur. Nam amaracino, aut foliato, protinus idem olent seruus & ingenuus, Rogatus quid senes olere deceat? Probitatem, inquit. Rogatus, ubi hoc vnguentum vnderetur? recitauit Theognidis carmen,

εδηλατην υπ' ηδ' εδηλατην διδαγεσση.

Id est.

Qui bonus est, ab eo bona discit.

Huius generis quædam cogerit Xenophon in coniuvio. Eras. l. 3. apoph.

Idem.

Cum taxaret vnguentis delibutos, Phædon interrogatus, quissam adeo vnguentis delibutus esset? Cui respondebat Aristippus: Ego, ait, inf. l. ix: sed me multò infelior Persarū tex. At tu vide, inquit, ut quemadmodū hac parte nullo cæterorum animantium est superior, ita nec hominum villo sit præstantior. Quo dicto sensit, vnguentis & odoribus hominem nihil fieri meliorem: cum & equus balsamo oblitus, idem oleret quod tex: & mendicus vnguento simili delibutus, non minus bene olet quam sumimus pontifes. Laer. lib. 2.

Anacharsis.

Oleum dicebat esse venenum, insaniam gignens, eo quod athletas videret vñctos in se inuisum insanire. Nec olei vsum, ut arbitror, nouerant Scythæ: ut quod nec apud illos proveniret, nec aliunde importaretur. Athletæ non pugnant nisi vñcti: putant enim corpus fieri robustius, at Scytha simulabat se credere illis oleu esse causam insaniz. Laer. l. 1. c. 9.

Dingenes.

Nactus vnguentum, eo pedes inunxit, præter morem publicum. Id demirantibus, dixit: Quoniam vnguentum capiti infusum exhalatur in aëtem, à pedibus autem ascendit ad nares. Similiter alius reprehendit publicam consuetudinem qua coronas capiti imponunt: cum magis consentiat infra nares ponere, quod fra-

grantia vapor non tam descendat quam ascenda Laert. l. 6.

Idem.

Cuidam habenti capillos vnguento delibutos: Cae, inquit, ne capitis suaeolentia, vita maleolentiam adducat. nam Græcarum vocum iucundam affinitatem vtcunque reddere studuimus, & vos iav & & vos iav. Vnguentum enim in viro arguit vitæ molliciem: Fama porrò velut odor est hominis. Simile quiddam dixit Martialis: Neuole, non bene olet, qui bene semper olet. Laert. lib. 6. & Stobæus.

Idem.

Aiebat, faciles esse deos ad donandum hominibus vitam: cæterum hæc ignorari ab his qui querunt vnguenta. Laert. lib. 6.

Lycurgus.

Vnguenta elecit è republica, tanquam olei corruptelam ac perniciem. Nam oleum (inquit) odoribus vitatum, nullum habet usum, nec ad eum, nec ad membrorumunctionem: atque dum rem necessariam ad delicias corrumpunt, fit ut minor sit copia. Plutarch. in Laco. apoph.

Fl. Vespasianus.

Ei cum adolescens quidam gratias ageret pro impetrata præfectura, quoniam vnguento fragrabat, & nutus contemptus est, & grauiter increpitus: Mallem, inquit Vespasianus, allium oboluisses. Mox & literas concessas reuocauit. Suetonius in eius vita.

Vide apoph. de fuso, & mendacio.

De voce atque clamore.

Zeno Cittius.

Ornam dicebat esse vocis florē: Aut contrā, quemadmodum ab aliis refertur, vocem esse formæ florē. Nam oratio composita gratiam addit formæ. Laert. l. 7.

Idem.

Dicebat, eos qui differunt, similes esse oportere tragœdiarum actorum.

Bbb ij

bus quibus vox magna, bonaque latera debent esse, cum os immodecum non diducant, quod faciunt iij, qui plurima loquuntur, sed supra vires. Dum enim os diducunt, declarant se sanguinare verius, quam agere. Ibid.

Anonymus.

Caineades seruit admodum fuisse vocalis. Itaque quodam tempore gymnasiorum, id est, scholae princeps, misit qui diceret, ne tantopere clamaret, cui respondit: Da mihi vocis modum. Ad quod rursus eleganter princeps: Modum habes, nempe auditores. Siquidem pro numero auditorum temperanda vox est. Laert. li. 4. cap. 9.

Demosthenes.

Audiens oratorem quendam immodecum vociferantem, Non, inquit, quod magnum est, bene est: sed quod bene est, magnum est. Hoc & aliis ascribitur. Erasm. lib. 4. apoph.

Idem.

Quodam tempore vox Demosthenis inter concionandum defecit, ob multitudinem fremitum. Id obiciens, ita respondit: Histrio è voce iudicata par est, oratorem è mente. Graeca iucundius sonant: ὑπόχρεας δὲ κακίαινε τῆς φωνῆς, τὰς δὲ πάτογες ἐν τῇ γνώμῃ. Histrio seruit populo, orator consulit: ille delectat, hic prodest. Ad bene consulendum non refert quam sit vocalis, sed quam opportuna suadeas. Actori voce opus est, quem vincat multitudinis fragor: orator talis esse debet, ut populus ipsum ultra tacitus & attentus auscultet. Eras. l. 8. apoph.

Socrates.

Inter familiares dicere solitus est, se quidem docere decem minis: exterum qui ipsum docuisset audaciam & vocalitatem, mercedis loco acceptum decem millia. Nam vocis exilitas & animi timiditas reddebat Iosocretē ad dicendum inutilem. Haec autem quoniam naturae sunt, non artis, à praceptorib. dari non possunt. Ibid.

M. Cato.

Quando docebat iuvenes intrepidè pugnare, saper numero dicebat, verba plus quam gladium, & voce plus quam manum, hostes in fugam vertere, at ironioque reddere. Nolebat militem in praetorio mutum esse, sed atrocibus dictis, clamore, vultu, que truculentia terrere hostem. Plutar. in Rom. apoph.

Cicero.

Oratores, qui inter dicendum vociferarentur, dicebat claudis esse similes, qui sic ad clamorem, ut illi ad equos confugerent. Hoc genus homines & hodie videre est, qui cum sentiunt se causa inferiores, ad furiosa iurgia confugiunt: ut quoniam rationibus persuadere non possunt, improbitate metuq. extorqueant. Ibid.

Idem.

Cum M. Caelius, qui credebatu à parentibus non liberis natus, epistolam apud senatum clara firmaque voce recitasset: Ne mirerintur, inquit Cicero, nam hic unus ex his est qui proclamarunt significans, illum fuisse praecomen, & hoc vsu contigit ut esset vocalis. Solent autem seruantes voce praeconis commendari. Erasm. l. 4 apoph.

De voracitate.

Zeno Cittium.

Cum in quodam conuiuio vidi set hominem immoderatus obsonia vorantem, ipse pisces ingenem continuo è patina sustulit, qualis solus deuoraturus. Alter intuens Zenonem, eius admirabatur impudentiam. At quid, inquit, putas conuiutoribus accidere quotidie, si mea opophagiam ferre non potes? Laert. l. 7

Diogenes.

Vulgo canis dicebatur. Sunt autem canum multa genera, sunt enim venatorij, sunt aucupatorij, sunt custodes ovium & cedum, sunt qui habentur in delicis. Ergo percontantur quali:

qualis ipse canis esset, lepidè respon-
dit: Esuriens, Melitus: satur, Molos-
sus, quod cibi appetens, blandiretur:
saturatus, morderet. Laér. l.6.

Corydus.

Cum Chærephon nudus in conui-
vio distenderetur: O Chærephon,
inquit, nunc te veluti lecythos in-
tueor quoisque plenus sis. in lecy-
this vitreis apparet, quoisque plenæ
sunt, si eximantur è thecis. Ita in cu-
te illius apparebat expletio totius
corporis. Eraf. l.6.

De votis.

Dizorus.

CVM in Samothraciam venisset,
atque ei amicus quidam dixis-
set, Tu qui deos putas humana ne-
gligere, nonne animaduertis ex tot
tabellis pictis, quām multi vobis vim
tempestatis effugerint, in portūm
que salutis peruenirē? Ita fit, inquit.
Illi enim nusquā picti sunt, qui nau-
fragium fecerunt, & in mari perie-
runt. Brus. l. 7. c. 15. Risit ethnicam su-
perstitutionem: quid enim possunt ido-
la & res ludicra ac nihil?

Diogenes.

Eos summopere reprehendebat,
qui, si quid secus euenisset, fortunam
incusarent: id quod vulgus hominū
solet, dicens ipsos homines potius
incusandos, qui postularent à fortu-
na, nō quæ verè bona essent, sed quæ
ipsis bona viderentur. Nam si permit-
terent diis, quæ ipsi iudicant optima-
dere, darent. nunc acceptis his quæ
flagitarūt, impudenter incusant deos.
Laér. lib. 6.

Anonymus.

Lacon quum voto se obstrinxis-
sed, quod se de Leucate petra præci-
pitem daret, concendit montem, &
conspicta altitudine sese auertit. Id
cū illi probrī gratia obiiceretur: Nō
putaram, inquit, illi voto maiore vo-
to opus esse. Ioco elusit inconstantia
formidinique crimen. Erenim qui

facinus arduū concipit animo, prius
à diis optare debet animum facinori
parem. Plut. in Lacon,

Augustus Cæs.

Cum Caium ex filia nepotem in
Armeniam mitteret, optabat à diis,
vt illum Pompeij benevolentia, au-
dacia & lexandi, ipsius autem fortu-
na comitaretur. Quod in singulis e-
rat præcipuum, id optabat vni con-
tingere. Illud autem singularis cuius
dam erat modestia, quod vir inge-
nio, doctrina, consilioque præstans,
sua præclarè gesta fortunæ adscribe-
bat. Plut. in apoph.

De urbanitate.

L.Crassus.

M.Brutus, cum in accusatione
MC. Planci duos lectores exci-
tasset, & alteri de colonia Narbonēsi
L.Crassi, qui reo Brutii aderat: oratio
nem legendam dedisset: alteri, de le-
ge Seruilia, ex his demonstrans, illū
sibi pugnantia scribere: Crassus vi-
cissim tres Brutii patris de iure ciuili
libros tribus legendos dedit, in quo-
rum primo erat: Fortè evenit vt in
Priovernate essemus. hīc Crassus: Au-
dis Brute, pater testificatur se tibi sū-
dum Priovernatem reliquisse. In se-
cundo libro scriptum erat: Ia Alba-
do eramus ego & Marcus filius. hīc
rursum Crassus: Norat hunc gurgi-
tem, metuebat ne cūm is nihil habe-
ret, nihil esse ei relictum putaretur.
Tum ex tertio recitatum est: Cūm
in Tiburti assedimus ego & Marcus
filios tum Crassus: Vbi sunt hi fundi
Brute, quos tibi pater publicis com-
mentariis cōsignatos reliquit? Quid
nisi puberem te iam haberet, quar-
tum librum cōposuisset, & se etiam
in balneis locum cum filio scriptum
reliquisset. Ita Crassus duos lectores
aduersum se à Bruto excitatos tribus
aduersus ipsum productis vltus est.
Hoc urbanitatis exemplum refert
M.Tullius, quod nō astringitur pau-
B b b in

cis verbis , sed per orationem fusum est. Eras. l. 6. apoph.

Augustus.

¶ Cùm ab eo Pacuvius Taurus congiarium peteret, diceretque iam hoc homines vulgo loqui, nō paruam ab illo sibi pecuniā dat: Sed tu , inquit, noli credere. Macrobi. lib. 2. Satur. c. 4.

Idem.

¶ Cùm castris excedere iussisset Hennium iuuenem vitiosum, & is hac deprecatione simplex vteretur, quo modo ad patrias lares reuertar? Quid patri meo dicam? Respondit, Dic me tibi displicuisse. Ibidem.

De vrbium munitionibus.

Lycurgus.

Percontantibus cur prohibuisset Vrbem cingi muris ? Quoniam, inquit, non caret mēnibus ciuitas quæ non lateribus, sed viris cincta est. Indicavit id genus munimenta magis arguere ciuium ignauiam quā fortitudinem. Plut.

Agy Archidami F.

Cùm præteriret Corinthiorū mēnia, conspiceretque excelsa munita que esse , & in longum porrecta spatiū : Quæ sunt (inquit) mulieres, hunc locum inhabitantes ? Innuens, fortibus viris nō esse opus mēnibus. Plat. in Lacon. apoph.

Ageſilaus.

Quum quidam interrogasset, cur Sparta mēnibus non cingeretur? Ciues armis instructos & vñanimes ostendit, & ait : Hi, hi sunt vrbis mēnia. Significans, eam demum ciuitatē munitam esse, in qua infraeti, & bene armati milites essent. Plut. in Lac.

Theopompus.

Cuidam ostendenti ciuitatis suæ mēnia, ac percontanti: num validā & alta viderentur? Minimè , inquit, siquidem sunt mulierum. Sentiens, ciuitatem satis munitam esse, si viros habeat: si minus , nihil prodesse

quamlibet operosa munimēta. Plut. in Lacon.

Panhoidas.

Legatus missus in Asiam , ostenditibus ipsi murū probē munitum; Per deos (inquit) ô hospes , bellum conclave mulierum Plut. in Lacon.

Iſau ſophista.

Cùm olim Lacedæmonij inirent confilium de ciuitate mēnibus cingenda. Iſaeus ſophista, aliis consultanribus Homerī hæc recitauit verba:

Scutum hæſit ſcuto, galea galea, atque viro vir

Ea adiecit: S'c mihi state Lacedæmonij & muris cincti ſumus. Phil. in Sophistis.

Alexander.

Quum audisſet de rupe quadam apud Indos , quæ ob ſublimitatem, velut aribus inacceſſa , d'apropos dicebatur : quod ipſe quidem locus expugnatū diſſicilis eſſet, ſed qui eum teneret formidolofus. Nunc, inquit, locus captu facilij eſſet. Significans, nihil prodeſſe munimenta, niſi vir fortiſ ea tueret. Arx enim non tam fortiſ ac muris tutā eſt, quām viris. Plut. in apoph.

Scipio junior.

Cuidam vallum gestanti, qui ſe di- cebat onore vehementer premi : Ni- hil mirum, inquit, quando iſti ligno magis quām gladio fidis. Significans, ideo vallum plus habere ponderis, quia plus apud illum valeret. Quod si gladiis fideſerent milites, nihil eſſe opus vallis. Plut. in apoph.

De vſura & fœnore.

Thales.

Aſſiduè in ore habuiffe fertur: Noli ditari nequiter. Quo ad- monuit, vt à turpi lucro vbiue abſtineamus , ne grauetur proximus. Laert. lib. 1. cap. 1.

Anacharsis.

Aiebat , forum eſſe locum mutuis hominum fraudibus ac rapinis deſtinantur.

tinatum. Notans mores vendentium
cœnatorum, qui per fas nefasque
lebem expilant, summisque exhaus-
iunt. Laërt. lib. i cap. 9.

Antiphanes.

Dicere solebat: Vsuram, quæstum-
que illicitum, bieues habere deli-
cas, longa autem calamitatē. Stob.

Agesilaus.

Quum Agidi persuasisset, ut debi-
orum fœneratio unque nomina, ta-
pulaque vna comburerentur, appor-
tatae sunt in forum. Olarium, ac coa-
ceruatæ, suppicio igni, dum concre-
narentur, ab eundem ergo fœneran-
ibus ac diuitibus cum tristitia. Age-
silans illorum calamitates irridens:
Nunquam se ignem puriorum vidis-
se lactabat. Plut. in Laco. apoph.

Musonius.

Rutilius quum aliquando Romæ
adisset, Musonium rogauit: Dic mihi
Musoni, Iupiter Seruator, quem tu
imitaris, num fœneratur? Notans il-
lius inopiam, qui cogeretur interdū
accipere mutuum. Ad hoc arridens
Musonius: At ne fœnerat quidem,
Rutuli. Turpis est ad fœnum dare,
quā accipere. At Rutilius, cùm ipse
faceret quod grauius est, obiecit i. li
quod erat leuius. Eras. lib. 6. apoph:

M. Cato.

Ex Catone Censorio quum quis-
piam percontaretur, quid in re do-
mestica maximè expediret? respon-
dit: Bene pascere, bene vestire, & be-
ne agrum colere. & illi qui quæsie-
rat: Quid fœnerari? Cato: Quid ho-
minem (inquit) occidere? Non minus
igitur fœneratorem peccare censuit
quā homicidam. Cicero libro se-
cundo Offic.

Alphonsus.

Fœneratores ut pote labores mor-
talium depascentes harpyias vocare
solitus erat. Quemadmodum enim
Vergilius illæ Harpyiæ raptu viue-
bant, sic hodie fœneratores ex paupe-
rū laboribus magnas per nefas opes
reponunt sibi & suis. Panormitan. l. 4.

Idem.

Iustitiae & æquitatis amator ar-
dentissimus, audiens illico lucro
homini bus insidias à fœneratoribus
strui. Fœnus nil aliud sibi quām ani-
mæ funus videri dixit. Damnauit au-
tem vniuersam fœnerandirationem,
quæ planè est contra naturæ regu-
lam, cùm ex nihilo nihil gignatur.
Idem li. 3. de Alphonsi reb. gest.

Bernard. Senensis.

Fœnus ita demum sine peccato
exerceri posse affirmauit, si pecunia
iis crederetur. qui nec capitalem
summam reddere possent. An. Syl.
de dictis Sigismundi & Friderici m-
per. & lib. 3. de dictis Alponsi.

De utilitate.

Antisthenes.

Honestes semper obseruandos esse
diccebat, ideo quod hi primi o-
mnium sentiant, si quid delinquas;
igitur primum utilitatis ex his ca-
pere possumus, cùm errores nostros
castigari cognoscimus, ut cognitacor
rigamus deinceps. Laertius lib. 6. c. 1.

Anacharsis.

Forum esse locum mutuis homi-
num fraudibus ac rapinis delinqua-
tum. notans mores vendentium per
fas nefasque lucre venantium. Laert.
lib. i. cap. 9.

Lyfander.

Cum egregius simulandi artifex
euasisset, ac pleraque quæ crudeliter
& auarè gererbat, callidis fucis orna-
ret, iustum non alia re quām utilita-
te, & honestum commodo taetiens,
fatebatur quidem veritatem menda-
cio præstantiorem esse, sed viri usq.
dignitatem ac pretiūm utilitate æsti-
mandum. Inuertit vir improbus phi-
losophorum dogma, qui quod hon-
estum est, idem volunt utile esse: hic
quicquid esset utile, idem ducebatur
honestum. Plut.

Cato Uticensis.

Cum Romam venisset, revocatus est ab exercitu: non quidem ut ipsi gratificarentur, sed quod per illum citò Carthaginem se capturos crede rét. Plutarchus in Romanorum apophthegm.

De vulgi natura, moribus & iudicio.

Stilpo.

Crateti percontanti, num dijocationibus & precibus delectarentur? Istuc, inquit, ò stulte, ne perconteris in via, sed solum interroga. Subindicans, aut nullos esse deos, aut eos solicitari de rebus humanis. Sed non expedire tales voces apud multitudinem efferti, cui necessarium es set deorum metu contineri. Huic si nullum est quod tribuirur Dionis, qui eam quæstionem proponet, versus Homerico, nifallor respondit:

εἰς ἀπ' εμού σκεψάσθεις, οὐχὶ λογία ταλαιπωρίᾳ πρέστεν.

Non abiges misericande senex turbam procul à me.

Laert.li.2.cap.12.

Anacharsis.

Mirabatur, qui conueniret, ut artifices apud Græcos certarent, sed de his iudicarent artis expertes. Sentiens, de artifice neminem rectè iudicare, nisi artificem. In theatro certabant histriones, mimi, cantores & sophistæ, recitabant poctæ: quorum artes cum populus nesciret, tamē aliis applaudebant, alios explaudebat. Idem li.1.ca.9.

Antisthenes.

Omnia mala pro peregrinis habenda esse putauit. Sed vulgus hominum ea tantum probat, quibus assueuit: ab exoticis abhorret, non quidem hanc ob causam, quod per se mala sint, sed quia peregrina. Erasm.libro 7.apophthegm. ex Diogenis Laert. lib.6.

Diogenes.

Suprà, de Laude propter utilitatem.

Idem.

Quodam die theatrum ingressus, ipse aduersus populum nitens ingrediebatur. Interrogatus autem, quam ob rem id faceret? Hoc, inquit, in omni vita facere studio. Sentiens, hoc sapientis esse viri, in omnibus actionibus à multitudine dissidere: propterea quod vulgus hominum cupiditatibus agitur, non ratione. Laert. lib.6.

Chrysippus.

Cuidam reprehendenti, quod non apud Aristonem cum pluribus daret operam philosophiæ: Nunquam, inquit, philosopharer, si cum pluribus auscultarem. Dictum lepidius est apud Græcos, quod πολλαὶ interdū sonat multi, interdum vulgus hominū. Sensit, non statim esse optima, quæ placent compluribus. Laert.libro 7. cap.2.

Demades.

Cum esset quastor, populo Atheniensi persuaso ut iis qui ab Alexandro décluerant triremes auxiliares mitterent, iubentique ut illicò pecunias depromeret. Paratæ sunt, inquit, pecuniae, ò viri Athenenses, quas in congios deposueram, ut singuli minæ dimidium acciperetis: Verum si has mavultis in hunc usum erogari, per me quidem, ut vobis quidem lubet, vt amini, licet. Hoc sermone frexit impetum populi, nolentis illa distributione spoliari. Sic interdum, ut indomitè belluæ, arte ad meliora cœcilia auocandus est populus. Erasli. 6.apoph.

Alcibiades.

Habebat canem quendam insigni pulchritudine, emptum drachmarū septem millibus. huic amputavit caudam, ac per urbem obambulare passus est. Demirantibus cur id faceret: Ut hoc, inquit, de me loquatur Athenenses, nec alterius rei sint curioſi. No-

si. Norat ingenium populi, qui de claris viris libenter loquitur male. Illi morbo suppeditauit materiam leuiorem. Plut. in Græc. apoph.

Phocion.

Populum Athenicensem in concione quum liberius reprehenderet, cīque Demades diceret: Lanjabit te Phocion plebs, si paululum insaniter. Quin, inquit ille, te potius si paululum resipuerit. Brus. li. 7. cap. 17. ex Plut.

Idem.

Quum Atheniensibus proditum esset oraculum in ea civitate vnum esse virum qui cunctorum sententiis aduersaretur, ac populus vociferans iuberet illum inquire, ut occiderent: Phocion in medium processit: Ego, inquiens, sum ille, quem designat oraculum. Mihi enim ea omnia displacent, quæ vulgus ait & dicit. Quod dicto ostendere voluit, inconditam multitudinem quoniam affectibus agitur, nihil sani nec agere nec loqui. Plut. in apoph.

Idem.

Orationem habens apud Atheniensem populum, placebat omnibus, curioque videret ab omnibus patiter sermonem approbari, conuersus ad amicum: Quid (inquit) num mali quippiam dixi imprudens? Ad eō persuasum habebat, nihil placere vulgo, quod à recto iudicio proficeretur. Plut. in apoph.

Aristides.

Suprà de Probitate damnata,

Themistocles.

Themistoclem cum Athenienses contumelia afficerent, in quos multa contulerat beneficia, aiebat se similēm esse platanis, sub quarum umbra accurvunt homines afflictā tempestate, & easdem simul, ut abiit tempestas, vellunt. Sensit vir prudentissimus, vulgi mores esse, ut in belli periculis implorent opem fortium viorum, in pace verò contemnant. Plut. in Græc. apoph.

Hippomacus.

Quum discipulus suus aberraret arte interfistulandum, & nihilominus plausum auditorum assequeretur, percussit eum baculo, dicens: Perperam fistula cecinisti, nam alioquin hi tibi non applauderent. Alianus li. 4. de Var. hist.

Polycletus.

Eodem tempore duo simulachra fecit alterum quidem ad vulgi arbitrium, alterum iuxta artis regulas. Gratificaturus autem plebi, ad singulorum accessum transposuit, & commutauit aliquid, morem gerens vniuersusque voluntati. Mox proposuit vtrumque: & alterum omnes admirationi, alterum ludibrii ac risui habuerunt. Respondens igitur Polycletus: At hoc, inquit, quod vituperatis & reprehenditis, à vestra arte profectum est: quod vero suspicitis, ego mea facultate sum fabricatus. Alian. li. 16 de Var. hist.

Plintarchus.

† Qui multitudini placet, in sapientibus displiceat necesse est. Idem de educ. lib.

Idem.

† Quod tibi vitandum præcipue existimo, turba est: nunquam te illi tutò commiseris, ego certè confiteor imbecillitatem meam, nunquam mortes quos extuli, refiero. Ad Lucil. ep. 7.

Dionysius.

Suprà de Inuidia, quæ pleronque felicitatis & virtutis comes est.

Appius Claudius.

Quum in censura haberet competitorē Scipionem, Pauli Amyli filium, populari auræ studentem, magna voce: O Paule, inquit, Amyli, nonne etiam apud inferos indignaris, quod filium tuum Mallius tonsor & Licinius declamator ad censuram producunt? Plut.

M. Cato.

Populum Romanum gregi pecudum conferre solebat: quæ singulæ nemini obtemperant, valuerint au-

tem gregis ducē sequūtur. Sic & vos, inquit, quōd nemo vestīūm priuatum ī consilium adhibere veller, ab his hīc congregati, vos agi ducique sini tis. Nocans populum quōd determinatis committeret magistratus. Eras. li.5. apoph.

Polycarpus.

Polycarpus cūm fidei suę ratio nem Hierod. proconsuli reddere patratus esset. diēisque postularet, quo cum proconsule agere posset: Proconsul volet, ut coram populo se excusaret Cui Polycarpus: Non faciam, inquit, cūm principibus & protestatibus honos debeatur, modō Deo non sit contrarius: populo autē forent, satisfacere nemo possit. Euseb. li. 4. Eccl. hist. ca. 15.

De vulnere & cicatrice.

Crates.

Nicodromus eitharœdus Crates. Nis dictis laceratus, impegit illi pugnum in os, & fugit. At Crates fronti imposuit tabellam, in qua scriptum erat: Nicodromus faciebat. Itaque cum luore suo obambulans, traduxit eitharœdum: festiuiter alludens ad artificum morem, qui operibus suis inscribunt, Apelles aut Phidias faciebat. Simile quiddam narratur de Diogene pulsato. Laert. lib. 6. cap. 5.

Alexander.

Frequenter dicere solitus est: Ut maximē sanetur vulnus quod illatum est manet tamen cicatrix. Sensit vir clarissimus, vulnus facilē quidem sanari posse, ut dolor omnis auferatur: cicatricem tamen, hoc est iniuria facta memoriam, semper versari ob oculos. Eras. 8. apoph.

Timotheus.

Audiens quendam acceptum in bello vulnus prædicantem, ac corporis cicatrices ostentantem: Ecce me, inquit, puduit, quōd cūm ego in Samo dux yester esse, catapultæ telum

prope me ceciderat. Significans, hoc vulnus illi non factum in prælio comminus pugnant, sed procul. Sic sunt hodie Thrasones, qui vulnera à bombardis corpori inflicta ostentant omnibus, fortitudinis gloriam auctorantes: cūm vulnus eminus pugnando fortassis à puer, vel ignauissimo timidiſsimoque homine acceperint. Eras. li. 5. apoph.

De vxoribus.

Ansilippus.

Melicrem parvam, sed pulchram conspicatus, Pa. cum, inquit, malum, sed magnum pulchrū. Vel si mavis inuertere sententiam: Patuum quidem pulchri, magnum autem malū. Nam καλὸν & κακόν apud Græcos facile permutari possunt. Ant. in Melis. par. 2 ser. 3.

Socrates.

Socrates dicere solebat viros optere ciuitatis patere legibus, vxores vero maritorum quibus cum viuunt moribus. Norma enim coniugis vir est. & equitas igitur docet, ut viris tanquam capitii vxores obtemperent. Eras. li. 3. apoph.

Antilthenes.

Cum his mulieribus habendam cœsuetudinem dixit, quæ beneficium beneficio pésent, ejusq; ἀστρα, id est, quæ gratia habituré sint. Senties, abstinentiam ab his quæ pretio vendunt inhonestam voluptatem, nec pariunt, nec amant mutuum: aut à valetudinariis, deformibus ac malè moratis, quæ gignūt fœtus pœnitendos. Laer. li. 6. ca. 1.

Theano.

Rogata, quando mulier esset munda a viro respondit: A suo semper, ab alieno nunquam. Laer. li. 8.

Phocionus uxor.

In complurium sc̄minarum cœtu interrogata, cur sola ex omnibus aureo non vteretur ornatu? Satis, inquit,

quit, vxori magnus ornatus viri sui
virtus est. Antonius in Mel. s. parte 2.
ser. 33.

serm. de Temperantia.

Idem.

Præterea dixit, filias viris elocan-
das esse etate virgines, sed prudentia
matronas. Stob. ser. 68.

Antisthenes.

Adolescenti consulenti, Cuiusmo-
di vxorem ducere expediret? Si for-
mosam duxeris, inquit, habebis com-
munē: si deformē, habebis pœnā. m.
Lucundius id effertur apud G. & eos/
quibus quo ad vocey attinet, mini-
mū intercessit inter κοντά & προνή: quod
ad rem attinet, plurimū. Suadebat i-
taque, media stataque (ut vocant)
forma ducendam, quæ nec fastidium
viro mouere: ob deformitatem, nec
ob insignem formam peteretur ab
adulteris. Aulus Gel. lib. 5. cap. 11 hoc
dictum Bianti tribuit. Laert autem
lib. 4. Bioni. Maximus verò serm. 39.
Soloni. Cæterum Pittaco etiam attri-
butum à Stobæo paulò iam supra re-
censuimus.

Democritus.

Interrogatus, cur homo proceræ
staturæ, tam paruam duxisset vxorē?
Ego, inquit, in malo eligendo, quod
minimum erat elegi. Antonius parte
2. ser. 34. Melissæ.

Idem.

Dicebat, eum qui bonum generū
nactus sit, inuenisse filium: qui verò
malum, simul & filiam perdidisse.
Stob. ser. 69.

Aureolus philos.

Rogatus, pauperne an diues vxor
ducēda esse? Pauperē, ait, alere diffi-
cile est: diuitem verò ferre, tormen-
tum. Brus. l. 7. ea. 22.

Lycurgus.

Cuidā percontanti, quā ob causam
lege cauisset, ut sine dote virgines e-
locarentur? Vt, inquit, neque propter
inopiam vllæ relinquerentur innu-
ptæ, neque ob diuitias expeterentur:
sed ut ibuenū quisque ad pueræ mo-
res respiciens ex virtute faceret ele-
ctionem. Eadem de causa fucos &
ornamenta, quibus aliæ formam vel

Leonora Ducissa Gandæ.

+ Interrogata al: quando à nobilis-
sima fœmina, cur simplici adeò pe-
né que at: rita veste, nulla dignitatis
habita ratione, vteretur? Méne, in
quit, byssini, ser. cis, aut purpureis
indui vis, cùm Dominum meum (sic
enim coni gem appellabat) cilicium
vestare sciam? Ribaden. de vita Frac.
Borg. li. 1. c. 12.

Vile apoph. de Mulierum natura &
norib. .

De vxore eligenda.

Pittacus.

Nterrogabat quendam, quamob-
lrem vxorem ducere nollet? qui cū
respondisset, Quoniam si formolam
luxero, habituras sum communem:
in deformem, pœnam. Haudqua-
juam, dixit: sed si pulchram duxe-
is, nō erit tibi pœna: si deformem,
non habebis communem. Stobæus
serm. 65.

Idem.

Sciscitatus à quodam, qualem v-
xorem ducere deberet? respondit,
Equalem tibi ducito. Ipse enim cùm
lomi haberet opulentiorum, habe-
bat etiam morosam & imperiosam.
Laer. li. I.

Chilon.

Chilonis dicterum est, vxorem
iūmilem modico apparatu ducen-
lam, ne pro coniuge dominam ac-
cessas domum. Sat enim dotata venit
uelle, quæ pudicitiam & honestos
nores secū adfert. Proinde hoc erat
vñ ex Laonicis institutis, vt virgi-
nes sine dote nuptum irent. Laer. I. 1.
ap. 4.

Cleobulus.

Æqualem vxorem ducendam es-
se suadebat. Si enim ex superiori fa-
milia duxeris, inquit, non affines ti-
i, sed dominos comparabis. Stob.

tingere vel commendare solent, ex
vrbe submouit. Plut.

Pericles.

Duobus filiam eius ambientibus,
quorum alter diues ac imperitus e-
rat, alter vero pauper & studiosus, e-
locauit eam pauperi: inquiens, illum
qui diues fieri possit, meliorem esse
quam qui iam sit. Stob. ser. 68.

Themistocles.

Vnica filia pater consulebat, vtrum
eam pauperi, sed ornato: an locuple-
ti, sed parum probato collocaret.
Malo, inquit Themistocles, virum pe-
cunia, quam pecuniam viro indigen-
tem. Val. Max. l. 7. c. 2. Stob. serm. 83.
Cicero autem lib. 2. Officiorum, de
sua filia id dixisse refert, quemadmo-
dum & Plut. in eius vita & apoph.
item Stob. ser. 83.

Olympias.

Quum accepisset, adolescentem
quendam aulicum duxisse vxorem e-
leganti quidem forma, sed fame pa-
rum secundæ: ille, inquit, non sapit,
qui vxorem oculis non etiam auribus
duxerit. Forma cernitur oculis, fama
auribus deprehenditur. Quidam au-
tem nec auribus, nec oculis, sed digi-
tis ducunt, solam spectantes, dotem.
Eras. 6. apoph.

Aurelia.

Aurelia Louiani Pontrani filia na-
tu maior, amissio Paulo marito, cum
a patre ad secundas nuptias hortare-
tur: Quin tu, inquit, pater nuptias se-
cundas non iniis? (erat enim is etiam
viduus.) Quia, respondit, nullam ma-
tri tua similem me reperturum con-
fido. Eadem cura (respondit illa) me
quoque versat pater, quod mihi pla-
citum Paulo & quæ similem sperem
neminem. Adrianus Barlandus.

De Vxore duocanda.

*C*oncedemus.
Vidam sciscitanti, num sapienti

ducenda esset vxor: Num ego, inquit,
videor tibi sapiens? Quā annuisset:
Ego, inquit, vxorem duxi. Superua-
caneū erat de eo dubitate, quod vi-
deret factum ab eo quem iudicabat
sapientem. Laer. l. 2.

Anisthenes.

Sup. de coniugio & matrimonio.
Theano.

Suprà, de Oeconomia.

Epininondas.

Cum in cœlibatu viueret, à Pelo-
pida reprehensus est hunc in modū
Non curas to quidem Remp. qui nu-
los post te filios relinquis, quorum
manu patris salus ritè defendi pos-
sit. Brus. l. 7. c. 23.

Metellus.

Dicere solebat: Si sine vxoribus
possemus esse, omnes ea molestia ca-
remus: sed quoniam ita natura tra-
dit, ut nec cum iis satis cōmodè, ne
sine illis vlo modo viui posset: salut
perpetua potius, quam brevi volup-
tati consulendum est. Brus. l. 7. c. 22. e

Gell. l. 1. c. 6.

M. Cato.

Maiori laude dignum eum cense-
bat, qui bonum se gereret maritum
quam qui in ordine senatorio ma-
gnus esset. Brus. l. 7. c. 22.

De Vxore non duocenda.

Thales.

Roganti matri ut vxorem du-
ceret, nondum esse tempus, dixi
dein maior natu, Non amplius ei
tempus. Stob. serm. 66. Alex. ab. Ale-
lib. 4. c. 8.

Socrates.

Rogatus ab adolescente quodar
vtrum melius censeret vxore duceret
anno ducere? Vtruncunq. (inquit) f
ceris, pœnitabit. indicans, & cœliba
& coniugium habere suas molestias
ad quas perferendas esset præpara-
dus animus. Cœlibatu comitatur si
litudo, orbitas, generis interitus, h
ges

res alienus: matrimonium, perpetua
solicitudo, iuges querelæ, dotis ex-
probratio, affinium graue superciliū,
gerrula socrus lingua, subfessor alie-
ni matrimonij, incertus liberū euen-
tus, aliqā innumera incōmoda. Pro-
inde non hīc est electio, qualis est in-
ter bonum & malum, sed qualis inter
leuiora & grauiora incommoda,
Laërt. l.2. Val. Max. l.7 c.2.

Idem.

Dicere solebat, tria se mala assecu-
tum: Grammaticam, paupertatem, &
perniciosem vxorem, quorū duo iā
effugisset, perniciosem vxorem effu-
gere non potuisse. Anton. par. 2. Mel.
ser. 34.

Idem.

Quibusdam eum consulentibus de
ratione matrimonij contrahendi, di-
xit, Quemadmodum pisces ò adoles-
centuli, qui nondū intrasunt, sunt,
volunt intrare: qui autem iam intus
sunt, volunt exire: sic & vos, ne idem
vobis accidat videte. Anton. in Mel.
par. 2. ser. 34.

Plato.

Interroganti cuidam, an uxore du-
cta philosophari deberet? Cūm ne-
scias, respondit, te solum servare, an
uxorem quoque super humeris te fer-
naturum speras? Stob. ser. 66.

Dиogenes.

Sup. de cōsilio in melius mutato.

Idem.

Interroganti, quando ducenda es-
set uxoris tuuci, inquit, nondum, seni
nunquam. Græcè iucundius, μεστός
& μεστώτης, subindicans, proslus
abstinendum à matrimonio. At per-
contator ille discere cupiebat, quo
etatis anno, aut qdā anni parte expe-
diret adseiscere coniugem, quemad-
modum Aristoteles præscripsit puel-
le decimam octauū, viro trigesimum-
quinum: & Romini Aprilē & Iu-
nium existimabant auspiciatum nu-
ptiat, Maium inauspicatum. Laërtius
lib. 5. & Brus. l.7 c.22.

Aristippus.

A quoipiam interrogatus, An sibi
ducere uxorem expediret? Negavit.
Si enim duxeris, inquietabat, formo-
sam, habebis communem: si defor-
mem, pœnam. Antonius in Melissa,
parte 2. ser. 34.

Protagoras.

Rogatus, ob quam causam dedis-
set filiam inimico innuptam? Quia,
inquit, nihil ei dare poterā deterius.
Ant. ser. 34. par. 2. Mel.

Philoxenus.

Cūm quidam eum percontaretur,
cur Sophocles bonas introduceret
fœminas. ipse autem malas? Quia, in-
quit, quales oporteat esse fœminas,
Sophocles dicit: ego verò quales sint
Ant. ser. 34. par. 2. Meliss.

Solon

Quum ad Thaletem Miletum ve-
nisset, admiratus dicitur, quod nup-
tias filiorūque procreationem con-
tempisset, Thaletem verò tacuisse.
Interiectis autem diebus aliquot pe-
trigrā subornasse, qui decimo post
discessum die Athenis venisse fatere-
tur. Hic rogatus à Solone, nunquid
noui Athenis esset? sed oactus ille à Tha-
lete: Nihil aliud, inquit, præter quām
quod adolescentis cuiusdam effre-
batur funus, civitate omni subsequē-
te, quod eius pater virtute & admira-
tione inter ciues primas obtineret,
quem tum abesse dixissent. O illum
misericordem, Solon ait: Sciscitanti verò
de nomine, respondit, excidisse me-
moria: sed ob iustitiam illius, in om-
nium ore versatum. His Solon in me-
lum coniectus est. Postremò nomen
peregrino subiecit, ab eoque contens-
dit, Num illi Soloni nomen esset? An
nuente homine, Solon caput cädere
cœpit, filium suum obiisse ratus. Tum
Thales ridens ait: Hac me Solon à
nuptiis & procreandis liberis dehor-
tantur, quæ te hominem fortissimum
infringunt, & tum rem fictam esse o-
ffendit. Plut. in Solone.

Phoroneus.

Phoroneus legomlator moriens, fratri dixisse fertur: ad summam felicitatem nihil mihi defuissest, si vxor defuissest. Brus. l.7.c.22.

Epaminondas.

Sciscitatus, quidnam vtilitatis caperet vir innuptus? Respondit, pro patria mori non dubitate. Stob. ser. 66.

Cicero.

Rogatus ab Hirtio, vt post Terentia repudium sororem eius duceret, negavit, dicens: Non posse se vxori & philosophiae simul dare operam Bruson. l.7.c.22. Hieronymus contra Iouianum.

Alphonsus.

Suprà de Coniugij molestiis, & infrà de Zelotypia.

Marianus Sozinus.

Cùm minus solito literis operam daret, ob id reprehensus à quodam respondit: Ideò minus libros iam euoluo, quia vxorem duxi: rursus interpellatus, Cur Socrates vxoratus, non itidem philosophiae studia neglexisset? Xantippe (ait) morosa fuit, & deformis: mea autem vxor proba est, & forma decenti. Aeneas Syl de dictis Sigismundi & Friderici tertij imper. & lib. 3. de reb. gestis Alphoni.

De Vxore morosa, impetiosa ac molesta.

Socrates.

Vm Euthydemum ad cœnam vocasse, in medio conuiuij Xantippe irata surrexit, & post multa in Socratem iacta conuicia mensam subuertit. Verùm cùm Euthydemus ob id valde turbaretur: Cur, inquit Socrates, ita te habes? Nónne nuper cùm tecum cœnarem, gallinas subuolans mensam, pocula & alia euerit? Irritit ita morosæ vxoris indignum facinus, vt interim hospitem

sibi placaret iratum, & tolerantiam exemplum de se præberet. Laërt. lib. 2. cap. 5.

Idem.

Præterea percontanti, cur Xantippem moribus adeò incompositis seminam haberet domi, dicebat, sic habendam consuetudinem cum morosis vxoribus, quemadmodum quise ad studium equestre exerceat, parant equos ingeni ferocioris: quos si subegerint, ac perpeti polsint, certis utuntur commodius. Ita quomorosæ coniugis mores ferre didicerit, multò facilius cum quibuslibet habebit consuetudinem. Laërt. l.2.c.5

Idem.

Cùm Alcibiades magnam & pulcherrimè confectam placentam, magni amoris testimonium Socrati mississet: Xantippe suo more irata, eam de canistro deiectam, impuris conculcauit pedibus. His Socrates cùm arrisisset, inquit, Numquid tu simu carebis ea? Quod si quis putat hæc puerilia esse, & nullius pretij: is san non nouit, ex his etiam de fortibus & bonis viris probationem fieri, & morosis vxoribus ea ratione connueant. Ael. l.ii. de Var. hist.

Idem.

Alcibiadi demiranti, quod Xantippen morosam adeò diligenter: Ego inquit, iam pridem his assueui, vt non magis offendar, quam si rotæ, quæ a quam educit è puteo, stridorem audiām. Laërt.

Idem.

Eidem simile quiddam dicenti: At tu, inquit Socrates, nōnne domi tu gallinas toleras glöcientes? Tolero inquit Alcibiades, sed oua mihi pariunt, & pullos. Et mihi, ait Socrates mea Xantippe paru liberos. Laërt.

Idem.

Xantippe, cùm Socrati marito in publico palium detraxisset, ac familiares adি onerent, vt tantam iniuri manu vñsceretur: Nolo, inquit, vñ hoc certamine vobis acciamantibus denisi

derisai sim, & causa spectaculi. Maluit vit sapiens tolerantiae exemplum de se præbere, quām ridiculum exhibere spectaculum, viri cum uxore certantis. / bid.

Idem.

Cūm uxorem Xantippen diu rigantem tulisset, ac taadem fessus sedisset ante sores, illa magis irritata, de fenestra perfudit eum lotto. Ridentibus autem illis qui præteribant, & Socrates demum in risum erupit dicens: Facile futurum putabam, ut post tantū tonitru pluviā sentirem: Erasmus lib 3. apoph. ex Laer. libr. 2.

Idem.

Demiranti cuidam, in quem usum duas aleret uxores tam rixas: Haec, inquit, me domi docent tolerantiam, qua mihi in publico utendum est. Nam enim moribus exercitatus, commodior ero ad aliorum consuetudinem. Gell. l. 1 c. 7.

Diogenes.

Quum aliquando vidisset mulieres ex oliua pendere, laqueo præfocatas: Utinam, inquit, & cæteræ arbores similem fertent fructum. Erat enim Diogenes μισθώματα, id est, mulierum osor, eoque cupiebat omnes videre pensiles. Laer. l. 6.

Anenymus.

Philosophus quidam, cūm uxorem haberet improbam & garrulam, & ebriosam, percontantibus cur tam ferret? Ut domi, inquit, habeam philosophiæ gymnasium, & palæstram. Ero enim erga cæteros lenior, hac quotidie institutus. Sunt etiam, qui ipsum ob hanc causam illum duxisse dicant. Ant. in Meliss. par. 2. ser. 84.

M. Cato.

Obiurgatus aliquando summā uxorū impotentiam: Omnes, inquit, homines uxoriibus dominantur, nos omnibus hominibus, nobis autem uxores, hoc modo colligens, mulieres esse rerum omnium dominas. Plut. in Rom. apoph. Anton. in

Meliss. par. 2. ser. 34. Alexand. ab Alexand. l. 6. c. 8. Cæl. Rhod. lib. 14. cap. 14.

Idem.

Admodum senex, Salonini filiam male morigeram amans, quin uxorem duxisset, regatus in campo Martio à L. Portio Nasica, num ei sui animis sententia uxorem haberet? Non herculè, inquit Cato, ex mei animi sententia. Scōntra autem Nasicæ in amorem Catonis fuit. Catonis autem responsum de moribus pueræ datum erat. Brus. l. 7. c. 22.

Alph. nsu.

Eum maximè insanire dicebat, qui uxorem à se digressam fugitiuāmque perquireret Significans, magna felicitatis esse, ab improba & morosa uxore liberari. Panor. lib. 4. de rebus gest. Alphonsi.

Idem.

Cūm aliquando Ludouicum Podium Putium, in veste lugubri, fronte subtristem intueretur, & quid sibi vellet luctus ille sciscitaretur, ac Putius ob uxorem mortuam mestum se esse respondisset: ait Alphonsus, luctum potius atque hilarem esse eum conuenire, ob illius mortem. Nam si cognita mortua esset, sum & fratre à mortuis suscitatum esse. Erat autem uxor illa intra&tabilis, difficilis, & viro, dum vixit, admodum molesta & infesta, ac mariti propè mors quedam. Panorm. lib. 3. de rebus gest. Alphonsi.

Greg. Haimbergensis.

Is, scientia iuris & facundia inter omnes Germanos facile princeps, cūm domum ex curia Cæsaris, in quadiu fuerat versatus, reuertisset, atque non longè ab oppido Nurembergensi amicum offendisset, qui uxorem suam vivere & bene valere diceret: Si vivit uxor, inquit, ego sanè obij. Innuit autem, morosam uxorem mariti mortem esse. Æneas Syl. lib 3. commentar. de rebus gestis Alphonsi.

Alphonsus.

Trisponius iurisconsultus, & Alphoni Aragonum regis consiliarius, cùm trecentos aureos Alphonseos, quod supererat dotis, furto surreptos perdidisset, ac propterea animo angeretur, & esset sibi vxor, & illa quidem admodum morosa, regem Alphonsum dixisse ferunt: Longè illi melius fore, si vxorem, quam pecuniam fures abstulissent. Panor. l.1. de reb. gest. Alphoni.

Anonymus.

Quidam abunde comis, cùm hospes vociferantem diutius vxorem eius, rixantemque cum ancillis, parum & quæ ferret, conuersus ipse ad hospitem: Et quæ, inquit, amice impatiens tua est tua? Duos, inquit, & triginta annos huius clamores dies, no& telsque exquisimè ipse perfero, tu verò ne diecula quidem sextantem ferre eam potes? Quo dicto & hospitem leniit, & vxorem ab ira ad risum conuertit. Adrianus Barland.

D E Z E L O
T Y P I A.

C. Sulpitius.

VXOREM suam repudiavit, quod aperto capite ædes egressa esset: Lex, inquiens, tibi meos vinis oculos præfinit, quibus formam tuam approbes: his ornamenta comparato, his esto speciosa, non aliorum oculis placens. Eras. l.6. apoph.

Alphonsus.

Dicebat, ita demum matrimonium tranquillè exigi posse, si vxor cæca, maritus autem surdus fiat. Innuit autem, feminineum genus esse zelotypiæ obnoxium, & hinc oriri rixas & querimonias: & rursus marito molestam esse vxoris garrulitatem, qua molestia cariturus est, si fiat surdus. Eras. lib.8. apoph.

F I N I S.



PARABOLARVM²

Sive
SIMILITUDINVM,

Quæ ex Aristotele, Plutarcho, Plinio ac Seneca, grauissimis authoribus, olim ab ERASMO ROTERODAMOCOLLE&æ, postea per CONRADVM LYCOSTHENEM ad suas classes iuxta alphabeti ordinem reuocatæ sunt,


LOCI COMMUNES:

ostrem hac & omnium emendatissima editione, tum ex Cicerone, tum ex ipso Seneca & alijs plurimisque Centurijs, quæ hisce notis *.†. designatae sunt, auctio-



Excudebat Iacobus Stær.

M. D C I X.





TYPOGRAPHVS LECTORI.

SIMILITUDINES olim Erasmus collegit s^epius editas. Quibus titulus subiicitur ex Aristotele, Plinio, in his Erasmie est collationis inuentio: quod collationis genus si quis velit exequi, & totam rerum naturam perlustrare, ingentem equidem Similitudinum thesaurem, seu potius physiologiam vberimam & creaturarum iucundam meditationem offeret: Quod opus tibi cudit vir quidam, bonarum literarum amans, & qui suam operam in hoc apophthegmatum & similitudinum volumine poliendo & augendo nobis commodauit. Porro quae ex Plutarcho, Cicrone, Senecaque desumpta testatur inscriptio, in his nibil Erasmus & Anonymius ille sibi vindicant præter colligendi explicandi que seu disponendi laborem, & si quid laudis meretur commoda quibusdam in locis breuitas. Similium pelagus potest è rerum omnium naturis, & disciplinis, poëtis, historiographis, oratoribus, profanis & sacris Scriptoribus aggregari. Sed Erasmus quod infinitum est noluit persequi: gustum duntaxat dare voluit, ut ingenia iuuenum ad his similia conquirenda excitaret. E Plutarcho plura recensuit; quod is autor in hoc genere sic excellit, ut cum eo nemo vel eloquentissimorum iure conferri queat. E Seneca non omnes decerpit: nostra editio hanc iacturam nunc tibi sarciet. Varias item Similitudines, quae Erasini nomen præ se fent, scias velim partim ex Plutarcho, Plinio & Seneca, partim ex ipsius ingenio de promptas esse. Huic autem, quamuis inter recentiores & nostri æui scriptores, hac in parte locum inter veteres illos relinquendum esse censuimus: & meritò quidem, quum nihil attulerit quod etiam antiquum non sapiat. Tu vero nostris laboribus faue, & vale:



DE RATIONE AC VSV PARABOLARVM, SEV SIMILITUDINVM.

EX LIBRO ERASMI ROT. DE
Copia verborum & rerum 2.



A M Verò si quis supersticiosus parabolaam ab exemplo separat, ut exemplum sit certarei gesta parabola, similitudo sumpta ab his qua fiunt, aut qua natura casu rebus adiuncta sunt: Et Attilius ad hostes reuersus, exemplum sit seruandae religionis ac fidei: at nauis pro ventorum ratione velum tollens, aut contrahens, in hoc aut illud latum transferens, parabola sit, quæ doceat sapientem temporice dere oportere ac rebus praesentibus se accommodare: etamen eadem est dilatanda parabola ratio, quam in exemplo demonstrauimus. Nam aliquando verbo notatur, Et Non intelligis tibi vertenda vela. Et, Desine lauantem laterem. Et iam vel allegoria sit, vel metaphora. Aliquando latius explicatur, et apertius accommodatur. Quod facit Cicero pro Murena. Quod si è portu soluentibus, qui iam in portum ex alto inueniuntur, prædicere summo studio solent tempestatum rationem & prædonum, & locorum: quod natura fert, ut his fauceamus, quæ eadem pericula quibus nos perfuncti sumus ingrediantur: quem tandem animo esse oportet, propè iam ex magna iactatione terram videntem in hunc cui video maximas tempestates esse subeundas? Rursum in eadem oratione: Ut aiunt Græcis artificibus eos aulœdos esse, qui citharœdi fieri non potuerint: sic nonnulli videmus; qui oratores euadere non potuerunt, eos ad iuris studium peruenire. Superiorum Ciceronis parabolam sic imitatus dicit Hieronymus in epistola quadam ad Heliodorum: Et ego non integris rate vel mercibus, nec quasi ignarus fluctuum, & indocti nauta præmoneo, sed quasi nuper naufragio electus in littus, timida nauigaturis voce denuncio, in illo æstu Charybdis luxurians salutem vorat. Ibi ore virgineo ad pudicitiam perpetrandam naufragia Scyllæum tenidens libido blanditur. Hic barbarum littus hic diabolus pirata cum sociis portat vincula capiendis. Nolite crederi

credere, nolite esse securi: licet in modū stagni fusum æquor arri-
 deat, licet vix summa iacentis elementi spiritu terga crispen tur,
 magnos hic campus montes habet. Intus est periculum, intus est
 hostis. Expedite rudentes, vela suspendite. Crux antennæ figatur
 in frontibus. Tranquillitas illate tempestas est. *Hic si quis singula peri-
 cula, qua à vita qui improbis, aut aliunde bonis moribus imminent, ve-
 lit conferre cum singulis, quæ nautis vita discri men ad au cera solent: de-
 inde per comparationem maius aut minus, item dissimile aut contra-
 riū ostendere: postremo sententijs & epiphonem aii, sot inciderint, exor-
 nare, numerum copiosissime dilatabit orationem.* Velut in hoc exemplo.
 Ut quo preciosior est res, hoc & diligentius solet affruari & impendi cir-
 cumspectius: ita temporis, quo nihil est preciosius, summa habenda est ra-
 tio, ne quid effluat sine fructu. Etenim si curatores dari solent his qui
 gemmas & aurum temere profundunt: quæ tandem erit insania, tēpus
 pulcherrimum immortalis Dei munus aut ocio aut inh nestis studijs tur-
 piter consumere? Quid enim perdis, cùm tempus perdis, nisi vitam? At
 vita quid esse potest charius? Et cùm una gemmula perij iacturam
 vocas. Cùm totus perij dies, hoc est, bona vita portio, iacturam non vo-
 cas? Præterita cùm illa perdita, aliunde possint recuperari: temporis
 irreparabilis sit iactura. Præterea illa cùm tibi pereunt, alijs plerunque
 lucro sunt: at temporis dissipendum in nullius transi compendium. Nul-
 lum est damnum ex quo non aliquis emolumen tum aliquod sentiat,
 prater damnum temporis. Adde his, quod illarum opum iactura
 saepe saluti fuit. Nam diuinitia plerunque fortiorum materiam mini-
 strant, ita sot præst at temere profudisse, quæ attensè adseruasse. Quan-
 to cuiusque rei sot honestior, tanto turpior profusio. At nihil pulchrius,
 nihil præclarius, quæ bonas horas bene collocare. Illa & quæ
 maximè serues, sapienter etiam fœlcas eripit, & homino tollit, &
 iactura te calamitosum duntaxat, non etiam turpem reddat. At tem-
 poris amissio, quoniam non nisi nostro vita contingit, non miseros so-
 lum, verum & infames reddit. Pessimum infamia genus, quories cul-
 pa in nullum conserri potest, prater quæ in eum qui patitur malum.
 Illis fundos aut ades mercari poteras, bonam mentem non poteras. Hoc
 præter alta animi ornamenta, parate poteras immortalitatem. Nulla
 est tam brevis vita portio, in qua non magnus aliquis ad felicitatem
 gradus fieri poterat. Postremo de illis male insumptis, patris fortassis
 rationem redditurus eras: de horis male transactis, Deo. Sed satis
 est indicasse, in quantum amplitudinem dilatari possit collatio, si quis
 ad eum modum singulas circumstantias velit componere, atque ornare.
 De dissimili eadem est tractandi ratio, cuius hoc sit exemplum: Neque
 enim & nauis & pilorum nostra, quam vetus, sic & amicitia. Nec & lan-

DE R A T I O N E E T S E V

Panda, qua pecuniam pluribus largitur, ita et quae formam. Neque enim et in cursu melior est quis lampadem accipit, quam si qui trahit: ita in bello melior est imperator quis exercitum accipit, quam qui tradit.

Ex epist. Erasmi Rot. ad Petr. Aegidium Antwerp.

Nihil aliud est ~~ad~~glossa, quam Cicero collationem vocat, quam explicata metaphora. Categorum ornamentorum singula suam quādam ac peculiarem adferunt gratiamq; commoditatem dictions: metaphorā sola cumulatis praestat & niuersa, quam exornationes reliqua singula. Delectare vis: nulla plus habet festivitatis. Docere studes? nō alia probat vel efficacius, vel apertius. Flettere parat nulla plus addit acrimonie. Studes copia? nusquam suppellex locupletior. Placeat lacrimis: nulla plus cogitationi relinquit. Sublimitatem affectas? hac quiduis quantumvis artollit. Est quod velis extenuare? nulla magis uēgit. eis, utas captas ac lucem? nulla melius rem ob oculos ponit. Hac fere cōdūcuntur adagia, huic gratiam suam debent apologi, hac commendat a populi heymata, huic accessione conduplicatur sententia dos, ad hoc de Solomon ille vir diuinus, ora? uila sua non alio magis quam parabolarum estulo voluerit commendari. Tolle metaphora supellestis: ex oratoribus, petuna erunt ornata: Tolle parabolas à prophetis q; Euangelicū l teris, magnum gratia patrem aetra xerū. At fortasse dicet aliquis: Bellè hic munies suum ornat verbis, quasi vero magns sit negotiū, similitudines nusquam non obuias adducere: Verum nos non passim obuias sumpsimus, nec lapidos in littore sparsos collegimus: sed exquisitas aliquot gēmae ex abstrusis Musarū ihesauris deponimus. Neque enim hac à constric- tis aut sordidis fors concitabulis petuntur, qua doctorum auresq; oculos morentur. Ab int̄mis natura arcanū, è penitissimis disciplinariū adyris sunt eruenda, ab eloquentium Poetarum eruditis fabulis, à nobiliū historicorum monumentis. Qua quidem in re, ut duplex est difficultas, ita gemina latus debetur. Primum illud i. sum non nihil est peruestigasse quod sit egregium. Neque verò minus est, quod deprehenderis, ad co-cinniter accommodare. Quicquid modum est aliquid, primum insigiem reperiisse gemmam: deinde nonnulla laus est, repertam apte sceptris aut annulis addidisse. Addam exemplum, quo res fiat dilucidor. Cicuta venenum est homini, vinum cicuta: quod si cicuta vi- is ad misceas, iam venenum multo præsentius, q; porsus immedicable reddis: propterea quod vis q; impetus vini veneni noxam citius ad Italiam membra perferant. Iam hoc ipsum rem naturam tam abstrusam tenere, nonne pars est eruditiois nec inelegans, nec iniucunda? Age iam, si quis ad hunc sum accommodet, ut dicat, adulacionem amicitia presentium esse venenum: Verum ei rursum veneno venenum esse

PARABOLARVM.

esset libertatem admonentis, quam Graci vocant nuptiorum: quod si libertatem prius inficias. Et ita commisceas cum adulazione, et tum maxime adulteris amico, cum maxime consideris obsurgare, iam immedicabile malum esse, nullane hic ingenialis esse videbisur? Non medocris opinor: neque velim tamen aucipati gratiam, sed nihil promerear.

Idem libr. Ecclesiast. 3.

Similitudo vero siue collatio explicata est metaphorae: veluti, Demens sit, qui Rempubl. conetur subuertere, qua perdita, ipse incolumis esse non possit: simplex est sermo, quia propriis constat verbis. At si dicatur, et Manifesta dementia sit, Rempubl. velle demergere, qua demersa, ipse quoque si naufragio pereundum, metaphorae est: quia propriis translatitia sunt admixta. Sin ita loquaris, patriae perniciem molienti: Tu quid nauem in qua veheris, studes pertundere, qua demersa, tibi quoque communis naufragio pereundum sit? allergoria est. Rursus si dicatur: Quemadmodum demens haberetur, qui nauem pertunderet, in qua veheretur ipse, ita extrema stultitia sit Rempubl. in qua vivis, velle perdere, qua perdita tu non possis esse incolumis; collatio est. Imaginimum differret a similitudine, cum sit similitudinis species. Nam similitudo adhibetur ad ornatum, ad voluptatem, ad persuadendum, ad evidentiam, ad granitatem, et ab omni genere rerum asciscitur. Imagotantum ab animantis forma dicitur, et ad rem vel amplificandam. Vell oculis subiiciendam facit: Et si hominem rapacem ac virulentum depingas similem habato draconis, qui oculis ardentibus, dentibus acutis, longibus aduncis, hante rictu per omnia solitet, circumspiciens si quem percussat, cui possit aliquid mali factibus afflare, quem ore attingere, dentibus dissecare, lingua aspergere, longibus dilacerare.

Ibidem.

Porrè quot modis adhibetur similitudo, et à quo rerum generibus petitur, quantum abunde traditum est à Quintiliano, rhetorum omnium diligentissimo, et à me quoq; in commentariis de Copia, non hic vulgata prostritaque repetam. Illud tantum admonebo, curandum sit similitudo quadret ad id cui adhibetur, ne sit sordida aut obscena, ne accersatur à rebus ignotis populo cueloquimur, nisi natura res sitā insignis, et hoc etiā ipsum discere sit opera precium: ne durat et afficitata, ne talis est statim in diversum torqueri possit. Hoc schemate scute: Undique scriptura diuina præcipue sermones Euangelici, qua tamen ferè non sumuntur nisi à rebus vulgo notissimis. Inter Ecclesia doctores nullus largius ostittur hac figura quam Ioannes Chrysostomus. Similitudo, siue, quod Cicero manuit, collatio, hac nota differt et ab imagine, et ab effictione, quod præcerat alias virtutes frequenter non dilutam habet ratsocinandi

DE RATIONE ET USU

Quim: Veluti quoties, quod aduersariis adferit, ad aliquid simile transfigurinorum, in quod demonstratur eidens absurditas. Arianus sic argumentatur: Pater verum gignit volens an nolens? Si nolens, non est Deus: si volens, utique verbum est filius voluntatis, non natura. Hoc similiter etunditur: Tu es pater verum volens an nolens genuit te? Utique volens. Igitur non natura, sed voluntatis es filius. Atqui hoc manifestam habet absurditatem Rursus quod adferunt: Quod gignit, prius oportet sit genito: Pater igitur est filio antiquior: ita confutatur. Verum est antiquius sol, an radix a sole promanans? Quod ibi videri poterat probabile, hic apparet egregie scutum. Similiter cum ita ratiocinatur: Genitum et ingenitum inter se pugnant: sed pater solus dicitur ingenitus. Proinde non est eiusdem natura cum filio, itaque nec Deus. Simili repelluntur: Primus homo non est genitus, sed ex argilla factus, non est igitur eiusdem natura cum ceteris hominibus qui nascuntur. Unde consequitur, aut ipsum falso dictum hominem, aut ceteros qui proignuntur e parentibus, non esse vocandoes homines, quo nihil absurdius. Idem cum filium excludunt a consortio divina natura verbo Evangelij: Et cognoscant te solum verum Deum et quem misisti IESVM CHRISTVM. Si solus, inquisunt, pater verus Deus est, quo ore filius pradicatur Deus? Repellitur testimonio Baruch.3. Hic est Deus noster, et non estimabitur alius ad illum, id porro de filio dici, declarat id quod sequitur: Post hec in terris Jesus est, et cum hominibus conuersus est. Similia sunt, solus hic est Deus, et non est aliud, qua verba si negemus, solus filius erit Deus, excluso patre et spiritu sancto. Hoc argumentationis genere sapè feliciter contutus Gregorius Theologus, et Hilarius. Exemplis congerendis supersedeo, praesertim quod hoc loco admonemus alieniore, quia prius non veniebat in mentem. Pro qualitate similitudinis variabitur orationis character. Iucundus erit, si à rebus iucundis ducetur: grandis, si à rebus sublimibus: acris, si à rebus terribilibus: mediocris, si à rebus mediocribus: humilis, si ab humilibus.

Iucundæ dictiomis exemplum erit: Quemadmodum blandis flatibus aspirante Favonio, squalor et tristitia hyemis depelluntur, omnisque naturæ facies veluti noua iuventa repubescit, arbores nouis ornantur frondibus, graminablande virentia variis florum luminibus distinguuntur, amnes labuntur amoenissime, sol ipse totaque cœli species mitiore aspectus delectat oculos: ita simulatque hominis animum afflauerit diuinus spiritus gratia, protinus abit vita prioris deformitas proque virtus omnis vita decoris virtutibus enitefecit, dicas eum feliciter regatum.

Grandis, illud: Sicuti Deus, quem nullius egat, tamen suapte natura

PARABOLARVM.

et a gaudet omnibus benefacere : ita qui Deum patrem appellant, debent gratis de omnibus, quod in ipsis est, bene mereri.

Acris, hoc: Expallescis ad afflatum aut morsum Vipera, et ad medicum curris? Quanto magis horrenda turpitudo, quando venenum habet omnibus Viperis presentius, quantoque celerius querenda medicina?

Mediocris, hoc: Quemadmodum qui iuxta Hesiodi consilium crebro parva paruis addunt, tandem euadunt diures: ita qui in virtutibus semper ad meliora proficit, tandem perfectus euadit.

Humilis, siue submissæ, illud: Quemadmodum mendicis, si quid habent boni celant, sed pannos et velcera ostendunt, quo spectantium benignitatem prouocent: sic nos non oportet iactare nostra beneficia apud Deum, sed mala nostra profiteri, si velimus illius in nos misericordiam prolicere.

Ex Rod. Agric. libri I. de Invent. dialect.

Similia que iunguntur non in tertio, quod sit eis commune, sed utrumque in singulis: quorum quemadmodum hoc in isto, sic illud se habeat in illo, ut apud Quintilianum. Ut vascula oris angusti superfusam humoris copiam respunnt, sensim autem influentibus vel etiam instillantibus compleuntur: sic animis puerorum quantum excipere possint, evidendum. Nam maiora intellectus veluti parum aptos ad percipiendum animos non subibunt. Hic vascula oris arcti, et minoru puerorum ingenia conferuntur non in uno aliquo, sed illa in eo quod est, non admittere ea ut a impetu superfunduntur, hac in eo quod difficilius subito non queunt impletii. Dissimilium non ita creber est versus. Quid sint autem facile et comprehendere ex similibus. Non enim aliud est dissimilitudo, quam contraria eius quod ostendere volumus, similitudo. Itaque et idem est orum cum similitudine locus. Coniunxit varunque Quintilianus: Non num vox, inquit, illa praecursoris, Et cena minus pluribus sufficit: sed et sol sibi eiusdem lucis colorisque largitur. Tractatur varie hic loco, et liberius vel astrictius pro iudicio dicentis effereur: Et in Quintiliani illis exemplis. Delectus autem adhibetur deus est, et pro rei qualitate ipsam adaptamus. Ut si docere volumus, aperta sit similitudo: si laudare splendida: si vituperare, pudenda: si rem atrollare magnifica. Lividus namque oporebit rem quanque talem consideri, qualiter in imagine et volumus aliam esse monstrare. Dicuntur et hac ex antecedentibus et consequentibus et adiunctis. Antecedentia similia sunt, ut apud scironem pro lege Manilia: Medea qua membra fratris discerpit, et colligendis illas per sequentem moraretur patrem assimilatur. Lutuli exercitus, opibus Mithridatis a persequendo ipso Mithridate

DE RATIONE ET VSV

discentus. Adiuncta sunt, &c pro Roscio: Aseres & canes qui in Capitolio alebantur, &t fures detegent, quibus accusatores similes dicitur orator, &t nocentes in Republ ad pœnas scelerum dandas missus vocarent. Ex consequentibus Lucanus sumpsis, cum perturbationem ciuitatis explicaret, confusione ea qua sit in fine mundi, rerumque omnium futura.

Ex libro primo Ludouici Viuis, de ratione dicendi,

Similitudines & dissimilitudines orationem plurimum illustrant. Nam ex notis & proprietatis declaratur esse aliquid taliter diversum, quod minus cognoscatur, non &t argumenti, sed ostensione res nota. Principes homines ad tutelam suis volunt se à subditis diligere: contraria, Deus vult à se nobis amari, quod nos simus tui. Similitudinum & dissimilitudinum alia vulgaris & tabernaria: loquobatur cleriker & pica quadam obscura, nempe de rebus ignotis: in illa oratione pugnabat, & andabat. Est quadam vilis & sordida, iste & versus saltus & capra. Est alia urbana, & apta. sunt quadam ex iu desumptae, in quibus quisque versatur, &t à nauta de nauis, ab agricola de agris, à milite de castris, ab aleatore de alea. Similitudinis explicatio redditio nominatur. Hanc non una est forma. Sunt similitudines quibus eadem apponitur redditio. Amantibus contingit quod agris, &t salubribus consilii inimici sint. In aliis diversa est redditio. Quales pecudes, tale est hominum vulgus. Nam & illa sequuntur quod priores erunt, ita homines receptos mores se quantur sine iudicio. Est similitudo sine redditione. Vir bonus similis est oui, ex eius parte omni utilitas percipitur, è lana, latte, carne, corso. Additio potest subiici hunc in modum: ita vir bonus consilio, ope, opera, semper prodest, etiam absens, etiam mortuus, exemplo & memoria sua.

Georgij Maioris de parabolis Erasmi iudicium.

Extant hoc tempore plerique neque inutiles, neque ineruditilibelli, e quibus prima illa etas, in qua suscitus hodie versatur, cum ad eloquentiam, tum aliarum artium & virtutum cognitionem, non in modo infirmari possit. Quibus valde optarim in publicis scholis adiung quoque Parabolurus Erasmi libellum, quod prater elegantiam & licet, quam orations affirunt similitudines, ferè insignem etiam aliquam naturam optimarum rerum cognitionem continent. Quare estimavi etilem & à studio sis omnibus quam diligentius evoluatur. Scut enim ea remedia medici omnium censem esse optima & saluberrima, quae & morbum tollunt, & videntinem quam minimum ladunt. Ita hoc doctrina genus omnium est praestantisimum, quod animum de-

PARABOLARVM.

tem cum ad eloquentiam & Virtutes informat, cum honesta & liberalis eruditione aliqua s. ficit.

Ex M. Crusij quæstionibus in Rhetoricen Melanchthonis.

SIMILITVDO, iudicioris, est proposita re cum re extranea consimilis ollatio: qua res ipsa qualis sit commonstratur. Etius species sunt imago & parabola. Imago est Metaphora, cum particula comparandi: duas estas quas illa dūrum habet, actu continens. Quando metaphora est univocatio, sic ea à proprieatate per eingerit. & ita ὁ λόγος σημιώτερος. Et, Verr. Cic. Quacunque iter fecit, eiusmodi fuit, non & Legatus populi Romanorum, sed & quadam calamitas persuadere videretur. Metaphora est, terres fuit calamitas: Imago, Vores fuit quadam calamitas, aut similitudine calamitatis, aut & calamitas. Item, Æneid. I. Restitit Æneas, elaque in luce refusit, Os humerosque Deo similis. Aristoteles Rethor. 3. Democrates nutricibus oratores comparauit, qua pulce deuorata clausa pueros illinunt. Parabola est longior similitudo quam imago, aut explicata similitudo, distincte & perspicue. Ut ignis in aquam coniunctus continuo restinguitur & refrigeratur: sic referens falsum crimen a purissimam vitam collatum, statim concidit & extinguitur. Cicero pro R. Scio Comœdo. Apriptuō. Nec omnis fractus in omni agro, nec omne istum in omni loco nascitur. Ex Rosciana. Διαφορά εὐτρίπτησης. Vel àrouoio. Ieque enim se sibi eum cum peteres consulatum, affui: idcirco nūc cum turenam ipsum petas, adiutor eodem pacto & se deboeo. Εν αρχήσεων. Sunt hoc boni Imperatores facere, cum pralium committunt, & in eo loco quo fugam hostium arbitrantur, milites collocent, in quos si qui ex acie igerint, de improviso incidant: Non irum similiter (inquit Cicero, in Rosciana) arbitrantur isti bonorum emptores, vos hic tales viri sederez, & excipiat eos, qui de suis manibus effugerint. Ibi est χωρισμός, seu paratio partium similitudinis. Ad parabolam refereendi sunt etiam analogia & mythologia. Sunt autem partes comparationis & similitudinis duas, Propositione rei extraria, & redditio, seu accommodatio rei practicæ. Similitudo est qualitatis, Comparatio quantitatis. Sapientiam comparatio pro similitudine à poetarum explicatoribus dicitur. Tractant autem comparatorium, Similium, & Exemplorum est Varia. Nam & singula cum singulis conferuntur, aut aliquid cum pluribus, id est aut enumeratione, aut narratiuncula. Cicero, libr. 2. de finib. Et ad sumum equus, ad arandum bos, ad indagandum canis: sic homo ad eas res, intelligendum & agendum natus est, quasi mortalis Deus. Ibidem cum pluribus enumeratur, &c.

DE RAT. ET VSV PARABOL.

Addamus & quedam ex sacris scriptoribus,
argumento nostro seruientia.

D. Cyprian. Commentar. in symbolum Apostolorum.

Cum proferuntur exempla, non per omnia similitudinem seruare possunt rei illius cui prabere putantur exemplum, sed unius alius partis pro qua videntur assumpta, similitudinem tenent. Verbigratia, quum in Euangelio dicitur, simile est regnum calorum fermento, quod abscondit multe in farinam mensuris tribus: nunquid putamus regnum calorum sic per omnia simile esse fermento, ut et substantia illa palpabilis sit ac fragilis, et acida fieri possit et corrupta? An ad hoc solum exemplum stud videtur assumptum, ut ostenderetur ex parua predicatione verbi Dei humanas mentes fidei fermento posse coalescere? Similiter et cum dicitur, simile est regnum celorum retinisse in mare, quod ex omni genere pisces attrahit: et in hoc nunquid putandum est, quod natura lini quo rete aptatur, ac nodis quibus maculae tuntur, regni celorum substantia per omnia confertatur? An ad hoc solum videtur assumpta comparatio, ut ostenderet, quia sicut rete de profundo maris adducit ad littus, ita de profundo huius seculi errore, humanae animae regni celorum predicatione liberantur? Ex quibus constat exempla non in omnibus his quorum exempla sunt, esse similia. Alioquin si eadem essent omnia, iam non dicerentur, sed ipsa potius res, de quibus agitur, viderentur.

Origenes in Matthæum Cap. 3.

Quemadmodum dum in imaginibus ac statuis similitudines non omni ex parte respondent ipsis ad qua conferuntur, sed in plano quidem ligno, ut exempli causa loquamur, cera depicta imago, superficie tamen cum colore similitudinem habet, verum non seruat depressiones aquae eminentias, sed harum rerum significaciones tantum. In fingendis vero statuis similitudinem qua est secundum eminentiam ac depressionem seruare conatur ars, in colore vero nequaquam. Quod si cerea fiat effigies, conatur quidem utramque seruare similitudinem, nimis tamen et iuxta colorem, et iuxta depressiones ac prominentias, caterum in profunditate non est imago. Similiter mihi cogita de similitudinibus quae sunt in Euangelio: regnum calorum dum simile dicitur rei cuiusdam, simile dicimus secundum omnia qua adsunt illi, ad quod confertur similitudo, sed ad quadam duntaxat qua conducunt ad assumptionem rationem.

Et haec quidem de parabolis & similitudinibus dicta sufficiant.

INDE

INDEX LOCORVM COMMVNIVM,
in quos similitudines siue parabolæ sunt digestæ.

B D I C A T I O		1 Boni	ib.
Abstinentia	ibid.	Bonitas 25 Breuiloquentia	ibi.
Abusus rerū perniciosus	ib.	Alumnia	ibid.
Adhortatio	2	Calliditas	ibid.
Admonitio	ibid.	Castigatio	ibidem
Adolescentia 3 Adulatores	ibid.	Ceremonia	ibid.
Adulatoris & amici comparatio	6	Charitas 26 Christus	ibi.
Adulterium	ibid.	Clementia	ibid.
Ægritudo animi	ibid.	Cœlestium rerum consideratio	ibi.
Æmulatio 7 Atas	ibid.	Cogitatio ibid.	Conatus ib.
Affetus	ib.	Concordia	27
Ambitio	9	Coniugium	ibid.
Amicitia 10 Amicitia fucata	ibi.	Coniugij molestiæ	ibi.
Amicitia multorum	ibidem	Conscientia 28 Consilium	ib.
Amicitia paucorum	ibid.	Consiliū malū, consulti pessimū	ib.
Amicitia bonorum & malorum	ibid.	Consilium senile	ibid.
Amicitia neglecta	11	Consilium præcipitatum	ibid.
Amicitia dirempta	ibid.	Consolatio	29
Amicitia reconciliata	ibid.	Consuetudo	ibid.
Amicitia renouata	ibid.	Contemplatio	ib.
Amicitia principum	12	Contemptus	ibid.
Amicorum electio proba	ibid.	Contrarietas	ibid.
Amicus verus	13	Contumelia	ibid.
Amicus fucatus	ibid.	Conuersatio & conuictus	ibid.
Amor 14 Amor sui	ib.	Conuicium	30
Amor proximi ib. Anima	ibid.	Conuiuum	31
Animus 15 Animis bona	ib.	in Corporibus imbecillioribus inter-	
Animi morbi	16	dum magna vis	ibi.
Animi tranquillitas	17	Correctio ib. Correptio	ibid.
Animalia ib. Animaduersio	ibid.	Crux & tribulatio	ibid.
Antiquitas ib. Apostatae	ibid.	Cultus neglectus	ibid.
Artes & disciplinæ	ibid.	Cunctatio	32
Assiduitas	18	Cura superuacanea	ib.
Assuetudo	ibid.	Curiositas	ibid.
Avaritia	19	D Amnum	33
Auditus	20	Debitum ib. Decorum	ibid.
Auditor, & eius officium	ibid.	Defensio	34
Vulica vita	21	Degeneratio	ibidem
V lici 22 Auxilium	ibi.	Delectus ib. Deliciæ	ibid.
Barbaries	ibid.	Desiderium ib. Detraction	ib.
Beatitudo ib. Bellum	ibid.	Deus	ibidem.
Beneficentia 23 Beneficia	ibid.	Difficilia quo pulchra	35
Benevolentia	24	Dignitas ib. Diligentia	ibid.
I blandiloquentia.	ibid.	Discendi ratio	36

Discipuli artium liberalium	ibid.	Gloria cupiditas	ibid.
Discordia	ibid.	Gradus	ibid.
Disputationes	37	Gratitudo	ibidem.
Dissidium	ibid.	Hæresis	51
Dissimulatio	ibid.	Història	ibid.
Distractio animi ad res diuersas	ibid.	Homo	ibid.
Divitiae & opes	38	Hominis nobilitas	ibid.
Divites	39	Hominis in rebus suis oscitantia	ibid.
Docendi ratio	ibid.	Honestum	52
Doctrina & eruditio	ibid.	Honos	ibid.
Dolor	ibid.	Hospitalitas	ibid.
Dotes hominum diuersarum	40	Hostis	ibid.
Dux belli	ibid.	Humanitas	ibid.
E Bricetas	ibid.	Humilitas	ibid.
Educatio	ibid.	Hypocrisis	ibidem.
Eloquentia	42	Actantia	53
Eloquentia vana	ibid.	Imitat̄o	ibid.
Emendatio scriptorum	ibid.	Imperium	ibid.
Error & lapsus	ibid.	Improbitas	54
Eruditio. Vide Doctrina.	ibid.	Impudicitia	ibid.
Euentus	ibid.	Inconstantia	ibid.
Exempla vitæ	ibid.	Indoles egregia	55
Experientia	43	Indulgenteria	ibid.
Exercitatio	ibid.	Industria	ibid.
Exilium	ibidem.	Infamia ibid.	Infidelitas ib.
F Abulz	ibid.	Ingenium	ibid.
Facta verbis dissimilia	ibid.	Ingenium præcox	56
Fama bona	ibid.	Ingenium infelix	ibid.
Fama ex malefactis	ibid.	Ingenium vires superat	57
Familiaritas	44	Ingeniorum diuersitas	ibid.
Festus ibid.	Fauor	Ingenius magnis, magnactiā innata sunt virtus	ibid.
Felicitas	ibid.	Ignorantia & infelicitas	58
Fides seruanda	ibid.	Ingratitudine	ibid.
Filiij ibid.	Fœdera	Inhumanitas	ibid.
Fœnus & v̄sura	45	Inimicitia	ibid.
Fortitudo	ibid.	Iniuria	59
Fortitudo præpostera	ibid.	Innocentia	ibid.
Fortuna	46	Insensititia	ibid.
Fortuna fausta	ibid.	Insolentia	60
Fortuna aduersa	47	Institutio	ibid.
Fortuna medioebris	48	Intellectus	ibid.
Fortunæ inconstantia	49	Intemperantia	ibid.
Fratres	ibid.	Inuidia	(6)
Frugalitas	ibid.	Inuidia felicitatis & virtutis come-	ibid.
Fucus. Vide Hypocrisis.	ibid.	Locū & salēs	6
Fuga	ibidem.	Ira vel iracundia	Moros.
Furtum	ibid.	Iteratio	ibid.
G Arrulitas. Vide Loquacitas.	ibid.	Iudex	ibid.
Gaudium	ibid.	Judicium	ibid.
Gloria	50	Judiciorum	ibid.

I N D E X.

Iudicium peruersum		Mundi contemptus	ibid.
Iuuētus & iuuenta		Munus	ibid.
L Abor		Musica	81
L Labor immodicus	67	N atura	ibid.
Laboris fructus	ibid.	Naturaperuersa & incōstās	ib.
Largitio ib. Laus	ibid.	Negotium	ibib.
Laus à semetipso profecta	68	Nobilitas	ibid.
Lectionis delectus	ibid.	Nouitas	82
Lectionis multifariꝝ usus	69	Nouitas vitanda	ibida.
Lenitas	ibid.	Nominum mutatio	ibid.
Lex	70	Nota grauissima	ibid.
Liberalitas	ibid.	Nugæ ibid. Numerus	ibid.
Libertas		O Biurgatio	ibid.
Libido fœda	ibid.	Obliuio	83
Licentia	ibid.	Obscenitas	ibid.
Libri	ibid.	Occasio ibid. Ociam	ibid.
Librorum delectus	ibidem	Odium	84
Lingua	71	Öconomia	ibid.
Literæ humaniores	ibid.	Offensæ	ibids.
Lis	ibid.	Officium	ibid.
Literarum amer	ibid.	Offactus	85
Literarum odium	ibid.	Oratio	ibid.
Loquacitas & Garrulitas	ibid.	Orationis virtutes	ibid.
Lucrum	72	Orationis vicia	86
Lu&tus	ibid.	Orator	87
Ludi. vide Spectacula.		Ötentatio	ibid.
Luxus & Luxuria		P arentes	88
M agistratus	ibid.	Parsimonia	ibid.
Magistratus elecio	73	Patientia	ibid.
Maledicentia	74	Patria	ibidem.
Malitia & improbitas	ibid.	Paupertas	ibid.
Mariti officium	76	Pax	89
Matrimonium, Vide Coniugium.		Peregrinatio	ibid.
Mediocritas	ibid.	Periculum	90
Memoria	77	Perfusio inanis,	ibid.
Aendacium	ibid.	Philosophia	ibid.
Mens ib. Meretrix	ibid.	Philosophus	94
Metus	ibid.	Physionomia	ibid.
Mixæ	ibid.	Picas	ibid.
Ionachus	ibid.	Pœna, supplicium, multa	ib.
Ionarchia	ibid.	Poësis, poëtica & poëz	95
Forbi	78	Potestas, potentia	97
Foræres	79	Præceptores artium	ibid.
Forum similitudo	ibid.	Præcipitatio	98
Ierū diuerfitas & dissimilitudo ibi.		Præmium	ibidem.
forum in melius mutatio	ibid.	Præsumptio	ibid.
forum mutatio in peius	ibid.	Prætextus	ibid.
Iors	80	Princeps	ibid.
Julier	ibid.	Princeps bonus	99
		Princeps malus	100

I N D E X.

Principum educatio	101	Spectacula & ludi	ibid.
Principum fastus	ibid.	Spes ib. Splendor	ibid.
Principum inter se odia	ib.	Studium	ibid.
Principum fauor	ibid.	Studiorum diversitas	ibid.
Prodigalitas	ib.	Studium imodicum	113
Pronuntiatio	ibid.	Stultitia	ibid.
Prudentia	ibid.	Stupiditas	ibid.
Pueritia	102	Stylus	114
Q Verimoniæ	ibid.	Successus rerum	ibid.
Quæstus, siue lucrum	ibid.	Superbia	ibid.
Quæstio inutilis	ibid.	Supersticio	ibid.
R Abulæ forenses	ibidem	Suspicio	ibidem:
Rapina	ibid.	T Aciturnitas	115
Ratio	ibid.	Tarditas	ibidem
Reconciliatio	ibid.	Temeritas	ibid.
Recreatio, relaxatio	ib.	Temperantia	ibid.
Regnandi libido	104	Tempus	ibid.
Religio	ibid.	Tempori inseruendum	ibid.
Regnum & reges	ibid.	Tenacitas	116
Respublica	ibid.	Testamentum	ibid.
Reipublicæ administratio	ibi.	Timor ib. Tristitia	ibid.
Mutationes & nouationes in republi- ca perniciosissimæ	105	Turpitudo	ibid.
Reprehensio	106	Tyrannus	ibid.
Responsio	ibid.	V Arietas	117
Reuerentia	ibidem	Verbum Dei	ibid.
Rhetorica	ibid.	Veritas	118
Robur	ibid.	Victoria ib. Vicinitas	ibid.
S acerdos	ibid.	Viscissitudo rerum	ibid.
Sacramenta	ibid.	Vindiæ	ibid.
Sanitas	ibid.	Vindiæ diuina	119
Sapientia	ibid.	Vinum	ibid.
Sapiens	ibid.	Virtus	ibid.
Scientia	107	Vitium	120
Scortum. Vide Meretrix.	ibid.	Virtutum & vitierum cognatio	121
Seditio	ib.	Visus	122
Senectus	110	Vita hominis	ibid.
Sermo	ibid.	Vita æterna	123
Seruitus	ibid.	Vituperatio	ibid.
Seueritas	ibid.	Vltio	ibid.
Silentium & taciturnitas	111	Voluptas	ibid.
Simulacio & dissimulatio	ibid.	Vox	ibid.
Simultas ib. Solitudo	ibid.	Vsura	ibid.
Semnus	ibid.	Vsus rerum legitimus	ibid.
Sophistæ	ibid.	Vulgus	ibid.
Sors	112	Vxor bona	ibid.
		Vxor mala	ibid.

PAR



PARABOLAE, SIVE SIMILITVDI- NES A DES. ERASMO

Roterodamo primū collectæ,
deinde iuxta alphabeti or-
dinem per Conradum
Lycosthenem
redactæ.

A

ABDICATIO:

Vtris insanit, qui fratre imaginé ve-
neratur, corpus pulsat ac verbe-
rat: Ita stultum est amare in ado-
lescentia nomen, ve-
rum fratrem abdicare, aut odisse.
Plutarch.

Abstinentia.

Vt qui sacrum exhibent, ipsi nihil inde gustant: Ita quidam alios ac-
ipiunt, ipsi abstinentes. Plut.

+ Ut exsiccatum lutum iam non
oreat usui esse porcis, vt in eo se vo-
lent: Ita & caro per abstinentiam
narcida effecta, dæmonibus ultra no-
ræbabit in se quietendi locum.
Climachus gradu 26.

Abusus rerum pernicioſus.

Prometheus, Satyrum cùm primū
idens ignem vellet amplecti, admo-

nuit eum exurere contingentem, at
oculis præbere lumen: Calfacit, in-
quiens, & seruit artibus: Sic eadem
res, vt conque vteris, aut pernicioſa
est, aut vtilis. Plut.

Si multi inebriantur vino, non ob-
id incidenda vites, vt fecit Lycur-
gus, sed potius admouendi fontes: &
si multi abutantur poëtica, non pro-
tinus abiicienda, sed adhibenda cau-
tio, vt sia salutaris. Plut.

In rerum natura quoꝝ spectatissi-
mæ florent, celerrimè marcescunt,
veluti roſæ, liliæ, violæ, cùm alia du-
rent. Et in hominum vita quoꝝ floren-
tissima sunt, citissimè vertuntur in
diuersum. Plin. I. 9 c. 15.

Polypes stupidum alioqui ani-
mal in captandis cunctis incredibili
vritur solertia. Ita quidam ad solum
questum suum sapiunt, alibi pecudes
meræ. Plin. I. 9 c. 29.

Vina vasis infusa èrano factis mor-
tiferæ sunt: Et salutaris alioquin eru-
ditio, si inciderit in hominem pesti-

lentem , moribus illius redditur noxia. Plin.l.19.c.11.

Aqua marina ad potum inutilis, melius sustinet nauem , quām fluvialis dulcis & potui aptior : Ita suum vnaquaque res vsum habet , si quis vtatur ad id , quod oportet. Plutarchus.

Vt Philosophus missa lingua vivit , rem simul & optimam , & pessimam misit : Sic opes optimae sunt si recte utaris , pessimae si secus , Plutarch. & Erasmus in proverbio Lingua quo vadis. Vide , Usu rerum legitimus.

Adhortatio.

* Imperatores instructa acie so-
lent , quanquam paratissimos ad p̄-
liandum milites videant , eos tamen
cohortari : ita iuuenes credi ad lau-
dem , ad literas sunt adhortandi. Ci-
cero Philipp.4.

Caprifici ficus nunquam maturē-
scit , sed tamen gignit vermiculos ,
qui deuolantes ad veram ficum , pro-
fesso ficorum cortice maturitatem
illis tribuant : ita sunt qui ipsi nihil
queant egregium facere , sed tamen
aliquo pacto stimulant alios , vt id fa-
ciant. Plut.

Admonitio.

Vt equis non in ipso cursu frænum
iniicimus , sed ante cursum : sic qui
propensi sunt ad iram aut libidinem ,
antē rationibus ac monitis refran-
di sunt , prius quām in periculum
ventum sit. Plutar.

Nutrices pueros lapsos non ob-
iurgant aut puniunt , sed accur-
rentes erigunt , deinde obiurgant:
sic amicus cūm affligitur adiuuan-
dus est & erigendus , postea monen-
dus & obiurgandus , quōd suo virtuo
in eam calamitatem inciderit. Plu-
tar.

Qui dentibus laborant protinus
medicum adeunt , malum expo-
nunt : qui febre tenentur , accersunt:
at phreneticus , nec accersit , nec ad-
mittit , ob morbi vehementiam. Ita

qui virtus sua celant , nec admonen-
tes patiuntur , de his nulla salutis
spes. Plutarch.

† Quemadmodum speculum non
est malum deformi , eō q̄ d̄ ipsi o-
stendat qualis sit ; Et quemadmodum
Medicus non malus est ægrotanti ,
quōd ei febris , ac v̄m morbi dete-
gat (nō enim medicus febris est cau-
sa , sed eam ostendit) Ita nec is qui
reprehendit , ei malè vult , qui labo-
rat animi morbis. Clem. Alex. lib.1.
Pædagog. cap. 9.

Oculo lippienti non est admonen-
dum lumen : Nec animus , ff. &c. tu la-
borans , admittit grauem admonitio-
nem , sed adm̄ scenda laus est , ac sic
medendum Plut.

Quemadmodum Telephus , quo-
niā carebat amico , coactus est ab
hoste petere remedium ad medelam
vulneris : ita qui non habent liberos
amicos , à quib⁹ admoneantur , se-
pe ouero ab inimicis audiunt sua
vitia Plut.

Remedia statim mordent vel of-
fendunt , poitea conferunt salu- em
& voluptatem. Ita Calobria monita
initio sunt nonnihil amara , poste
correta iucundissima. Plut.

Vt pituita paulatim collecta , tum
maxime apparet ac vincit , cūm na-
tura vincitur : Sic quidam amici po-
tentest admonere non audent . nisi la-
bantur , sed simulatque commutata
fortuna æra sunt humiles facti , tum
obiurgant Plut.

Sanus fert , si exprobres intempe-
rantiam , libidinem , luxum : eadem
non ferret ægrotans : Sic admonen-
dus amicus , cūm desierit irasci , aut a-
mare. Plut.

Ictum quem prævideris , commo-
diū excipis . sic præagitatum ma-
lum minus offendit Senec.

Medici veant admoneri remedias
cū morbus in accessu est , ac s̄euit , sed
cūm se remittit : Ita ad primos illos
itæ aut doloris motus , non est adhi-
benda consolatio vel admonitio , sed

vbi

LOCI COMMUNES.

3

bi tempore cœperunt esse leuiores. uibus rebus nesciat esse usui, volūptatum minister est.

Senec.
Elleborum, tametsi efficax, Medici vetant dari senibus, aut pueris, aut exitibus. Ita admonitio sic est temperans, ut ferre is possit, quem velis emendare: nec solum sponte durest vitium, sed natura quoque eius, cuius virtus studeas mederi. Plin. lib. 35 cap. 5.

Herbae salutares consuetudine perdunt medendi vitam. Ita admonitio si a fidua sit, non emendat affuetum iam obiurgationibus. Plin.

In Natnensi agro terra imbre fit siccior, æstu humescit, vnde Cicero locatur illic ex imbre puluerem, ex siccitate fieri latum: Ita quosdam admonitio reddit deteriores. Plin. lib. 31 cap. 4.

Quosdam gemmæ aceto maceratae immiteantur, plerique melle decoctæ: Ita quosdam meliores reddit acris obiurgatio, quosdam admonitio blandior. Plin.

Adolescentia.

Vinum quod in dolio placuit, non fert ætatem: quod recens durum est & asperum, postea placet: sic adolescentia durior maturescit, & ad frumentum peruenit. Senec.

Adulatores & assentatores.

Vt medico carnem secante, manus concinnitatem quandam & elegantiam seruat, abest autem saltaria gesticulatio. Ita libertas admitrit urbanitatem, seruata grauitate. Adulator risu inepio, scurtilibusque iocis libertatem, veluti malis condimentis edulcat. Plutarch.

Mala pictura, fractis vestibus, rugis & angulis rem representat: & adulator fudoribus, clamoribus, amicum imitatur, nihil exhibens sincerum. Plutarch.

Simia cum nec domum possit servare more canis, nec onera gerere quemadmodum equus, nec arare sicuti boves, parasitatur ac risum monerit: sic adulator cum in seriis ac gra-

linaceos, iussitque pueri ut veros gallinaceos procul abigeret à tabula, ne collatione deprehenderetur: sic adulator veros amicos pro viribus abigit, ne ex illorum comparatione deprehendatur fictus amicus. Plutarchus.

Puluinaria mulierum, quanquam videntur reniti, ac resistere capitibus,cedunt magis & accommodantese: sic libertas adulatoris tumet quidem, sed in se recipit inelinatingem. Plur.

Vt difficile deprehenduntur bestiae, quæ ad loci similitudinem mutant colorem: sic eos assentatores haud facile deprehendas, qui ad omne vitæ institutum omnemque affectus sese accommodant. Plutarch.

Adulterina spendorem ac nitorem tantum auri imitantur: Sic adulator gratiam, obsequium & hilaritatem amici. Plut.

Non vt polypus se quibusuis locis: Ita nos debemus nos quorumlibet moribus accommodare. Plutarchi.

Tragediatum histrionibus choro opus est amicis, continentibus, theatróque applaudente: sic qui gaudent adulatoribus, nihil agunt, nisi sint qui applaudant.

Quemadmodum iuxta mathematicos superficies & lineæ nec infleantur, nec producuntur, neque mouentur per se, cum res sint intelligibiles, sed inflectuntur, producuntur & migrant pariter cum ipsis corporibus: Ita adulator suopte quidem affectu non mouetur sed cum irato amico irascitur, cum gaudente ridet. Plutarch.

Simia dum hominem imitari conatur, sèpè capit: ast adulator idem faciens, alios capit & allicit. Plutarch.

Infania alendi equos , non consequitur lenticulam, sed arua frumentifera : sic adulatio non infestat pauperes atque humiles, sed magnorum familiarum ac fortunarum ruina morbisque est. Plut.

Pediculi corpora ex anima deserunt, ut pote defessa sanguine , quo alebantur : sic adulatores rebus prosperis ac feracibus adsunt , aridas & steriles non attingunt. Plut.

Vt sylvestria semina , quæ spatio ac magnitudine accedunt ad triricū, haud facilè repurgantur , nam per angusta foramina non excidunt, per ampla simul excidunt: sic adulatio, quæ amicitia imitatur, non facilè ab amicitia resicitur ac separatur. Plut.

Qui alunt bellum , primū ac commodant se illius ingenio, & animaduertunt quibus rebus offendunt aut placetur, donec assuefacta fiat tractabilis: sic adulator omnibus amici studiis & affectibus sese accommodat. Plut.

Obsoniorum egregij artifices cōdimentis nō nihil austeri admiscent, quod dulcedinis tollant satietatem: sic adulatores fictam quādam libertatem ac seueritatem admiscent , vt nunquam magis adulentur, quād cūm videntur obiurgare ac liberè loqui. Plut.

Aqua delabitur vbi cunque cauum ac decluem locum reperit : sic adulator vehementer vrget , si quid lapsus est amicus. Plut.

Vt pictura est tacita poësis : Ita silentio quoque laudat adulator, nempe vultuque & obsequiis. Plut.

Qui venantur, facilius fallunt feras, si aliud agentes , hoc est, iter facientes aut agricolantes , id faciant: Ita maximè laudat adulator , cūm non appareat eum laudare. Plut.

Vt præterfluens aqua nullo certo colore est , sed semper refert colorē subiecti soli : Ita adulator se dissimilis est , pro re nata sese adaptans. Plut.

In Menandri Comœdia inducitur falsus Hercules, clauam gestans, non robustam, sed inanem, ac levem : sic adulatoris libertas mollis est & blanda. Plut.

Vt rupturæ & spasmata tum demum mouentur , cūm corpus aliquo malo corripitur : sic amici non ingenui felicibus adulantur, lapsos obiurgant . & illorum infortunio fruuntur. Plut.

Speculum quicquid obiicitur, imitatur: sic adulator. Plut.

Vmbra quicquid agas , responderet & adēst: sic adulator quoquā te veritas sequitur. Plut.

Chamæleon omnem imitatur colorem præterquam album: sic adulator in turpibus nihil non imitatur: solum quod honestum est , imitari non potest. Plin. l. 8. c. 33.

Imperiti pictores cūm pulchra non queant assequi, rugis & verrucis exprimit similitudines : sic adulator refert intemperantiam , iracundiam amici. &c. Plut.

Sunt cibaria, quæ neque sanguini conferunt , neque spiritibus , neque neruis , neque medullis: sed pudenda tantum mouent , ventrem inflant , corpus turgidum reddunt: Talis est adulatoris oratio , vitiosa tantum auget, & irritat, alioquin infrugifera. Plut.

Medicus si res postulet , aliquando crocum & nardum iniicit , & lauat suauiter , & pascit humaniter: sic amicus aliquando blandus est. Plutarch.

Quidam tauris œstrum , canibus crotonem in aures immittunt : sic adulator in aurem admissus, haud facilè excutitur , sed transuersum agit quo lubet. Plut.

Pictores illustrant lucida appositis vmbbris & obscuris: sic adulator laudans diversa vitia in aliis, in amico nutrit, ac fouet , quæ adsunt. Plutarch.

Oratores aliquoties aliquam personam

eam loquentem faciunt, vel fidei causa, vel ut inuidiam fugiant: & adulator narrat, quæ ab aliis de amico audierit, etiam si non audiit. Plutarchus.

Si quis merum, alioqui conserens aduersus cicutam, admisceat illi, venenum reddit immedicable, quod calore vim veneni protinus deuehat ad cor: ita adulator, intelligens libertatem esse remedium aduersus adulationem, eam ipsam adulationi admiscet, quod magis sit noxia. Plut.

* Ut monere, & moneri est veræ amicitia, & alterum liberè facere, non asperè: sic habendum, nullam in amiciis pestem esse maiorem, quam adulationem, blanditiás & assentationem. Cicero in Lælio.

* Quemadmodum qui audierunt symphoniam, ferunt secum in auribus modulationem, quæ ad dulcedinem cantumque cogitationes impedit, nec ad seria patitur intendi: sic adulatorū & praua laudantium sermo diutius hæret quam auditur, nec facile est animo dolcem sonum executere: prosequitur enim & durat, & ex interuallo recurrit, Seneca in epist.

Quemadmodum heliotropium herba, semper in eam spectat partem qua Sol est: & eo condito florem contrahit: sic nonnulli ad regis omnes nutus obsecundant: & in quodcumque viderint illum esse propensum, in id feruntur & ipsi. Plin. lib. 18. cap. 27.

+ Quemadmodum Actæon à suis canibus interiit: Sic parasiti eos à qui bus aluant pessundant. Phauorinus apud Strob. serm. 12.

Vitrum mirè crystallum imitatur, res vilissima rem longè preciosissimam: Ita assentatio amicitiae imitatur, res pessima longè optimam. Plin. 1. 9. c. 29. & 1. 37. c. 2.

Pardus odoris gratia allectans feras inuadit, atque occidit: Ita quidā

blandiloquentia irretitos fallunt, & perdunt. Sic principum aulæ habent nescio quid blandum, quod inuitet in perniciem. Plin. l. 8. c. 17.

Ut ranæ ultra solitum vocales tempestatem significat imminentem: Ita cum plurimum valet apud principes oratio malorum, bonis tacentibus, tum instat rerum perturbatio.

Qui fascino vtuntur, laudando ne- cant arbores, sata, pueros: Ita adulator laudando perdit. Plin.

* Ut nihil infidiosius melle venenato (nam sunt quædam huiusmodi) ita nihil magis cauedum, quam blandus hostis. Plin. l. 21. c. 13.

Hyæna vocem humanam imitatur, & nomen alicuius ediscit, quem euocatum lacerat: Ita quidam obsequio blandiuntur, donec in perniciē trahant. Plin. l. 7. c. 2.

Ut canes Melitæi potissimum in deliciis sunt opulentis ac potentibus foeminis: Ita principes effeminati deliciis, plurimi faciunt adulatores, & ad gratiam omnia tum loquentes, tum facientes. Plin. lib. 3. c. vlt.

Non omnem escam omnes amant pisces, sed aliis alia delestat: vnde pescatores gnari quam quisque maximè appetit, fallunt ea potissimum obiecta: Ita adulator deprehenso hominis ingenio, quibus rebus delinatur, à quibus abhorreat, quod illi gratissimum esse intellexerit, hoc potissimum eum captat. Plin.

Chamæleon qui subinde mutat colorē, omnem imitatur, præter rubrum & candidum: Ita adulator nihil non imitatur in amico, præter ea quæ honesta sunt. Plin.

Quod oleum est muscis, formicis, feréque reliquis insectis, id est adulatio stultis principibus. Siquidē oleo perunæ moriuntur illa: hi assentatione, & obsequio palponum in exitium trahuntur, ipsi trahunt rem publ. Plin. c. 30. & l. 11. c. 19.

Cupresso non innascuntur cerasæ propter amaritudinem, nec buxo

propter duritatem: Ita pestis adulatio-
nis fugit severa ac tristia ingenia,
mollia captat & facilia. Plinius lib. 7.
cap. 24.

Vultures triduo futura cadavera
presentiunt, cōque aduolant ita qui-
dam captatores, multis etiam annis
mortis diuitium imminent. Plin.

Heliotropium ac lupinum circum-
aguntur cum Sole, & quocunque se
mouerit ille, eodem deflectū & hac
caccumina: Ita proceres aplici quo-
cunque regis ingenium vertit, cō perpe-
dient omnes. Plin.

Ita suauius est antiphonum, quām
si vox omnino sit eadem: Sic iucun-
dior amicus, ita concors, vt ramen
nō nihil dissideat, quām adulator
per omnia obseruans, Plin.

Hyena sicut & ichneumon, nunc
mas est, nunc fœmina: Ita quidam sui
dissimiles, nunc fortia loquuntur,
nunc mollia, nunc philosophi sunt,
nunc nepotes, nunc amici, nunc ini-
tici. Plin. l. 7. c. 2.

Adulatoris & amici comparatio.

Vt Patroclus in bellum prodigi-
gus reliqua quidem Achillis arma si-
bi sumpsit, solam hastam, vt grauem
ac praualidam non attigit: Ita adul-
ator omnia veri amici symbola imi-
catur, prēter solam admonendi liber-
etatem. Plut.

Medicus dat operam, quōd sanita-
tem ruerat & augeat: Ita facit ami-
cus: At adulator lacreras titillat par-
tes. Plut.

Item quasi preceptor puerum de
stylo ac tabula obiurget: barbaris-
sum aut solœcismum committen-
tem dissimilet. Plut.

Item quasi malus orator, nihil ad
argumenta respondens: vocem au-
codicillos diligenter scriptos calum-
niatur. Plut.

Perinde ac si quis hominis tube-
ribus ac fistulis laborantis medici si-
milis pilos & vngues fecerit: Ita adul-
ator libertate vitur in iis in quibus
non est opus. Plut.

Bene olet vnguentum, bene olet &
pharmacum: verū illud ad nihil ve-
tile, nisi vt deleat: hoc piater odo-
rem maiorem habet ut litat: sic ad-
ulator tantum iucundus, amicus et
iam vilis & necessarius. Plut.

Pictura coloris habet iucundos:
sunt & pharmaca grati coloris, sic a-
amicus ideo deleat, vt iuuet adul-
ator tanum deleat. Plut.

Vbi corpus xitiosis inflatum hu-
moribus, ibi adsunt bubones: sic vbi
irascitur, amat, odit amicus: id pre-
mit adulator. Plut.

Pharmacum non adhibitum in lo-
co, dolet absque fructu: sic obiurga-
tio nō vi debet admota. Atque idem
facit amicus cum molestia, quod adul-
ator cum voluptate. Lædit enim v-
terque Plut.

Pediculi corpora ex anima dese-
runt, vi poete defecta sanguine quo a-
lebanunt: sic adulatores rebus prospe-
ris ac feracibus adsunt, aridas & ste-
riles non attingunt. Plut.

Adulterium.

* Coccyx oua subdit in nidis alie-
nis: & quidam alienas uxores faciunt
matres. Plin. l. 10. c. 9.

Egritudo animi.

* Vt onera contentis corporibus
facilius feruntur, remissis opprimunt:
similis è animus intentione sua pres-
sum depellit omnium ponderum, re-
missione autem sic vrgetur, vt si ne-
queat extollere. Cic. l. 2. Tusc. quæst.

* Fit in prælio, vt ignavus miles
ac timidus, simul ac viderit hostem,
abieciō scuto fugiat, quantumque pos-
sit, ob cāmque capsam pereat non-
nunquam, etiam integro corpore,
cū ei qui stererit nihil tale euene-
rit. sic qui doloris speciem ferre non
possit abiiciunt se, atque ita affliti
& exanimati iacent: qui autem resti-
terint, discidunt sapissimè superio-
res. Cic. eod. lib.

* Vt in causis non semper vtimur
eodem statu, sed ad tempus, ad con-
trouersias naturam, ad personam ac
commodum

ommodamus : sic in ægritudine leuienda. nam quam quicunque curacionem recipere possit, videndum est. Cic. l. 3 Tusc. q. 8. st.

Emulatio.

Vt non est verus amor , qui caret zelotypia: Ita non amat vehementer virtutem , nisi qui ardet emulacione recte factorum ab aliis. Plutarch.

Eras.

Sicut vina & poma subacerba vestitate mescunt dulcescuntque : sic ætatis insolentia longo reru vsu mitigatur. Plut.

Vt non qui multum cecinit, aut rhetoricus est, aut gubernapit, laudatur , sed qui sic è : sic non qui diu vixit, sed qui bene. Plut.

Quemadmodum nauigantibus teraque urbésque recedunt: sic rapidissimi reponis cursu primùm pueritiā abscondimus, deinde adolescētiā, deinde teneatūtis optimos annos. Senec.

Vt aqua in areola, dignum sequitur præcedentem : Ita ætas mollis & tenera, in utrāque partem flexibilis est, & quocunque duxeris, sequitur. D. Hieronymus ad Gaudentium.

Apiana vino, & alia quædam initio dulcia, austritatem accipiunt ab annis: ita quidam ætate fiunt inhumani res. Plin.

Aminæa vina senio fiunt meliora; ita quidam in iuuenta solutiōres aut asperores, ætate & vsu rerum fiunt mitiores. Plin.

Vt Ciconias nemo aduenire sentit, sed aduenisse: nemo discedere, sed discessisse, quod noctu clanculum faciunt utrumque: ita iuentutem nemo intelligit discedere, sed discessisse, & senectutem non sentimus advenire, sed aduenisse Plin. lib. 10 ca. 23.

Sicut amplæ & regiæ opes, vbi ad malum dominum peruererunt, momēto dissipantur, at quamvis modicæ si bono custodi traditæ sunt. vsu crescunt: ita ætas nostra bene disponenti multum patet. Senec. de breuitate vita, cap. 3.

* Quemadmodum ex amphora primum quod est sincerissimum effluit, grauissimum quodque turbidum que subsidit: sie in ætate nostra, quod optimum, primum est. Senec. in epist.

* Ilia herba quæ in segetem frugemque ventura est, alia constitutio nem habet tenera & vix eminens sulco, aliam cum conualuit. & molli quidem culmo, sed qui ferat onus suum, consistit: aliam cum flavescit, cum ad aream spectat, & spica eius induruit, in quam constitutionem cum venit eam tuetur, in eam componitur: ita alia ætas est infantis, pueri, adolescentis, senis. Senec. in epist.

Affectus.

Vt periculosior est tempestas, quæ non finit in portum appellere, quam quæ vetat nauigare: Ita grauiores animi motus, qui non sinunt hominem consistere ratione perturbata, sed præcipitem auferunt in tempestates. Plut.

Circles poculis homines subito transformabantur in feras: & affectus repente alium reddunt hominem. Plut.

In magno fluctu non sistitur navis, nisi pondus anchoræ retineat ait: to infixa vado: sic in magnis rerum procellis, summa ratio debet animum cohibere, ne ab affectibus auferatur. Plut.

Vt velis vtendum pro nauis magnitudine: Ita cupiditates pro facultate sunt moderandæ. Plut.

Calceus ad pedis formam torqueatur, non contraria: sic vita genus cuique est huiusmodi, cuiusmodi sunt animi affectus. Plut.

Frustra puro haurias vase è fonte turbido: Ita non potes aliis iucundus esse, aut rebus obēundis accommodes, nisi purgaueris animum malis affectibus. Plut.

Equi iam manfusaæti, etiam si ariaga non vtatur habenis, tamen suaptate sponge rectam pergunt ire viam

Sic affectus à ratione iampridem domiti & assuefacti, nec in somnis, nec in morbis sopita ratione quicquam tentant turpe. Plut.

Si corpus affuet, ne conniveant aut lacrymentur oculi, ne palpitet cor: Ita multo magis animus ne phæsiis commoueatur. Plut.

Locus supinus ac mollis nihil expellit quod inciderit, nec potest auertere: Sic animus vitiosa præditus verrecundia nulli perius est, nisi turpibus affectibus. Plut.

Qui lucernam non ferunt, multò minus ferrent Solem: sic qui mediocribus rebus perturbantur, multò magis obstupescunt in magnis. Plutarchus.

Vt pueriles querimoniae facile conquiescent; Ita leues cupiditates subducta materia facile sedantur. Plutarchus.

* Quemadmodum tempestatis & pluviæ ante ipsas notæ venient: ita iugæ, amoris, omniumque istarum procellarum animos vexantium sunt quædam prænuncia. Seneca, libro 3. de ira.

Hominem vehementer ægrotum, vellunæ deliquium, vel ventus asperior, vel maris decessus, aut huius modi quæpiam levis rerum commutatio tollit è medio: ita animos imbecilles & affectibus corruptos quævis offensa perturbat: cum qui firmis sunt animis, istiusmodi non sentiant. Plut.

* Quemadmodum timidi, & qui nauicæ nauigando obnoxij sunt, estimantes se meliusculè habituros, si ex acatio in nauum, rursusque si in tritemem commigratint: nihil tamen proficiunt, bilem timiditatēmque secum circumferentes: Ita aliud vitæ genus non eximit animo ex quibus grauatur & perturbatur, hoc est, rerum inscitiam & rationis imperfectionem, ac id vitium quod non potest neque callet rectè præsentibus yti. Plut. de tranquill. animi,

Vt nullum animal nec mite, nec ferū paret rationi, qua caret: sic nullus affectus Senec.

Multa agrestia subnascentia in agro, mala quidem ipsa sunt, sed tamē signa felicis atque uberioris soli, si quis excolat: & animi aff. Etus per se malii, arguant ingenium non malum, si accedat recta institutio. Plutarchus.

Canes feroce ad omnem vocem irritantur, ad solam noctem, ac familiarem mansucent: sic animi morbi cùm sœuiunt compesci non possunt, nisi diæta adsint nota familiariaque, quæ oommotos corripiunt. Plut.

Vt corpus non est capax voluptatum, nisi bene temperatum: Ita animus non capit veram voluptatem, nisi liber metu, ac cæteris affectibus. Plut.

* Quemadmodum periculosior est tempestas quæ non finit in portum appellere, quam quæ vetat nauigare: ita grauiores animi motus, qui non sinunt hominem consistere, ratione perturbata, sed præcipitem auferunt in tempestates. Plut.

Vt initia morborum quamvis levia serpunt: ita si vicia & affectus vel leuissimos semel admittas, crescunt & augescunt Senec.

* Affectus sunt motus animi improbables, subiti & concitati, qui frè quæsæ neglectique fecere morbum: sicut distillatione nec adhuc in morem adducta, tussim facit assiduam, & vetus phthisin Seneca epist. 76.

Vt homini semper adest remediū aduersus serpentum virus, nempe saliu, qua contacti ceu feruenti perfusi aqua fugiunt, emoriuntur etiam, si in fauces penetrauerit: sic aduersus omnes pestiferas cupiditates præsens remedium semper nobiscum circumferimus, si modò nouerimus vti. Id ab animo petatur opert. Plin.

Aestu maris, auctus aut detrimen-
ta

ta Junx magis sentiunt imbecilliora corpora: Sic rebus contrariis vehementius commouetur animus minus sibi constans & affectibus vitiatus. Plin.

Ambitio.

† Quemadmodum saui quidam in tranquillum mare delati, totum atmo cœunt, ut arena cum vndis misceatur: Sic & ambitio, & turpis quæstus animam subeuntes, omnia subvertunt. Chrisost. hom. 41. ad po. Ant.

Qui dolent, quod non excellant in omnibus etiam diversissimis, perinde faciunt, ac si quis molestè ferat, quod vinea non ferat ficus, quodque olea non ferat boëos. Plat.

Qui studeat Plato esse doctrina: dormire cum beata vetula, ut Ephoron: cum Alexandro potare ut Medius: diues esse, ut Ismenias: virtute præcellens, ut Epaminondas: doleatque quod vñus non sit hæc omnia: perinde facit, ac si molestè ferat, quod non sit leo montanus, & idem Melitta catella in sinu viduæ diuitis. Plutarch.

Accius poeta cum esset ipse admodum breuis, tamen in æde Camœnorum maxima forma statuam sibi posuit: ita quidam re viles, & humiles, ambitione fucōque dilatant se. Plin. I. 34. c. 5.

Chamæleon quoniam aura pascitur, non cibo, semper hianti est ore. Ita qui gloriolis & auris aluntur popularibus, semper aliquid cantant, quod famam augeat. Plin.

Vt æquè mortuus est qui conditus est in odoribus & qui trahitur vno: ita æquè sunt infelices, & qui voluptatibus indulgent, & qui ambitiosis negotiis vacant. Senec.

Vt oua plena sidunt, inania fluitat: ita qui veris virtutibus aut literis est præditus, minus ostentat se, quam qui ècus. Senec.

Vt venti desituri vehementissime spirare solent: Ita mortales cum ma-

ximè efferunt se, tum proximi existo solent esse. Senec.

Columba in volatu pernicitas, sed dum plaudit in aëre sibi placens implicatis strepitu pennis, capitur ab insidiante accipitre: Ita multi dum ostentant suas vites magis quam vtuntur, obiliti præda sunt inimicis. Plin. I. 10. c. 20.

Pavo non explicat pennas nisi laudatus: Ita quidam putant se non habere quod habent, nisi sint qui mirantur. Plin. I. 10. c. 21

Gallus viator illico cantu superiore se testatur: Ita quidam sua factinera lactant ipsi, & suarum laudum ridiculi sunt tibicines. Plin. lib. cap. 33.

Vti Chamæleon maximum habet pulmonem, & nihil aliud intus: Ita quidam præter ostentationem & veneficam iactantiam nihil habent. Plin. I. 11. c. 32.

Taurus avis cum sit pusilla, tamen boem vocem imitatur: ita nonnulli cum re sint exigui, tamen loquuntur reges ac satrapas. Plin. I. 9 c. 42. & ca. 31. cod. lib.

Minimi cancri, quos pinnoteras vocati, quæ tutiores sint, inanum cōcharum testis le condunt, & cum acreuerint, migrant in capaciores: Ita quidam maiorum suorum titulis teneunt se, cum suis diffidat virtutibus. Plin.

Vti Chamæleon non alio pascitur alimento, quam aëris, & idcirco ore est seroper hiante: ita quosdam aura popularis alit, neque quicquam captant præter inanes laudes & gloriā. Plin.

Vt vritis nisi amputes, latè se spargit, brachiis suis omnia complectens & implicans: ita princeps ambitiosus semper aliquid è proximis suo adiungit imperio, nisi subinde vindicetur. Plin.

*Quemadmodū Cæcias ventus ad se trahit nubes: sic ambitio inuidia, similitatem, profusionem, atque id

genus alia incommoda ad se trahit.
Plin.

Amicitia.

Quemadmodum lac coagulo concrevit: sic homines compinguntur, & vnum fiunt amicitia. Plutarchus.

Vt ignis omnium condimentorum est suauissimum, velut inquit Ennius: Ita amicitia omnem vitam condulcat, si admisceatur. Plutarchus.

Quemadmodum qui stomacho valent, & animantia sanissima, saxa, ferrum, serpentes & scorpions concoquunt, eaque in nutrimentum vertut: contrà valetudinarij etiam pane & vino offenduntur: sic stulti & amicitias perdunt, sapientes etiam inimicitias recte norunt vti. Plut.

Vt bruta si vi commisceantur diverso generi, discedunt indignantia grauiter ferentia: sic inter similes placide coit & cohæret amicitia. Plutarchus.

Musica symphonia constat è diuersis, puta grauibus & acutis inter se ratione compositis: at amicitia constat similibus. Plut.

* Quomodo solitudo in odio est: sic in dulcedine appetitio societatis. Quomodo hominem homini natura conciliat: sic inest huic quoque rei stimulus, quin nos amicitiarum appetentes faciat. Senec.epist.9.

Amicitia fucata.

Vt Ixion Iunonem persequens in nubem incidit: sic multi in fucata & vulgarem amicitiam incurront. Plutarchus.

Orobanche ciceri infesta est & erufo, vt æra tritico, hordeo festuca quæ vocatur ægilops, lenti securitatem: atque hæ quidem omnes complexxu necant: ita vorundam amicitia pestilens est magis quam inimicitia. Pli.l.18.c.45.

Amicitia multorum.

Vt mulier impudica, cum multis se commiscens nullum certum ha-

bet amatorem. Ita qui multorum appetit amicitiam. Plut.

Vt puella in pratis aliud post aliud flosculum decerpens semper nouis arridentibus capit, priores negligit: sic qui multas instituit amicitias, ac mox saturatus alias querit. Plutarchus.

Vt prima materia quibuslibet formis variatur, cum propriam non habeat: Ita animus multorum amicitiae subiectus. Plut.

* Quod ægris euenit, quos longa imbecillitas usque adeo afficit, ut nunquam sine offensa proferantur, hoc accidit nobis quovis animi ex longo morbo insciuntur. Inimica est multorum conuersatio. Epist.7.

Amicitia paucorum.

Vt Briareus centum manibus quin quaginta pascens ventres, nihil felicior erit nobis, qui duabus vnum administramus: sic tantudem commoditatis cœpiæ è paucorum amicitia, quantum è multorum: pensatur enim incommodum: si pauci inseruiunt, paucis est inseruendum. Plutarchus.

Serinde ac si mutilus ac cæcus metuat ne Briareus fiat centimanus aut Argus centoculus: Ita quidam metuant ne plurimum sint amici, cum nec vnum adhuc verum habeat amicum. Plut.

Amicitia bonorum.

* Vt benefici liberalésque sumus, non vt exigamus gratiam (neque enim beneficium, fœneramur, sed natura propensi ad liberalitatem sumus) sic amicitiam non spe mercedis adducti, sed quod omnis eius fructus in ipso amore inest, expetendam putamus. Cicero in Lælio.

Amicitia malorum.

* Vt hirundines sub hominum testis nidulantur, & tamen non assescunt, nec fidunt homini: ita quidam amicos semper habent suspectos. Pli.l.10.c.24.

Ami-

Amicitia neglecta.

Non potest quævis arbor mitescere, neque quælibet fera cicurari, proinde hæc quoque qua possunt in suū vertunt vsum: sic qui ad amicitiam adduci non possunt, horum odio ad nostrum commodum abutemur. Plutarchus.

Ciconia tametsi demigrat, tamen reuersi semper eosdem repetit nidos. Ita non oportet amicorum ob intermissam vitæ consuetudinem obliuisci, sed memoriam illorum semper nobiscum circumferre. Plin.lib. 10.c.23.

Amicitia direpta.

Vt adamas si frangi contingat maleis, in minutissimas dissilit crustas, adeò vt viꝝ oculi scerni queat: ita artissima necessitas, si quando contingat dirimi, in summam veritur simultatem: & ex artissimis fœderibus si semel rumpantur, maxima nascitur disfida. Aut supra modum incandescit semel viꝝ lenitas. Plin.li. 37.ca.4.

* Amici noui non sunt veteribus inteponendi, vt equis vetulis teneros inteponere solemus. Non enim amicitarum esse debent, si ut aliarum rerum satietates. Veterima quæque esse suauissima debent, sunt aliarum rerum satietates, nouitates tamen non repudiandas, vetustas autem suo loco conferuetur. Cicero in Lælio.

In peregrinatione vitam agentibus hoc evenit, vt multa habeant hostilia, nullas amicitias: Idem accidat recesso est iis qui nullius ingenio se applicat familiariter, sed omnia curim & properanter admittunt. Non prodest cibus, nec corpori accedit qui statim sumptus emititur. Nihil equè sanitatem impedit, quæm remeiorum crebra mutatio. Non venit vulnus ad cicatricem, in quo crebra medicamenta tententur. Non convalescit planta quæ sèpius transferitur. Nihil tam vtile est, quod in transitu rosit. Distrahit animam librorum

multitudine. Senec.epist 2.

Amicitia reconciliata.

Abies ad. o cohaeret glutino, vt prius scindatur qua sonda est, quam quæ glutino ferruminata. Ita post reditum in gratiam firmior debet esse amicitia, & arctius cohaerent, quos copulauit mutuæ benevolentiae glutinum, quam quos natura coniunxit. Plin.li 16 ca.2.

Cassiteris, id est, stannum aut plumbum album, æs ruptum ferruminat utrumque contingens propter affinitatem, quam habet cum utroque: ita amicus amicitiam ac benevolentiam disruptam reconciliare debet utrique se accommodans ex æquo. Plut.

Vt Pyrites gemma, non aperit vim igneam nisi atteras, tum enim digitos adurit: ita quorundam malitiam non sentias, nisi cum illis consuetudinem aut rem habueris, aut non sentias. Philosophiæ vim nisi exercueris. Ita Succina attrita vim attrahendi & odorem perdunt. Plutarch. & Plin.lib.36.cap.19. & lib.37. cap.ii.

Vt Crystalli fragmenta sarciri nullo modo possunt: Ita difficillimum est eos reconciliare, qui artissima familiaritate in mutuum odium venerint. Plin.libro 17.cap.3 & libro 37. cap.2.

Amicitia renouata.

Vt quæ glutino commissa sunt, si solvantur, facile regutinantur: at si corpus rumpatur, haud facile coit: Sic inter alios amicitia dirupta facile coit, in fratribus semel dirupta, aut non coit, aut cicatrica coit, Plot.

Pictores seponunt ad tempus operæ sua, tum ex interuallo reæius iudicaturi: nam assiduitas in causa est, quo minus bene iudicent: Sic nos rectius iudicamus amicos, quos ex interuallo reuismus. Ac de nobis ipsis quoniam adsumus assiduè, minus recte iudicamus. Plut.

* Ciconia rametsi demigrat, tamen reuersa semper eisdem petit nidus: ita non oportet amicorum ob intermissam vitæ consuetudinem oblivisci, sed memoriam illorum semper nobiscum circumferre. Plin. libr. 10. cap. 23.

* Si quis oculum casu excusserit, reliquæ illius satis facient, & erit in minu' corpore & amputato tam latus, quam in integro fuit. Sed quæ sibi desunt, num desiderat? Non esse mauult. Ita sapiens se contentus est, non ut velit esse sine amico, sed ut possit: & hoc quod dico possit, tale est: amissum æquo animo fert: sine amico quidem nunquam erit: in sua potestate habet, quam citò reparet. Quomodo si perdidit Phidias statuam, protinus alteram faciet. Si hic faciendarum amicitiarum artifex substituet & aliū in locū amici. Senec. epist. 6.

Amicitia principum.

Vt periculoseum est dæmones evocare, propterea quod si quid erratum fuerit magno conantis discrimine fiat: nam aiunt Tullium Hostiliū iectū fulmine, quod ex Numæ libris Iouem deuocare conatus, quædam parum ritè fecisset: Ita periculoseum est cum principibus habere commercium, aut cum morosis potentibus, quod offensi re qualibet leui funditus subuerant hominem. Plin. l. 2. c. 55. & l. 28. c. 2.

Vt Arithmeticorum digitii aliquando valent multis millibus, aliquando nihil: sic regum amici aliquoties quidvis possunt, rursum mutata in fastidium gratia nihil possunt. Plutarchus.

* Quemadmodum luna quo propior est Soli, hoc minus habet luminis: ita plus fructus ac dignitatis est iis qui procul absunt à magnis Principibus. Plin. l. 2. c. 9.

Amicorum eleffio proba.

Vt nummum exploras, num sit adulterinus, priusquam eo sit opus: sic-

amicus probandus antequam eo sit opus. Plut.

Qui reiectis cognatis, peregrinos asciscit amicos, perinde facit, ac si quis amputato pede carneo, ligneum pedem addat. Plut.

Quemadmodum stultus est, qui equum emperatur non ipsum inspicie, sed stratum eius ac frenos: sic stultissimos qui amicum asciturus, eum è vestitu aut opibus estimat. Sen.

Veluti qui nummum adulterinum: Ita qui amicum habet non exploratum vbi senserit improbum esse cum priuatur eo, gaudet: cum habet, operat effugere. Plut.

Vt rubo, spinisque complectentiibus nos discussit, ad vitem aut oleam tendimus: ita non quemuis obuium oportet in amicitiam admittere, sed ad idoneas, reiectis aliis eundum est. Plut.

Vt Zeuxis lentè pingebat, quod diu duraret: Ita diu explorandus amicus, qui sit perpetuus futurus. Plin. l. 35. c. 9. & 10.

Vt diligenter campingitor nautis quæ sit in tempestatibus præsidio futura, & agger variis casibus oppositus: Ita diligenter probandus amicus, quo sisvorus ad omnia. Plutarchus.

Ixion Iunonem amans, in nubem incidit: sic quidam dum veram exceptunt amicitiam, vulgatam ac falsam amplectuntur. Plut.

Vt qui prægustando lethale venenum, in exitium coniiciunt se: sic qui amicum admittit, priusquam cognoverit, suo malo discit, qualis sit. Plut.

Vt hirundines sub hominum tenebris nidulantur, & tamen non assuefecunt nec fidunt homini. Ita quidam amicos semper habent suspectos, præsertim insulares. Plinius libro decimo, capite 24.

Diligentes agricolæ terram prius notulis quibusdam deprehendunt, & explorant priusquam illi credant secundem:

mentem: ita explorandus amicus antequam committas arcanum. Plinius.

Vt vas experiamur , aquam, non vinum infundimus : Ita friuolum quiddam aliquando committendum amicis , quo silentij fidem experiamur, ut si effutant nihil sit periculi. Plut.

Amicus virus.

Animal in intimes vires habet maximè proprias. Sic amicus nihil ostentat, sed tu celat, cum maximè iuuat. Plin.

Vt medicus & non sentientem satiat: Sic amicus etiam si ignoraretur amicum iuuat. Plut.

Vt in diapason tantus est concensus, vt vox eadem esse videatur: ita eti amici unus sunt animus. Aut sic adulator per omnia subseruit ad orationem diuitis , vt unum loquentem licias non duos. Vide proverb. disdiapason.

*Vt aurum igne: sic benevolentia idelis periculo aliquo perspici solet. Cicer. libro nono epist. ad familiares.

Vt suauius est antiphonum , quam vox omnino sit eadem : sic iucunior amicus , ita concursus , vt tamen omnihil dissideat, quam adulator per omnia obseruiens Plin.

Poma quedam suauiter acerba sint , & in vino nimium veteri delecat & ipsa amaritudo: Sic amicum defunctorum memoria mordet nimium, sed non sine voluptate. Secca.

Vt mel exulcerata mordet ac purit, alioquin utile & dulce: Sic amiliberitas non morderet, nisi si quid evitiosum & corrigendum. Plutarchus.

Polypus superficiem & colorem intaxat mutat : At amicus verè similis esse debet amicis & moribus, & factibus, & studiis. Plut. Plin. li. 9. p. 26.

Lynceus per querum videt, inimi-

cus etiam per famulum, per amicum perspicit, quid agas. Plut.

Amicus fūcatus.

Vt rupturæ & spasmodæ tuæ dum mouentur , cum corpus alicui malo corripitur : at amici non ingenui felicibus adulantur , lapsi obiurgant, & illorum infortunio fruuntur. Plut.

Hirundo æstate aduolat , instante hyeme auolat: ita infidus amicus rebus latè præsto est, commutata fortuna deserit amicum. Plin. libro 10. cap. 24.

Seleucides aues nunquam conspi ciuntur à Casij montis incolis , nisi cum illarum præsidio est opus , aduersus locustas vastantes fruges , nec unde veniant , quovè abeant cognitum: ita quidam nunquam apparet, nisi cum nostro egent auxilio: nec videntur amicos, nisi cum urget necessitas aliqua. Plinius libro decimo, capite 27.

Vt malum cibum nec retinere possis citra noxam, nec reiicere sine molestia: Ita malum amicum , si tenetas, laedit, nec tamen absque inimicitia actu multu veluti bilem potes abidere. Plut.

Vt Creon filiam nihil adiuuit, sed eam complexus vñā cum illa periret incendio: sic quidam felicibus amici non fruuntur cum infelicibus pertinent. Plut.

Vt nandi imperiti dum volent succurrere iis, qui præfocantur, ac merguntur, vñā cum illis merguntur , & nocent magis, quam prosunt: sic amici qui in rebus aduersis tantum colacrymant amico. Plut.

Quemadmodum musæ in popinis non manent, si desit nidor: Ita vulgares diuitum amici non persecuantur, si non adsit utilitas. Plut.

Arroduct hominis cibum mures, vivunt sub eodem tecto , nec tamea assuescunt homini: Ita quidam amici parum sinceri nec relinquent cib-

bi commodique cauia, nec amant tam
men aut fiduci. Plut.

TQui ab amico perfido consilium
accipit, similis est ei, qui ex pocolo
aureo venenum bibit. Philo apud
Maximini scr. 6.

Amor.

Vt hedera vndevis ex se inuenit,
quo se alinget: ita amor etiam iis ca-
pitur, quae non amantem offendunt.
Plut.

Vtradix, quam medici vulgo rha-
barbarum vocant, cum sit biliosa, ta-
men peculiari quadam virtute pel-
lit: Ita sit nonnunquam, ut amor pel-
lit amorem, cœu clausa clauum, ira
iram, & dolor dolorem.

Vt echeneis licet exiguis piscis, na-
uem velis citaram remoratur: Ita a-
nimū ad honesta properantem pœl-
la quæpiam nonnunquam reuocat,
ac retardat affixa. Plin.

Quemadmodum frondium iactu-
ga facilis est, quia renascuntur: sic i-
storum quos amas, quolque oblecta-
menta vita putas esse damnum: quia
reparantur, etiam si non renascun-
tur. Senec. epist. 105.

Amor sui:

Nullum est animal quod impen-
sius amet suos fœtus, quam Afinus
& simia: Ita indoct. suas commenta-
tiunculas præter alios amplectuntur.
Plin.

Vt qui per inane ingrediuntur, quo
magis innituntur, hoc magis peccat:
ita qui sus amantes, sibi fidunt, Eras-
mus.

Non ut medici bili medentur a-
maris: Ita oportet iracundiam medi-
carri iracundia. Plut.

Vt minora literæ, si quis intendat,
offendunt oculi os: Sic qui res minu-
tulas iracundè curat, morosior reddi-
tur ad maiorum os, & lut.

Vt equæ co-specta in aquæ forma
sua aguntur in tabiem, authore Co-
lumella: ita quidam nimis admirante-
sues sua, ad insaniam usque reddi-
tur insolentes. Eras.

Industrium animal formicæ, non
laborat nisi sibi: ita nonnulli morta-
les sibi duntaxat consolunt, & suum
modò negotium agunt. Plin.

Vt suus cuique morbus videtur a-
trocissimus, ita suum cuique incom-
modum maximè dolet. Eras.

Si vnumquodque membrum
hunc sensum haberet, ut posse putar-
et se valere, si proximi membra va-
letudinem ad se traduxisset, debili-
tari & interire corpus necesse esset:
Sic si unusquisque nostrum rapiat
ad se commoda aliorum, detrahât
que quod cuique possit emolumen-
ti sui gratia, societas hominum com-
munitasque euertatur necesse est. Ci-
cer. l. 3. Offic.

Amor proximi

Vt luna quod luminis accepit à so-
le, mundo refundit: Ita donum à Deo
acceptum, in communione aliorum est
conferendum. Eras.

Anima.

Vt corpus est instrumentum ani-
mæ: Sic anima est instrumentum Dei.
Plut.

Vt avis capta, si diutius alatur in
incarcere, etiamsi dimittatur, studet eō
redire: sic animus diu versatus in hoc
corpo, non facilè reuolit. At puerorum
animus lubentius euolat. Plu-
tarachus.

Quemadmodum igni si extinctam
subito facem admoueras, statim re-
daccendit: sic animus si statim e-
uoleat à corpore, facilè redit in suam
naturam. Plut.

Qui è seruitute manumissi sunt,
qua dominis solent facere, cum ser-
uirent, ea faciunt sibi ipsi, suóque
arbitrio & præsidio: Sic nunc anima
alit corpus multo labore, multis eu-
ris: postea facta libera, seipsum alet
contemplatione veri, nec ab ea poter-
it auelli. Plut.

Vt qui in alieno habitant, multi
aguntur incommodes, semp̄rque de
aliqua domicilijs parte queruntur: ita
animus nunc de capite, nunc de pe-
dibus,

dibus, nunc de stomacho, nunc aliud de alio queritur, significans se esse non in tuo domicilio, sed unde brevi sit emigrandum. Senec.

* Ut ex barba capillos detonsos negligimus: ita ille diuinus animus egressurus hominem, quo receptaculum suum conferatur, ignis illud exurat, an feræ distrahant, an terra contegat, non magis potat ad se pertinere, quam secundas ad editum infantem. Sen. epist. 93.

Animus.

Vt in lance momentum in utramque patrem æquè propensum est, & in neutram inflectitur: Ita dubius animus. Plut.

Corpus oneris pondere ptemitur: at animus ex sese sumpuero pondus addit rebus. Plut.

Ut qui ithus tundunt, etiam si purgentur, tamen odorem multum tempus referunt: ita animus diu diversatus in honestis negotiis, diu seruabit iucundam memoriam, qua fretus contemnet eos, qui vitam ut miseram deplorant. Plut.

* In corporibus magnæ sunt dissimilitudines: alios enim videmus velocitate ad cursum, alios viribus ad iuctandum valere, itemque in formis, aliis dignitatem inesse, aliis veiuastatem: sic in animis existunt etiam maiores varietates. Cicer. lib. 1. Offic.

* Ut necesse est lancem in libra ponderibus impositis deprimi: sic aiumum perspicuis cedere. Cic. l. 4. Academic. quæst.

* Sicut membra nobis ita data sunt, & ad quandam ratione viuendi data esse appateant: sic appetitio animi, on ad quodvis genus vitæ, sed ad uandam formam viuendi videtur at, itemque & ratio, & perfecta ratio. Cic. l. 3. de finib.

Iumenta quorum in aspero induata est vngula, quamlibet patiuntur iam, in palustri pascuo saginata cibò subteruntur; sic animus duris re-

bus assuetus, minus offenditur. Seneca.

+ Ut loca grauia, etiam firmissimæ valetudinem tentant: Ita bona quoque menti, nequidem adhuc perfectæ, & eonuæ escenti, sunt aliqua parum silubria. Senec. epist. 28.

Flama nec premi potest, nec quietescere: sic animus nativo impetu fertur ad honesta. Senec.

Robora in rectum quamuis flexa reuocabis, curuatas trabes calor explicat, & aliter naturæ in id funguntur, quod visus noster exigit: quanto magis animus accipit formæ, flexibilis & omni honore obsequenter Sen.

Vt in corporibus morbus segnitie & lassitudine præsentitur: Sic infirmus animus, priusquam opprimatur malis, præsumptione quatitur. Senec.

Vt primum est expurganda bilis unde nascitur insanía, deinde monedula homo: alioqui qui furiosum admoneat quomodo debet procederes, quomodo se gerere in publico, furiosior sit ipso furioso: sic primùm animus est liberandus falsis opinionebus, postea tradenda præcepta philosophiz. Senec.

Vt puerorum dum primū discunt scribere, digitæ tenentur, & aliena manu per literarum simulachra ducuntur, post iubentur imitari propositum: sic primūm animus ad præscriptum adiuuetur oportet, donec incipiat per se philosophari. Seneca.

Quemadmodum si ferrum inter adamantium ponas & magnetem, diverso nisu nunc huc, nunc illuc fertur: Ita dubius animus nunc ad honesta rapitur, nunc ad diuersa trahitur affectibus. Plin.

Animi bona.

Radij solis etiæ contingunt terram; tamen ibi sunt unde mituntur: sic sapientis animus tamersi versatur hic, tamen apud suam originem est. Senec.

Ex congiario epulo, aut visceratione, tanto minus redit ad singulos, quanto in plures distribuitur. Non idem accidit in bonis animi, quæ tota ad singulos perueniunt, nec communicatione minuuntur. Sen.

Vt vulgus inceptum magno labore, magnoque impendio remedia ab extremis Indis, aut Æthiopibus pertinet, cum in hortis nobis nascatur, quo morbis mederi possimus: Ita præsidia beatæ vitæ magno molimine foris querimus, in imperiis, in opibus, in voluptatibus, cum in animo sit, quod nos beatos efficiat. Seneca.

* Quemadmodum lumen lucernæ, luce Solis obscuratur & offenditur: sic rerum corporearum æstimatione splendore virtutis animique bonis obfuscatur, Cic. l. 2. Offic.

Quemadmodum cum morbus in corporis parteis non suas transferunt, signum est morbi parantis abire: Sic cum offendimur quibus consuevimus delectari, indicium est futurae sanitatis. Plut.

Animi morbi.

* Vt civitas in seditione non potest esse beata, nec in discordia dominorum domus: sic animus a seipso dissidens, secundumque discordans, nullam gustare partem liquidæ voluptatis, ac liberè potest. Cic. lib. 1. de finibus.

+ Sicut vermes in lignis molliori bus enascuntur: Ita animi anxietatis in mollioribus hominum mentibus oriuntur. Basil. de gratijs Deo ag.

* Quemadmodum plus agit terror, quo plura instrumenta doloris exposuit (specie enim vincuntur, qui patientia restitissent:) ita ex his quæ animos nostros subigunt & domant, plus proficiunt, quæ habent quod ostendunt. Senec. epist. 14.

* Sicut nihil differt, utrum ægrum in ligneo lectu aut in aureo colloces: quocunque illum transtuleris

morbum suum secum transferet: sic nihil refert utrum animus æger in diuitiis, aut in paupertate ponatur: malum suum illum sequitur. Senec. epist. 17.

* Quemadmodum stomachus morbo vitiatus, & colligens bilem, quoscumque accepit cibos mutat, & omnino alimento in causam doloris trahit: ita animus cæcus, quicquid illi commiseris, ad onus suum perniciemque & occasionem miseriae facit. Senec. libro quinto de beneficiis, capite 12.

* Vt in corporibus morbus segnitie & lassitudine praesentitur: sic infirmus animus, priusquam opprimatur malis, præsumptione quatitur. Seneca.

* Sicut flamma surgit in rectum, iacere ac deprimi non potest, non magis quam quiescere: ita noster animus in motu est, eo mobilior ac aquosior, quod vehementer fuerit. Senec. epist. 39.

Vt qui per febrim aut ephialtem horrent atque æstuant, grauius afficiuntur hiis qui eadem foris patiuntur: sic fortunæ res, quod foris adueniant minus discruciant, quam ea quæ sunt animi. Plut.

Vt si fons ipse turbidus sit, quicquid inde fluxerit non potest esse purum: sic animus, si sit infectus malis affectionibus, omnia vitiat quæ accidunt, contraria si purus & tranquillus Plut.

Quemadmodum admonet Xenophon, vt in rebus prosperis maximeminerimus honorare deos, quod si quando inciderit necessitas audacter eos possimus accersere, ceu iam benevolos & amicos: sic dicta quæ morbis animi queant mederi, multò ant comparanda sunt, vt dum opus est facilè succurrant, iam familiaria. Plutarch.

Vt canes feroce ad omnem vocet irritantur, ad solam notam ac familiarem mansuescent: sic animi morbi cur

bi cùm sénunt, cōpisci non possunt, nisi dicta ad sint nota familiariaque quæ commotos corripiant. Plut.

Vt corpus ægrotum, nec æstum ferre potest, nec trigus: Ita animus ægrotus prosperis atque aduersis rebus iuxta offenditur. Plut.

Qui nauseant inter nauigandum, existimant se melius habituros, si ex scapha in liburnicam, aut in triremem demigrarent. At nihil agunt, cùm secum circumferat timiditatem ac billem: Ita frustra vertunt genus vitæ, qui morbos animi secum adferunt. Plut.

Qui laborant aduersa valetudine, iis omnia sunt molesta, fastidunt cibos, incusat medicos, succensent amicis: at restituta sanitas omnia reddit iucunda: sic animo egroto quævis vita insuavis, animo sano nullum genus non iucundum. Plut.

Qui corporis morbo laborant, quieri se tradunt, medicū accersunt, abstinent: Sed qui ægrotant animo, quo grauius ægrotant, hoc magis abhorrent à quiete, & à medico. Plutarchus.

Vna tussis non facit phthisin, sed in mortem adducta: ita error non statim gignit animi morbum. Senec.

Vt quidam gemmas quasdam secum vbiique circumferunt aduersus morbos, maleficia, ebrietatem, tonitrua, ruinas, cæteraque mala: Ita quidam philosophiæ decreta semper ad manum habenda aduersus incursum animi morbos, libidinem, iracundiam, ambitionem, avaritiam, & his consimiles. Senec.

Animi tranquillitas.

Vt sapiens gubernator in tranquilitate tempestate em expestat: Ita rebus tranquillis ad dolorem aliquem preparandus est animus. Plut.

*Quemadmodum flamma non potest opprimi, nam circa id diffugit, quo vrgetur, quemadmodum aër verbere aut istu non luditur, nec scinditur quidem, sed circa id cui

cessit refunditur: sic animus, qui ex tenuissimo constat, deprehendit non potest, nec intra corpus affligi, sed beneficio subtilitatis suæ per ipsa quibus premitur erumpit. Seneca epist. 55

Animalia.

* Artifex instrumenta sua tractat ex faciliori: rector nauis scit gubernaculum fluctere: pector colores quos ad reddendam similitudinem multos variisque ante se posuit, celerrime denotat, & inter ceram opusque faciliter vultu ac manu commeat: sic animal in omnem usum sui est mobile. Senec. epist. 122.

Animaduersio.

* Vt fulmina paucorum periculō cadunt omnium metu: sic animaduersiones magnarum potestatum terrent latius quam nocent, non sine causa. Seneca libro i. de Clement. cap. 8.

Antiquitas.

Sicut in vnguentis & vinis: ita & libris precium addit antiquitas. Erasmus.

Apostata.

Qui ex balneo calet, vehementius frigescunt, & aqua frigidior esse solet, quæ prius caluit: ita vehementius se oderunt, qui prius fuerunt amici, & sceleratores sunt, qui à pia vita ad impiam se trastulerunt. Eras.

Artes & discipline.

Vt frequentius conuenit ad spectaculum vbi nonnihil theatricæ spes confertur: Ita discipline à pluribus coluntur, quæ præter voluptatem, ac dignitatem, emolumentum etiam, & commoditatem adferunt. Plutarch.

Arbor suapte natura non nisi unicum fructum gignit, inscriptione eadem diversi generis fructibus oneratur: Ita qui naturam suam lequitur, semper idem est: qui arte ducitur, sui dissimilis est. Plin. l. 17. c. 14.

Rhombus, & squatina, & rhaia, & pastinaca, cùm tardissimi sint pisciū,

tamen s^ep^e reperiuntur habentes in ventre mugilem omnium velocissimum, s^e leertia & ingenuo capientes: Ita quidam arte superant longe potiores opibus aut viribus. Plinius lib 9. cap 42.

Sicuti vina & poma subacerba, vetustate mitescunt dulces unaque: sic etatis insolentia longo rerum usu mitigatur.

Plutarchus testatur se vidisse in Africa canes qui lapillos in aquam aggesserint, donec aqua eò surgeret ut contingi posset. Idem narrat de cane coniiciente lapillos in amphoram olearium: Ita nobis quod viribus diminutum erit, arte supplendum est. Erasm.

* Nihil proderit dare præcepta, nisi prius amoueris obstantia præceptis: non magis quam proderit arma in conspectu posuisse propriisq. admoisse, nisi usurp^a manus expediantur, ut ad præcepta quæ damus possit animus ire. Senec. epist. 96.

* Quemadmodum folia per se vivere non possunt, tantum desiderant cui inhærent, ex quo trahant succum: sic ista præcepta, si sola sunt, marcent: infigi volunt se et^a. Senec. epist. 96.

Vt ingentia pondera, quæ nullis hominum viribus tolli possunt, machinis facilè tolluntur: Ita quod vi nequies efficere, ratione & arte facile efficies. Erasm.

† Sicut initium ædium est ianua: Sic ad virtutem primus aditus est encyclopedia. Phylo libr. de profugis.

Affiduitas.

Vt qui paulum addit paulo, idque frequenter facit, ingentem aceruum accumulat: ita assiduitas ad bonam mentem parandam plurimum valet. Plutarch.

Vt stilla cauat assiduitate saxum, vt ferrum contrectatione atteritur: Ita assiduitas etiam durissima vincit. Plutarch.

Gallus Phrygia fluvius. si modice bibas, n^e edetur corporis malis: si immodice, lumen phatum animum agit: Ita si philosophia literas modice attingas, profundis, sin totum te illi, addixi ris studio, sanitarem metis auferunt & inanis gloriae furore quodam precipitem. gunt. Erat. ex Plin.

Vide diligenter studium, ac labor.

Affidudo.

Vt qui thus tundunt, etiam si purgentur, tamen odorem in multum tempus referunt: Ita animus diu diuerlatus in honestis negotiis diu seruabit iucundam memoriam, qua fretus contemnet eos, qui vitam ut misericordiam deplorant. Plut.

Qui diu in vinculis fuerunt, cum soluuntur, tamen claudicant adhuc, nec ingredi possunt: Ita diu vitiis affecti etiam cum ea deserunt, quædam retinent vestigia. Plutarch.

Vt mendum quod induruit, ac diuties inhæsit difficilè tollitur: Ita virtus inueterata nō facilè corrigitur. Plo.

Vt liber post lituras iterum infectus non facilè emaculatur, quod altius imbibitur arramentum: Ita animus s^ep^e in eadem relapsus virtus Plut.

Iumenta quorum in æspero indurita est vngula, quamlibet patiuntur viam, in palustri pascuo saginata citato subieruntur: sic animus duris rebus assuetus, minus offenditur. Sen.

Vt caro quæ callo obduruit, non auertit vibices plagarum: ita animus à consuetudine peccandi non commouetur correptione licet acris. Erasmus.

Gypsum etiam si induruit, tamen tundi rarsum, & in farinam resoluti potest: simulatque semel induruit ingenium adolecentis, etate vitiisque non potest resurgi. Eras.

Vt Mithridati quotidie sumenti venenum, consuetudine factum est innoxium: Ita mala quibus assuefatis non offendunt. Eras.

In nassam facilis illapsus est, sed exitus difficultis: sic declive iter in via,

sia,

cia, redditus ad meliorem frugem non perinde facilis. Eras.

Vt in loco pestilentia quoque qui assueverunt durant: ita incommoda parum laudent assuetos. Plin.lib.18.cap.6. Vide consuetudo.

Avaritia.

* Quemadmodum Cæcias ventus contra aliorum Septentrionalium ventorum naturam nubes non pellit, sed magis ad se trahit: ita avarus apes ac diuitias Aristot.

Vt Chius ille vina optima vendebat aliis, ipse vappam potabat: sic qui omnia sua depravant, nec suis insorum bonis fruuntur. Huius serius interrogatus quid ageret dominus cum adsint, inquit; bona, querit mala. Plut.

Vt membrum scabiosum semper ipsus habet frictu: Ita cupiditas animi nunquam satiatur. Plut.

Vt iij quos dolentes sopor occupavit, tristia somniant: Ita qui inuidia, superstitione, avaritia laborant. Plutarchus.

Quemadmodum adulteri alienas uxores adamant, suas contemnunt: ic quidam aliorum bonis magis delectantur, sua eleuant, aut etiam negligunt. Plut.

* Vt quidam mortuo aliquo & sensus stupore suavitatem cibi non sentiunt: sic auari & factio inorosi vergi laulis gustum non sentiunt. Cicero Philippica 2.

* Si quis desiderat aureis fulgitem a sis suppelletilem; & antiquis non inibus artificum argentum nobile, is paucorum insanum preciosum, & eruorum turbam, quæ quamvis magnam domum angustet, iumentorum corpora differta, & coacta pingue scere, & nationum omnium lapides: ita congerantur licet, nunquam explebunt inexplicabilem animum, non magis quam vius sufficiet humor dianandrum eum, cuius desiderium non est ex inopia, sed ex astu ardenti viscerum ositur: non enim si-

tis illa sed morbus est. Non hoc in pecunia tantum aut alimentis evenit. Eadem natura est in omni desiderio, quod modò non ex inopia, sed ex vitio nascitur: quicquid enim illi congesseris, non finis erat cupiditas, sed gradus. Seneca, lib. ad Helbiam cap.11.

Arundinis radix contrita & impensa, silicis stirpem corpore extrahit: item arundinem silicis radix: Ita visissimum, & pecuniae studium eximit animis amore sapientia, & sapientia studium pecuniae. Plin.

Quemadmodum apud Myconio non est indecorum calvitium, quod illic omnes calvi nascantur: ita apud Italos (vt hos exempli causa nominem) non est turpe pecunie studium, quo nemo non tenetur apud illos. Plin.lib.11.cap.37.

Vt adamas si iuxta magnetem ponatur, non patitur abstrahi ferrum, aut si admotus magnes apprehendatur, adamas est diuerso capite atque aufert: Ita pecuniae studium dissidet cum Christiana pietate, & modis omnibus auocat: nec finit adhaerescere Christo. Eras.

In Chio Dianæ facies est in sublimi positæ, cuius vultus intrantibus tristis, exentibus exhibetata videatur: Ita sordidi quidam ad item amicum tristes accipiunt, timentes ne quid petat, aut ne sumptum afferrat coniuua, at alacres dimittunt abundantem. Plin.1.33.c 5.

Vultures triduo futura cadavera præsentiant, eoque aduolant. Ita quidam captatores multis etiam annis morti diutinum immiment. Plin.libro ii.cap.6.

Industrium animal formica, sed non laborat, nisi sibi: Ita nonnulli mortales sibi dunt taxat consulunt, & suum modò negotium agunt.

Vt Indicæ formicæ aurum è cavernis erutum seruant tantum, non fruuntur: Ita diues avarus nec fruitur ipse suis opibus, & aliis inuidet illarum

vsum. Plin. lib. 11. cap. 31. & Herodot. lib. 3.

Hirudo est quoddam pediculigenus, cui non est exitus cibi, quod infatiable sit, suctu sanguine intumescens rumpitur denique. Sic auarus copia sua præfocatur. Plin.

Sicut terra, quæ auri, aut argenti venas haberet, in cæteris ferè sterilis esse consuevit: Ita qui congerendo student auro, eiusque metalla iam conceperunt in animo, nullam bonæ rei frugem producere consueuerunt. Plinius.

Aquila ouium rapacissima, non appetit morbo neque senio, sed fame: Ita auarus quod magis accedit ætas, hoc magis cruciatur habendi studio, & minus potest uti partis. Plin. libro 10. cap. 3.

In argento viuo omnia natant, excepto auro: nam hoc unum ad se trahit: Ita nil incidit animo auari, præter lucrum, disciplina, litteræ, probitas, in summo fluitant, non descendunt in pectus. Plin. lib. 32. cap. 6.

Cerui cum cogantur sua cornua abiicere, tamen occultant ea, præcipue dextrum, ne medicamenti vis aliis sit usui: Ita diuites nonnulli, cum ipsi diuitiis uti non queant, haud tamen sinunt alios frui. Plin. li. 8. c. 32. Aristot. lib. 9. de nat. cap. 5.

† Sicut ignis, quanto maiorem ligni copiam acceperit: tanto amplius accenditur, & inualescit: Ita & cupiditatis rabies, per ea quæ adipiscitur, auctor & vehementior efficitur. Clem. Ro. lib. 4. Recog.

Auditus.

Frustra clauduntur portæ ciuitatis, si una relinquatur aperta, per quam hostes irrumptant. Ita non satis est in cæteris temperatum esse, si auditus pateat perniciosis sermonibus Plutarchus.

Ve diligentius seruanda est ea porta, quam via sit ad regiam: Ita cautiulus seruandus auditus, quod maximè sit cum rationali animi parte coniunctus,

& quod per eum admittitur, maximè potest vel iuuare, vel laedere. Plur.

Vt venatores non sinunt canes quiduis olfacere, aut mordere, sed integrorum eos seruant feræ: sic oportet aures, & oculos, non sinere quouis vagari, sed rebus necessariis reservare. Plur.

Iudex in causa nihil tribuens amori tantum rem perpendit, ac secundum eam pronuntiat: At in audiendis philosophis, multis lapsibus candidè fauendum est. Vnde veteres iuxta Mercurij statuam, Graiarum item ponere soliti sunt. Plur.

Cerui cum arrexisse aures, acerri- mi sunt auditus, cum remisere surdi: Ita principes si quid est quod placet, id procul etiam percipiunt: si quid secus, quantumvis clamores, non intelligunt. Plut.

Auditor & eius officium.

Bonus conuiva non existimat hoc tantum suarum esse partium, vt suauiter accipiatur, cura sumptuque alieno: sed debet commodum vicissim exhibere coniuiam: sic auditor non tantum audit otiosus, dicente sollicito: sed vultu, oculis, applausu, fauore, iuuare oportet dicentem. Plutarch.

† Canes venaticos imitatur prodens ac sapiens auditor, huc illuc feras peruestigantes. Ipse enim non intellectam rem sapere ac multum inuestigans interrogansque, tandem assequitur. Cyril. Ater. in Ioan. libr. 1. cap. 2.

Non conuenit, vt in tonstrina surgens, ad speculum contemplaris reipsum, num recte sis curatus: ab oratione discedens, non expendas, num melior sis factus, aut deterior ex auditione. Plut.

Non oportet hoc animo audiendum accedere, quo ad spectaculum, puta vt tantum delectemur, sed vt meliores efficiamur. Plut.

Multa belli inania, iuxta prouerbium: Ita & auditionis, puta supercilium,

Num, acclamatio, strepitus, & id genus alia. Plut.

Vt œconomicis & amici prosunt & inimicis, quemadmodum dixit Xenophon: sic vigilans auditor & cor-datus non solūm bene dicit, verum- etiam erratis aliorum fit eruditior. Plutarch.

Vt ad sacrum epulum, sic ad audi-tionem oportet placidum ac bene-volum accedere, vt benedicta pro-bes candidè: aut si parum rectè dicat, tacitus notes, quam ob rem errauer-it, & animi conatum certè probes. Plutarch.

Vt tragœdi in theatris: ita philoso-phus in scholis est audiendus, nempe ad finem usque. Plut.

Quemadmodum in iis quæ ad ti-biam canuntur, multa fallunt ac suf-fugiunt auditorem errata: ita in ora-tione phalerata, multa inepte dicta fallunt auditorem ob phaleras & fu-cos orationis Plut.

Vt non impletur vas, quod sem-per effundit, nihil accipit: ita non ac-cipit sapientiam, qui semper loqui-tur, nunquam auscultat. Plut.

Vt qui ad conuiuum accessit, vti-tur appositis, nec aliud requirit: Ita discentem tacitè audire operiet, do-nec qui dicit, perorarit, cum si lubet, vtilem aliquam quæstionem propo-nere. Plut.

Qui coronas neantur, bellissima quærunt, non utilissima. At apes e-tiam amarissimo thymo insident, at que inde mellificium colligunt: sic oportet auditorem non flosculos orationis voluptatis causa sectari, sed vim sententiarum & utilitatem. Plu-tarchus.

Vt amantes candidè interpretan-tur virtus quædam: Ita debent & audi-tores dicentium. Plut.

In obsoniis non solūm sequimur voluptatem, sed etiam salubritatem: sic in audiendis & legendis authori-bus. Plut.

Vt pulli inuolucres semper hian-

tes pendent de ore alieno: sic quida-m molesti sunt docenti, quod nec-es-sarium sit eis omnia mansa in es-inserere, nilique tradant ipsi cibi. Plut.

Vt in ludo sphæra alterius est co-modè mittere, alterius scitè excipi-re: Sic in audiendo conuenit virun-que suo fungi officio, tum eum qui differit, tum eum qui auscultat. Plut.

Non sic ad audiendum est acce-dendum, vt velis inungi, & oblinifi-cis, quod nitidior fias, sed gratiam ha-beas, si velut alueare acri fumo: sic i-pse mordaci sermone purgeris ani-mo, qui cæcutientia & lippitudinis est plenus. Plut.

Vt qui comedos audiunt, non ob-hoc audiūt, vt ipsi comedī fiant, sed vt voluptatem capiant: Ita nunc per-multi concionantem audiunt, non vt imitatione meliores fiant, sed vt dele&tentur. Eras.

Aulica vita.

Quemadmodum Luna quo pro-pior est Soli, hoc minus habet lumi-nis: Ita plus fructus ac dignitatis est iis, qui procul absunt à magnis prin-cipibus. Plin.

Est apud Indos herba quædam præ-cipui odoris, referta minutis serpen-tibus, quorum ita protinus morien-dum sit: Ita habent principum quo-rundam aulæ, quod alleget, sed oc-cultant lethale venenum, ni caueas. Plin.

Apud eosdem est spina, cuius suc-cus in sparsus oculis, cæcitatem ad-fert omnibus animalibus: magis autem excæcat homines, si quid a-spergas de puluere auri in oculos. Plinius.

* Sunt arbores aliquot, quæ post solstitium inuertunt sua folia, vt ul-mus, tilia, olea, populus alba, salix: ita vulgus procerum, simulatq. princeps vita genus in diuersum commuta-rit, vertunt & ipsi vultum, cultum orationem & omnia.

Fornicæ triticum arrodunt ea
b iii

parte, qua germinare incipit, ne sibi reddatur iustitiae: Sic potentes quo ministeris perpetuo utantur, premunt, ac si emerentur, tedium seruitutis relinquunt aulam.

Vt halcyones videre rarissimum est, ed quoties apparent, tranquillitatem vel faciunt, vel denuntiant: Ita abbates & episcopi raro deberent prodire in principum aulas, sed regum motus, & bellorum tempestates autoritate sua composituri. Erasmus.

Gracca leguminis genus est adeo gratum columbis, vt ea semel gustata, negent illos postea ab eo loco pro fugere. Ita qui semel aulae mel & honorem degustarint, nunquam ab aula possunt auelli. Plin. l. 16. c. 16.

Mulus ex equo & asina conflatus, nec equus est, nec asinus: Ita quidam dum & aulici esse volunt, & ecclesiastici, neutrum sunt. Eras.

+ Vt in mare flumina omnia: Sic yitia in magnas aulas influunt.

Aulici.

Indice testudines, meridiano tempore blandiente, gaudent tota dorso per tranquilla fuitare, donec oblitis sui solis vapore siccatur cortex ut mergi nequeant, iamque iniuste natu opportuna venantium praede. Ita quidam spe magnorum rerum alleati, in principum aulas se coniiciunt, & adeo deliniuntur aulae deliciti, donec imprudentes eò redigantur, vt non possint, etiam si velint, in suum oculum se recipere. Plin. lib. 9. cap. 10.

Vt Heliotropium ac lupinum cicutam aguntur cum sole, & quocunque se mouerit ille, eodem desfestunt & haec caquem: Ita proceres aulici quounque regis ingenium vergit, eò propendunt omnes. Plin. l. 18. c. 24. & 27. eod. lib. 1.

Crocodilus anceps animal, nunc interris agit, nunc in aquis: in terra ponit oua, in aqua prædatur & insidiatur: Ita quidam simul & aulici

sunt & ecclesiastici, utrobique pestilentes. Erasmus.

+ Croco ilius anceps animal, nunc in terra degit, nunc in aqua: in terra ponit oua, in flumine prædatur, & insidiatur: Ita quidam nunc in foro, nunc in aula versantur utrobique pestilentes.

Auxiliu.

In tempestate qui configiunt sub arborem, serenitate facta, ramos illius vellunt fugientes: sic in rebus afflictis utimur præsidio quorundam, quos eodem per inuidiam affligimus in rebus prosperis. Plut.

B

BARBARIES.

Amelus non gaudet potu, nisi prius obturbata conculeatione aqua: Ita quibusdam nihil placet in literis nisi barbaria conspurcatum. Plin. l. 8. c. 17.

Vtignati canes omnibus ignotis allatrant: Ita barbari quicquid non intelligunt, carpunt ac damnant. Plut.

Beautudo.

Vt vulgus ineptum magno labore, magnoque impendio remedia a extremis Indis, aut æ hiopibus pertinet: cum in hortis nobis nascatur quo morbis mederi possimus: Ita præsidia beatæ vitæ magno molimine foris querimus in imperiis, in omnibus, in voluptatibus, cum in animo sit quod nos beatos faciat. Seneca.

Bellum.

Vt in admirandis operibus, sed in utilibus maior est laus artificis cuius arte res confecta est, quam regis cuius impendio: ita belli gloria maxima ex parte penes militem est conductum, quotum industria geritur res: minima pars ad reges reddit, qui aliena etiam pecunia militem conductunt. Eras.

Vt Diana Ephesiae templum virginis anni annis à tota Asia tot regum impendio,

o, tot artificum ingenii confectū, erostratus obscurus homo recte terat exurere: Ita facillimum est rbes egregias bello demoliri, at & sificare difficillimum. Eras.

Vt accisæ penna tempore renatur: ita nisi assiduè prema, renatur potentia. Eras.

Dracones exugentes sanguinem ephintorum, occidunt eos, & ipsi scilicet inebriati opprimuntur ac omni coriuntur: Ita sæpenumero in ello, pars veraque & perimit & petat, damnum dat & accipit. Plin.lib.8. ap.12.

Arator nisi incuruus sit, prævaritur, vt dicebant antiqui: Ita miles nisi impius sit, parvus est miles. Erasm.

Cybindus avis bellum internecum gemitum aquila, adeò vt cohæentes sæpenumero preendantur: Ita aliquoties, vt dum mutuum in se dium pertinaciter exercent principes, utrique subuertantur, tertio quodam inuadente. Aristot.

Vt grauius ægrotant ij, qui cùm euati morbo videntur, in eum deinceps incident: sic vehementius iros laboramus, qui profligato bello, & penè sublato, renouatum bellum gerere conamur. Cic.lib.12.epist.

Beneficentia.

Siphnus lapis, oleo excalefactus lurescit, alioquin mollissimus ita quos la benefactis reddas deteriores. Pli.

Ferè non conuenit odori & sapori, vt fasic, quibus nihil dulcius, nullus est odor, & cotoneis plurimum odoris, sapor autem asperrimus: Ita vix in eodem inuenias homine blandiloquentiam, & beneficentiam, ac fidem. Plinius.

Vt magis humectat ventrem, magisque sifim pellit humo, qui sensim infunditur, quām qui vniuersim hauritur: Ita magis cohibent à petendo munera paulatim data, dispensatā que, quām si semel dones vniuersa. Eras.

Ficus non floret, cùm fructus ha-

beat dulcissimos: Ita quidam benefaciunt nibil pollicitantes. Plin.lib.1. cap.26.

* Quemadmodum Diij immortales regnum inermes regunt, & illis rerum suarum ex ædito tranquilloque tutela est: ita vir beneficentia vivens, officia sua quamvis latissimè parent, sine tumultu obit. Senec.lib.7. de benef.

* Sicut magnus luctator est, non qui omnes numeros, nec quisque perdiderit, quorum usus sub aduersario rarus est, sed qui uno se aut altero bene & diligenter exercuit, & eorum occasiones intentus spectat, nec enim refert quām multa sciat, si scit quantum victoriarum satis est: sic in beneficentia studio multa delectant, pauca vincunt, Seneca libro 1. ptimo de benef.

Beneficia.

Vt post malam etiam segetem serendum, vt post naufragium tentantur maria, vt fœneratorem à foro non fugat coactor: Ita beneficium de novo collocandum, etiam si semel incideris in hominem ingratum. Seneca.

Garus ambusta & infusa medetur malis, sed interim Garum non nomines. Ita quædam beneficia non sint, si commemores. Idem.

* Acerbissima crudelitas est quæ trahit pœnam, & misericordiæ genus est citò occidere, quia tormentum ultimum finem sui secum affert: quod antecedit tempus maxima venturi supplicij pars est: Ita maior est beneficij gratia, quo minus diu pependit. Est enim bonarum etiam rerum solicita expectatio. Senec.lib.2. de benef. c.5.

* Sicut in reliis eadem ferri vis est, sed in infinitū interest, utrum excusatio lacerto excutiantur, an remissa manu effluant. Gladius idem & strigil & transforat, quām presso articulo venerit refert: Idē etiam est quod datur, sed interest quomodo detur. I.

dem eod.li.ca.6.

* Quemadmodum pulcherrimum opus est, etiam inuitos nolentēque seruare: ita rogantibus pestifera largiri, blandum & affabile odium est. Idem, eod.l.c.14.

* Quomodo mundi officium est, circumagere rerum ordinem, ut Solis loca mutare, ex quibus oriatur, in quæ cadat, & hæc salutaria nobis facere sine præmio: ita homi viti officium est inter alia, & beneficium dare. Idem libro 4. de beneficiis capite 11.

* Ut aliud est munus, aliud ipsa donatio: aliud qui nanigat, aliud ipsa nauigatio & quāvis æger non sit sine morbo, non tamen idem est æger & morbus: ita aliud est beneficium ipsum, aliud quod ad vnumquemque nostrum beneficio peruenit. Idem, li. 6. de benef ca.1.

* Quomodo multos fortuita sanant, & in flumen alicui cecidisse frite magno, causa sanitatis fuit: quomodo quorundam flagellis quartana discussa est, & metus repentinus animum in aliam curam auertendo suspectas horas fecellit: nec ideo quicquam horum, etiam si saluti fuit, salutare est: sic quidam nobis profunt, dum nolunt, immo quia nolunt, non tamen ideo illis beneficium debemus. Idem eod.l.c.8.

* Quemadmodum ei qui voluit mihi pecuniam credere, & non credidit, nihil debeo: ita ei qui voluit mihi beneficium dare, sed non potuit, amicus quidem ero, sed non obligatus. Idem eodem libro capite vndeclimo.

* More optimorum parentum, qui maledictis suorum infantium arident, non cessant dij beneficia congerere, de beneficiorum authore dubitantibus, sed æquali tenore bona sua per gentes populósque distribuunt, vnam potentiam sortiti, prodeste. Imitetur illos. Demus, etiam si multa in irritum data sint. Demus

nihilominus aliis, demus ipsis, apud quos iactura facta est. Idem l.7. de beneficiis ca.31.

* Ut gloria fugientes magis ac magis sequitur: Ita fructus beneficiorū gratus respondet illis, per quos etiā esse ingratiss licet. Senec.lib 5. de Benef.ca.1.

Benevolentia.

* Quemadmodum adamas aduersus omnia inuidus hircino sanguine, eoque calido ac recenti maceratus, malo frangitur: Ita quædam ingenia nulla vi peruvincas, blanditia emolliēda sunt. Plin li.37. ca.4.

Quædam gemmæ aceto macerata nitescunt, plerisque melle decolorantur: ita quosdam meliores reddit acri obivergatio, quosdam admonitione blandior.

Quemadmodum quod in tesseras cecidit, id arte & ratione quam potest optimè disponendum: Ita quod in vita ac idit, in optimam vertendum partē, Plin.l.37.c.12. & l.10.c.12.

Ut fluuius in multis diductus riguos, fluit tenuis ac languidus: Sic benevolentia in multis distracta languescit, & evanescit Piutarch.

Ut animantia quæ vnicum pariunt sœtum, vehementius amant: dic erga vnu ardenter est benevolentia. Plu,

Blandiloquentia.

Ferè non conuenit odori & sapori, ut fiscis quibus nihil dulcius, nullus est odor, & coquere plurimum odoris, sapor autē asperrimus: Ita vix in eodem inuenias hominem blandiloquentiam, & beneficentiam, ac fidem. Eras.

Vide adulatio.

Boni.

* Sicut nec in vietimis quidem, licet optimæ sint, auróque præfulgeant, deorum est honos, sed pia ac recta voluntate venerantium: ita bono etiā farre ac fæstili religiosi sunt: mali rursum non effugiant impietatem, quamvis aras multo sanguine cruentarent. Senec.li.1.de benef.ca.6.

Bonis.

Bonitas.

Vt scarabei, ac vultures offenduntur vnguetis, & Scytha iurauit se male equum hinnientem audire, quām cithare cōdūm cānēntēm: Ita non omnibus placent optima. Plut.

Vt phœnix non nisi quingentesimo anno nascitur: Ita insignium virorum rarus est prouentus. Seneca.

Breviloquentia.

Celtiberi ita ferrum temperant ac durant, tinfozzo in terram, quod est terreum auferatur ac repugetur: Sic Laconicus sermo sublatione super uacui sit penetrantior.

C.

CALVMNIA.

Primū homines inuaferant animalia noxia, post & oves, & boues, postremò à nullo genere temperatum est: & Athenis primū calumniator aliquis suppicio affectus est, & rectè post hunc unus, & alter, postremò nec à bonis est temperatum: Ita cūm aperitur ius in malos, caudum ne postea in bonos recidat. Plutarchus.

Vt morbus in corpore non admittente quod proprium est multarum noxiarum & absurdarum rerum gignit appetitiam: Ita calumnia suspicione aduersus cognatos & domesticos, malas & noxias aliorū necessitudines inducit. Plut.

Calliditas.

* Quemadmodum quædam in obiectamentum ac iocum sic alligatur, vt eorum solutio imperito difficultis sit, quæ ille, qui implicuit, sine ullo negotio separat, quia commissuras eorum & moras nouit: nihilominus illa habent aliquam voluptatem, tētant enim acumen animorum, & intentionem excitant: Ita hæc quævidentur callida & inuidiosa, securitatem, torporem ac segnitiem ingenii auferunt, quibus modò campus in quo

vagentur sternendus est, modò recti aliquid & confragosi obiciendum, per quod eripant & sollicitè vestigium faciant. Denec libro 5. de beneficiis.

Castigatio.

Vt qui demoluntur ædes templis vicinas, quæ contigua sunt, ea sinūt, ne quid sacri quoque demoliantur: Sic quædam vitia cuncte sunt corrigenda, quæ cum virtute proximè coharent. Plut.

Notrices sèpius extergentes sordes puerorum, aliquando carnem euellunt. Ita dum quædam vitia nimis anxiè conamur emendare, lèdimus. Plut.

Vt qui chirurgi manus horrent, dieta curantur: Ita qui asperiora non ferunt remedia, leuioribus remediis sunt corrigendi.

Vt pernionibus & ambustis frigida pariter atque calida aqua medetur: Ita quædam errata diuersa ratione tolli possunt, severitate & lenitate, subducta benignitate, & addita beneficentia.

Qui in leuibus nugis obiurgat amicum, in graibus rebus tacet, idem facit quod alipetes, siue athles amineb: iari & libidinari, circa lecythums duntaxat difficilis ac morosus. Plut. in moralibus.

Vt æra Corinthia casus fecit, & pīstor ille spumam equi, quam arte nequibat exprimere impacta in os equi spongia variis imbuta caloribus, casu expressit: sic quædam casus confecit, quæ prouidentia cutaque nostra non possunt effici. Plut.

Ceremonia.

Vt Magi verbis etiam non intellectis, prodigiosa quædam efficiunt: Ita sacerdotes nonnullis precibus non intellectis, bona tamen fide pronunciatis, Deum conciliant ac mouent.

Vt loci salubritas incolarum colore reprehenditur: Ita muneric sanctitas eorum arguitur vita qui in eo vix

santur: veluti qui versantur in ceremoniis, cum sint nequissimæ virtutē declarant eas ad pietatem nihil conducere.

* Quemadmodum Magi sibi conscientia esse quod promittunt, prodigiosis quibuidam, ac prescriptis ceremoniis dementant, ac terrant infirmiores: ita quidam sacerdotes cum procul absint à vera pietate, ceremonias inuoluunt indectos, quo plebem sibi magis habeant obnoxiam.

Charitas.

Vt manus eadem in varios dissecta digitos: sic multorum charitas, eos unum reddit, discretos tamen. Plutarchus.

Sicut ignis in omnibus officiis omnium artium & operum est instrumentum: ita sine charitate nihil recte geritur. Eras.

* Vt luna quod luminis accepit à Sole, mundo refundit: ita donum à Deo acceptum, in commodum aliorum est conferendum. Eras.

Christus.

In Dodona Iouis fons cum sit gelidus, & immersas faces extinguat, si admoueris extintas accendit: Ita Christus si cupiditatibus flagrantem attigerit, sedat ac refrigerat: sic deictum & exanimatum, erigit & animosum reddit. Eras.

* Quemadmodum panace herba una extra morbos omnes habet remedium: ita Christi mors una aduersus omnes cupiditates noxias efficax est. Eras.

Clementia.

* Sicut medicinæ apud ægros virus, etiam apud sanos horror est: ita clementiam quamvis pœna digni innocentium etiam inoccentes colunt. Senec. lib. de clementia c. 2.

* Quemadmodum non est magni animi, qui de alieno liberalis est, sed ille, qui quod alter donat, sibi detrahit: ita clementem vocalo, non in alieno dolore faciem, sed eum qui cum suis stimulis exagitetur non

proficit: qui intelligit magni animi esse, iniurias in summa potentia pati, nec quicquam esse glorioius principiū impunè laeso. Idem, codem libro ca. 20.

* Sapiens multa remittet, multis parum sanis fed tanabilis ingenij seruabit. Agricolæ bonos imiabitur, qui non tantum rectas bonaque arbores colunt, sed illas quoque quas aliqua depravauit causa. Alias circuncidunt, ne proceritatem r. mi prevent: quasdam infirmas virtutio loci nutrit: quibusdam aliena umbra laborantibus cælum aperiunt. Secundum hæc videbit sapiens quod ingenium qua ratione tractandum sit, donec in rectum prava sit. Etantur. Idem l. 2. de clem. c. 7.

Celestium rerum consideratio.

Vt unigenes tametsi in mari nescuntur, tamen plus habent cognitionis cum calo, cuius faciem redidunt: Ita pius ac generosus animus magis à calo pendet, unde dicit originem, quam à terra in qua viuit, Eras.

Cogitatio.

Porphyrius serpens venenum habet, sed quoniam edentulus, sibi habet: Ita quidam male cogitant, sed quod desit facultas, nemini nocent. Eras.

* Quemadmodum quæ in usu sunt, & manum quotidie tactumque patiuntur, nunquam periculum sit: aduenit: at illa quæ ad oculos non revocantur, sed extra oculos ut supervacua iacuerunt, lordeps ipsa colligunt vetustate: ita quicquid frequens cogitatio exercet ac renouat, memorias nunquam subducitur, quæ nihil perdit, nisi ad quod sèpè non respexit. Sen. l. 3 de benef. c. 2.

Conatus.

Qui bove venatur leporem, & a rattro iaculatur, & sagena captat cervos, si non assequitur, non potest accusare forsunam, sed suam ipsius stultitiam: sic qui conantur quod non

non queunt efficere, non debent insusare fortunam, sed suam demeniam. Plut.

Concordia.

Vt singula hostilia facilè frangis, coniuncta non possis: Ita dissidentes facilè superantur, cōcordes haud facile. Plut.

Duabus vocibus simul sonantibus gravior fit concentus: Ita quicquid sit in familia, fit quidem virtusque consensu, sed tamen arbitrio marii. Plut.

Vt in corpore ex humidi, frigidi, calidi, fisci temperatura optima sit constitutio: Sic ex fratrum concordia maximè floret humanum genus. Plut.

Tyrrenus lapis quamvis grandis innat, comminutus sedit: Ita cōcordia sustinemur, discordia pessum imus. Plin. l. 2. c. 102 & Arist. de natur. cap. 12.

Vt lapis è Styro fluctuat integer, sedit comminatus: sic res discordia pessum eunt, concordia sustinentur, Plin. l. 36. c. 17.

Salamandra non nisi magnis imbris prouenit, serenitate deficit: Ita quidam non apparent, nisi statu, ciuitatis bello aut seditione turbato, iisdem rebus pace cōpositis emoriuntur. Plut.

* Vt omnia inter se membra consentiunt, quia singula seruari totius interest: ita homines singulis parcēt, qui ad cōcūm geniti sumus. Sen. li. 2. de ira ca. 51.

Coniugium.

Vt vincula ex commissura vires accipiunt: sic ex consensu viri & mulieris, familiæ status. Plut.

Vt corpus nihil potest absque animo, nec animus recte valet, nisi corpore incolomi: sic inter uxorem, & maritum omnia sunt communia. Plutarch.

Qui venenis pescatur facilè interimit & tollit pescem, sed corruptum & malum: sic quæ philtis captant

maritos, stupidos habent & inutiles. Plut.

Vt Circe non freebatur iis, quos verterat in fœs, aut leones, sed Ulysses sanum ultra omnes d' lexit: Ita quæ beneficis nocte sunt mortales in suauem cum illis vitam agunt ob deuentiam. Plut.

Quæ malunt dominae dementibus maritis, quām sanis ac prudentibus parere: perinde faciūt, ac si quis in itinere malit ducere cœcum, quām sequi videntem, & viæ gnarum. Plutarchus.

Vt Pasiphaë maluit tauri congresum, cùm vxor esset Minois: sic quædam nuptæ moderatis ac seueris viris, ad intemperantium amorem devergunt. Plut.

Vt qui in equum insilire non possunt, ob imbecillitatem, docēt ipsum infléctere genua: sic quidam generosas ac potentes nocti vxores nondant operam, vt ipsi meliores sint, sed illas deprimunt. Plut.

Pro equi magnitudine temperamus frena: Ita pro vxoris dignitate moderanda gubernatio. Plut.

Vt humida miscentur omnibus partibus: sic inter coniugatos omnia debent esse communia. Plut.

Vt vinum appellatur, etiam si maior aquæ pars sic admixta: Ita domus mariti dicerur, etiamsi mulier plus contulerit. Plut.

Coniugij molestie.

Qui prima virginum dissidia non ferunt ad tempus, idem faciunt quod iij, qui offensili bruscis, vuas maturas aliis relinquunt. Plut.

Vasa initio quavis occasione disoluuntur, at tempore commissuris compactis, vix igni ferrōque dissipantur: Ita prima coniugatorū consuetudo leui momento dirumpitur: sin coauerit, longè firmior est. Plutarch.

Quemadmodum febres ex occultis causis, ac sensim collectæ, magis metuuntur, quām quæ ex manifestis

& graibus causis sunt ortæ: Ita oculæ ac pusillæ, quotidianæq. offendæ magis dirimunt benevolentiam coniugatorum. Plut.

Qui pronubæ Iunoni rem diuinam faciebant, exemplum fel abiiciebant ad altare: significatæ à matrimonio bilem omnem procul esse oportere. Plut.

Vt vinum sic est austерum, vt idem tamen sit vtile ac iucundum non amarum, velut aloë: sic erit & materfamilias. Plut.

Conscientia.

Vt nepentes herba, ab Homero prædicata, addita poculis omnem cōuiuij tristitiam discutit: Ita bona mens insita, nobis omnem vitæ solitudinem abolet. Plin.

Vt loca grauia etiam firmissimam valetudinem tentant: ita bona quog; menti, nec dum adhuc perfectæ & conualescenti, sunt aliqua parum salubria. Senec. epist. 68.

*Quemadmodum vlcus vel vulnuscicatricem relinquit in corpore, doloris indicium: sic conscientia malefacti, notas peccati in animo relinquit. Plutarchus libr. de animi tranquillit.

Vt verus amor erga mulierem nō desiderat testem, sed lat habet, si clā ea potiatur: Ita vir sapiens recti conscientiam contentus: At qui sicutē amant, ostentant & iactant. Plut.

Consilium.

Velut si qui laborat hepatis vitio, medico ostendat vngues exulceratos, ineptè faciat: Ita qui graibus laborans malis, de nugis consulat amicum. Plut.

Sunt qui proprius admota non cœpunt, quæ longius absunt vident: Ita nonnulli plus sapiunt in rebus alienis, quam in his quæ ad se pertinent. Plut.

Vt lamiæ domi cœcutientes, foris nihil noui vident: Ita quidam in alienis negotiis plus latè oculati, in suis parum perspiciunt. Plut.

Si foemina inter aues saliat fœminam, nascuntur quidem oua, sed ex quibus nihil nascatur: Ita consilium quod animo conceperis, non accedente ratione, friuolum est & inutile. Plin.

Hippomenia, hoc est, subuentaria vocant, & Zephyria oua quæ vento concipiuntur: sic euandum est, quicquid imaginatione, non certo iudicio instituitur. Aristot. libro 6. cap. 2. de natur. animal. & Plinius libro 10. cap. 58.

Ex omnigenere curiositas hominum signa collegit instantis temperatatis: at multo magis conueniebat hac vti diligentia in consultationibus, vt observatis experimentis coniiciant, quod malorum ex unoquoq; perperam instituto cōsequatur. Eras.

Vt Apion Homerum ab inferis euocatum, nihil aliud interrogauit, quam quibus patentibus genitus esset: sic quidam grauissimorum viorum consilio conuocato, de meritis nūgis consulunt. Eras.

Consilium malum consultori pessimum.

Vt Perillus, qui Phalaridi taurum donavit æneum, suo periit invento: sic aliquoties malum consilium in caput authoris redondat. Plin. l. 34. cap. 8.

Vt s̄ penumero Polybus dum cōchæ carmen captat, ipse capitur ac tenetur: Ita sapius dum alii nocere studemus, nos iplos in periculum adducimus. Plin. l. 9. c. 29.

Consilium Senile.

Ibi, aiunt, ubi consenuit, iamque quod erat turbidum expirauit, magis aromaticè olere: sic gloria senū tranquillior, & consilia sedatoria sunt. Plut.

Consilium precipitatum.

Sicuti aquilo initio vehemens definit lenior, contra, Auster initio lenior, definit vehementior: Ita qui præcipites magno impetu rem aggredientur, frigescunt in progressu.

con-

contrà, qui consilio suscipit, magis
ac magis accenditur operis progressu.

Consolatio.

Vt medici in vehementi fluxu pitiuitæ non statim succurrunt pharmaci, sed foris admouent, quod tempore concoquat humorem, ac tum medentur: ita in recenti dolore tacendum, donec tempore mitior factus homo admittat consolationem. Plutarchus.

Vt medici vetant admoueri remedia, cùm morbus in accessu est, ac sequitur sed cum se remittit: Ita ad primos illos iræ aut doloris motus, non est adhibenda consolatio, vel admontatio, sed vbi tempore cœperint esse leuiores. Senec.

Vt vnguentum nō solum delectat olfactum, verùm etiam remedio est aduersus malè olentia: sic in malis bonorum memoria consolatur. Plutarchus.

Conscientia.

Vt quorundam hominum etiam aspectus fascinū haberet: Ita sunt quorum omnis vitæ consuetudo mores inficit. Plin.

*Vt in loco pestilenti qui assuevere durant: ita incommoda parum lèdent assueros. Plin. I. 18 c. 5.

*Quemadmodum Mithridati quotidie venenum sumenti, consuetudine factum est innoxium: ita mala quibus assueveris non offendunt. Erasm.

*Vina non modò sibi sui referunt saporem, verùm etiam arborum aut fruticum vicinarum: ita non solum exprimit eos à quibus geniti sumus, sed & eos quorum consuetudine sumus vsi. Eras.

Vt callus tempore factus admittens sensum: Ita diutina mala consuetudo facit, vt leuius feramus. Plin. I. 25. c. 2. Vide *Affuetudo.*

Contemplatio.

*Quemadmodum artifices ex aliquius sci subtiliter intentione qua-

oculos defatigat, si malignum & nō præclarum lumen habent, in publicum prodeunt, & in aliqua regione ad populi ocium dedicata, oculos libera luce delectant: sic animus in hoc tristi & obscuro domicilio clausus quoties potest apertum petit, & in rerum naturæ contemplatione requiescit. Sen. epist. 66.

Vt qui ex claro sole redierunt in umbram his caligant oculi: Ita qui à diuinorum contemplatione, ad humana recidunt. Senec.

Heraclitus dixit vigilantibus vnum communem esse mundum, sotipos in suum quenque discedere: At supersticiosus, ne vigilans quidem communi cum aliis mundo fruitur semper somniante cogitatione. Plutarch.

Contemptus.

Bucephalus Alexandri Magni equus, quum nudus esset, equisonem in tergum admittebat: ornatus regiis phaleris neminem ferebat, nisi regem ipsum, in reliquos omneis ferociebat: Ita quidem tenues quemuis ferunt, diuites facti despiciunt vulgares. Plin. I. 8 c. 42.

Contrarietas.

Calx aquis accenditur: Ito quodā contraria mouent. Eras. ex Plin.

Contumelia.

Sicut nec Ægyptus ob calorem, nec Scythia ob rigorem sentit fulmina: ita vel ingens potentia vel extrema fortunæ humilitas, tutum reddit à contumeliis. Plin.

Adyanton herbam etiam si persfundas aqua, aut immergas, tamē sicca similis est: ita in virum bonum non hæret contumelia, aut infamia, etiam si quis infamare conetur. Plin. lib. 22. c. 21.

Conuersatio & conuictus.

Vt qui in solem venit, licet non in hoc venerit coloratur: & qui in vnguentaria taberna resederunt, & paulò diutius commorati sunt, odorem loci secuta ferunt: ita qui cum san-

piente consuetudinem habent, etiam si non hoc agant, tamen redduntur meliores. Senec.

Vt minuta quædam animalia, cùm mordent non tentuntur: tumor indicat mortum, & in ipso tumore nullum vulnus appetit: ita bonorum consuetudinem prodesse non comprehendis, sed profuisse. Senec.

Vt morbi ad vicinum serpit contagio, sanitas ad ægrotantem non item: ita ex consuetudine malorum facile boni corruptiuntur, at non contraria. Eras.

Torpedo pisces haud nocet, nisi contactu, sed virus suum etiam ab ære per linum, & arundinis internodia ad pescatoris manum mirè transmittit: sic improbi ac pestilentes haud nocent, si nihil cum illis habeas commercij, rerum quacunque consuetudine contacti morum venena afflant. Plin. l. 32. c. 1.

Vt in re rustica non satis est teipsum bonum esse colonum, sed magni refert cuiusmodi habeas & vicinum: sic in vita non satis est, ne ipsum integrum virum præstes, sed refert cum quibus habeas consuetudinem.

Aconitum etiam contactu necat: ita quorundam conuictus protinus inficit, aut si vel tantillum cum illis inceptes commercij. Plinius libro 29. cap. 2.

Vt Pyrites gemma non aperit vim, igneam, nisi attrahat: tu enim digitos adurit: ita quorundam malitiam non sentias nisi cum illis consuetudinem aut commercium habueris: aut non sentias philosophia vim, nisi exercueris: ita succina attritu vim attrahendi & odorem produnt.

Vt non ipse solùm magnes attrahit, verum etiam aliud ferrum ad se trahit ferrum magneti attractum: ita contagio vis virtutis, aut impicitatis pernicies ab alio in aliud transit.

Vt qui ante venenum sumunt antidotum, non laeduntur veneno: sic qui salubribus opinionibus ac decretis

confirmant animum, non inficiuntur oratione malorum, si forte in eos inciderint.

Vna non modò soli sui referunt saporem, verum etiam arborum aut fruticum vicinorum: ita non solùm exprimimus eos vnde progeniti sumus, sed & eos, quorum consuetudinem sumus vsi.

Vt qui à cane rabido morti sunt, non solùm rabiunt ipsi, verum etiam alios contagio inficiunt: Ita qui pestilentem alicunde imbibent opinionem, & alios suis inficiunt colloquiis.

Conuitum.

Iaculum si in solidum aliquid inciderit, non nunquam in mittente retorquetur: ita conuitum in forcem & constantem virum totum recidit in conuitum facientem. Plutarchus.

Vt qui luctantur, non abstergunt suum puluerem, sed se mutuo contaminant ut mutuo cadant: sic quidam accepto conuictio, non id purgant, sed obseruant quid viceps in illos possit torqueri. Plut.

Vt si vel inimicus ostendat luteum adhærens vesti non reuicis in illum, sed abstergis: ita si quis ostendat maculam viræ, non regerendum est cōuicium, sed abstergenda labes. Plutarchus.

Absurdum existimat exprobare cuiusam corporis vitium, à quo non sis ipse immunis: At multò magis ridiculum animi vitium in alterum conicere, quod in te recidat. Plut.

Vt Telephus non respexit hostem, cuius erat hasta, sed salutem, quam adferebat: ita non oportet offendere inimici conuictio, sed si verum admonet, verendum est ad vitæ correctionem. Plut.

Vt ille Thessalum Prometheus volens occidere gladio dissecutus tuber, ac sanauit: ita sæpenumero conuictum per iracundiam dictum ab inimico,

himico, vitium animi vel ignotum nobis, vel neglectum sanat. Plut.

Sicut echo non sonat nisi cum reddit acceperam vocem: ita nonnulli qui quid in ipsis dicuntur, in alterum regerunt: aut non habent quod dicant nisi dista referant aliena. Plut.

Vt Olympiae portus vocem acceptam arte sepius reddit, unde heptaphonon oppidan vocant: ita quosdam si uno tangas conuictio, sexcenta regerunt: aut si paucis ad loquendū prouoces garriendi finem non faciunt. Plin. l. 36. c. 15.

Leo cunctis formidatum animal, cantum ac cristam galli formidat: Ita summi principes infirmorum conuictio nonnunquam timere coguntur. Plin. l. 8. c. 16

Muræna fuste non potest interimi, ferula protinus ita quosdam leue incommodum exanimat, vt consitum, qui grauissimas fortunæ procellas fracto tulerunt animo. Plin.

Vt lasciuia simiarum febrem excutit leoni: ita inimici conuicium aut contumelia, nonnunquam excussa desidia, veternoque ad honesti studiū nos acuit. Plin. lib. 8. c. 10. Vide Maledicentia.

Conuiuium.

Qui in eadem vehuntur nauis, & in eisdem militant tentoris, sese mutuo ferant oportet: Sic qui versantur in Republica: At in conuiuio non idem est necesse, nam illic periculum est commune, hic non item. Plut.

In corporibus imbecillioribus interdum magna vis.

Apis cum minimum sit insectum, tamen admirabile facit opus, & miratione politiam moderatur: ita in pusillis corporibus summa nonnunquam ingenij vis.

Quo maius est animal, hoc minus est fecundum: minuta numerosi foetus sunt, adeo ut acanthis minima alicula duodenos pariat pullos: ita

quæ minus valent potidere, numero sunt pensanda.

Correctio.

Vt difficillime sanantur, qui sui sensu carent in morbo, velut lethargici, ac phreneticci: ita difficillime reuocantur ad bonam mentem, qui non agnoscent sua vitia. Plut.

Vt moendum quod induruit ac diuidit in hæc difficile tollitur: ita vitia inveterata non facile corrigitur. Plut.

Remedia statim mordent vel offendunt, postea conferunt salutem & voluptatem: ita salubria monita initio sunt nonnihil amara, postea correctio iucundissima. Plut.

Vt est initium sanitatis sensus morbi: ita correctionis initium agnoscere culpam. Plut.

Correptio.

Vt caro quæ callo obduruit, non accipit vibices plagarum: ita animus assuetudine peccandi non commouetur correptione, licet acri. Plut.

Qui correptus statim fugit exsus admonitionem, peinde facit, ac si sectus à medico continuò offensus a fugiat, non expectans ut obligetur, & oblinatur vulnus ac mitigetur. Nā is quod dolet iam passus, quod cōfert non vult experiri. Plut.

Nutrices vagientibus pueris rursum apponunt papillam: sic discipulus offensus correptione, rursum est laude subleuandus, ne deficiat. Plutarchus.

Crux & tribulatio.

Vt hyeme media alcione summa fruuntur tranquillitate, & hanc etiā aliis communicant: ita cum maximè sauit fortuna, tum maximè animi tranquillitate fruuntur pij, & hanc in alios quos possunt transfundunt. Erasm.

Cultus negligens.

Vt mulieres ob hoc ipsum bene olent, quia nihil olent, & in quibusdam delectat cultus negligens: ita theologica oratio hoc ipso videtur

ornatior, quod ornamenta neglexit,
Erasm.

Cunctatio.

Leonis Catuli informes nascuntur, vix ingrediuntur semestres, non mouentur nisi bimestres: Ita quæ egregia futura sunt, serò proueniunt, & lentis ductibus absoluuntur. Erasmus.

Cura supervacanæ.

In vite quicquid per amputacionem adimitur materia, id fructibus additur: ita qui reciderit curas super vacanæ rerum sordidarum, plus valabit in rebus seriis & grauibus: Aut quò minus est verborum, hoc grauiores sententiaz. Erasm.

Curiositas.

Vt quidam insana libidine negliget formosissimis mulieribus, quæ prostant, ad inclusam & sumptuosam penetrant, etiam deformem: sic curiosus contemptis præclaris spectaculis ac editis libris tam multis, alienas scrutatur epistolas, alienas domos, non absque periculo nonnunquam. Plut.

Vt Simonides gratiarum scrinium semper inane reperit, mercedis semper plenum: Ita si curiosus post aliquantium tempus suam aperit penum, inutilibus & insuauibus rebus plenam inneniet. Plut.

Quidam è poëtis eligunt deterria, vt ex Homericis versibus acephalos, & μετέπος, tragicos syllogismos, & ab Archiloco obsecrè dicta in mulieres: sic curiosus pessima & insuauissima è cuiusque vita decerpit, Plut.

Vt Philippus ex deterrimis hominibus conditam ciuitatem πολεγμόνιη appellavit: sic curiosus malis vndique congestis, thesaurum quendam inamabilem & inamorem sibi memoria construit. Plut.

Vt quidam neglectis pulchris picturis prodigiosas ac monstruosas minuantur imagines, vt trioculos, caretes suris, cynocephalos: sic curiosi ma-

lis alienis magis delectantur, quam honestis. Plut.

Quemadmodum aquilæ & leones cùm ambulat, introrsum vertunt vngues, ne conterantur, ac seruant in prædam illorum aciem: sic animi vigorem non cœuenit alienis rebus noscendis absumere, sed seruare ad usum necessariorum. Plut.

Vt turpe est ingredi domum alienam, aut introspicere: ita turpius est serutari, quid alij domi faciant. Plutarchus.

Vt admonuit Socrates caudendum ab iis eduliis, quæ illicerent ad edendum etiam non esurientes, & à potu qui ad bibendum inuitaret, etiam non sistentes: sic fugienda sunt spectacula, sermonesque qui pelliciunt sui desiderio eos, ad quos nihil attinent. Plut.

Vt vlcus cruentat seipsum, dum scalpitur: ita curiositas & sua mala studet cognoscere, & dolorem accersit cognoscendi libido siue pruritus. Plut.

Gallina sèpenumero pabulo apposito, angulo scalpens ac verrenscobem, è stercore ordei granum unum deponere mauult: sic curiosus prætermisso aut interruptis sermonibus inoxiis, si quid malum in eiusquam familia occultu est, id proverunt in medium. Plut.

Vt taxator in Comœdiis Cleon, quod alibi manus haberet, alibi menem: Ita multis in locis est curiosus hominis animus, nec una habitat in domo. Plut.

Vt Sicyæ, quod est in corpore pes simum, id attrahunt: sic curiosores aures, quod est in hominum vita virtuosissimum, id libertissimum è audiunt. Plutarchus. Plin. libro 32. capite primo.

Ciuitates portas habent quasdar nefastas, per quas educuntur nocentes ad supplicium capitum, eiiciunt purgamenta, nihil autem infertur sarcum aut purum: Sic in aures curiosi

sorci

LOCI COMMUNES.

orum non transeunt nisi homicidi,
adulteria. Plut.

Vt nemo ferret, si quis medicus
vel Aesculapius vltro accedens ad a-
ienum morbum, percontaretur, nu-
aberet fistulam in ano, aut num mu-
ier cancrum haberet in pudendis:
nultò magis ejiciendus curiosus,
qui aliena mala non curat, sed rete-
rit tantùm, idque non accersitus.
Plut.

Portitoribus indignamur, quòd
liena scrutantur vala, cùm id lex eis
permittat, & ni faciant, damnum
acturi sint: multò magis succensus-
lumiis, qui omissis negotiis alie-
a perscrutantur. Plut.

Vt coxi optant pecorum prouen-
um, pescatores piscium: sic curiosus
nalorum, nouarum rerum commo-
tionem, vt habeat quod venetur. Pla-
archus.

Vt in aperto posita & exposita ne-
liguntur ac prætereuntur, abstrusa
etuntur insidiis: Ita qui valde latet,
& à vulgo semotus est, in huius vi-
am inquirunt homines. Senec.

Vt stultissimum est, cùm huius mū-
li, in quo nati sumus, naturam con-
noscere non possimus, alios innu-
nerabiles mundos furis q̄zrere: Ita
ibidrum est neglectis rebus dome-
sticis, de alienjs esse sollicitum & cu-
iosam. Erasm.

D.

DAMNUM.

Virtica sine aculeis adurit, ac vul-
nerat solo lanugine, solōq. con-
taetu: Ita quidam non aperta vi, sed
lanculum nocent. Eras.

Vt pyralis vltio aduolans lucer-
nis adustis alis collabitur, ac periit:
sic quidam ipsi sibi accersunt perni-
tiem. Idem.

Semel iđt à scorpio, nunquam po-
stea vespis, crabronibus, aut apibus
feriuntur: Ita nullum est incommo-

dum, quod non commoditas
quid habeat adiunctum. Idem.

Simia cùm imitetur hominem, ta-
men animal est omnium deformissi-
mum: Ita qui affectat quod optimum
est, nisi feliciter affectet, incedit in id
quod est pessimum. Idem.

Debitum.

Qui dicunt, carebo domo, carebo
familitio, ne debeam: perinde fa-
ciūt, ac si hydropicus dicat medicos,
ego gracilis fiam, & inanis: nam nū-
hil refert quām gracilis sit, modò sag-
nus. Plut.

Vt pedem & manum, si compu-
truerit, data mercede resecamus: Ita
domus, aut familitium abiiciendum;
vt liberemur à realiō, hoc est, vē
liberi fiamus. Plut.

Vt equus semel accepto frēno,
sessorem alium post alium fert: sic
qui semel inciderit in z̄s alienum,
nunquam explicatur. Plut.

Cholerici qui purgari nolunt sub
tempus, collecta in dies maiore bile,
postea grauiter discruciantur: sic qui
sinunt fœnus accrescere, cùm adeſt
dies grauiter è capite laborant. Plu-
tarach.

Sicuti polypus quicquid brachiis
attigerit succu tenet & attrahit: Ita
difficillimum est euellere de mani-
bus quorundam, si quid naſti fue-
rint. Pla. l 9. c. 29.

Decorum.

* Vt pulchritudo corporis apta
compositione membrorum mouet
oculos, & delectat, hoc ipso quod in-
ter se omnes partes cum quodam le-
pore consentiunt: sic hoc decorum
quid elucet in vita, mouet approba-
tionem eorum quibus cùm vivitur,
ordine, constantia, & moderatione o-
mnium dictorem atq. factorum. Cic.
lib 1. de offic.

Vt alia vestis magis sapientem de-
bet quām alia, cùm nullam oderit: sic
magis congruit hēc aut hoc loco vi-
uere. Senec.

Chamaleon herba mutat f. oliesq;

tores, cùm terra in qua nascitur, híc nigra, illí viridis, alibi cyanea, alibi crocea, & aliis aliisque coloribus: Ita conuenit hominem hoc loco, in quo agit, vitæ habitum commutare. Plin.

Defensio.

Amphisbena serpens vtrinque caput habet, & vtralibet corporis parte pro cauda vtirur: Ita quidam anticipates, nunc hac, nunc diuersa ratione se tuetur, & cùm est commodum, ad ecclesiasticam libertatem confugiunt, cùm visum est, principum pretextu rem gerunt, canonum oblitio. Plinius.

Degeneratio.

Non vt ex sapientissimis parentibus stultissimi plerunque nascuntur filii. Ita à doctis præceptoribus indocti discipuli, à probis educatoribus alumni improbi. Nam illic corporum est propagatio, híc animorum. Erasm.

Vt arbores quædam bellè florent, verùm nullum adferunt fructum: ita quorundam puerorum indoles magnam vitæ frugem pollicetur, qui simulatq. adoleuerint, ad ineptissimas conuersi voluptates, fallunt expectationem omnium. Idem.

† Vt loca sordida repercuissent solis illustratur: Ita inertes oportet vt maiorum suorum luce resplédeant. Senec. l. 4. de Benef. cap. 30.

Vt si Venerem suam Apelles, aut si Protogene Hialysum illum suum cœno oblitum videret, magnem acciperet dolorem: Ita si quis conspiciat eum corruptum, quem ad honos mores instaurisset: aut ignominiis affectum, quem ornasset honoribus, iniquo animo ferret. Plin. libro 35. cap. 10.

* Est Indiae gens dicta Pandora, quæ in pueritia cano sit capillito, in tenebra nigrescunt capilli: ita nonnulli primis annis sobrij ac modesti, grandiores iam ad nugas & ineq-

ptissimas voluptates abiiciunt se, & quasi repuerascunt. Plin. libro 7. cap. 2.

Deletio.

Aqua maris inutlis potui, sed alit pisces, seruit navigantibus. sic in una quaque re quod inest commoditatis, excerptendum est. Plut.

Deliria

* Quemadmodum plantæ ac semina in regionibus montuosis ac asperis non i' a lesciunt, vt in campesi & molliore terra: sic homines hominum quoque mores ad regionis habitum immutantur, & mox ac fertilis regio molles ignarosque reddit homines. Plut.

† Vt vasta ac perpetua nubium densitas soli obiecta e' omni impediat, ne vim sui fulgoris ostendat: Ita vini ac deliciarum evaporationes cerebrum crassa nube tegentes non permittunt liberè usquam se intendere: verùm in tenebris perpetuis detinent eum qui sic miserabiliter iacet affectus Chrysost. hom. 13. in 1 Tim.

Desiderium.

Sicut bona valerudo iucundio est iis qui è gravi morbo liberati sunt, quam qui nunquam agro corpore fuerunt: sic omnia desiderant magis quam assidue percepta delectant. Cicer. in orat. post reditum ad Quirites.

Detractio.

† Sicut sagitta si mittatur contrudram materiam, nonnunquam immitem revertitur, & vulnerat vulnerantem: Ita detractor, cùm trister faciem viderit audientis, imò non audientis, sed obturantis aures suae audiat sanguinem: illico contiscat, pallat vultus, haerent labia, saliva siccatur. D. H. er. Epist. ad Rust.

Dew.

Cùm nauta videt imminere tempestatem, primùm quidem Deos invocat, vt incolumis licet in portum appellere, mox contrahit vela, atque omnia nihilo serius parat quibus cōpū.

pus: Ita nos debemus auxilio diuino derē, sed sic ut nostram quoque industriam adhibeamus. Plut.

Vt quibusdam minus mali fuit, non minino videre, quām perperam viere, velut Herculi, qui filios videns ro hostibus occidit: Ita leuius malum est, deos omnino non credere, quām credere noxios. Plut.

Vt peius sentiunt de homine, qui dicunt eum esse iracūdum, pernicio-
m, quām qui negant eum viueret:
a minus malē sentiunt de Diis, qui
egant illos esse, quām qui dicunt
se morosos, noxios, irritabiles, vt
iciunt superstitionis. Plut.

Quemadmodum à pīcībus Hyr-
mīs, nec boni quīppiam expectatur:
ec mali: sic Epicurei, nec turbari
os volunt deorum metu, nec dele-
ari benevolentia. Plutarch.

Quemadmodum agricola non indit spinam priusquam asparagum
de cēperit, & Lybies non autē in-
ndunt sarmentum quām thus col-
gerint: Ita Deus non incidit genus
gum pestilens, priusquam hinc
uctus aliquis bonus cōtigerit. Plut.
e vindicta diuina.

Frumētū publicū tām fur,
tām periueros & adulter accipiunt,
sive delectu morum, quisquis ciuit,
cūm aliquid est, quod tanquam
ui, non tanquam bono datur, ex æ-
io boni, & mali ferunt. Deus quo-
ie quādam in vniuersum humano
eneri dedit, à quibus excluditur ne-
o. Senec. lib. 4. de benef. c. 27.

Sicut nauigans gubernator, nun-
iam manū à clau: Sic nunquam
eus curam suā tollit à mundo.
Iuianus lib. 1. de prouid.

Dificilia quā pulchra;

Vt Asparagus spinosus dulcissimū
et fructū: Ita ex duris initiis, ma-
ria voluptas nascitur. Plutarch.

Id quōd maiori negotio chalybi
et marmori insculpēris durit diu-
is: Ita quod maiori studio discimus
inquam obliuiscimur. Erasm.

Vt rosa flos vñus omnium longè
gratissimus, de spinis nascitur: sic è
tristibus & asperis laboribus fructus
capitur dulcissimus. Idem.

Vt palma quia cōttice sit cultella-
to, difficultis quidem est ascensu, sed
fructū habet dulcissimum: Iridem
eruditio & virtus aditum habent dif-
ficilem, sed fructū dulcissimum;
Plin. l. 13. cap. 4.

Lēonis catuli informes nascuntur,
vix ingrediuntur semestres, non mo-
uentur, nisi bimestres: Ita quā ege-
gia futura sunt serō proueniunt, &
lentis auctib⁹ absoluuntur. Plin. lib.
8. cap. 16.

Vt Phœnix nonnisi quingentesimo
anno nascitur. Ita insignium virorū
rarus est prouentus. Plin. lib. 10. ca. 2.

A finē per omnem gignunt vitam,
cūm homo tam mātūrē desinat po-
nēre: Ita facilior & perpetuus pro-
uentus rerum vilium, egregia raro
contingunt. Plin. l. 8. c. 43. Senec.

Vt herba Moly difficile quidem
essoditur, sed ad remēdia præter cæ-
teras efficax est: Ita quā præclarā
sunt, contngunt, nisi magno nego-
tio. Plin. l. 25. c. 9.

Vt quā præclarā sunt vix multo
cultu proueniunt, contrā cāpe, alliū;
& quādam huiusmodi vilia ēriam re-
posita aut suspensa, proferunt se: Ita
quā sunt egregia nō nisi magno
contingunt labore, quā mala paliſimi
obvia sunt. Eras.

Dignitas.

Agrippa qui vocantur, quoniam
præpostē nascuntur, hoc est. pedi-
bus primū emergentibus, malis au-
spiciis in vitam ingredi cōfuntur,
magnōque humani generis malo, vt
Marcus Agrippa & Nero: Ita qui
per nefas & simoniam irrumpunt in
imperium, aut episcoparum (vt vo-
cant) magnam pestem adducunt sibi
suīque. Eras.

Diligentia.

Vt nihil minus expedit, quām a-
grum optimē colere; Ita sēpene-
c ij

ro inutilissimum est, nimis esse in negotio diligentem. Plin. li. 18. c. 6.

Vt qui serius exiuit, cursus celeritate penset ac sarcia eoporet: Ita qui serius ad bonam vitam aut literas accessit, diligentia reparat necessaria est superioris cessationis iacturam.

Vide assiduitas, Studium immodicum, Labor, &c.

Discendi ratio.

Vt priusquam assuevimus, multos offendunt in homine, quæ postea assuetis sunt etiam iucunda: sic in litteris, in philosophia, prima illa tædia toleranda sunt, donec vsu fiat facilita iucundaque. Plut.

Vasa ad accipendum, quod infunditur, accommodant & inclinant se: sic qui discit, debet accommodare se, ne quid effluat eorum quæ vtiliter dicuntur. Plut.

Vasorum malorum & putrum annes quibuslibet implentur potius, quam necessariis: Ita quidam stultissima protinus discunt. Plut.

+ Vt fax, etiam lucernas multas accenderit, semper manet eiusdem magnitudinis, nullaque sui parte minuitur: Sic scientia in homine nequaquam diminuitur, licet descendere ratione in multos transfundatur. Philo li. de gigantibus.

Discipuli ariuum liberalium.

Veluti si quis ignem petat à vicino, deinde illic luculento reperto foco desiderat, mane atque: Ita quidam semper assident præceptor, nec accendunt ingenium suum ut domi suo fruantur igni. Plut.

Vt avis quidquid pabuli naeta est, in pullo transfert protinus, ipsi nihil melius est: Ita quidam ideo discunt, vt statim doceant, ipsi nihil meliores evadunt. Plut.

Quemadmodum ignauit, cibique audi canes, comi feratum pelles mordent, ac villos vellunt, feras ipsas in venatu non attingunt: sic quidam præposteriori studiosi, de nugis agunt, caput disciplinae non attingunt. Plut.

Noi ut vasa, itidem ingenia desiderant repletionem: sed satis est accessio, velut incitamentum in materia: quo vis inueniendi, & cupiditas veritatis incitetur. Plut.

Non ut ex sapientissimis parentibus stultissimi plerumque nascuntur filii: Ita à doctis præceptoribus indocti discipuli, à probis educatoribus alumni improbi. Nam illic est corporum propagatio, hic animorū. Eras.

Vt nonnullæ mulieres ex viris quibusdam non concipiunt: aliis adiungunt & fecundæ sunt: Ita sunt qui apud quosdam præceptores indociles, aliis traditi doctoribus proficiunt, quod sint ut corporum, ita & ingeniorum cognationes ac dissidia. Idem.

Discordia.

* Tyrreus lapis, quamvis grandis innatæ, comminutus fit: ita concordia sustinemur, discordia pessum sumus. Plin. lib. 2. cap. 106. & libro 36. cap. 17.

Vt macula statim est eluenda, ne inhærescat & difficilis extinatur: Ita dissensio fratrum illico tollenda, ne gignat odium. Plut.

Vt si buboni accedit febris, nihil est periculi: verum si sublato illo tamen morbus perseveret, videtur altius egisse radices: sic fratrum dissensio, quæ cessat lite finita, causæ erat non ipsorum: at si manet etiam dum negotio confecto, iam negotium pretextus erat, non causa, sed exulceratus animus in causa fuit. Plut.

Vt aqua in locos hiates ac diducto influit, ac magis eos diuellit: Ita quidam irritant fratrum dissidia. Plut.

Vt convenerit amantibus diuersis amicas, in eandem depereuntibus, male conuenit: sic dissident, qui eadem ex re gloriam affectant. Plut.

Vt singula hastilia facile frangas, coniuncta non possis: Ita dissidentes facile superantur, concordes haud facile. Plut.

Vt periculum sit, si omnes in die inclinent latos navis: sed aliis alio irat.

Geaten.

etentibus nauis optimè libratur: sic editio & dissensio inter Rhetores tuorem reddit statum ciuitatis: item dissensio poetarum inter se facit, vt minus inficiant opinionem lectoris. lot.

Scorpius lethale venenum habet, conitum lethalius, tamen hoc in potatum datum aduersus scorpionum iactus medium habet: Ita dum venenum in veneno collutatur, seruatur homo. Itidem duorum pestil. etium cum discordia nonnunquam reipublicæ saluti est. Eras.

Vide Seditio, Disfidium, Odium.

Disputationes.

Vt apud Homerum Ulysses rideat à procis, quod panis frustula perire, non enses, neque lebentes: Ita manus ridendi sunt, qui differendi minutas ac friuolas quæstiunculas obiungunt. Plut...

+ In aliis certaminibus laureas rerunt, qui vñctores redeunt: At in disputationibus diuinis, solis debetur corona, qui se rei magnitudine vñctos intentur. Chrys. in illud Apost. Cùm bie&a ei fuerunt om.

Disfidium.

Galli sèpius in pugna commoriuntur: Ita quidam mutuis dissidiis confidunt se. Plin. l. 11. c. 21.

Vt cœlo quamvis sereno, nubecula uamlibet parua ventum procellosum dabit: sic rebus admodum pacatis, ex minimo dissidio gravissimi rem motus subito exoriuntur.

Vt vitis refugit brassicam, quercus ab ore ab olea, multò magis autem nuce iuglante, nam vitis cum omnia complectatur, solam brassicam eclinat, quercus si in scrobem oleæ epacta fuerit emoritur eadē, & iuxta nucem iuglandem inarescit: sic inter quasdam nationes naturale dissidium est, vt nullo pacto queant coescere concordia. Plin. lib. 25. cap. 1.

Dissimulatio.

Scorpius venenum in cauda gerit, & obliquè ferit; Ita quidam in fine

virus effundunt suum & dissimulanter lèdunt. Eras. Vide simulatio.

Vt vitrum quia pellucidum, nihil celat: ita quidam nihil tegere, nihil dissimulare norunt: quicquid in animo est, id protinus omnibus palam est. Plin. l. 10. c. 62.

Distractione animi ad res diuersas.

Vt qui propriam domum non habent, per multas domos vagatur: Ita qui certum vitæ institutum non sequitur, nunc in horum, nunc in illorum mores transfir. Plut.

Qui multis negotiis distrahitur, veluti lacus est, ad quem à multis concurrit, qui eum & exhaustiunt & turbant. Senec.

Stolonibus amputatis omnia celestius adolescunt in arbore, nimirū alimentis in unam collatis stirpem: Ita animus leuatus superuacuis negotiis, plus efficit in studiis honestis, tota mentis ut in idem intenta. Eras.

Mugiles si caput considerint putant se totos occultari: Ita quidam si sua vita dissimularint ipsis, putant ab aliis non animaduerti, qui mos idem & pueris est. Idem.

Diutina & opes.

Qui viro malo addit opes & gloriam, si febricitanti ministrat vinum, bilioso mel, cœliacis obsonia, quæ morbum animi, hoc est, stultitiam augeant. Plut.

Vt floridom auleum aliquando multa tegit sordida: sic splendor & strepitus potentum, multas obtegit calamitates. Plut.

Vt vestes videntur addere colorem hominis cùm per se sint frigidæ, non addunt autem, sed eum, qui est in corpore, tacentur: sic opes videntur dare iucundam vitam, cùm ea proficiantur ab animo, non à rebus externis. Plut.

Vt qui febri laborant, è diuersis diversa capiunt, hoc est è calidis frigescunt, è frigidis calescunt: sic & diuinitat molestem adferunt cultis, &

paupertas gaudium sapienti. Plutarchus.

Vt longiore via potius utendū est, si modò sit tutior, quām breviore & periculosa: sic ad opes ad gloriam emitendum, vt serius contingant tutò potius, quām statim cum periculo. Plut.

¶ Vt aurum tremēti manu impositum tremit: Sic & diuitiæ ab animo, metu curisque detento accumulatae, vna concutiuntur, & eodem modo afficiuntur. Hypsæus, vt refert Sto-bæus serm.28.

Animalia quædam circa cubilia confundunt vestigia, ne queant inueniri: sic nobis celandum bonum nostrum, quo tutius sit. Senec.

Avis quæ pluma tantum tenetur, minimo dispēndio potest aufugere: sic opes non debent remorari a studio sapientiæ. Sen.

Non faciunt equum meliorem aurei freni: nec hominem meliorem fortunæ ornamenta. Senec.

* Otoñis diuitiis iudicis, nec peruidetis illarum periculum. sicut barbari plerunque inclusi & ignari machinarum, legnes laborem obsidenient spectant; nec sciunt quò illa pertingant, quæ ex longinquo instruuntur. Idem vobis evenit. Maretis in vestris rerbz, nec cogitatis quot causas vndique imminēant, iam iamque preciosa spolia laturi, Senec. lib. de vita beata cap.26.

Non continuò melior gubernator, cui pulchrius aut maius sit navi-gium: Ita non est melior vir, cui fortuna splendidior. Senec.

Vt adamas si iuxta magnetem ponatur, non patitur abstrahi fetrum, aut si admotus magnes apprehendebit, adamus è diverso rapit arque afferit: Ita pecunia studium dissideret cum Christiana pietate, & modis omnibus avocat, nec sinit adhærescere Christo. Eras.

Quod tibiae sunt ignaris musices: hoc opes his, qui nesciunt yti. Eras.

Bucephalus Alex. magni equus, quoties nudus esset, equis onem intergum admittebat, ornatus regis phaleris neminem ferebat, præter regem ipsum, in reliquos omnes ferociebat: Ita quidam tenues quemuis ferunt, diuites si & despiciunt vulgares. Plin. 1.8.c.42.

Quemadmodum vrtica, si contanter attingas ac timide, adurit: sin premas tota manu, non adurit: Ita pecunia, si cautim circumspicitimque tractes, inficiet: sin contemptim ac neglegit, innoxia est. Plin.

Vt auibus pennas accidimus, nolongius auolent: Ita quibus tam opem & authoritatem, ne se tollant in alatum. Eras.

¶ Diuitiæ congerantur licet, nunquam explebunt inexplicabilem animalium: Non magis quām illius sufficiet humor ad satiandum eum, cuius cederium non ex inopia, sed ex æstu abundantium viscerum oritur. Senec: i consol. ad Heluiam.

Vt Philosophus missa lingua videt, rem simul & optimam, & pessimam misit: Sic opes optimæ sunt rectè utraris, pessimæ si secus. Idem et Plutarch.

Diuites.

Quidam in foro felices videntur domi moribus vxorem cruciat: si diuites foris felices apparent, intumilitia noctes diuersq. disterciat. Plut.

Vt quibusdam cum foris in foro aut in curia conspicui sint aut splendidi, domi morola vxor contristat omnem vitam: Sic regno ac diuitiis multa adsunt occulta mala. Plin.

Scombroi in equis sulphureum habent colorem, extra aquas similes ceteris: ita diuites in suo regno dípare, & ceteris longè præstantiores videntur, in morte nihil ab aliis differunt. Plin.

Cerui cum cogantur sua cornua abiucere, tamen occultant ea, præcipue dextrum, ne medicamenti vis alii sit ypsi: Itaq; diuites nonnulli, cum ipsi

ipſi diuitiis uti non queat, haud tamen ſinunt alios frui. Plin. l.8.c.21. Aristot. de Nat. l.9.c.5.

Cum aſinus ipſe ſic a muco raro, ex oſſibus tamen huius optime ſunt ti- bię, vt ait Aſopus apud Plutarchum: Ita diuites qui tam ipſi indocti, ramē pecunia ſua ſuppeditant ingenium ſtudioſis. Eras.

Docendi ratio.

Si quid in utres velis infundere bo- ni, ventum atque aërem amoueas o- portet: ſic fastum ac tumorem exi- mas oportet ab animo eius, quem ve- lis docere. Plut.

Vt ſalicis ſemen ante maturitatē abiebam, non ſolūm ipſum nihil gi- gavit, verū etiam fœminis sterilitatis eft medicamentum, hoc eft, efficit ne concipient: ita sermones iſtorum qui prius docent, quām verè ſapiant, non ſolūm ipſos non reddunt melio- res, verū etiam auditores ſuos inſi- ciunt & reddunt indociles. Plin. l.16. ca.27.

Doctrina & eruditio.

* Vt equos proprieſ crebras con- tentiones præliorum ferocitate exul- tantes domitoribus tradere ſolent, vt iis facilioribus poſſint vi: ſic ho- mines ſecundis rebus effrenatos ſibi präſidentes, in gyrum rationis & do-ctrinæ duci oportet, vt perſpiciant rerum humanarum imbecillitatem varietatēque fortunæ. Cicer. lib.1. Officiorum.

Vt diuersis vocibus conſtat chor- rus: Ita variarum disciplinarum mix- tura conſtat eruditio. Senec.

Cibus innatans ſtomacho, onus eft non cibus: idem mutatus in vires & ſanguinem transit: ſic quæ legeris, ſi ſolidæ durant in memoria, aliena ma- nent: ſi abeunt in ingenium, cum red- dunt eruditio rem. Senec.

Terra quæ gignit ſalem nihil aliud gignit: ſic ingenia fecunda in li- teris, in cæteris ferè rebus non perin- de valent. Plin. libro 31. cap. 7.

Vina vasis infuſa è taxo factis, mor-

titera ſunt: Ita ſalutaris alioquin eru- ditio, ſi incidenter in hominem peſti- leniem, moribas illius redditur no- xia. Plin.

Vt laurus tota viret perpetuo: Ita do-ctrinæ fama non ſenescit, neque marcescit. Plin. l.15 c.30.

+ Sicut pluia irrigat terrā vt fru- ctum proferat: Sic doctrina hominē, vt iuſtitiam operetur. Chryſoſt. hom. de oper. Imp.

+ Vt apes omnibus quidem inſidere floribus, de ſingulis autem utilia car- pere videmus: Sic eruditioſis etiam comparandæ ſtudioſos, nullius rei eſ- fe rudes, ſed vndique utilia colligere. Isocrates ad Demonicum.

+ Si agricolam arbor ad fructum perducta delectat, ſi paſtor ex foetu gregis ſui capit voluptatem, ſi alumnū ſuum nemo aliter intuetur quām vt adolescentiam ipſius ſuā indiceret: quid euenire credis hiſ, qui ingenia educauerunt, & quæ tenera formæ uerunt, adulta ſubitō vident? Senec. epift. 34.

Vt qui hircosi ſunt, grauius olen- t, cum ſe vnguentis obſuerint: Ita fœ- dior eft nequiaſ fama, ſi eam doctri- na celebriſas reddat magis conſpi- cuam, latiūſque traducat in hominū fabulas. Eras.

Vt gemma minutula quædam res eft, ſed ingentibus tamen ſaxis ante- ponitur: ſic homo puſillus, ſed inge- nio valent: Item philoſophia ſeu vir- tus oſtentatione minimum quiddam eft, ſed precio maximum. Idem.

In ludo sphæræ ſimul diſcunt & mittere & excipere cōmodè at in do-ctrina prius eft bene accipere, quām mittere, quemadmodum accipere prius eft, quām parere. Idem.

Dolor.

Vt ſapiens gubernator in tranquili- tate tempeſtatem expectat: Ista re- buſ tranqüillis ad dolorem aliquem præparanduſe eft animus. Plue.

Vt medica terra diu retinet ſemi- na propter asperitatē, vt ſerò emer- o iiiij

gant: Ita morborum, ac dolorum cau-
se in hominibus aliquoties diu latet,
donec voluptas in febrem erumpat.
Plut.

Vt medici in vehementi fluxu pi-
ruitæ non statim succurrunt pharma-
cis, sed foris admouet, quod tempo-
re concoquat humorem, ac tum me-
dentur: Ita in recenti dolore tacen-
dum, donec tempore mitior admit-
tat consolationem. Plut.

Dotes hominum diuersæ.

Vt nō quiuis pictor quauis in parte
artis valet, sed hic in diis exprimen-
dis præcipuus, aliis in vultibus red-
dendis, aliis in lineis excelluit, aliis
in colorum mixturâ, aliis in symme-
tria: Sic qui virtutem profiteretur, aliis
dotibus enirent alijs. Item in eloquê-
tia seu literis. Eras.

Dux bellî.

Vt elleborum concitatis intus o-
mnibus, ipsum in primis exit: Ita dux
fortis adhortatus suos inter primos
prodit in hostem, velut inquit Héro-
philus autore Plinio.

E.

EBRIETAS.

Ignavi canes apud mensam audient,
In venatum minimè: sic ingenerosum
est, cùm sobrius liberè loqui non au-
deas, inter pocula id facere. Plutar-
chus.

Vt dolium effervescente vino rum-
pitur, & quod in imo est, erutor in
summo: sic ebrietas abditissima pe-
ctoris profert. Senec.

Quemadmodum onerati mero nō
continent cibum, ita nec arcانum re-
dundante vino. Senec.

Vt oculi diutino morbo difficiles
fasti quoquis solis radio offendun-
tur: sic vitia multa & assidua contra-
cta temulentia durant & sobriis. Se-
neca.

Vt polypi non extendunt sua fla-
gella nisi ad esculenta: sic quidam o-

mnen felicitatem cibo potuque me-
tiuntur. Plut. Pl. I. 9 c. 29.

+ Cum vino mens corrupta fuerit
idem ei quod curribus euenit, è qui-
bus aurigæ sunt excussi. Nam vt hi
temerè feruntur carentes goberna-
toribus: sic animos in multa delicta
impeilitur mēte subversa. Isocrat. ad
Demonicum.

Lysimachus ob stirim coactus se de-
dere Scythis, deinde cùm frigidam
bibisset aquâ, dij boni, inquit, quām
breuis voluptatis causa quantam de-
posui felicitatem: Ita nobis cogitan-
dum, postquam ob potatriculam in-
tempesiuam aut Venerem, in longū
morbum incurrimus. Plut.

Musæ & alia nonnulla insecta su-
et viuunt, ideoque eis pro lingua est
fistula: Ita quosdam videoas bibones,
qui potu viuunt, à cibo abhorreant.
Eras.

Vide Vinum.

Educatio.

+ Ut aqua in areola digitum sequi-
tur præcedentem: Ita ætas mollis &
tenera in vtramque partem flexibilis
est, & quocunque duxeris, trahitur.
Hieron. in epist. ad Gaudentium.

Vt multa agrestia subnascentia in
agro, mala quidem ipsa sunt, sed ta-
men signa felicis atque vberis soli, si
quis excolat: sic animi affectus per se
mali arguant ingenium non malum,
si accedat recta institutio. Plutar-
chus.

Nulla ferè est arbor, quæ non ste-
rilescat, ac tortuosa fiat, si cultura de-
sit: Ita nullum tam felix ingenium,
quod non degeneret circa rectam e-
ducationem.

Qui equos recte alunt, eos docent
parere træno: pueros qui volet insti-
tuere, primùm assuetaciat ut distq
sint audientes. Plut.

Nullus equus recte lessori pareret,
nisi arte dominus: Ita nullum inge-
nium non ferox nisi præceptis circu-
ret & educatione. Plut.

Nulla tam fera bellua, quæ non
man-

mansuetat cura: ita nullum tam a-
greste ingenium, quod institutione
non mitescat. Plut.

Vt molli materia facilè sigillum
imprimitur, si durescat, non item: Ita
puerorum ingenia facilè quamvis re-
cipient disciplinam: sin ætate dure-
scant, non item. Plut.

Vt agricultorū vallos apponunt ar-
busculis, quòd rectè crescant: Ita qui
instituit, addit monita, & præcepta in
geniis salubria, ne deuaricent in vi-
tia. Idem.

Vt plures urbes præternauigasse
pulchrum est, sed expedit unam in-
colere optimam: Ita quamplurima
sunt cognoscenda, sequenda retinen-
dāque opima. Idem.

Frustra suber appenditur retibus,
vt nascant, si plumbum annexū deor-
sum trahat, & in æquo teneat: Ita fru-
stra præceptis bene vivendi institui-
mur, si malitia addita non sinit è stu-
titia emergere. Idem.

Vt ager si non colatur, non solùm
infrugiferus manet, verum etiam multa
sylvestria producit: Ita adolescentis
rationis capax, nisi præceptis hone-
stis exerceatur, non solùm non euadet
bonus, sed ad multa vitia defle-
ctetur. Plut.

Vt agri non omnes frugiferi sunt,
qui coluntur: sic animi non omnes
culti fructum ferunt. Cic.lib.2.Tusc.
q.28.

* Si agricultoram arbor ad fructum
productam delestat, si pastor ex fœtu
gregis sui capit voluptatem, si alumnam
suum nemo alter intuetur, quā
vt adolescentiam illius suam iudicet:
quid euenire credis his qui ingenia
educauerunt, & quā tenera formaue-
runt, adulta subito vident? Senec.e-
pist.34.

Vrsus informes gignit catulos,
eos lambendo formari: Ita rude inge-
nij fructum diutina cura expoliri con-
uenit. Plin.i.8.c.26.

Coccygis pullus ubi adoleuerit,
cum sit nothus, tamen legitimos de-

vorat, unaque matrem ipsam: Ita qui
dam magna indulgentia stultoq. amo-
re quorundam educati subvertunt eos.
Plin.i.10.c.9.

Arbor per se infugifera tamen in
sitione discit ferre fructus: Ita prauū
ingenium institutione ad bonam fru-
gen potest deputari. Plinius li.17.
cap.14.

Arbor super natura non nisi uni-
cum fructu gignit, institutione eadem
diversi generis fructibus oneratur:
Ita qui naturam suam sequitur, sem-
per idem est, qui arte ducitur, sui dis-
similis est. Plin.

Vt sunt quidam fontes, qui potu-
pecudum atque etiam hominum cu-
tem & pilos tingunt albo nigrove,
Ita relucet etiam in ipso hominis
vultu, & fronte, quod aiunt, quibus
præceptis imbutus sit, & quibus ex
authoribus hauriat uitæ rationem.
Plin.

Vt gypsum, aut argilla dum est
vda, in quamvis imaginem facilè se-
quitor fingentis manum: Ita rudes ani-
mi ad omnem disciplinam sunt ido-
nei. Plin.i.36.c.24.

Fœnum Græcum quo tractatur
pejus, hoc prouenit melius: Ita liberi
quidam, quanto habueris indulgen-
tius, tanto minus valēt: neglecti vero
& vexati evadunt in viros. Plin.li.18.
ca.16.

Gypso madido statim vtendum,
quod celestini siccetur: Ita statim
fingenda literis ac moribus ætas ru-
dis, prius quam durior non ad-
mittat fingentis manum. Plin.li.36.
ca.24.

Gypsum etiam si iam induruit, ta-
men tundit rursum & in farinam re-
solvi potest: Similatque semel in-
duruit ingenium adolescentis, æta-
te vitiisque non potest refungi. E-
rasm.

* Iniesto in oculos sago, leo sine
vlo negotio capit, alioquin inex-
pugnabilis: ita facillimum est, potens
tissimum etiam domare, modò co-

gnitom sit illius ingenium. Plin. li.8. cap.16.

Eloquentia.

Vt non satis est clausus, neque frænum, nisi adsit qui arte moderetur: Ita non sufficit eloquentia ad moderandum populum, nisi actesserit sermonis moderatrix ratio. Plutarchus.

Philosophus etiam eloquens, perinde est quasi bonus gubernator et iam formosus sit. Senec.

Vt aquæ laus est, si nihil sapiat (nā vinose signum est sapor aut succus). Ita à ceteris quidem requirimus eloquentiam: Theologus hoc ipso laudatur, quod infans est & à musis alienus. Eras.

Vt non est optima imago, quæ materia testatur opes locatoris aut arte pictoris, sed quæ rem proximè representat: ita optima est eloquentia quæ non ostentat ingenium dicentis, sed rem apicissimè ostendit.

Damnatur bombicina vestis seu multitium quod pellucens non tegat corpus, cum in hunc usum sit reperta vestis: Ita ridenda facundia quæ rem non explicat, sed involuit, cum in hoc repertus sit homini sermo. Pl. li.ii.c.22.

Vana eloquentia.

Tilia cum habeat calicem ac folia dulcia, tamen fructum eius nullum animal attingit: Ita quorundam oratio blanda, grataque & composita, sententiarum nullus fructus. Plin. lib.16.cap.25. Theophrastus libro 1. cap.10.

Vti buxus semper quidem viret, sed alioqui & odore noxia, & semen habet omnibus inuisum animatibus: Ita quidam præter orationis gratiam, nihil adserunt non fugiendum. Plin. li.16.ca.17.

Emendatio scriptorum.

Vt qui parat statuam facere, prius rudo quoddam simulachrum fingunt è trunco, postea dolant ac poliunt;

Error & lapsus.

Vna tuissis non facit phthisin, sed in morem adducta: Ita error non statim gignit animi morbum. Senec.

Climenos herba ita morbo medetur, vt sterilitatem adferat etiam in viris: Ita quidam malum aliquod ita profigant, vt aliud diuersum admittant. Eras.

Vt in magna strage alius alium trahit in ruinam: Ita in publico errore, alius alium secum trahit ad perniciem. Senec.

Vt solis defectus magnam mortaliū perniciem trahit: Ita regis error etiam leuis, magnam tamen in rebus humanis gignit perturbationem. Eras.

Euentus.

Vt qui caneo lapide petens, novercat percussit, ne sic quidem, inquit, male: Ita quod præter expectationem euenit, in bonam partem vertendum est. Plut.

+ Athletam in certamen impellit erecta victori statua: Armigerum in prælium accedit decreta fortibus gloria: Christianos autem confirmat in patiencia, eorum qui strenue certarunt praeconia. Chrys. serm. in BB. Job & Abraham.

Exempla vita.

Vt qui se comunt, adhibent speculum: sic gesturus negotium proponit sibi laudatorum virorum exempla. Plut.

Olim ediscebant nomina digitorum, iisque aduersus terrores veluti remedio utrebantur, singulis lente recitatis: sic aduersus omnes animi perturbationes, exempla quædam optimorum virorum habenda sunt in promptu. Plut.

Eryngium herbam si vni capaz in os inferas, cum ipsa sistitur, tum omnes consistunt, donec pastor herbam eximat: Ita principis mores mi-

ra vi in populum transfunduntur.

Plut.

In facie plus offendit nævus , aut verrucula, q. àm in reliquo corpore grandes maculae aut cicatrices; sic exi gua delicta, magna videntur in principe, cuius vita in conspicuo est. Plutarchus.

Qui sibi comparatione deteriorū bonus videtur, perinde est ac si quis ad claudos respiciens suam miretur velocitatem Senec.

Vt Zeuxis picturus Iunonem, Argentinis omnibus virginibus inspectis, quinque præcipuas elegit, ex quibus quod esset in unaquaque præcipuum mutaretur: Ita è plurimi optimi nobis ad exemplum vitæ, discendi aut proponendi sunt, nec in his tam reddenda sunt omnia, sed optima. Eras.

Vt solis defectus magnam mortaliū perniciem trahat: ita regis error etiam leuis, magnam tamen in rebus humanis gignit perturbationem. Eras.

Experientia.

Ex omni genere curiositas hominum signa collegit instantis tempestatibus: At multò magis conueniebat hac ut diligentia in consultationibus, vt obseruat experimentis conciliant, quid malorum ex unoquoque perperam instituto consequatur. Erasmus.

Exercitatio.

Vt ferrum autē vsu splendescit, sic exercendis negotiis enitefecit animi vigor. Plut.

Vt ferrum si non utaris, obducitur rubigine: sic animi vigor, nisi negotiis tractandis exerceas. Plut.

Exilium.

E corporis morbo quidam hoc exacerbunt commodi, quod vacant negotiis, quibus distringebatur, & quosdam labores obiecti reddidere validos: sic quibusdam exilium, paupertas, naufragium, occasio fuit philosophandi. Plut.

F.

FABVLAE.

Q Vemadmodum araneæ ex se telas texunt: Ita quidam ex se ipsis comminiscunt fabulas ac mendacia, cum nihil subsit veri. Plutarchus.

Vt apis ex amarissimis floribus & asperissimis spinis mel suauissimum ac lenissimum colligit: sic ex turpibus ac sceleratis fabulis utcunque decerpi potest aliquid utilitatis. Plutarch.

Q Vemadmodum iris nihil aliud est, quam reluentia Solis refracta in nubibus: Ita fabula quædam est veri repræsentatio. Plut.

Vt Democrates medicus Considier mulieri, omnem curationem austerae recusanti, lac caprarum dedit, quas tentisco pascebant: sic iis qui proflus à tetricis philosophiæ præceptis abhorrent, fabellæ quædam amœniores proponendæ, sed quæ philolophiam resipiant. Eras.

Faſta verbus diſimilia.

* Vt si Grammaticum se professus quispiam barbarè loquatur, aut si absurdè canat is qui se velit haberi musicum, hoc turpior sit, quod in eo ipso peccat cuius proficitur scientiam: sic Philosophus in ratione vita peccans, hoc turpior est, quod in officio, cuius magister esse volit, habitur, artemque vita professus delinqvit in vita. Cicero lib. 2. Tuscul. quæst.

Fama bona.

Ignis semel accensus facile seruat, extinctus haud facile reaccenditur: Ita famam tueri facile est, extinctam non facile est restituere. Plot.

Deliacum nauigium, dum subinde sarcitur, & reconcinnatur, veluti perpetuum in multa secula redditur: sic famæ semper aliquid adiicendum, ne collabatur. Plut.

Vt umbra afflängando antecedit, aliquando sequitur: sic quibusdam statim contingit fama, quibusdam post mortem, denique ea quod longius sequitur, hoc maior esse solet. Senec.

Vt ingentes obelisci magno quidē negotio statuuntur & collocantur ob immensum molis pondus, sed collocari semel, in finitis durat seculis: ita arduum est virtutis aut sapientiae parare famam, sed patata nunquam intermoritur. Eras.

Vt obeliscis prægrandibus tantum sermè substernitur inter terrā, quantum extat ut immoti consistant: ita semper mansura fama magna firmaque fundamenta sint oportet. Idem.

Vt aromata tum vehementius fragrant, cum mouentur aut teruntur franguntur: ita virtutis fama latius spargitur: cum exercetur negotiis & rebus aduersis. Idem.

Medici vetant uti halicacabo, quamquam dentibus firmandis prodest si eius succo colluantur, propterea quod periculum est, ne si diutius id fiat, deliracionem gignat, & plus afferat incommodi, quamcommodi: ita non est utendum his literis, quæ sic lingua expoliunt, ut morales insificant, aut non conuenit sequi, quæ sic augent rem, ut famam laendant. Idem.

Fama ex malefactis.

Vt à virtutis corporis quidam inuenire cognomen velut à distortis cruxibus Vari, à tumidis labris Chilones, à neso prægrandi Nasones: sic nonnulli malefactis sibi famam parciunt, ac nobilitantur. Plin. lib. 7. cap. 8. l. 11. cap. 53.

Familiaritas.

Vina non modò soli sui referunt saporem, verum etiam arborum aut fruticum vicinorum: ita non solum exprimimus eos, vnde progeniti sumus sed & eos quorum consuetudine sumus usi. Vide Conuersatio.

Faſtū.

Vt venti desitūr vehementissime spirare solent: ita mortales cum maxime efferrunt se, veluti Iulius pontifex, tum proximi exitio solent esse. Vide Superbia.

Fauor.

Quædam corpora lumen solis exceptum fulgore vicissim augent, atque illustrant: ita quidam aliorum favore commendati, vicissim suis dobitibus eos commendant. Plut.

Vt b. lanx in eam vegetit partem, vnde plus accipit: sic quidam nunc huic, nunc illi favent qui plurimum det, non cuius causa sit optima. Erasmus.

Felicitas.

Vt histrio non est felicior, quod in scenis adornatus, rex aut Deus videatur: sic nec homo fortuna muneribus, quandoquidem suis bonis estimatus, nihil est. Sen.

Vt segœdem nimia sternit libertas, rami onere franguntur: sic animos immoderata rumpit felicitas. Senec.

Vt periculosa est, secundum Hippocratem summè bona corporis valetudo: ita rebus maximè prosperis, metuenda diversa fortuna. Plut.

Vide Fortuna.

Fides seruanda.

* **Vt loeus in mari sine portu navibus** non potest esse tutus: sic animus sine fide stabilis amicis non potest esse in iis rebus quæ sub eandem rationem cadunt. Cicero libro 1. de Invent.

Filiū.

Vt ferrum aut chalybs cætera quidem duritie, rigoreque superat, ab adamante vincitur: Ita res quidem potens est amor in liberos, sed hunc quoque superat pietas in Deum. Erasm.

Federa.

Vt adamas si frangi contingat maleis in minutissimas dissilit crustas, adeò ut vix oculis cerni queat: Ita arctissima necessitudo si quando cō-

tin-

tingat dirimi, in summam vertitur similitatem, & ex arctissimis foederibus, si semel rumpantur, maxima nascuntur dissidia: aut supra modum incandescit semel vista lenitas. Plin. li. 37. cap. 4.

Fœnus & vsura.

Lepus simul parit, & aliud alit, & rursum superficit: ita fœnerator, & alienum, priusquam conceperit, parit. Nam dantes statim petunt, & ponentes tollunt, & fœnerant, quod profœnore accipiunt. Plut.

Vt ignis inualescens, alia post corrigit: sic vsura. Plut.

Vultures nihil ipsi occidunt, sed ab aliis occisa inuidunt: ita nonnulli alienis fruuntur foedoribus. Plut.

Qui in lutum inciderit, cum oporet aut fugere, aut manere: nam si se voluat, magis etiam inquinatur: sic qui rem habet cum fœneratoribus. Plut.

Cholerici qui pugnari nolunt sub tempus, collecta in dies maiore bile postea grauiter discruciantur: sic qui sinunt fœnus accrescere, cum adest dies, grauiter è capite laborant. Plutarchus.

Plato vetat aquam à vicinis petere, nisi prius domi foderis usque ad terram, quam ceramitidem vocant, reperiisque non spem esse ventem: Ita prius excutiendum, ut parsimonia, alia se via tibi suppeditet priusquam à mensariis pecuniam mutuam petas. Plut.

Alutatum pisces semper sequitur pisces nomine sargus qui illo coenam fodiente excitatum deuorat pabulum: ita sunt qui se misceant alienis negotiis, ut eis laborantibus fructum ipsi præripiant.

Vide Avaritia.

Fortis udo.

Vt cervis frustra sunt ingentia cornua, cùm desit animus: ita non satis est opibus pollere, nisi fortitudo accesserit. Plut.

Vt qui ambulantes attollunt se se

ac dilatant, fastuosi vocantur: at laudantur qui itidem faciunt in pugnum certamine aut in pugna, & vocantur fortis & invicti: sic qui in rebus aduersis erigit animum, fortis habetur & insuperabilis. Plut.

Magnus gubernator & seculo nauigat velo, et si exarmauit, tamen reliquias nauigij aptat ad cursum: sic in corpore parum felici ac deficiente, tamen fortis animus sui similis est. Senec.

Quemadmodum quod in tessellis cecidit, id arte & ratione quam potest optimè disponendum: ita quod in vita accidit, in optimam vertendum partem. Plut.

Vt palmæ arboris ramus, imposito onere, non defletitur in terram exterarum more, sed renititur, & vultro aduersus sarcinæ pondus erigit se: Ita viri fortis animus, quod plus negotiis premitur, quoque magis sequit fortuna, hoc est erectior. Plin. lib. 16. cap. 43.

Vt in arboribus robustiores sunt partes Aquiloni oppositæ quam quæ Austrum aut Zephyrum spectant: ita fortiores ac firmiores sumus in his, in quibus nos duris casibus exercunt fortuna. Eras.

Vt pisces in mari nati, educati que, nihil quidem sapient salis marini: ita quidam inter Barbaros geniti & educati, longè absunt ab omni barbarie. Idem.

Quemadmodum vertica si contanter attingas ac timidè adurit, si premas tota manu, non adurit: ita pecunia, si cautim circumspetimque tractes, inficiet: si contemptim, ac negligem, innoxia est. Idem.

Fortitudo preposta.

Columba in volatu pernitas, sed dum plaudit in aëre sibi placens, implicaris strepitu pennis, capitur ab insidiante alicubi accipire: ita multi dum ostentant suas vires magis quam vertuntur, oblitis sui, præda fiunt inimicis. Eras.

Crocodilus terribilis est in fugaces, fugax contra insequentes: ita quidam si cedas ac metuas, tum ferociunt: si strenue contemnas & obsistas, statim concedunt Idem.

Fortuna.

In Olympiis non licet vincere, delecto aduersario: sic in vita quicunque obtingit fortuna, cum ea luctandum est. Plut.

Veluti si quis cæcus in quempiam incidat, illum cæcum appellat, qui non vitauerit: sic nos fortunam facimus cæcam, in quam nostrapte incidimus cæcitate. Plut.

Vt alii venti secundi sunt, aliis aduersi: ita aliis fortuna fauet, aliis aduersatur Plut.

Vt os non fecatur trama nisi prius cinere & acetō præmollitum, nec ebur inflebi potest nisi zutho prius mollescat: sic fortuna non potest reddere vulneratos animo, nisi accesserit malitia. Plut.

Vt pumilio, etiam si in monte consistat pusillus est, Colossus etiam in puteo magnus: ita sapiens in quaunque fortuna suis bonis magnus est, stultus & in summa fortuna humilis. Senec.

Vt apparatus scenæ, quia commodato datus est, statim reddetur, & sine querela: ita quicquid in vita contingit magnificum, siue serius, siue mox à fortuna repetatur, æquo animo redemus, si his tanquam cōmodatitiis vtimur. Sen.

Vt grando illa testis dissolutat, magno quidem fragore, verum nulla noxia: sic insultus fortunæ nihil potest in sapientem. Senec.

Vt conchylia crescente Luna augeantur, decrecente marcentur: ita stultus à fortuna pendens, nunc magnus est, nunc pusillus, nunc elatus, nunc supplex, ut cunque Rhamnusia mutauerit se. Idem.

Vt indomita vis adamantis, unde & nomen additum gemmæ, adeò vt nec calescat igni, nec ferro cedat,

qui magis iustum ita respondeat ut secundum simul & incudes dissiliant: sic sapientis animus aduersus omnem fortunæ sauentis imperium invictus Idem.

Vt bonus artifex è quavis materia simulachrum fingit: ita sapiens quavis fortunam semper administrabit. Idem.

Nilus famem adfert Ægyptiis: si vel parum exundarit, hoc est, minus duodecim cubitis, vel plus fatis, hoc est, ultra octodecim: ita patiter obstat ad bonam mentem fortuna nimium secunda, vel nimium maligna, hinc egestate vexans, illic deliciis auocans ab honesto. Idem.

Echinus præsentie tempestatem, aut affigit lese, aut arena faburrat: ita cùm imminent fortunæ tumultus, animus est philosophia præceptis confirmandus. Idem.

Fortuna fausta.

Qui morbo comitali sunt obnoxij, trigore deprehenduntur: nam illico capitis vertigine laborant: at inde eos si paululum euixerit fortuna, protinus arguit cuiusmodi sint. Plutarh.

Quemadmodum imperiti artifices cum statuis exiguis magnas subdunt bases, magis conspicuum reddunt illorum exiguitatem: ita fortuna si pusillo animo munus amplum addat indicat & arguit magis animi humilitatem. Plut.

Vt qui morbo laborant, cibos purissimos & lautissimos fastidiunt, & reculant si quis edere compellat: iidem restituti bona valetudini, caseo quoque aut cępe lubenter vescuntur: ita stultis magnifica fortuna iniucunda, sapientibus humili ac tenuis fortunæ suavis. Plut.

Vt honoratior est domus, si luceat ignis, quemadmodum inquit Homer: sic fortunæ commoda splendidiora, rursumq; e, si animi gaudio condorentur. Plut.

Canis quicquid exceptit, protinus deuorat, & semper ad spem futuri biatur.

Neat: Ita quod expectantibus fortuna proiecit, id sine via voluptate demittimus, statim ad rapinam alterius erecti. Senec.

† Quemadmodum refulgens lux perstringit oculorum aciem: Sic etiam excellens fortunæ benignitas intellectum animæ. Archytas Pytaine lib de viro bono & malo.

Quemadmodum non raro fit, ut cœlo maximè sereno seuus imber subito cooriatur: ita rebus maximè prosperis ac latis, sèpenumero gravissima rerum incidit perturbatio. Erasm.

Solent arbores protinus emori, si quando præter solitum fœcundæ fuerint: ita fortuna præter morem blanda ac fauens exitium imminere sèpenumero significat. Idem

Sicuti quædam arbores fœcunditas & luxuries enecat: ita quos tam perdit, immoderatus rerum successus. Idem.

Hedera complexu necat arbores: ita fortuna prospera, dum blanditur, strangulat & perdit. Plin. libro 16. capite 35.

Fortuna aduersa.

Non quemadmodum in tragediis, ita nobis in calamitatibus opus est qui compleret, & collacrymet. Plutarchus.

Vt apis ex amarissimo thymo, suauissimum mel colligit: ita sapiens ex tristissimis rebus aliquid exceptit utilitatis. Plut.

Vt musæ à leuibus locis veluti speluncula dilabuntur, asperis & cauis insident: sic quidam bonorum oblitio tristum memoriam vrgent ac premunt. Plut.

Vt est locus in Olyntho Thraciæ, in quem si scarabeus inciderit, non possit exire, sed distorquens se se immitur: sic quidam malorum suorum memoria immoruntur. Plut.

Vt in pictura quæ splendida sunt, oculis sunt obicienda: celanda si qua mala, quæ deleri non queant: sic in vi-

ta, bonorum contemplatione obscuranda malorum memoria. Plut.

Vt in musica graues acutis sic miscentur, ut concentum efficiant: ita bonis & malis vtendum in vita, ut ex verisque viuendi ratio temperetur. Plut.

Vt grammaticus non solum vocabilibus vtitur, sed & consonantibus, tenuibus, aspiratis, grauibus, longis, ut modulata sit oratio: sic in vita nihil purum. Plut.

Vt musici duiiores harmonias aliis obscurant modulationibus: sic in vita si quid accidit præter animi sententiam meliorum collatione est obscurandum. Plut.

* Quemadmodum gubernatores optimi vim tempestatis: sic sapientes fortunæ impetum superare possunt. Cic. ad Quint. theatrem.

* Quemadmodum tot amnes, tantum supernæ deictorum imbrum, tanta mediterraneorum fontium vis non mutat saporem maris, neque remittunt quidem: ita aduersatum impetus rerum viri fortis non vertit animum. Senec. lib. de diuina prouidentia.

* Solidissima pars est corporis quam frequens vsus agitauit. Præbendi fortunæ sumus, ut contra illam ab ipsa duremur. Paulatim nos sibi pares faciat. Contemptum periculorum assiduitas periclitandi dabit: Sic sunt nautica corpora ferendo mari duræ agricolis manus tritæ. Ad excutienda tela militares lacerti valent: agilia sunt membra cursoribus. Idem, eod. lib.

* Non est arbor solida, nec fortis, nisi in quam frequens iactus incursat, ipsa enim vexatione constringitur, & radices certius figit: fragiles sunt, quæ in aprica valle eruerunt. Pro ipsi ergo bonis viris est, ut esse interriti possint, multum inter formidolos: versari, & a quo animo ferre que non sunt mala, nisi male sustinent. Idem, eod. lib.

*Quemadmodum tyrones leuiter sauciū non vociferantur, immō manus medicorum magis quām ferrum horrent: & veterani quamuis confosili patienter ac sine gemitu velut aliena corpora excoriari patiuntur: ita tu nunc debes te fortiter præbere curationi. Seneca libro ad Elbam matrem.

*Cogita non esse magni animi se rebus prosperis forte gerere, vbi secundo curiu vita præcedit. Nec gubernatoris quidem artem tranquillū mare & oblequens ventus ostendit. Aduersi aliquid incurrat vportet, quod animum probet. Senec.

*Agricola euersis arboribus, quas aut ventus radicitus evulsit, aut contortus repentina impletu turbo perfregit, sohalem ex illis residuum mover, & amissarum semina statim plātisque disponit, & momento (nam vt in damna, ita ad incrementa rapidum veloxque tempus est) adolescūt amissis letiora. Sen.

Hemetrius vitam perpetuò tranquillam, & sine ullis fortunæ incursionibus, mare mortuum vocavit. Senec.

Vt nihil adfert momenti nimbus in mare decidens: ita fortunæ incommoda nihil mouent sapientem. Senec.

Rhododendri frondes iumentis, capris, & ouibus venenum sunt, eæde homini contra serpentium venena remedio: Ita quod stultis pericliem adfert, vt res aduersæ, aut eruditio, id sapiens vertit in suum bonum. Plin. lib. 16. c. 20.

Vt aromata tum vehementius fragrant, cum mouentur aut retununt frāgūtūr ve: ita virtutis fama latius spargitur, cum exercetur negotiis & rebus aduersis. Eras.

Vt palmæ arboris ramus, imposito onere, non defletur in terram extarum more, sed renicitur, & vtero aduersus sarcinæ pondus erigit se: ita viri fortis animus, quo plus

negotiis animus premitur, quóque magis sicut fortuna, hoc est erector. Idem.

Vt fulmen quocunque animal protinus occidit excepto homine: ita fortunæ procellæ indoctos ac brutes protinus animo deiciunt, sapientem non item. Idem.

+Quemadmodum perniciosior est hostis fugientibus: sic omne fortuitū incommodum, magis instat cedenti & auerso. Senec. epist. 78.

Vt quercus & aliæ quædam arbores sub terra defossæ duriores redduntur ac durabiliores: ita qui diu premuntur aduersa fortuna diutius florēnt. Plinius libro decimo sexto, cap. 41. & 43.

Semel id à scorpio, nunquam postea à vespis, et abrōnibus aut apibus feriuntur: ita nullum est incommodum quod non commoditatis aliquid habeat adiunctum. Plin. libr. 28. cap. 3.

Murena fulta non potest interimi, ferula protinus: ita quosdam leue incommodum exanimat, vt convicium, qui grauissimas fortunæ procellas infracto tulerant animo, Plin. lib. 33. cap. 2.

Sicuti nec Ægyptus ob calorem, nec Scythia ob rigorem sentit fulmina: ita vel ingens potentia vel extrema fortunæ humilitas tutum reddit à contumeliis Eras.

Vt halcyones etiam media hyeme mare tranquillum præstant non sibi solū, sed aliis quoque: ita sapiens turbatis imis rebus non solū ipse tuebitur animi tranquillitatem, sed alios concitatos componet ac sedabit. Idem.

Fortuna mediocris.

Vt autumno aut ver e maxime fulgorat, minus hyeme aut aestate: Ita mediocris fortunæ celsitudo interibus obnoxia est. Eras.

Quemadmodum ædificia in palustri solo posita, nec terræ motu quaeruntur, nec hiatu absorberunt: ita hu-

mis fortuna non est maximis malis obnoxia. Idem.

Qui in altis sunt specubus, à fulmine non feriuntur. Ita infirma fortuna tutissima. Idem.

Fortuna inconstans.

Vt terræ fœtus aliquando copiose proueniunt, aliquando malignè, & in animantibus aliquando fœtura felix, aliquando sterilitas est, & in mari aliquando tempestas, aliquando tranquillitas: sic in vita varij fortunæ casus. Plutarch.

Vt deciduae stellæ subito exinguuntur: Ita quos fortuna subito in summa prouexit, repente solent corrueere. Plut:

Vt in rerum natura, quæ spectatissimè florent, celerrimè tharcescent, veluti rosæ, lilia, violæ, cùm alia durant: Ita in hominum vita, quæ florissantissima sunt citissimè vertuntur in diuersum. Plin. l. 9. cap. 15.

In Beotia ad Trophonium antrū iuxta flumen Orckomenon, duo sunt fontes, quorum alter memoriā, & alter obliuionem ad fert: Ita ferè magno alicui bono magni mali periculum est vicinum. Eras.

Frater.

Vt in bilance, altera surgente, altera cedit ac deprimitur: Ita frater euecto ad maiora fratri cedere debet, submittens se, non repugnans. Plutarch.

Vt in numeris minores additi majoribus eos multiplicant, & vicissim multiplicantur ipsis: sic frater obseruens fratri euecto ad honores, & auget illius dignitatem, & vicissim ornatur illius splendore. Plut.

Vt in digitis, etiam quiscribere, aut cythara ludere nesciunt: tamen vna cum illis mouentur, & obsequuntur: sic fratres fratribus magistratum administrantibus adesse conuenit. Plut.

Armis perditis, aut instrumentis, licet alia parare, corpus aliud parare non queas: sic amicos, alios inuenies,

fratres non item. Plut.

Ex eadē materia prima, nata sunt clementia inter se diuersissima pugnantissima: sic aliquoties ex iisdem parentibus nascuntur fratres ingenis dissimili. Plut.

Vt civiles seditiones rectius in hostes transferimus: sic rectius inuidemus alienis, quam fratribus: etiam si sit optimum, omnino non inuidere, Plutarch.

Frugalitas.

Templum Ephesiorum Dianæ tutos reddebat oblates à creditoribus: at multò magis Frugalitas & parsimonia præbet asylum. Plut. & Plin. l. 16. c. 14. Vide *Abstinentia & Temperantia.*

Fuga.

Quemadmodum perniciosior hostis fugientibus: sic grauius est incommodum, si cedas, ac des terga. Senec.

Furtum.

Quemadmodum fures alienis possulis auras mutant ne possint agnoscit: Ita nonnulli de alienis inuentis passulam quiddam immutant, ac sibi usurpant, & detracctis aut additis pauculis verbis, existimant suum videri posse, quod est alienum. Senec.

* Sicut fures earum rerum quas cuperunt signa commutant: sic multi alienis sententiis pro suis vertuntur, nomina tanquam rerum notas mutantes. Cic. l. 5. de finib.

Vt fuci cùm ipsis non mellifcent, tamen illarum insidiantur laboribus: Ica sunt qui nihil ipsis excudant, sed aliorum vigiliis elaborata furto sibi vindicant. Plin. lib. 12. cap. 17. & lib. 13. cap. 11.

G

Gaudium.

VT fonti non deest humor, semper ex eo scatens: sic prebo viro semper adest ad gaudium, etiam res externæ mutentur. Plut.

Gloria.

* Quemadmodum umbra aliquando antecedit, aliquando sequitur vel à tergo est: Ita gloria aliquando ante nos est, viscidamque se præbet, aliquando in averso est, majorque quo senior, ubi inuidia fecerit. Senec. epist. 80.

* Ut quidam morbo aliquo infecti, à cibo suauissimo abhorcent: sic facinorosi veræ gloriæ gustū omnino non sentientes ab eius studio placere abhorrent. Cic. 2. Philippic.

Ut lumen magis prodest iis qui vident, quam qui videntur: sic gloria magis confert iis, qui eam sentiunt, quam quibus contingit. Plutarch.

Vt sol, si imminet hominis vertici, aut prorsum tollit umbram, aut minimam reddit: sic ingens gloria extinguit inuidiam. Plut.

Fumus initio ingens, facile euaneat: sic gloria falso parta. Plut.

Vt ignis non reddit fumum, si statim eminet flamma: sic nec gloria est obnoxia inuidæ, si protinus elucescat: sed eos qui paulatim crescent, sequitur inuidia. Plut.

Vt umbra nos vel inuitos comittatur: Ita gloria virtutem sequitur, etiam fugientem. Senec.

Qui viro malo addit opes & gloriam, is febris ati ministrat vinum, biliose mel, coelacis obsonia, quæ morbum animi, hoc est, stultitiam ageant. Plut.

Gloria cupiditas.

* Vt levitas est inanem aucupari rumorem, & omnes umbras etiam falsæ gloriæ consecuti: sic leuis est animi lucem splendorēmque fugientis, iustum gloriam, quæ est fructus veræ gloriæ honestissimus, repudiare. Cicero in Pisonem.

Qui elurunt, magis irritantur, si conspicerint alios edentes: sic magis inflammantur ad gloriam, qui gloriæ sunt audi, cum alios audient laudari. Plut.

Vt conuenit amantibus diuersas amicas, in eandem depereuntibus, male conuenit: sic dissident, qui eadem ex re gloriam affectant. Plut.

Vt chamæleon non alio pascitur alimento, quam aeris, & idcirco ore est semper hiant: Ita quodam aura popularis alit, ne que quicquam capiant præter inanes labores, & gloriam. Plin.

Gradus.

Quibus maiora sunt corda, timidißima sunt, maximèque bruta: nam asino maximum est, & in Paplagonia per dictibus bina sunt corda, cum animi sit concepaciolum & fons: ita quidam quæ magis abundant insignibus, hoc minus habent rei: Velut si doctor indoctus lacrimoso utatur pileo aut epomide. Erasm.

Gratitudo.

* Iis qui imprudenter læserunt, ignorisci conuenit: at iis qui necessariò profuerunt, habenda non est gratia. Cie. 1. 1. de Inventione.

Sicut mensarij non grauatim redundunt deposita pignora, vt que in hoc ipsum acceperint, vt restituant: sic nos quod à diis accepimus. Plutarch.

Creditori præter sorrem extra ordinem numeramus, beneficiorum autem usum esse gratuitum iudicamus: & illa cresunt mora, tantóque plus soluendum est quanto tardius. Senec.

* Quomodo est disertus etiam qui tacet, fortis etiam qui compressis manibus vel etiam alligatis, gubernator etiā qui in secco est, quia cōsummate scientiæ nihil deest, etiam si quid obstat quominus se utatur: ita gratus est etiam qui vult tātum, nec habet huius voluntatis suæ ullum alium quam se testem. Senec. lib. 4. de benef. cap. 21.

Vt gloria fugientes magis ac magis sequitur: ita fructus beneficiorum gratius responderet illis, per quos etiam esse ingratus licet. Idem lib. 5. de benef. cap. 1.

Vt fabia & lupinum non exhaustit, sed sterorat agrum in quo alitur: ita gratus meliorem reddit fortunam eiūs à quo beneficio adiuuatur, & refert quod accepit. Plin.lib.18.cap.14. & cap.12. eod.

H

HAERESIS.

VT qui cane rabido morsi sunt, non solum rabiunt ipsi, verum etiam alios cōtagio inficiunt: Ita qui pestilentem alicunde ebiberint opinionem, & alios suis inficiunt colloquiis. Erasm.

Historia.

Sicuti sal modicē cibis aspersus cōdit, & gratiam saporis addit: Ita si paulum antiquitatis, aut ioci admiscueris, oratio fiet venustior: si plus satis, nihil insuauius. Eras.

Homo.

Vt qui se meminerint inquilinos esse, & in conducto habitare, & modestius se gerunt, & minus grauatum exent: Ita qui intelligunt domicilium corporis ad breve tempus à natura commodatum esse, & viuunt temperanius, & libentius moriuntur. Senec.

Luna semel extinta subinde renascitur, & ubi consenuit reliuenebit: At homo nec renascitur mortuus, nec repubescit senex. Plin.libr.2.cap.9.

Sol post occubitum reddit nouus homo non item. Eras.

Hominis nobilitas.

*Magnanimes nos natura produxit, vt & quibusdam animalibus serum dedit, quibusdam subdolum, quibusdam pauidum, ita nobis gloriosum & excelsum spiritum, quærentem ubi honestissime non ubi tutissime viuat, simillimum mundo quem quantum mortalibus patibus licet, sequitur æmulatürque. Senec. epist.105.

Hominis in rebus suis officia.

Sol, luna, stella, mare, terra, arbores, herbæ, bruta, & in his apes, fortinæ, conchæ, denique lucernæ, tempestatem præsentiant, solus homo sua mala non præsentit, neque pròspicit. Plin.libro 18. cap.vl. vlim.

Cerui pastu distantiæ excutiunt corpore sagittas, à phalangio percussi cancrorum esu sibi medentur: lacertæ à serpentibus iactæ, herba quædam se refouent: hirundines vexatis pullorum oculis chelidonia succurrunt, testudo cunilæ pastu vires aduersus serpentes reficit: mustella in murium venatu ruta se cōfirmat, ciconia origano: hedera apfisi sibi medentur in morbis, item cancerorum esu: anguis foeniculi succo abiicit exuuum, draco vernam nauseam syliquestris laetucæ succo restinguat: pantheræ aduersus aconitum, hominis excrementis sibi medentem, elephas chamæleonte fronde (nam similis est animanti color) deuorata: vrsi cum mandragoræ mala degustauerit, formieas lambunt, ceruus venenatis pabulis herba cinaræ resistit: palumbes, graculi, merulæ, perdices, lauri folio annum fastidium purgant: Idem faciunt columbæ, turture, gallinacei: herba quæ vocatur helxine: anates, anseres, cæteræque aquatica herba siderite: grues & similis, iunco palustri: coruus occiso chamæleonte, qui etiam victori nascet, lauro infectum virus extinguit: breuiter nullum est animal, quod non intelligat sua remedia: solus homo nescit unde vel corporis vel animi remedia petere debeat. Plin.lib.8.cap.27. Arist.li.9.de natura anim. cap.6.

+ Vt stultus est, qui equum emperatur, non ipsum inspicit, sed stratum eius ac frenos: Sic stultissimus est, qui hominem, aut ex veste, aut ex conditione, quæ vestis modo nobis circumdata est, estimat. Scnec.epist.47,

Honestus.

Sicut Mercurius, quām minimo spatio discedit à sole, licet alioqui vagus & errabundus: Ita non oportet longius ab honesto discedere sapientem. Erasm.

Vt mare grāvida, minus laborat in gestatione, & in partu: Ita si rem honestissimam animo cōceperimus, minore negotio consequemur quām stulta quādam obliteramenta. Et qui mundi premia sequuntur, minore dolore margaritum illud Euangelicum sibi parare poterant. Idem.

Honos.

† Sicut quod de altiore loco cadit, grandem sonum edit, vt audiant omnes: sic & qui de alto gradu deiiciunt, ruina illius vbiique auditur. Chrysost. hom. 40. oper. imperf.

† Quemadmodum illi, qui scalam putrem ascendunt, ruere periclitantur: Ita honor omnis & potentia & gloria, quæ humilitati aduersissima sunt, omnem se habentem deiiciunt. Climacus de discretione gradu 26.

Vt non quāuis corona quemuis decet viāorem: Ita non quiuis honos quemcunque hominem, Plut.

Vt colossi seu statuæ male libratae, sapientia subvertuntur: Ita nimius honor per inuidiam euertit multos. Plutarch.

Qui viro malo addit opes & gloriam, is febricitati ministrat vinum, bilioso mel, cœliacis obsonia, quæ morbum animi, hoc est stultitiam augeant. Plutarch.

Apud Thessalos capitale est occidere ciconiam, non ob aliud, nisi quod serpentes interficiat: parcitur & apud Britannos miluis, quod vrbē taptis extis pecudum repurgent: Ita quibusdam honos habēdus, nō quod ipsi digni sunt, sed quod illorum opera nobis sit vsui, Erasm.

Vt deciduæ stellæ subito extinguuntur: Ita quos fortuna subito in summa prouexit, repente solent corruecere. Plutar.

Vt stellæ subito natæ, subito item euanescunt, aut decidunt: Ita qui repente subeuntur ad summos honores, citò præcipitari solent.

*Vide dignitas.**Hospitalitas.*

Angues in Syria erga indigenas venenum non habent, nec eos pecūt, exterorū cum cruciato examinant: Ita insulares in suos sati humani, in alienigenas immitissimi sunt. Eras.

Hostia.

Lepus pisces homini certissimum est venenum, & homo vicissim illi, adeò vt vel digitulo contactus statim emoriatur: Ita hostes mutuam vtrinque perniciē dant, & accipiunt. Erasm.

Humanitas.

Qui equos domant, primū blandiuntur, ac mollissimè tractant: vt assuecant fræno: sic populus lenitate subeundus. Plut.

Humilitas.

* Sol cùm est altissimè prouectus in Zodiaco, tum tardissimi motus est: ita quo fortuna te subeixerit alius, hoc oportet animo leniori minūsque feroci esse. Eras.

Hypocrisia & fucus.

Argumentum cùm sit candidum, nigras tamen dicit lineas, vt stanum: Ita quorundam alia species est, alia facta. Eras.

Vt vinum dilutius magis prouocat vomitum, quām vel aqua simplex, vel etiam vinum merum: Ita intollerabilior est nequitia pietatis simulatione condita, quām simplex aut aperta malitia.

Vt pharmacopolæ bracteis aureis tegunt remedia quādam quo pluris vendant: Ita quidam lenocinio verborum, nihil ad rem pertinentium, rem commendari putant. Idem.

Draconites nec poliri potest, nec artem admittit, alioqui elegans ac translucēs: Ita diuina scriptura suora habet nitorem, nec artificium Philosophiarum aut rhetorices admittit.

Plin.

Plin. lib. 37. cap. 10.

Carbunculi ignis nomen & speciem habet, cum ignem non sentiant: unde & Apyrustæ. Ita quidam pietatis opinionem & imaginem obtinent, cum a re sint alienissimi. Plin. lib. 36. c. 5.

Opalum gemmam indiscreta similitudine adulterant Indi, experimentum in sole datum: Ita virtutes quædam vitia sic imitantur, ut difficillimum sit diagnoscere, nisi ad summam lucem proferantur. Plin. lib. 37. c. 6.

Vt camelopardalis siue nabis, collo refert equum, pedibus & cruribus bouem, capite camelum, maculam tigrinum aut pardum: Ita quædam inæquales sibi varias hominum formas exprimunt: si cultum inspicias, sanctum aliquem esse existimes: si orationem audias, satrapam loqui putes: si vitam expendas, nebulonem inuenies: si scrippa, bubulcum. Eras.

I

IACTANTIA.

Toici qui se dicunt inuidos, improhibitos, & cætera, cum omnia se eus patientur, similes sunt nauibus quibus inscriptum est δῆμοις οὐρανοῖς πόλεσι, οὐρανοῖς τε, hoc est splendidi, ac magnifici tituli, aut nihilo se cius interim iactantur fluctibus, commineuntur, ac subvertuntur. Plut.

Gallus viator illico cantu superiore rem se se testatur: Ita quidam sua facinora iactant ipsi, & suarum laudum ridiculi sunt tibicines. Eras.

Imitatio.

Qui omnia student exprimere, multa prauia imitatur imprudentes, quemadmodum Aristotelis balbutiem, & Platonis incuruos humeros familiares exprimebant. Plut.

Qui imitatur authores, dabit operam, vt similis illis sit, quemadmodum filius similis est patri, non quemadmodum imago picta. Senec.

Vt escitam permulcet, quod oscitâ-

tem conspiciunt: & miscerunt quod meitem viderint: Ita quidam nullo certo iudicio ad suscipienda negotia permouentur, sed quidvis aliis imitantur, ac referunt. Eras.

Tarandus omnium arborum & fruticum, locorumque in quibus latitas, colorem villis etiam imitatur: Ita tuor erit qui ad quamcumque gentem se contulerit, eius ritus ac mores imitetur. Idem.

Imperium.

* Non quemadmodum in palestra, qui tardas ardentes accipit, celerior est in cursu continuo, quam ille qui tradit: ita melior Imperator nouus qui accipit exercitum quam ille qui decedit: propterea quod defatigatus cursor integro facem, hic imperator imperito exercitum tradit. Cic. lib. 4. ad Heren.

Vt non debet sumere citharam, qui canendi sit imperitus: Ita non debet imperium sumere, qui non sit prudenter praeditus. Eras.

Vt ex igni & terra velut necessariis, compositus est mundus iuxta Platonem, terra soliditatem conferente, igni calorem ac formam: Ita magna imperia non parantur, nisi misceatur cum fortuna virtus, & altera alteri sit auxilio. Plut.

Qui venantur bestias, induunt exuvium cœui: qui aucupantur aues plamatis vtuntur tunicis, cauentque netauris apparent in veste purpurea, rubra aut alba elephantis, quod hoc colore irritentur: sic qui velit feram nationem cicurare domaréque, moribus ac vestitu semet illi ad tempus accommodet necessum est. Plut.

Vt aeris circunfusi temperies elicet terræ fertilitatem, contrâ cœli inclemensia vitium premit atque extinguit: Ita fauor & benignitas principis, excitat honesta studia: rufum tenacitas, & odium extinguit arteis. Plut.

Vt mundus non erat mundus, minutioribus corporibus adhuc sparsim d. iij

volantibus & elabentibus: solidioribus verò inter se depugnantibus, sed tempestatis, erroris, tumultus plena erant omnia, donec terra ex his accepta magnitudine, scipsum fingaret, alisque instabilem præberet sedem: sic magna imperia, plena tumultus, donec auctorita potest, etiam finitimus regibus stabilitatem præstat, ut terra ceteris elementis circumferentiibus sese. Plut.

Vt non queas cognoscere vas integrum sit necne, nisi liquorem infunderis: sic nec hominem nisi imperium commiseris. Plut.

Agrippæ qui vocantur, quoniam præpostè nascuntur, hoc est, pedibus primùm emergentibus, malis auspiciis in vitam ingredi creduntur, magnoque humani generis malo, ut Marcus Agrrippa, & Nero: Ita qui per nefas, ac simonia irrumpunt in imperium, aut episcopatum, (vti vocat) magnam pestem adducunt sibi suilegue. Eras.

Vt magnes ad se trahit omnes ferum, sed Äthiopicus magnetē quoque aliū ad se rapit: Ita rex populū quod lobet, cogit. At ingens aliquis rex etiam regibus ceteris vim facit, Idem.

Infecto in oculos sago, leo sine ulla negotio capit, alioqui inexpugnabilis: Ita facilissimum est potentissimum etiam domare, modo cognitum sit illius ingenium. Plinius libro octauo, capite 16.

Adamas vna re mollescit ad istus ferri, aliás indomitus Ita nullum est ingenium tam ferum, quod non aliqua ratione queat expugnari. Plin. lib. 37. cap. 4.

Improbitas.

* Quemadmodum Cæcias ventus, contra aliorum ventorum septentrionalium naturam nubes non a se pellit, sed potius ad se attrahit: ita quoque improbitas probra ad se attrahit. Plut.

Vt pulegium ipso brumæ die flo-

ret, cum marcent omnia: ita rebus pessimè vexatis regnant mali, quorum in pace nullus est respectus. Plin. lib. 18. cap. 25.

Impudicacia.

Panthera sic avida est excrementorum hominis, vt si in vase suspendorum aitius, quam possit attingere, enecet sese, defatigata porrebet corporis: Ita nonnullis quod est fœdissimum, id dulcissimum est. Eras.

Inconstans.

Vt amphoræ facile circumaguntur auribus: Ita quidam quoquis sermone hue aut illuc impelluntur. Plutarch.

Vt conchylia crescente luna augeantur, decrecente marcescant: Ita stultus à fortuna pendens, nunc magnus est, nunc pusillus, nunc elatus, nunc supplex, vt cunque Rhamnusia mutarit sese. Plin. 1.2. c. 102.

Vt æstuum maris aut decrementa lunæ magis sentiunt imbecilliora corpora: Ita rebus contrariis vehementius commouetur animus minus sibi constans, & affectibus vitiatus. Eras.

Hyæna sicut & Ichneumon, nunc mas est, nunc fœmina: Ita quidam sui dissimiles, nunc fortia loguntur, nunc mollia, nunc philosophi sunt, nunc nepotes, nunc amici, nunc inimici. Plin. 1.8. c. 3. & 23.

Apud Troglodytas lacus est, qui ter in die fit amarus & salsus, ac rursum dulcis, totiesque etiam nocte, unde & insanus dicitur: sic quidam inæquales, nunc asperi, nunc sunt blandi, aliquando profusi, mox sordidi: ita vehementer aut iam supra modum oderunt. Plin. 1.31. c. 2. & 1.2. c. 6. Herodot. 1.4.

Hypanis Scythicorum amnum princeps, per se purus & dulcis, circa Callipodas Exampeo fonte amaro inficitur, atque ita dissimilis sui, in mare conditur, de quo quidem est illud Solini elogium: Qui in principiis eum norunt prædicant, qui in fine

Qui experti sunt non iniuria execrantiur: Ita quidam in sio blandi & amici postea longe dissimiles sibi reperiuntur. Plinius libro 1. cap. 10 Solini cap. 23. Strabo libr. 9. Pompon, Mel. lib. 2.

Vt Euripus in Eubœu, septies in die defluit ac toties refluit mira celeritate, at idem tribus diebus uno quoque mense stat immotus, septima, octaua, nonaque Luna: Ita quidam inaequales sibi, aut nimium præcipientes sunt, aut nimium lenti, in vtranque partem plus satis vehementes. Eras.

Mulus ex equa & asina conflatus nec equus est nec asinus: Ita quidam dum & aulici esse volunt & Ecclesiastici, neutrum sunt. Mel. libr. 2. Plin. 8. cap. 44.

Amphisbena serpens utrinque caput habet, & utralibet corporis parte & cauda vtitur: Ita quida m. ancipes, nunc hac, nunc diuersa ratione se tuerunt, & cum est cōmodum, ad ecclesiasticam libertatem confundunt: cum visum est, principum prætextu rex gerunt canonum obliti. Erasm.

Vide natura peruersa.

Indoles egregia

* Vt dij immortales nullam didicere virtutē cum omni editi, & pars naturæ eorum est esse bonos: ita quidam ex hominibus egregiam sortiti indolem, in ea quæ tradi solent perueniunt sine longo magisterio, & honesta complectuntur cum primū audierunt. Senec epist. 96.

Indulgentia.

Simia catulos ferè cōplexu necat: Ita nonnulli parentes immodico erga liberos affectu & indulgentia corrumpti illos, Plinius libro 9. capite 54.

Coccygis pullus ubi adoleuerit, cum sit nothus, tamen legitimos deuorat, vnāque matrem ipsam: Ita quidam magna indulgentia, stultoque agnose quorundam educati, subuer-

tunt eos. Plin. 1. 10. c. 9.

Fœnum Græcum, quo tractatur peius, hoc provenit melius: Ita liberi quidam, quanto habueris indulgentius, tanto minus valent, neglegi verrò & vexati euadunt in viros. Erasm.

Auriga non semper adducit habendas, sed aliquando remittit: Ita pueris non nihil indulgendum. Plutarch.

Vide educatio.

Industria.

* Vrsus informes gigant catulos, eos lambēdo format: ita rudem ingenio fœtum diutina cura expoliri conuenit. Plin. lib. 8. cap. 36.

Infamia.

Adyanton herbam etiamsi perfudas aqua, aut immergas, tamē sicce similis est: Ita in virum bonum non haret contumelia, aut infamia: etiā si quis infamare conetur. Eras.

Infidelitas.

Herbam canariam canis ita mandat, vt homo non cernat nisi depastā: & percussus à serpente aliam quandam petit, sed eam non decerpit inspectante homine: Ita quidam disciplinas à se repertas celant, ne profint & aliis. Eras.

Ingenium.

+ Anima ceræ modo si dura sit, formas respuit, nec sibi sinit imprimi, & rudit permanet: Sin autem sit obsequens, aut saltē mediocriter facilis, profundè sigilla recipit, & amato signaculo fideliter seruat impressas species. Philo.

Vt multa agrestia subnascentia in agro, mala quidem ipsa sunt, sed tamen signa felicis atque yberis soli, si quis excolat: sic animi effectus per se malū arguunt ingenium non malū, si accedat recta institutio. Plutarch.

Gypso madido statim utendum, quod celerrimè siccatur: Ita statim singenda literis ac moribus ætas rudit, priusquam durior non admittat singentis manum. Plin. libro 36. cap. 24.

* Vt multe maiora sunt opera animalia. iiii

mi quām corporis: sic hæ res quas persequimur ingeniō gratiōres sunt, quām illæ quas virib⁹. Cicero lib.2. Offic.

Minor vis īest in radicibus herbarum salubrium, cūm semen maturescit: Ita deterior fit ingenij naturāq; vis, quoties liberis gignendis datur opera. Eras.

Adamas vñare mollescit ad i&us ferri, aliās indomitus. Ita nullum est ingenium tam ferum, quod non aliqua ratione queat expugnari. Idem.

Ingenium præcox.

Vt arbores quædam bellè florent, verū nullum adferunt fructū: Ita quorundam puerorum indoles magnam vitæ frugem pellicetur, qui simulatque adoleuerint, ad ineptissimas mersi voluptates, fallunt expectationem omnium. Plin.lib.16.ca.26. & 27.

Tradunt in Albania nasci homines glauca oculore⁹ acie, qui post ritu plus nocte quām interdiu cernant: Ita quidam plus sapiunt in rebus facinorosis, quām in bonis ac præclaris, aut in sordidis potius quā in egregiis. Plin.lib.17.c.2.

Sicuti fœminæ quām maturius pariunt, citius senescunt, velut in Calingis Indiæ gente quinquennes pariunt, sed octauum non excedunt annum: Ita præcoccia ingenia citò deficiunt. Plin.lib.7.c.2.

* Ignis quo clarior fulsit, citius extinguitur. Viuacior est qui cum lenta difficultate materia commissus summoque demersus ex sordido lucet, eadem enim detinet causa quā malignè alit: sic ingenia quā illustriora sunt, breuiora sunt: nam ubi incremento locus non est, vicinus occasus est Senec.

Ex arboribus quām vehementer fœcundæ sunt, eò celerius senescunt: Ita raro sunt viuaces egregio prædicti ingenio, & optima quāque mortalia fugacissima sunt. Eras.

Salix ante maturitatem abiicit se men, vnde & Homerus frugiperdam vocat: Ita quædam ingenia præcoccia citius prosilunt ad docendum, aut scribendum quām oportet. Idem.

Oliua serè prouenit, sed fructum habet egregium. Salix statim adolescit, sed sterilis est: Ita præcox ingenium. Plin.lib.16.c.26.in fine & 1.co.ca.27.

Generosus equus melius gestabit sarcinam, quām ignauum iumentum: nemo tamen impunit: Ita magna ingenia sunt quidē & ipsa idonea functioni munium, sed indigna quā tam sordidis occupationibus onerentur. Erasm.

Terra quā gignit salem, nihil aliud gignit: Sic ingenia fœcunda in literis, in ceteris ferè rebus non perdere valent. Eras.

Trochus piscis ipse se init, & ex se concipit: Ita quidam ingenij felicitate ipsi literarum semina infundunt sibi, quos aut̄os id èrōs vocat Græci. Plin.lib.9.c.52.

Sicuti vina languidiora vappescunt aetate: Ita desipiscunt ingenia vulgaria, eximia etiam ad extremam durant aetatem. Eras.

Vt quædam terræ mergam (ea est candida medulla) in se continent, quā stercorentur ac pingueſcant: Ita ingenium probum secum habet, vnde fiat melius. Eras.

Vt ad naphtham (id est bituminis genus) etiam procul visam ignes trahiliunt ob naturæ cognitionem: Ita ingenia literis nata, statim eas arripiunt. Plin.lib.2.c.108.

+ Vt quædam hastilia detorta, ut corrigamus, adurimus, & adactis cuneis non ut frangamus, sed ut explinemus, elidimus: sic ingenia vitio prava, dolore corporis, animique corrigitur. Senec.lib.1.de Ita ca.5.

Ingenium infelix.

Vt qui spinas habet in pedibus, vbiq; spinas calcat: Ita sterili ingenio

nia materia sterilis est. Senec.

Vt horologij vmboram progressum sentis, progredientem non sentis, & fruticem aut herbam creuisse appetet, non appetet crescere: Ita & ingeniorum profectus, quoniam minoris constat auctibus, ex interualle sentitur. Eras.

Vt histriones Herculem in scenis, aut Agamemnonem repræsentant personati, auro amicti, toruum tuentes, & latè hiantes, tenuem & exilem edunt vocem: Ita quidam in dialogis faciunt Platonem, aut magnos viros loquentes, quorum pondus non possint ingeñio tueri. Idem.

Ingenium vires superans.

Rhombus, & squatina, & rhaias, & pastinaca cùm tardissimi sint pisciū, tamen sàpè reperiuntur habentes in ventre mugilem omnium velocissimum, solertia & ingenio capientes: Ita quidam arte superant longè potestiores opibus aut viribus. Plin. lib. 9. ca. 42.

Vt ingentia pondera, quæ nullis hominum viribus tolli possunt, machinis facile tolluntur: Ita quod vi nequis efficere, ratione & arte facile efficias. Eras.

Chamæleon quia pauidissimum animal, subinde colorem mutat: Ita qui viribus non possint, ad varias artes confugiant necesse est. Idem.

Plutarchus testatur se vidisse in Africa coruos, qui lapillos in aquam aggesserint, donec aqua eò surgeret, vt contingi posset: Idem narrat de cane coniiciente lapillos in amphoram oleariam: Ita nobis quodd viribus diminutum erit, ingenio suppleendum est. Idem.

Ingeniorum diuersitas.

Vt culmus primum in altum surgit impetu, deinde crebris geniculis interfecatur, postremò in summo venti latibus laborat: sic quidam initio ferment, deinde subinde subsistant, & of-

fenduntur, in extremo deficiunt defatigari. Plat.

Anthraciti carbuncolorum generi peculiare est, vt coniectus in ignem, velut intermortuus extinguitur, contrà aquis perfusus, exardescat: Ita quosdam contraria mouent: si exhorteris, magis languescunt: si dehorteris, magis accenduntur: si bene merearis, redduntur inimici: si male, pluris te faciunt. Eras.

Sicuti in vinum alios hebetiores reddit, alios acutiores, alios elingue facit, alios loquaculos pro corporum habitu: Ita eadem stultitia & ignoratio veri, quosdam incitat ad studium pecuniarum, quosdam ad voluptates. Idem.

Vt Sol lutum indurat, ceram liquefacit: Ita eadem oratio ab eodem dicta, hunc emollet ad pœniudine exratorum, hunc irritabit ad contumaciam. Idem.

Ex maioribus cedris, quæ florent non ferunt fructum: quæ frugiferæ sunt, non florent: Ita nonnunquam quibus adeſt dicendi lepos, non adeſt sapientia: quibus suppetit rerum utilium cognitio, deſt eloquij venustas. Idem.

Vt nonnullæ mulieres ex viris quibusdam non concipiunt, aliis adiunctæ, fecundæ fiunt: Ita sunt qui apud quosdam præceptores indociles, aliis traditi coctoribus proficiunt: quod sint ut corporum, ita & ingeniorum cognationes, ac dissidia. Idem.

Quemadmodum adamas aduersus omnia invictus, hircino sanguine, eoque calido ac recenti maceratus, malleo frangitur: Ita quædam ingenia nulla vi peruincas, blanditia et mollienda sunt Idem.

Vt inter tot hominum millia nullæ facies sunt per omnia similes, nec nullæ voces: ita suum cuique ingenium est, suus cuique mos. Idem.

Ingenium magnus magna etiam tanta sunt virtus.

Si qua terra referta sit saltibus, se-

ris & herbis sylvestribus, multoque
limo, protinus displicer imperito
colono: at peritus agricola ex ipsis
coniectat foli molliciem ac fraci-
tatem, tantoque impensis dat o-
peram, vt eam repurget; sic magnis
ingeniis magna vita solent innasci,
qua non conuenit statim collere, sed
potius mederi: expectanda etas, do-
nec ad frugem bonam reducatur.
Plut.

Vt terra quod melior est natura,
hoc magis corruptitur, si negligatur:
ita ingenia, nisi recte excolantur,
quo sunt felicia, hoc pluribus vitiis
obducuntur. Plut.

Ignorantia & infirmitas.

Vt morbus non celandus est, sed
in publicum efferendus, quo sanari
possit, vt dixit Heraclitus: sic infirmitas
non est regenda. Plut.

Sicuti vinum alios hebetiores red-
dit, alios acutiores, alios elingues fa-
cit, alios loquaculos pro corporum
habitu: ita eadem stultitia & igno-
rantia veri quosdam incitat ad stu-
dium pecuniae, quosdam ad volupta-
tes. Aristot.

Ingratitudo.

* Vt aues quae laceratione cor-
porum aluntur lapsa morbo corpo-
ra & casura è proximo speculantur:
ita ingratus imminet morti, & cir-
ca cadavera votat. Seneca libro 4. de
benef.

* Quomodo male filiæ consulis,
qui illam contumelio & sapè re-
pudiato collocauit: quomodo malus
paterfamilias habebitur, qui nego-
tiorum gestorum damnato patrimo-
nij sui coram mandauit: quomodo
dementissime testabitur, qui tuto-
rem filio reliquerit pupillorum spo-
liatorem: sic pessimè beneficia da-
re dicetur quicunque ingratus eli-
git, in quos peritura conferat. Idem,
eod.lib.

* Quomodo fœninator quosdam
debtiores non appellat, quos scit de-
coxisse, & in quorum pudorem ni-

hil supereft, ni si quod pereat: sic ego
quosdam ingratos palam ac pertina-
citer præteribo, nec ab ullo benefi-
cium repeatam, nisi à quo non ablatu-
rus ero, sed recepturus. Idem lib.5. de
benef.

Vt hedera adhærens arborum ra-
mis, ope aliena in altum erigitur: Sic
obscuri consuetudine potentium cre-
scunt, deinde præfocat eos, à quibus
sunt euecti in altum. Plut.

Siphnus lapis oleo excalfactus du-
rescit, alioqui mollissimus: ita quos-
dam benefactis reddas deroiores.
Plin.

Inhumanitas.

Vt impedio malignus sit, qui fon-
tem scarentem obregat, aut solem
obradientem prohibeat, aut lumen
recusat de suo lumine accendere,
aut viam monstrare grauetur: ita ve-
hementer sit inhumanus, qui prodes-
se nolit circa ullum suum incommo-
dum. Eras.

Angues in Syria erga indigenas ve-
nenum non habent, neceos petunt,
exterros cum cruciatu exanimant: ita
insulare in suos sati humani, in alien-
igenas immittissimi. Idem.

Inimicitia.

Vt priscis fatis erat si à feris non
læderentur, posteriores etiam in suū
commodum vertere cœperunt, pelli-
bus vestiri, carnibus vesci, felle me-
deri: sic nobis agendum est, vt ab ini-
micis non solum non lædamur, verū
etiam adiuuemur. Plut.

Vt enimus cloacas quam longissi-
me ab ædibus nostris abesse: ita in
inimicos vitiosum purgamenta reii-
cere profuerit. Plut.

Vt Onomaademuſ noluit omnes
tolli, qui diversarum fuissent partiū,
ne sublatis inimicis omnibus, cum a-
amicis, inquit, incipiamus digladiari:
ita consumptis in hostes huiusmodi
affictibus, magis comes sumus erga
amicos. Plut.

Vt agricultoræ iuxta allia & cæpas,
serunt rosas, quod quicquid est in il-
lis

is molesti odoris, in hæc transeat: sic inimicus, si quid est in nobis mali amici, id totum in te recipiens, ac consumens reddit nos amicis iucundiores Plut.

Vt vultures ad extinta corpora dore feruntur, sana non sentiunt: sic inimicus, si quid deliqueris, statim olfacit, atque eò confessim accurrat, ad rectè facta stupidus. Plin.l. o.c.6 & Plut.

Vt bestis semper imminens muris, in causa est, vt viglet, ac sobria sit iuitas: sic inimicus obserans quid gas, facit, vt nihil agas, dieas te temere. Plut.

Dionysiaci sèpè negligenter inter canunt in theatris, verùm cum certatur, tum multò diligentius agunt inimici: sic accuratius gerit rem, qui ut vitam suā aduersario obseruari. Iut.

Inter Agathillos & Acanthilides uestantum est odium, vt si sanguis orum immisceatur, continuò separent se rursum & dissiliant: sic inter atricos & piebem, etiam si quando ro rerum visu continguntur, durat usque odium naturale. Plurich.

Vt lapis è Scyro fluctuat integer, dit comminutus: sic res discordia effusum eunt, & concordia sustinetur. Plin.l.36.c.17.

Lynceus per querum videt, inimicus etiam per famulū, per amicum respicit quid agas. Plut.

Apes fucis ad opus & fœtum carere confouendum vtuntur, ubi coerent mella maturescere, tum excellunt ac trucidant: Ita ab inimicis quoque sumendum, si quo pacto per occasionem prodeſſe possint. Erasmus.

Injuria.

* Quemadmodum domini crudens tota ciuitate commonrantur, uisique & detestabiles sunt: ita reum infamia & injuria latius patet, que odium seculis traditur. Senec.

* Vt tela à duro resiliunt, cum dolore cedentis solida feriuntur: ita nullum magnum animum iniuria ad sensum sui adducit, fragilior eo quod petit. Idem.

* Vt intentam manum deicere aliquis casus potest, & emissa rela declinare: ita iniurias qualescumque potest aliquid res depellere, & in medio impervicere. Idem.

Quedam remedia tristiora sunt ipso morbo, vt satis sit oppetere mortem, quam his aucupari salutem, velut sugere sanguinem è vulnera recenti gladiatorum morientiū: Ita quandoque satius est ferre iniuriam, quam maiore incommodo vlcisci, ferre pacem etiam si parum commodam aut æquam, quam bellum cum immensis malis suscipere. Erasmus.

Innocentia.

* Vt ignis in aquam coniectus continuò restinguatur & refrigeratur, sic falsum crimen in purissimam & castissimam vitam collatum statim concidit & extinguitur. Cic. pro Roscio.

Vt nepenthes herba ab Homero prædicata, addita poculis omnem conuiuij tristitiam discutit: ita bona mens insita nobis, omnem vitæ soliditudinem abolet.

Inicitia.

Vt Panthera bene olet, sed non nisi bestiis, quas ad se trahit, hominibus non itē: ita iocus bonis ingenii grauis est, stupidis & bardis quoquis aromatic gravior. Plin.l.8.c.17.

Vt Tygrides, si quis tympanis circumsonet, in rabiem agi dicuntur, adeò vt seiphas denique discepant: ita quosdam offendit quod aliis reddit animū, puta Musica, Eloquentia, &c. Plut.

Vt salicis semen ante maturitatē abiectum non solum ipsum nihil gignit, verum etiam fœminis sterilitatis est medicamentum, hoc est, effi-

cit ut non concipient : ita sermones istorum qui prius docent quam verè sapient, non solum ipsos non reddunt non meliores, verum etiam auditores suos inficiunt & reddunt indociles. Plin. l. 16 c. 27.

Nullum est animal, quod impensis amer suos fecerit, quam asinus, & simia: ita indocti suas commentatiunculas præter alios amplectuntur. Pli. lib. 18. cap. 43. & cap. 54. eodem libro.

Vt scarabei, ac vultures offenduntur vnguentis, & Scy ha iurauit se malle equum hinnientē audire quam citharae cedum canentem: ita non omnibus placent omnia. Plinius libro cap. 33.

Fraxinum campestrem in tantum horrent serpentes, vt nec matutinas nec vespertinas illius umbras quamvis longissimas, vñquam attingant: & si gyro frondibus huius arboris claudatur ignis, & serpens, citius in ignē fugiat serpens, quam in fraxinum: Ita nihil conuenit vitiis & studio sapientiae, sub cuius umbra quisquis se continuerit, futus erit ab huius vitaenesis. Plinius libro decimo sexto, cap. 14.

Vt in magicis artibus vulgus hoc magis admiratur, quo minus percipit rationem, cur illa aut illa tam absurdā præscribantur: Ita quidam magis admirantur stylum, aut carmen, quod non intelligunt.

Vide Ignorantia.

Insolentia.

Sicuti vina, & pœma subacerba vestuta, emitescunt, dulcescuntque: sic etatis insolentia longo rerum usu mitigatur. Erasm.

Vt quæ conspecta in aquis forma sua aguntur in rabiem authore Columella: ita quidam nimium admirantes sua, ad insaniam usque redundunt insolentes. Idem.

Institutio.

Vt terra quo melior est natura, hoc magis corruptitur, si negliga-

tur: ita ingenia nisi ritè excellantur, quo sunt felicia, hoc pluribus vitiis obducuntur. Plut.

Est terra quædam asperior, duriorque, quæ tamen culta protinus feras redditur: sic ingenia duriora natura, institutione mansuescunt. Plut.

Vt curruū rotæ vi inflexæ, nunquā ad pristinam rectitudinem queunt reuocari, itidem histriorum baculi: ita quædam ingenia sic consuetudine & institutione depravantur, vt corrigi non queant. Plut.

Vide Educatio.

Innuptus.

* Vt in fidibus musicorum aures vel minima sentiunt: sic nos magna sèpè intelligimus ex paruis. Cic. l. 1. Offic

† Latet mens oppressa somno, tanquam ignis obducto cinere sopitus, quem si paululum commoueris, rursum ardescit, & quasi euigilat. Laetan. de opif. Dei cap. 18.

Temperantia.

* Quemadmodum temperantia sedat omnes appetitiones, & efficit vihe rationi rectæ pareant, conseruatq considerata iudicia mentis: sic hec inimica intemperantia omnem animi statum inflammat, conturbat, inicit. Cic. l. 4. Tusc. quæst.

Inuidia.

Non quævis arbor patitur completem se vitem, sed quædam præfocant eam, & extinguent: Ita ambitiosi quidam iuvenes ob inuidiam prement, ne quando emergant. Plut.

Vt ij quos dolentes sopor occupant, tristitia somniant: Ita qui inuidia superstitione, auaritia laborant. Plutarch.

Vt stultus qui aduersis ventis & vndis nauigat, orta trāquillitate portum petit: sic qui tum negotium relinquit, cùm diu iam cum inuidia luctatus, dinceps citra inuidiam viue re possit. Plut.

Qui diuersam ingrediuntur viam, non possunt sibi mutuo prodesse: a

qu

qui dimerſa vitæ ratione vtuntur, adi-
munt inuidiam, ac magis ſibi inuidia
ſunt auxilio. Plut.

Subdue materiam, extinguetur i-
gnis: ſubdue occaſionem, cōquiesceſſet
odium, ſiue inuidia.

Quemadmodum in Oeconomicis,
inquit Xenophon, ſuum habent lo-
cum vafa ſacris parara, ſuum quæ cœ-
nis, alibi quæ agriculturæ, ſeorsum
quæ bello: ita quifque inueniet in a-
zimo ſuo mala ab inuidia profeſta, à
zelotypia, ab ignauia, ab auaritia.
Plut.

Vt ciuiles ſeditio[n]es reftiūs in ho-
les transferimus: ſic reftiūs inuide-
nus alienis, quām fratribus, etiam ſi
ſit optimum omnino non inuidere.
Plut.

Canis ignotos allatrat, erga notos
mitior, ſecundum Heraclitum: ſic
inuidia nouos homines, & nuper eue-
ctos potiſſimum infestat, in notos iā
mitior. Plut.

Vt inuerterata conſuetudo etiam ſi
lædat, tamen haud facile propelli-
tur: ita ſimultas inuidiam, zelotypia
mali memoriam in animo relinquit.
Plut.

* Vt ferrum ærugine conſumitur:
ſic inuidi ſuopte ingenio. Plut.

Vt est regio quæ careat venenis,
veluti Creta: ita non est reſpublica
aut aula quæ careat inuidia. Eras.

Vt impendio malignus ſit, qui fon-
tem ſcarentē obtegat, aut Solem ob-
radiantem prohibeat, aut lumen re-
tinet de ſuo lumine accēdere, aut viā
nonſtrare grauetur: ita yehemen-
ter fit inhumanus, qui prodeſſe nolit
itra illū ſuum incommodū. Idem.

Vt feris bellū eſt cum iis, quæ iſſi-
dem aluntur, cum cæteris pacē agat:
ſic inuidia & emulatio inter eiusdem
iuris professores. Nam pugili cum
magore conuenit. Plut.

Vt Sol, ſi imminēat homini ver-
ici, aut proſrum tollit umbram, aut
nimium reddit: ſic ingens gloria
tinguit inuidiam. Plut.

Creta nullum habet venenū, præ-
ter phalangium, id eſt aranci genuſ:
ita non eſt monaſterium tam ſanctū,
quod immune ſit ab obtrectationiſ &
inuidientiæ malo. Erasm.

Inuidia felicitatis & virtu- tis comes.

Vbi nullum lumen, ibi nullā um-
bra: ita vbi nulla felicitas, ibi nulla
inuidia. Plut.

Qui inuident amicorū felicitatiſ,
nolunt eos prorsus ſubverti, ſed ta-
men grauantur illorum excellentiā:
vt qui vicini domum nolint omnino
demoliri, ſed ſatis habent ſi detra-
hatur quod obſcurat proximas. Plu-
tarch.

Flammam primū emicantē mul-
tuſ comitatur fumus: qui quidem ea-
neſcit, iam inuaſcentē & explican-
te ſe flamma: Sic res egregias aggre-
dientem initio multa premit inuidia,
donec aucta gloria inuidia fumum
diſcutiat: nam fumus gloria eſt.
Plut.

Vt qui curſu certant, non diſcu-
riantur, cūm vident coronas athleta-
rum, ſed ſuis oblectantur: Ita te nō
oportet aliena felicitate diſcruari,
ſed tua gaudere forte. Plut.

Vt non eſt corydalis abſque crifta:
ita non eſt ingenium abſque inuidia
innata. Plut.

Malus confiliarius omnia depra-
uat aſſidens: ſic inuidia nulla magis
damnat, quām quæ ſunt optimè di-
cta. Plut.

Licet inuenire regionem, vbi ve-
nenia non ſint, quemadmodum affir-
mant de Creta: At non licet inuenire
rempublicam, quæ non alat inuidiā,
contemptionēque. Plut.

Vt quidam alienas picturas, ſtatuaſ
poēmata diligenter aſpiciunt ac ſin-
gula exequiunt per otium, ſua negle-
ctui habent: ſic multi alienas fortu-
nas magis admirantur, ſuas oderunt.
Plut.

Vt vinclati beatos iudicant ſolutos,
ſoluti liberos, liberi ciues, hi rurſum

divites, hi satrapas, satrapæ reges, reges deos, tonare propemodum ac fulgurare cupientes: sic qui semper expendit, quanto sit alius inferior, nunquam sua contentus est sorte. Plutarchus.

Vt non inuidetur his qui domum aut agrum magno emerunt, sed quibus gratus conrigit: ita nemo his inuidet, qui gloriam magno sibi pararunt, sed quibus fortunæ fauore contigit. Plut.

* Quemadmodum iter facientes per Solem necessariò comitatur umbra: sic quoque incidentibus per gloriam comes est inuidia. Plut.

Vt canthrides maximè lato tritico innascuntur, & rufis florentibus: sic inuidia maximè comitatur eos, qui virtute florent. Plut. & Plin. libr. 11. c. 35.

Sunt qui aspectu effascinant hominem: ita inuidus oculus perniciem ad fert rebus latet. Nec satis tuts regū oculus, si quid habeas egregiè pulchrum. Plinius libro septimo, capite 2.

Herbam Canariam canis ita mandit, vt homo non cernat nisi depastā, & percussus à serpente, aliam quādam petit, sed eam non decerpit inspectante homine: ita quidam disciplinas à se repertas celant, ne profint & aliis. Plinius libro 25. capite o & tau.

Qui effascinant in oculis geminam habere pupilā dicuntur: Ita qui videntur inuia alienæ felicitatis, non cā intuētur oculo simplici, sed quicquid vident sinistrè interpretantur..

Ioci & sales.

Rhinoceros coīnu gerit in naribus: ita quorundam sales dentati sunt & aculeati. Plin. libro 8. cap 20. & 25.

Sicuti sal modicè cibis aspersus cōdit, & gratiam saporis addit: ita si paulum antiquitatis, aut ioci admiscueris, oratio fiet venustior, si plus sagis, nihil inservias. Eras.

Hystrix non iaculatur spinas suas, nisi cum provocatur aut urgetur: at scurra in quemuis sua dicta conicit. Plin. libro 8. capite 20. & lib. cod. cap. 35.

Ita vel iracundia.

† Vt subtractione lignorum ignis extinguitur: ita cedente eo, in quem quis irascitur, temperat iracundia. Cyr ill. Alexandr. libro 1. in 10.

* Vt fumus mordicans oculos non videre permittit quæ pedibus adiacent: sic iracundia oboriens rationem obscurat, & quod bonum habitura mens fuerat à ratione, eo non sinit ipsam iracundia sine labore potiri, ic molestia. Aristot.

Ignis facile accenditur in paleis & pilis leporinis, sed idem mox extinguitur, si nihil addas: sic ira amanuia aut nuper conjugatorum, si nemo se admiscuerit. Plut.

Quemadmodum qui expectant ob fidem, nem, colligunt ac deponunt pecuniam, atque omnia parant sub hostium aduentum: ita aduersus assultum iracundia præceptis philosophicis munierendus & instruendus est animus. Plut.

Vt in tumultu non audimus quid nobis dicatur: ita irati non admittimus alienum consilium, nisi ratio loquatur intus, quæ tumultum animi compescat. Plut.

Vt munita tyrannis ab alienis tolli non potest, à familiaribus potest: ita concitatus animus ex se præbet, quo seduatur ira. Plut.

Vt ferrum tenue & infirmum si de novo fodiatur, facile frangitur: sic animus sepe commotus ira qualiter de causa commouetur. Plut.

Vt non magno negotio flamma extinguitur, in pilis leporinis, aut scyris, aut stipulis accendi coepit, at nō item si solida corripuet: sic ira primùm gliscens facilè vel ioco, vel risu compescitur, cum videmus fuman-

tem adhuc: quod processerit, vix vi.
lo negotio posse extingui. Idem.

Vt nautæ præsentientes tempestatem, in horis firmat naues: Ita prius quam ingruit tempestas iracundia, ratione firmandus est animus, & in diuersum nitendum. Idem.

* Non ideo vitia in uom recipienda sunt, quia aliquando aliquid boni effecerunt: nam & febres quadam genera valetudinis levant, nec ideo non ex toto illis caruisse melius est. Abominandum remedij genus est, san tam debere morbo. Simili modo ira tamen aliquando ut venenum, & precipitatio, & naufragium, ex noplato profuit, non ideo salutaris iudicanda est: sèpè enim saluti fuere peritura, nec l. i. de ira.

* Vt exulcerata & ægra corpora, uæ ad tactus lenissimos gemunt: ita a muliebre maxime & puerile viuim est. Idem, eod. lib.

* Vt furentium certa indicia sunt, udax & minax vultus, tristis frons, orua facies, citatus gradus, inquietæ manus, color versus, crebra & vehementius acta suspiria: ita irascientium idem signa sunt. Flagrant & militant oculi, multus ore toto rabor, testuante ab imis præcondiis sanguine, labia quatuntur, dentes commuuntur, horrent ac subrigantur spilli, spiritus coactus, ac stridens, ticulorum seipso torquentium, sois gemitus mugitusque, & paru ex anatis vocibus sermo præruptus, & implosæ sèpius manus, & pulsata amus pedibus, & totum concitum corpus, magnisque iræ minas agens: da visu & horrenda facies deprimenti se atque intumescientium. em, eod. lib.

* Vt in corporum cura, alia de tuæ valetudine, alia de restituenda accepta sunt: ita aliter iram debet repellere, aliter compescere ut acamus. Idem l. 2. de ira.

* Quemadmodum adu. pestilentiam nulli potest firmitas corporis & dili-

gens valetudinis cura, promiscuè enim imbecilla robustaque inuidit: ita ab ira tam inquietis moribus periculum est, quam compositis & remissis: quibus eo turpior ac periculosior est quo plus in illis mutat. Idem libro 3. de ira.

Amor levatur cantu, corollis, es culis: at ira, si indulgeas, exasperatur. Plut.

Vt prima tyrannidis solutio est, si reclametur, si non pareatur: sic iræ statim est reclamandum. Plut.

Vt iuxta sententiam Hippocratis morbus est periculosissimus, in quo ægrotus subinde mutat oris habitum, ac sui dissimillimus redditur: ira nullus est animi morbus ira periculosior: quæ vultum, vocem, incessum sic immutat, vt idem alias esse videatur. Plut.

Lotis adducunt speculum: Id mulcet magis adhibendum irato. Plut.

Mare commotu cùm algæ & spumam eiuscat, purgari dicitur, etiam si litus contaminat: at qui commotus ira, verba effundit amara, contumeliosa, primùm inquinant ipsum à quo dicuntur, & famæ labem aspergunt. Plut.

Vt in febre, sic & in ira linguam habere leuem ac teneram, bona spei signum est. Idem.

In febre linguæ scabrities ac sordes, signum est mali, non causa, in ira linguæ durities, malorum maximum est causa. Idem.

Vt tumor potissimum accidit ex plaga carnis: sic molles & imbecilles animi maximè intumescunt ira, vt mulierum ac senum. Plut.

Barbari quidam ferrum inficiunt veneno, vt bis noxiū sit: sic quidam dictis instigant commotos. Plut.

Vt nutrices pueris dicunt, ne plora & accipies: Ita dicendum animo commoto, ne clama, ne festina, ac melius quæ vis conseq' eris. Idem.

Naus deserta recipit gubernatorem, si quis velit in portum reduce-

re:at animus ira parcitus non admittit gubernatricem rationem aliunde, nisi intus ratio clavum arripiat. Idem.

Vt canes, si iram effuderint in lapidem, aut saxum, mitiores sunt erga homines: sic qui bilem in alienos evomuerit, placidior est erga suos. Plut.

Pigri temiges sereno cælo desident in portu, deinde coguntur flantibus ventis nauigare cum periculo: sic qui non punit, cum est animo sedato, cogitur aliquando vel iratus punire. Idem.

Vt adamas si frangi cōtingat maleis, in minutissimas dissiluit crustas, adeò vt vix oculis cerni queant: ita arctissima necessitudo, si quando contingat dirimi, in summam vertitur simultatem, & ex arctissimis foderibus, si semel rumpantur, maxima nascuntur dissidia. Aut supra modum incandescit semel victa lenitas. Idem.

Vt primis nunciis non statim ereditur, quemadmodum Phocion Atheniensis, nunciata Alexandri morte: si hodie, inquit, mortuus est, & cras & perendie mortuus erit: ita non statim ira fidendum dicenti, ille mihi fecit iniuriam, sed proferenda fides in dies aliquot. Idem.

Vt per nebulam corpora: sic per iracundiam res maiores videntur. Idem.

Non utimur aqua turbata, nisi constiterit: multò minus vtendum est animo commoto, priusquam ad se redierit, ita Socrates. Idem.

*Quales sunt hostium vel ferarum cæde madentium aut ad cædem evanitum aspectus, qualia poëtae infirma monstra finxere, succincta serpentibus & igneo statu, quales ad bella excitanda discordiāque in populos diuidendam pacemque lacerandam deterrimæ inferni exeunt furorū: talem nobis iram figuremus, igne lumina ardentia, sibilo mugitu-

que & gemitu & stridore, & si quæ bis inutior vox est, perstrepenem, tela manu utraque quatientem, neque illi tegere se cura est: toruam, cruentāmque & cicatricosam, & verberibus suis liuidam, incessu vaseano effusam, multa caligine incurvantem, vastantem, fugantemque, & ocium odio laborantem, sui maximè: si aliter nocere non possit, terras, maria, cœlum, ruere cupientem, infestam pariter inuisamque. Senec. lib.2. de ira.

* Cætera vitia impellunt animos, ira præcipitat. Cæteris etiamsi resistere contra affectus suos non licet, at certè affectibus ipsis facit stare: hec non secus quam fulmina procellaeque, & si qua alia irrationalia sint, quia non eunt, sed cadunt, vim suam magis ac magis tendit. Idem l.3. de ira.

* Pars superior mundi & ordinatarior, & propinqua sideribus, nec in nubem cogitur, nec in tempestatem impellitur, nec versatur in turbamen, omnium multu caret: inferiora fulminantur. Eodem modo sublimis animus, quietus semper & in tranquilla statione collocatus, intra se premens quibus ira contrahitur, modestus & venerabilis est, & dispositus: quorum nihil inuenies in irato. Idem, eod.lib.

Si pueris vnum lusum auferas, reliquis omnibus obiectis plorant: sic quidam si quid obtigerit dispendi protinus irati, reliqua omnia comoda sibi redditum iniucunda. Plutarch.

Vt medicus curans eos qui dentibus cruciantur, non tam contristatur aliorum malis quam sua bona valetudine gaudet, sed placidus eis appetet: sic qui cupit aliena mederi iracundiae, non debet ipse simul comoueri, sed placide tractare animi agrotum. Idem.

Vt assidua tussi concutitur & satur corpus, atque exulceratur: ita crebi-

Exebra ira animum exulcerat. Idem.
Vt luxus deprehenditur è cantu
tibicinæ, è coronis præcætis, ac si-
milibus indiciis: ita iracundiam in-
telliges è seruorum vultibus inustis.
Idem.

Vt puer se vulnerat ob imperitiam,
dum alium ferro querit lacerare: ita
iracundia sibi nocet sæpenumero,
cum aliis nocere studet. Idem.

Qui se vñā cum ipsis ædibus incen-
dunt, omnia intus tumultu complēt,
vt nec videre possint, nec despiciere
quid sit utile: sic ira commotus ani-
mus. Plut.

Vt equis non in ipso cursu frænum
niicimus, sed ante cursum: sic qui
propensi sunt ad iram aut libidinem,
antè rationibus ac monitis refrænandi
sunt, priusquam in periculum ven-
tum sit. Idem.

* Immodica ira gignit insaniam.
Hoc quam verū sit, necesse est scias,
cum habueris seruum, & inimicum.
In omnes personas hic exardescit af-
fectus: tam ex amore nascitur, quam
ex odio, non minus inter seria quam
inter lusus & iecos. Nec interest ex
quam magna causa nascatur, sed in
qualem perueniat animum. Sic ignis
ion refert quam magnus, sed in quo
nidat. Nam etiam maximum soli-
la non receperunt, rursus arida &
corripi facilia scintillam quoque fo-
lent usque in incendium. Senec. e-
sist. 76.

Iteratio.

Ter nouenis crabronum istibus
nterfici hominem existimant: ita of-
fensa tametsi per se non capitalis, ta-
men sæpius iterata capitem parit
niticitiam. Eras.

Index.

Vt diameter sive dimetiens, sic ab
angulo ad angulum medium figurâ
liuidit, vt vtrinq; spatium relinquit
equalē: Ita iudex in neutram partem
lebet esse propensor. Eras.

Vt qui acerius eupiuat perspicere,
iterum oculum oculum: ita iu-

dex rectius intelligit iustum; si nol-
lius persona respectu deuocetur:
Idem.

Vt sol non alius est pauperi, alius
diuiti, sed omnibus communis: Ita iu-
dex personam spectare non debet,
sed rem. Idem.

Iudicium.

* Vt pictores & ij qui signa fabri-
cantur, veri etiam poëz. Iuum quic-
que opus à vulgo considerari vult,
vt si quid reprehēsum sit à pluribus,
id corrigatur: hīque secum, & cum
aliis, quid in eo peccatum sit exquir-
runt: sic aliorum iudicio multa nobis
& facienda, & mutanda & corrigen-
da sunt. Cicero lib. Offic.

Vt Hierophantæ, quatenus licet
aperiunt mysteria: sic de rebus ar-
duis cautim, & circumspicè iudi-
candum. Plut.

In aquam demissa quædam, cum
sint rectissima, speciem eurui præ-
fractique visentibus reddunt: Ita si
de rebus perperam iudicamus, no-
strum est vitium, non rerum. Senec.

Vt Timantes qui Iphigéniam pī-
xit, ceterotum affectus expressit:
Agamemnonis autem vultum velo
obtexit: Ita quædā melius relinqui-
tur suo cuique iudicio estimandas,
quam verbis explicantur. Eras.

Iudicium peruersum.

Vt pueri quidam admiratur ac fe-
lices iudicant nebulones miserios,
cum in scena saltant, aureis induti:
sic stulti felices existimant diuini-
onostos Plut.

Scarabæ fugiant vnguenta, dele-
ctantur fœtoribus, sic nonnullis pes-
simis pro optimis placent, Plut.

Quemadmodum de Carthaginens-
ibus dictum est, quod ad recta pice,
ad vina calce vterentur: ita quidam
præpostérè rebus vtuntur, amicis a-
speri, supplices inimicis Carthagi-
nenses pice linebant parietes, cum
vasa picari solent, & musta calce
condiebant, author. Erasm.

Sicuti pyramis, quam Rhodops

meretricula Aësopi cōserua construxit, pecunia corporis quæstu colle&a, maiori miraculo famaque fuit, quām cæteræ regum pyramides : ita veherentius miramur, si quid recte faciūt, à quib. tale nihil expectabatur: veluti si quis Hollandum videat peritum equitem, aut frugalem Anglū, aut theologum eloquentem. Idem.

In pantheris, quod speciosissimum esse oportuit, id celandum est, vt placent, reliquo corpore maculis picturato : Ita in quibusdam omnia placent, præter vitam quod est totius negotij caput. Idem.

Iuuentu & iuuenta.

Post hyemen denuò recurrit ver: At post sene&am nulla recurrit iuuenta. Eras.

Nouella vitis copiosius gignit vim, sed vetustior melius : Ita plura loquuntur iuuenes, sed vtiliora senes. Idem.

Pericula ob id ipsum pluris veniebant, quod non durarent, nisi in triduum : Ita audius rapiendum quod cito præteruлат, vt iuuenta. Idem.

Vt gypsum aut argilla, dum est veda, in quamvis imaginem facile sequitur fingentis manu: Ita rudes animi ad omnem disciplinam sunt indei. Idem.

L

LABOR.

VT plures sunt qui lavare velint, quām qui velint inungi : ita ad magis ardua, magisque præclara pauiores confluunt. Plut.

Cum nauta videt imminere tempestatem, primū quidem deos invocat, vt incolumi liceat in portum appellere, mox cōtrahit vela, atque omnia nihilo secus parat, quibus est opus. Ita nos debemus auxilio diuino fidere, sed sic, vt nostram quoque industriam adhibeamus. Plut.

Arator ab Hesiodo iubetur diis sa-

erificare, deinde aggredi : & milē primū invocat opem diuinam, deinde armatur. Plut.

Nauta à nauigandi labore turpiter conferunt se ad voluptates, rursum à voluptatibus ad nauigationē redeunt : Ita quidam à deliciis ad labores, à laboribus ad delicias summa vitæ inconstantia se fere vertunt. Plutarch.

Vt Echinus semper in spinis ingreditur, quod spinas secum circumferat : Ita quibusdam in omni negotio acerbitas est, propterea quod animo secum adferant asperitatem, etiam res ipsa nihil habeat incommodi. Plin. l. 9. c. 31. & l. 8. c. 37.

Athletæ abstinent à laboribus necessariis, vt in nō necessariis valeant: nobis contrà faciendum Plur.

Vt ferrum crebris immersionibus consumitur : Ita corpus crebris permutationibus vitiatur, hoc est, si nūc immodicis laboribus intendatur, nūc voluptatibus liquefatur, ac molliatur. Plutarch.

Vt rosa, flos unus omnium longe gratissimus, de spinis nascitur : sic è tristibus & asperis laboribus fructu capitul iucundissimus. Plutarch.

Vt quosdam vxor magno ambitu ducta torquet : Ita quida magnis laboribus accersunt magno futura malo. Senec.

Vt herba moly difficultè quidē effoditur, sed ad remedia præter cætras efficax est: Ita quæ præclara sunt, non contingunt nisi magno negotio. Plin.

Vt natura gemmas altissimè recedit, vilia paissim obvia sunt. Ita quæ sunt optima, paucissimis nota sunt, nec nisi summo studio eruuntur. Plin.

Vt quæ præclara sunt via multe cultu proueniunt, contræ cæpe, alliū, & quædam huiusmodi vilia, etiam reposita aut suspensa, proferunt se: Ita quæ sunt egregia non nisi multo contingunt labore: quæ mala, paucissim obvia sunt. Eras.

Labor.

Labor immodicuſ.

Plantæ mediocri aqua aluntur, immodica suffocantur: sic animus moderatus laboribus adiuuatur, immoderatus obruitur. Plut.

Lusciniis tantum est canendi studium, ut certantes emoriantur, spiritu citius deficiente quam canto: Ita nonnulli ligerarum immodico amore valetudinem extinguunt, & dum in nonnullo viaci nolunt eruditioe pereunt in ipso sonatu. Plin. libr. 10. cap. 29.

Laboris fructus.

Vt asparagus spinosus dulcissimum est fructum: ita ex duris initiis magna voluptas nascitur. Plut.

Stultè reges Ægyptiorū operam opuli ac pecunias in substruendis pyramidibus consumebant, quæ nihil abebant præter stultam & otiosam stentationem, cum idem in rebus tilibus fieri potuerit: ita quidam eborant in difficillimis, ceterum a frugiferis, hoc ipsum præclarum existimantes, quod in laborioso negotio versantur. Eras.

Largitio.

Qui plebem lautis epulis & lationibus regunt, similes sunt iis qui bruta animalia paleunt aut ventantur. Plut.

Laus.

Vt qui malignè dant aliis, videntur ipsi parum habere: Ita qui parcè malignè laudent alios, videntur huc suas esurire ac sicut laudes. lut.

Qui pecuniam dat, quantum immittit aliis, tantum sibi detrahit: at idem fit in laude, & tamè hoc imaginantur maligni quidam, paras impatiens laudes quam pecuniam. Plutarch.

Qui eaſtam ac philosophicam orationē meretriciis ac sophisticis laus prosequuntur: perinde faciunt que iij. qui athletam liliis aut roſis coronent, non lauro aut oleastro. utarsh.

Nutrices vagientibus pueris rursum apponunt papillam: sic discipulus offensus correptione, rursum est laude subletandus, ne defieat. Plut.

Si ager laudando redderetur fertilior, non minus laudandus esset, quam arandus, aut stercorendus: sic amicus si redditur laude melior, expedit aliquando laudare: sin minus, quorsum pertinet inutilis palpatio. Plutarch.

Vt qui venantur, facilius fallunt feras, si aliud agētes, hoc est iter facientes, aut agricultores, id faciant: Ita maximè laudat adulterator, cum non appareat eum laudare. Plut.

Non oportet titillare, qui naturæ proclives sunt ad risum: Ita non oportet laudare, qui gloriæ suæ sponte sunt appetitiores. Plut.

Ferrum prius calore solatum ac mollitum, postea frigida durescit ac solidatur aqua: sic amicus prius laude definitus, mox bibere admonebitur. Plutarcli.

Vt bonus medicus manuſt morbo mederi somno ciboque, quam scandonio, aut castorio: sic amicus, paters, præceptor, magis studet laude corrigeri, quam obiurgatione si liceat. Plutarachus.

Qui vincit in certaminibus præconem adhibet, quo viator pronuntietur: Multò magis vera virtus alieno debet ore laudari, non suo. Plutarchi.

Vt non quæuis corona quemuis decet viatorem: Ita non quæuis laus aut quiuis honos quemcumque hominem. Plut.

Pauo non explicat pennas nisi laudatus: Ita quidam putant se non habere quod habent, nisi sint qui meritentur. Plin. lib. 10. c. 20.

Sicut vehementius titillat tactus, & iucundius mouet fructus alienus quam noster: Ita iucundius est laudari ab his qui nobis nulla cognatione, aut familiaritate coniuncti sunt. Erasm.

Laudis à semetipso profecta.

Qui obseruant, ne molesti sint lip-pientibus, umbram aliquam admi-scent lumini: sic quidam laudibus suis aliquid erratorum aut vituperationis apergunt, ut inuidiam effugiant. Plut.

Quidam fame coacti, cum deest, quod edant, suis ipsorum artibus turpiter vescuntur: sic quidam siti gloriæ, cum deest qui laudet, ipsis laudant seipso non sine dedecore. Plutarch.

Quemadmodum iubemur aut omnino caueré locum pestilentem, aut si in eo sis, circumspetè agere. sic aut omnino vitadum ne laudes te ipsum, aut id cautim & circumspetè agendum. Plut.

Gallus vixtor illico cantu superiori rem fese testatur: Ita quidam sua facinora iactant ipsis, & suarum laudū ridiculi sunt tibicines, Pli. I. 8. c. 33.

Lectione.

Vt in obsoniis non solum sequimur volupratem, sed etiam salubritatem: sic in audiendis & legendis authoribus. Plutarch.

Vt in alienis oculis nosmetipso conspicimus: sic in aliena dictione quid nos deceat aut dedeceat, contemplandum est. Plutarch.

Ager nimium stercoratus aduri-tur, non stercoratus alget: Ita mode-rata lectione vegetandum erit inge-nuum: nam lectione saginatur animus non aliter quam aruum stercore. Pli. I. 18. cap. 2.

Sicuti utilius est crebro stercorari agrum quam multum: Ita plus habet fructus assidua lectione quam aida. Plin. ibid. in fine.

Vt aromatum, florum, similiūmque odor gravior sentitur è longinquò quam ex proximis (offendunt enim nonnunquam naribus admota quæ procul delestant:) Ita sunt quæ si leniter attingas, placeant: sin excusias accuratius, & proprius inspicias, gratiam amittunt: quod genus sunt

poëtarum fabulæ, aut gentilium hi-storyz. Eras.

Serius eduntor, quæ diutius victu-ra sunt: Ita diu premendum opus quod semper legi velis. Idem.

Lectionis delectus.

Quemadmodum Vlysses auribus cera obturatis Sirenum periculum præterauigavit: ita nos si incidi blandè secundum in authoribus præteruehi oportebit. Plut.

't Ut in rosis legendis sentes vi-tamus: Ita quātum utiliter sumptum est accipientes, reliqua quæ noce-re possunt declinabimus. Bas. de leg. Gent. lib.

Vt bonaso conda oneri sunt tan-tum, nulli autem usui, adeò sunt in se reflexa: Ita sophistæ dialecticæ habent, sed qua neminem retinere possint, adeò est intacta. Plin. libro 8. cap. 15.

Vt apes non quiduis ex omnibus colligunt, sed aliunde Metys, aliunde Pisoceron, aliunde Propolin, aliunde Rhithacen, aliunde sobolem, aliunde mel: Ita non omnia petenda ex eodem authore, sed ex unoquoque sumendum, quod habet utilissimum. Ex poëtis & oratoribus verbo rum splendor. E dialecticis argutia differendi. E philosophis cognitio naturæ. E theologis, præcepta viuen-di. Plin. I. 11. c. 7.

Vt apes ex amarissimis floribus & asperissimis spinis, mel suauissimum ac lenissimum colligunt: sic ex turpi bus ac sceleratis fabulis, utrumque decerni potest aliquid utilitatis. Plut.

Quidam Amethystum adhibent in compotationibus aduersus ebrietatem: multò magis in audiēdis poëti præcepta sunt adhibenda, ne quid inficiat animum. Plin. I. 37. c. 9.

Vt apicula per omnia circumvolvit, id quod est utile, domum adducit: Ita studiosus ex unoquoque, quo ad mores confert, excerpit. Plin. lib. 22. cap. 21.

Nemo tam insanus, ut vel è Nero

nis expedine, quam Plinius trecentis festertiis aestimat, venenum bibere malit, quam è Samio vasculo vinum innoxium: Ita qui sapit, malit salubria præcepta viuendi qualicunque sermone proposita, quam pestiferas opiniones ab eloquentissimo scriptore haurire. Eras.

Vt his gemmis summum est premium, quæ non modò varietate colorum delectant oculos, & nares odore, verùmetiam ad remedia sunt efficaces: Sic his libris summum est premium, qui non solum habent orationis illecebras, verùm & salubribus præceptis nos liberant animi vitiis. Idem.

Medici vetant yti halicacabos, quanquam dentibus firmandis profest si eius succo colluantur: propterea quod periculum est, ne si diutius id fiat delirationem gignat, & plus affterat incommodi, quam commodi: ita non est vtendum his literis, quæ sic linguam expoliunt, vt mores insificant, aut conuenit sequi, quæ sic augent rem, vt famam lèdant. Idem.

A floribus marcidis apes abstinent: ita non attingendus liber, qui putidas habet sententias. Aut nihil attingendum quod non sit elegans & succulentum. Idem.

Vt qui vino cœxiunt, aut alioqui laborant oculi, plures se videre credunt, cum vnam videant: Ita qui ob imperitiam verum non perspiciunt in authoribus, multas ac varias inducunt sententias: vnde illud apud urismalè consultos, vel dic, toties repetitum. Idem.

Vt tutissimum est, in trifolio cubare, quod in hac herba negent ter sentem aspici: Ita in his versandum ibris, in quibus nulla venena timetur. Idem.

Letionis multifarie usus.

Quemadmodum Medici pharmaceutum ad unicum morbum repertum ad omnes similes ac finitimos acco-

modant: Ita conuenit authorum dicta ad varios usus accommodare. Plut.

Non quemadmodum omnia religiosè metuimus, ac reueremur in sacris: Ita oportet in authoribus omnia venerari, sed audacter exhibito iudicio probare quædam, quædam improbare. Plut.

*Vt cùm in sole ambulamus, etiam si aliam ob causam ambulemus, sit natura tamen ut colorem: sic cum doctorum libros studiosius legimus, sentimus orationem nostram illorum cantu quasi colorari. Cicero libro 2. de Orat.

Apes è variis variis colligunt successos, sed eos suo spiritu mutant ac digerunt, alioqui non facturæ mel: sic euoluendi sunt autores omnes, sed quod legeris in tuos usus transformandum. Senec.

Non est admirationi vna arbōr, vbi sylva tota in altum surrexit: sic nō animaduertitur vna sententia, cùm passim omnia referta sunt sententiis, sed si raro incidat. Senec.

Vt è diuersis numeris constat unus, summam illorum in se complectens: sic è diuersis conflatur eruditio, iam tua, non aliorum. Senec.

Vt inter salutares herbas nascentur & venena: Ita ex authoribus, que recte dixerim, sunt excerpēda. Eras.

Vt iis qui cœxientibus sunt oculis, quiuis locus obscurus est, propterea quod caliginem secum in oculis circumferunt: Ita parum eruditis, omnis liber, ac stylus difficilis est & obsecurus. Idem.

Lenitas.

Quemadmodum adamas aduersus omnia iniicit, hircino sanguine eoque calido ac recenti maceratus, malleo frangitur: Ita quædam ingenia nulla vi peruinca, blanditia emollienda sunt. Eras.

Vt Euripus in Eubœa septies in die defluit, ac toties refluit mira celeritate. At idem tribus diebus unoquoque mense stat immoditus, septima, octava,

nonque Lona: Ita quidam inæquales sibi aut nimium præcipites sunt, aut nimium lenti, in utrunque parte plus satis vehementes. Idem.

Lex.

Regula primum recta sit oportet, deinde quæ applicentur, corrigat: Ita princeps, primum ipse virtus careat necesse est, deinde alius leges præscribat. Plut.

* Ut ex medicina nihil oportet puerare proficisci, nisi quod ad corporis utilitatem spectat, quoniam eius causa est instituta: sic à legibus nihil conuenit arbitrari, nisi quod Republicę conducat, proficisci, quoniam eius causa sunt comparatae. Cicer. libro I. de inventu.

* Ut corpora nostra sine mente: sic ciuitas sine lege, suis partibus & nervis, ac sanguine & membris, yci non potest. Cic. pro Cluent.

* Ut in morbis non sunt tentanda gemedia noua si veteribus malo succurri possit: sic non sunt condendæ nouæ leges, si veteres ministrent aliiquid, quo malis Reipubl. medearis, Erasm.

Ut efficacissima remedia nata sunt ex morbis; essimis. Ita bona leges ex malis progenitæ sunt moribus. Eras.

Liberalitas.

Ut vasa paria, quorum alterum plenum sit, alterum inane, pulsata concentu faciunt diuina: Ita bene couenit inter diuitem benignum, & pauperem indignum. Eras.

Libertas.

Ignavi canes apud mensam audet, in venatu minime: sic ingenerosum est, cum soli rios libere loqui non audeas, inter pocula id facere. Plutarchus.

Libido fœda.

* Ut quidam morbo aliquo & sensus stupore suavitatem cibi non sentiunt: sic libidinosi veræ voluptatis & laudis gustum non sentiunt. Cic.

* Ut turpes sunt, qui se efferunt legi tunc cum fruuntur Veneris vo-

lupratibus: sic flagitosi qui eas inflato animo concupiscunt. Cic. li. 4. quæst. Tuscul.

Panthera sic avida est extremotorum hominis: ut si in vase suspendatur altius, quam ut possit attingere, enecet se de fatigati potrectu corporis: Ita non nullis quod est fecit simum, d' d' p' c' s' i' s' i' m' est. Plut. I. 8. c. 27. & c. 17 & eod. I.

Minor vis inest in radicibus herbarum salubrium, cum semen maturescat: Ita deerior fit ingenij naturæque vis, quoties liberis gignendis datur opera Eras.

Licitia.

Qui dimissi à pædagogis, suo relinquentur arbitrio, non abiiciunt imperium, sed mutant principem: nam pro pædagogo iam rationi parent. Plut.

Ut qui è vinculis emittuntur, licetius vagantur, quam ij qui nunquam fuerunt in vinculis: sic pueritia cum à p' ceptoris gubernatione soluitur. Plin.

Libet.

Sicut in vnguentis & vinis: Ita & in libris pretium addit antiquitas. Eras.

Ut qui decretum inferunt ad populare, adscribunt, bona fortuna. ne nihil de suo videantur addidisse: Ita quidam alienis libris nugas ascribunt, quæ nihil ad rem pertinent. Plutarch.

Librorum delectus.

Ut qui sapienti non statim è quo quis bibunt fonte, propterea quod alij salutem adferunt, alij perniciem, nonnulli fauorem: Ita non est turum quævis librum euoluere, quod ex alijs haurias effectum animi bonum, ex alijs libidinem, aut ambitionis insania trahas. Eras.

Ut illud opus est laudatissimum, in quo simul & ars commendat materiam, & materia vicissim artē: ita, liber est optimus, in quo & argumenti utilitas commendat eloquentiam, & authoris facundia commendat argumentum. Idem.

Lingua.

Lingua.

Vt rupes obiicitur flumini , ne se effundat: Ita ratio linguae obicienda , ne temere diffundat. Eras.

Vt noctus aues inauspicatae noctu gementes(nam hec illis vox est) mortaliu[m] inuident quieti: Ita virulentia lingua semper aliquid spargit quo concordiam hominum disturbet. Plin. 11.c.25. *Vide loquacitas.*

+ Si dolios apertum manet , culices ingrediuntur & vinum corrumpunt. Idem accidit in multi loquo , facies & vanis sermonibus.

Litterae humaniores.

Cum ad omnia aduolent apes, tamen nullis non en: floribus : Ita virtus & litterae sic ab aliis sumuntur, vt nihil detenor sit is , qui communicauit. Eras

Crocodilus inuidum alioqui & perniciosum animal, tamen Tentyritas adeo metuit , vt ad vocem etiam expauescat: Ita tyranni cum omnes contemnunt , tamen eruditorum litteras timent. Plut. 1.8.c.25.

Litterae.

Vt non solùm stultum est , verum etiam periculum euocare fulmina: Ita democritia est reges ad se accerse re , qui non nisi magno nostro malo prouocantur. Eras.

Litterarum auctor.

Vt elephanti cum nare non possint, tamen amnibus impensè delectatur, circaque illos vagari gaudet: Ita quidam cum literas nesciant, tamen inter eruditos versari gaudent. Plutar. 1.8.c.5.

Litterarum odium,

Quemadmodum gemma Chalazias, etiam si in ignem coniciatur, tamen natuum frigus suum retinet: ita quidam sic frigent ad litteras ac virtutem, vt nullis exemplis aut hortati bus inflammari possint. Eras.

Loquacitas & garrulitas.

Qui aliis interrogatis , ipsi praeripiunt responsonem: perinde faciunt ac si quem ab alio volentem oscula-

ri, priores occupent.

Plut. **Vt ubi dolet, ibi manum habemus: ita si quid delectat , ibi linguam hamus: id est, libenter eius rei facimus mentionem.**

Plut. **Vascula inania maximè tinniunt: ita quibus minimum inest mentis, hi sunt loquacissimi.**

Plut. **Aiunt semen, quod statim effunditur, inutile esse ad genituram: Ita sermo garrulorum ad nihil conductus.**

Plut. **Non ut nauem arreptam fluctibus, anchora licet sistere : Ita verbum è portu velut in altum emissum.** Plutarchus.

Plut. **Erat porticus in Olympia , quam septiuocam vocant, quod pro una voce multas redderet : Ita locutuleij quidam, vel uno prouocati verbo sermonem immensum referunt.** Plutarchus. Plin. 1.36.c.15.

Plut. **Vt triticum inclusum in vase, mensura auctum inuenitur, sed vitiatum: sic garrulus accepto sermoni semper addit, & maiorem eum reddit, sed fide iam carentem.** Plut.

Plut. **Vt pars corporis vitiata , attrahit etiam à vicinis vitiosos humores: sic garruli lingua semper ardens, & inflammata secretorum aliquid vndique colligit ad se.** Plut.

Plut. **Vt puer glaciem nec retinere potest, nec vult amittere : ita garrulus nec tacere potest , quod accepit, nec potest obliuisci.** Plut.

Iaculos & viperas proprij tumultu fœtus: sic garrulus vel cum sua pernicie promitt arcana. Plut.

Plut. **Vt proclive non est aue[m] è manu amissam recipere aut cohibere : ita nec dictum semel ab ore profectum, propterea quod ab aliis volat ad alios.** Plut.

In Asphaltite Iudææ lacu, item in Arethusa Armeniæ maioris nihil mergi potest : Ita quidam quicquid commiseris, in propatulo gerunt, ne que quicquam celare possunt. Plin. 11.2.c.103.

Vt qui per spinosa ingrediuntur loca suspensi pedibus eant necesse est: Ita de rebus frivolis aut molestis loquenti breviter est transiliendum ad yber ora gravioraque Senec.

Muta cicada pro miraculo est, quod ipsum genus sit garrulum: sunt autem huiusmodi in agro R. hegino: sic magis admiramur constantiam & silentium in feminis, quod ipsum genus mutabile sit & loquax. Plin. li.

II. c. 27.

Infantes qui celerius loquuntur, tardius ingredi incipiunt: ita qui ad dicendum promptior est, ad rem gerendam minus est paratus. Eras.

Vt vitrum, quia pellucidum, nihil celer: ita quidam nihil tegere, nihil dissimilare norunt: quicquid in animo est, id omnibus protinus est palam. Idem.

Lucrum.

Qui tigridis catulos rapuit, bene secum agi putat, si vel unum insequenti matri aufera impune. Ita qui alienam invasit possessionem, etiam si cogatur reddere, lucrum tamen facit, si vel portionem aliquam retineat. Eras.

In Labyrintho properantes ipsa implicat velocitas: sic qui vita comodis student, magis inuoluuntur inconmodis. Senec.

Alutarium piscem semper sequitur piscis nomine sargus, qui illo connum fodiente excitatum deuorat pabulum: ita sunt qui se misceant aliorum negotiis, ut eis laborantibus, frumentum ipsi præcipiant. Eras.

Lucru.

Auari cum multa congerant, non fruuntur presentibus, sublata deplorant: sic qui lugent extintos, viuis non fruuntur. Plut.

Vt suus cuique arborei fructus: ita latus non est aliis fructus quam lacrymæ. Plut.

Vt semel admissum intrò hospitè, non facile expellas: ita luctum rece-

ptum tua sponte nō possis, cùm velis depellere. Plut.

Qui lippunt aut alioqui laborant oculis, non finunt alios admoliri manum: at qui lugent, quibusvis sese trahandos exhibent, ut malum, quo laborant, exacerbetur. Plut.

Vt mœstis conductit, si se ad lucem conferant à tenebris: Ita lugentibus si à tristibus cogitationem ad laeta transferant. Plut.

Luxus & luxuria.

Qui tibi duntaxat causa ad conuiuum accedunt, quasi vas adducunt implendum.

Vt polypi non extendunt sua flagella, nisi ad esculenta: sic quidam omnem felicitatem cibo, potuque metiuntur. Plut.

Vt sci est: mulieres abortum provocant ut rursus impleantur ac voluptuentur: Ita quidam in hoc ipsum corpus evacuant pharmacis & clysteribus, ut denuò liceat ingurgitare. Plut.

Qui à prescripta vita ratione netantulum quidem audent discedere, iij ostrei, vel stupitis potius vitam vivunt. Plut.

Vt ferrum crebris immersionibus consumitur: Ita corpus crebris permutationibus vitiatur, hoc est, si nūc immodicis laboribus intendatur, nunc voluptatibus liquefiat ac molliatur. Plut.

Nautæ à navigandi labore turpiter conferunt se ad voluptates, rursum à voluptatibus ad nauigationem redeunt: ita quidam à deliciis ad labores, à laboribus ad delicias summa vita inconstantia sese vertunt. Plut.

Vt mathematici centro ac spatio: Ita quidam omnem voluptatem ventre circumscribunt. Plut.

Vt nautæ nimium onerantes nauem, deinde in exaurienda sentina laborant: Ita qui corpus onerant eis, ac deinde clysteribus inaniunt. Plut.

Vt qui sacram pecuniam vertunt
in usus belli, voluptatem transferunt
ad necessitatem: Ita qui ad usum edunt
ac bibunt. Plut.

Quidam fastiditis propriis uxori-
bus, & formosis, & amantibus, cum
scorto mercede coeunt, gloria cau-
sa magis, quam voluptatis: Ita quos-
dam cibi delectant vel ob idipsum,
quod rari sint, ac magno empti. Plu-
tarillus.

Vt axillarum titillatio risum gi-
gnit, sed insuauem, & spasmo simi-
lem: Ita voluptates iniucundae, quas
corpus ab animo extimulatum non
sponte capit. Plut.

Abominamur foeminas utentes ve-
neficiis in nos: & amplectimur cibo-
rum artifices. Plut.

Olim in Capitolio ubi certabant
quadrigae Latinis feriis, viator absin-
thium bibebat: Ita salubria magis
quamrenda sunt, quam iucunda. E-
rasm.

Vt ager ferax, sed quem oporteat
multo impendio colere, non mul-
tum iuuat colonum: sic homo qua-
stuosus, sed idem sumptuosus, haud
multum reponit heredi profuturum.
Idem.

M

MAGISTRATVS.

VT qui præternaugatis Syrtibus
iuxta portum frangit nauem, ni-
hil magni fecit: Ita qui uno, atque al-
tero magistratu recte gesto, in sum-
mo naufragium facit. Plut.

Medici morbos quos non possunt
prorsus tollere ad summa corporis
in apertum eaocant: sic magistratus
si clam ciuitatis vitiis mederi non po-
test, vt quam minimè medicis ac
pharmacis, hoc est, suppliciis egeat.
Plut.

Histrio sic affectus ac mores addet
fabulae de suo, vt præscriptum tamē
& nummos non prætereat: Ita qui

magistratum gerit, sic administret,
vt præscriptum regis non exeat. Plu-
tarillus.

Vt non queas cognoscere vas inte-
grum sit, necne, nisi liquorem infu-
deris: sic nec hominē, nisi imperium
commiseris. Plut.

Arbores inuidæ, vetullæque sub-
nascentes arbusculas umbra sua pre-
munt, nec sinunt efflorescere: Non
sic faciendum senioribus magistrati-
bus: sed inuitandi potius, & adiuuādi
iuuenes. Plut.

Qui in eadem vehuntur nauis, & in
iisdem militant tentoriis, sese mutuo
ferant oportet: sic qui versantur in
republica.

Alexander Bucephalo iam seno
non vtebatur, nisi dum ad hostem
ventum esset, vt integer ad pugnam
veniret: Ita senum magistratum ve-
tendum opera, vt eis adimatur quan-
tum potest laboris, ac ad necessita-
tem usus illorum reserueretur, Plu-
tarillus.

Vt qui primò musicen discunt,
citharas aliquot perdūt & obterunt:
Ita magno Reipub. malo administrat
magistratum, qui rudis accedit & im-
peritus. Eras.

† Quemadmodum mare natura sua
innoxium est recte utentibus, & fir-
num: si verò violenti flatus in illud
irruerint, tale redditur utentibus,
quales sunt venti, à quibus circum-
quaque impellitur: Ita & multitudo
talis reddetur utentibus, quales ha-
bet duces & consiliarios. Polyb.li.ii.
hist.

† Sicut Medicus languentis utili-
tati, non suæ: & gubernator eorum
quos vehit, consulere debet: Sic Rex
eorum quibus imperat Patrius Se-
nen.li.2.

Vt magis est probanda medicina
quam vitiosas corporis partes sanat,
quam quam exigit: Ita melior est
magistratus, qui ciues improbos
corrigit, quam qui tollit è medio.
Idem.

Vt pulegium ipso brumæ die floret, cùm marcent omnia: Ita rebus pessimè vexatis regnat mali: quorum in pace nullus est respectus. Plin. I.18.c.25. & I.2.c.24.

Vt cibi potus, cœlique nouitas offendit etiam simutes in paria, aut in aliquanto meliora: Ita præstat ferre principem, aut magistratus pristinorū, quām nouos adsciscere, quod omnis rerū nouatio non careat perturbatione. Eras.

Magistratus eleætio.

Vt mulieres laborantes citta, aut stomacho nauseantes, malos quosdā cibos ingerunt, ac paulò post reuunt: sic populus per stultitiam, aut inopiam meliorem, quosuis etiam creat magistratus, ac eosdem paulò post abicit. Plut.

Maledicentia.

Vt amici detestantur saxum aut canē incurritem, qui eos dirimar: sic execrari deberent homines caninos, qui maledicentia sua dirimant necessitudinem, mutuāmque benevolentiam. Plut.

Sicuti capreæ & coturnices venenis saginantur: Ita quidam aluntur maledictis & obsecrationibus. Erasmus.

Scorpius venenum in cauda gerit, & obliquè ferit: Ita quidam in fine virus effundunt suum, & dissimilanter lèdent. Plin. li.10.c.70.

Febricitantibus amara videntur omnia, at vbi conspexerimus alios eadem non fastidentes, iam non cibum, sed nos ipsos incipimus accusare. sic desinemus incusare negotia, si viderimus alios eadem hilariter ac lubenter obeuentes. Plut.

Vt arandi cutis ferro impenetrabilis: ita quosdam nihil queas dicitis lèdere. Eras.

Hystrix non iaculatur spinas suas, nisi cùm prouocatur, aut vrgetur: At scurra in quemuis sua dicta torquet. Idem.

Vt noctuæ aues inauspicatae noctu-

gements (nā hæc illis vox est) mortaliū inuident quieti: ita virulenta lingua semper aliquid spargit, quo concordiam hominum disturbet. Plin. I.11.c.25.

Vt muti quidam canes plus mordent quām latrant, sunt enim & huiusmodi, quos aliquot ipse vidi: Ita quidam prius lèdent, quām expostulent. Eras.

Bonasus animal, quoniam cornibus inutiliter implexis non potest lèdere, fugiens fitum reddit, cuius contactus insequētes vt ignis aliquis comburit: ita bonnuli quoniam coram non audent congregari, à tergo sparsis probris contaminant hominem. Plin.li.8.c.15.

Vti culices ad dulcia non aduant, sed acris petunt: Ita quædam maledicis, & infestius sermonibus vehementius delestantur. Plin.libro 10.cap.72. Aristo.libr.9.cap.35.de natura animal. Vide conuicium & Obsecratio.

Malitia & improbitas.

Vt optimom vinum si in vas soridum & impurum infusum sit, perdit gratiam: Ita bona intentia, si à malo viro proficiscatur, aut si doctrina in malum virum inciderit. Plutarchus.

Vt vxor mala foris ob pudorem est modestior, domi sui similis est: sic malitia apud alios premit se, in somnis aperit. Nam tum incestat matrem, aut sororem, aut veneno collit amicuum. Plut.

Quemadmodum à feris exorsi, dicimus & homines iugulare: Sic asueti inimicis malefacere (quod iustum existimat) nisi cauemus, discimus pañlatim & erga quosuis eadem facere. Plur.

Diogenes videns adolescentulum quendam in popina, ei pudore intrò fugiēti, Quò interius, inquit, fuderis, hoc magis eris in popina: Ita vitiōsi quò magis abundat se se intra seiplos, hoc magis sunt id quod sunt. Foras

pres

prodeant oportet, si cupiunt effuge-
re seipsoſ. Plut.

Vt qui egent, hoc magis ac mole-
ſtius egent, quod magis dilatulant e-
gestatem: sic qui vitiosi ſunt, ac diſ-
tulant obſtam & arrogantiam,
peiores ſunt. Plut.

Vt qui laborant non affeſtant ha-
beri viſerofis, ſed magis fugiunt eſte
quam videri: Ita noſt est aſteſtandum,
vt videaris malus, ſed magis abomi-
nandum, ne ſis talis, quam ne videa-
ris. Plut.

Vt ſemina bona, ſi in ſolum bo-
num inciderint, ſimilia origini pro-
ueniunt: eadem humus ſterilis ac pa-
lūſtris necat: ſic philosophiz prece-
pta, ſi in bonum aut prauum animum
inciderint. Senec.

Tempeſtas minatur ante quā ſur-
gat, crepant adiſcia ante quā cor-
ruant: prænunciat fomus incendium:
at ſubita eſt ex homine pernicies, &
eò diligentius tegitur, quod propius
accedit. Senec.

Illud venenū quod ſerpentes ſine
ſua pernicie continent, in alienam
effundant: at malitia maximam ſui
veneni partem bibit ipſa. Senec.

Serpens etiam peltifera dum fri-
gore torpet, tutè traſtatur, noſt quod
deſit venenum, ſed quod non poſſit
explicare ſic quibusdam ad eximiam
malitiā vires deſunt, non animus.
Senec.

Tradunt in Albania naſci homi-
nes glauca oculorum acie, qui no-
ctuarum ritu, plus noctu quam in-
terdiu cernant: Ita quidam plus fa-
piunt in rebus facinorofis, quam in
bonis ac præclaris, aut in torridis
potius, quam in egregiis. Plin. li. 7.
cap. 2.

Vt apis miſſo aculeo, iam nec no-
cere poſteſt ex armata, nec prodeſſe
ad mellificium: Ita mortales qui no-
cere norunt, iijdem norunt prodeſſe.
Eras.

Vt vinum dilutius magis prouo-
cat vomitu, quam vel aqua ſimplex,

vel vinum aerum: Ita intolerabilior
eſt nequitia pieratis ſimulatione co-
dita, quam ſimplex & aperta malitia.
Idem.

Vultures vnguentorum odore fu-
gantur, ad cadavera aduolant: Ita
quidam à rebus honestis abhorrent,
ad foeda rapiontar. Idem.

Vt Syrites gemma non aperit vim
igneam, niſi alteras: tūm enim digi-
tos adurit: Ita quorundam malitiā
non ſentias, niſi cum illis conſuetu-
dinem aut commercium habueris,
aut non ſentias philosophiz vim, niſi
exercueris: Ita ſummo attritu
vim attrahendi & odorem produnt.
Idem.

Delphini trāqillo mari laſciuen-
tes, flaram qua veniunt parte denun-
ciant: Ita cum exultant improbitole
lūntque ſeſe, rerum humanarum te-
peſtatem instare ſignificant. Plin. li.
18. cap. 35.

Inequitabile malum eſſet aspis, niſi
natura hebetes addidiffet oculos: ita
quidam eſſent pestilentissimi, ſi
prauæ cupiditati accederet & in-
genij viſ, vt rationem quoque no-
cendi poſſint excogitare. Plin. lib.
8. c. 23.

Vt basiliscus ſibilo fugat omnes
ſerpentes: Ita quidam adeo ſunt pe-
ſilentes, vt alij ad illos collati, boni
videantur, atque ultrō cedant. Plin.
li. 2. c. 21.

Vt qui hircosi ſunt, grauius olen-
t cum ſe vnguentis obleuerint: Ita fo-
dior eſt nequitia fama, ſi eam dotri-
nae celebritas reddit magis conſpi-
cuam, latiūque traducat in hominū
fabulas. Eras.

Vt Mithridati quotidie ſumēti ve-
nenum, conſuetudine factum eſt in-
noxiu: Ita mala, quibus affueueris,
non offendunt. Idem.

Spōgiis adeo tenues ſunt ſenſuum
notæ, vt multi dubitarent animalia
ſint, neene: Ita quorundam is cultus
eſt, iſ ſe moea vita, vt dubites Chri-
ſtiani ſint, an ethnici. Idem.

Salamandræ tantus est rigor, vt
ignem contactum non aliter quàm
glacies extinguat: ita quidam citius
hominem ad torporem adduxerint,
quàm ipsi ad honesta inflammentur.
Plin. l. 10. c. 67.

Porphyrius serpens venenum ha-
bet, sed quoniam edentulus est, sibi
haber: ita quidam male cogitant, sed
quod desit facultas, nemini nocent.
Vide Improbitas, & Vitium.

Mariti officium.

Imperium viri in vxorem nō erit,
cuiusmodi est domini in rem posses-
sam: sed cuiusmodi est animi in cor-
pus. Plut.

Vt qui non ferunt vxores secum
edere, aut bibere, docent eas ingur-
gitare, maritis absentibus: ita qui
non cōmunicant, lusus, & iocos cum
vxore, faciunt ut alibi quærāt, insciis
viris. Plut.

Vt rex musicæ studiosus complures
reddit musicos, literarum studiosus
doctos, aleator aleatores, rapax rapa-
ces: ita vir complus similem efficit
vxorem, voluptarius incontinentem,
castus & sobrius castam & sobriam.
Plut.

Vt sinistrarum partium ietus re-
dundant in dexteræ: ita virum opor-
tet vxoris incommodis commodisq;
commoueri, & contrâ. Plut.

Mediocritas.

Nauis in fluo magna, in mari par-
ua est: sic mediocres alibi, alibi vidē-
tur insignes. Senec.

Sicut quasdam arbores fœcundi-
tas & luxuries enecat: Ita quasdam
perdit immodicus rerum successus.
Eras.

Nilus famem adfert Ægyptiis, si
vel parum exundarit, hoc est minus
12. cubitis, vel plus satis hoc est ultra.
18. Ita obstat ad bonam mentem for-
tuna vel nimium secunda, vel nimium
maligna, hīc egestate vexans, illīc de-
lieiis avocans ab honesto. Plin. lib. 18.
cap. 18.

Vt nihil minus expedit, quàm a-

grum optimè colere: ita s̄penunior
inutilissimom est minus esse in nego-
tio diligentem. Plinius libro 18. ca-
pice 6.

Apodes auicula, aut pendent vo-
latu, aut iacent, propterea quòd pe-
dibus careant: Ita quidam in vtrāq;
partem minus vehementes, aut nimiū
tumultuantur negotiis, aut toti tor-
pent ocio, nil medium est. Plin. lib.
10. cap. 39.

Lusciniis tantum est canendi stu-
diū, vt certantes emoriantur, spi-
ritu citius deficiente quàm cantu: ita
nonnulli literarum immodico amo-
re valetudinem extinguent, & dum à
nullo vinci volunt eruditione, pereunt
in ipso conatu. Plinius libro decimo,
cap. 29.

Vino modico nerui & oculi iuuam-
tur, eodem copiosiore lēduntur: Sic
literis modicè gustatis adiuuatur vi-
ta, eadem lēditur, si quis immodicè
incumbat. Eras.

Hēdera pota neruis nocet, eadem
foris adhibita prodest: Sic Philoso-
phiam si penitus imbibas, nocet ad
pietatem: si leuiter & veluti foris ad-
moueas, prodest ad eruditionem. Pli.
lib. 24. c. 16.

Sicuti sal modicè cibis aspersus cō-
dit, & gratiā saporis addit: ita si pau-
lulum antiquitatis aut ioci admisue-
ris, oratio fiet venustior: si plus sa-
tis, nihil insuauius. Eras.

Gallus Phrygiæ fluuius si modicè
bibas, medetur corporis malis, si im-
modicè lymphatum animum agit: i-
ta si Philosophiæ literas modicè at-
tingas, prosunt: si totum te illius ad-
dixeris studio, sanitatem mentis au-
ferunt, & inanis gloriæ furore quo-
dam præcipitem agunt. Plin. lib. 31.
cap. 2.

Notatus Protagenes, alioqui sum-
mus in pictura artifex, quòd nesciret
manum tollere de tabula: ita quidam
scriptores immodica diligentia pec-
cant, quibus nihil inquam satis emē-
datum videtur. Plin. l. 35. c. 10.

Vitis

Vitis nisi subinde amputetur ipsa sua fecunditate & gracilescit & pericit: ita cohibendum est immoderatum studium felicibus ingenii, ne parum moderato labore consumantur. Erasm.

Memoria.

Vt libri, quos non euoluas situ, cohærescunt: ita memoria euauescit, nisi subinde renoues. Senec.

Memoria similis reti, quod maiora continet; minuta transmittit. Erasm.

Sicuti picis mirum est studium imitandi verba hominis, adeo vt in conatu nonnunquam emoriantur: ita nonnullis dulce ediscere preculas & psalmos, eosq. subinde sonare, cùm non intelligent Eras.

Lupis quos ceruarios vocant etiā in fame surrexit obliuio cibi, si modò respexerint, ac protinus alium querunt: ita nonnullis mox excidit, quod modò instituerant narrare, si interiectis verbis aliquot animum illorum aliò deuocari. Idem.

Mendacium.

Quemadmodum araneæ ex se telas texunt: ita quidam ex seipsis commisericuntur fabulas ac mendacia, cum nihil subfit veri. Plut.

Mens.

Vt Deus quo nihil est melius, minime appetet: ita quod est in homine optimum, nempe mens bona, maxime latet. Erasm.

+ Quemadmodum oculus alia quidem videt, seipsum autem videre nequit: Sic mens intelligit alia: seipsum autem non comprehendit. Philo lib. i. Allegor. legis.

+ Mundus cuncta complectens, rectique vniuersi Deus, in exterio ra quidem tendit, sed tamen in totū vnde in se redit: Idē nostra mens faciat, cùm sequuta sensus suos per illos se ad externa porrexerit, & illorū, & sui potens sit, & deuinciat summū bonum. Senec. lib. de beata vita, capite 8.

Mercurix.

Quemadmodum echeneis sive remora pisces perpusillus (est autē magnæ limaci similis) quamuis magnā nauim velis ac remis incitatam subi-tò sistit: ita scortulum aliquoties adamatum ingentes animi ad honesta impetus retinet alligatque. Eras.

Metu.

* Vt innocens non is dicitur qui nō nocet leuiter, sed qui nihil nocet: sic sine metu is habendusest, non qui prava metuit, sed qui omnino metu vacat. Cicero libro 5. Tusculuar. quæstion.

* Omnia animos mala aliena ac repentina sollicitant, quemadmodum etiam inanis fundæ sonus territat: ita nos non ad istum tantum exigitur, sed ad crepitum. Seneca, epist. 75.

Vt corpus non est capax voluptatum, nisi bene temperatum: ita animus non capit veram voluptatem, nisi liber metu ac ceteris affectibus. Plut.

Vt flamma excitata vento, maior est ac vehementior, sed parum durabilis ac constans: Sic vehemens cupiditas ob metum adiunctum, incertam habet voluptatem. Plut.

Mine.

Sicut aliquando tonat sine fulgetris, idque tonitru terrorem habet: periculo vacat: ita quorundam minæ terrent, non nocent. Eras.

Monachus.

Si fuko alas ademeris, & in aliæ reiicias, is ceteris item fucis alas adimit: ita qui in monachorum tractinassam, semel amiserint vitæ libertatem, alios quoque quos possunt, pertrahunt, ne melior sit aliorum conditio. Eras.

Monarcha.

Vt unus Deus administrat vniuersa, sed qui sit optimus ac sapientissimus: ita monarcha res sit saluberrima, si detur Deo similis. Eras.

Vt plures apparet soles prodigiæ

est: Ita plures esse monarchas, aut imperatores. Idem.

Morbi.

* Ut maior est vis animi quam corporis: sic sunt grauiora ea quae concipiuntur animo, quam illa quae corpore. Cic. 2. Philipp.

* Quemadmodum oculus turbatus non est probè affectus ad suum munus fungendum, & reliquæ partes, reliquumque corpus cum à statu motu officio suo ac muneri deest: sic conturbatus animus non est aptus ad obsequendum munus suum. Munus enim animi est, ratione vti. Cic. lib. 3.

Tuse. quæst.

* Ut medici causa morbi inuenta curationem inuentam esse putant: sic nos ægritudinis causa reperta mendendi facultatem reperiemus. Idem, eod.lib.

* Ut natura alius ad aliquem morbum proclivior: sic animus alius ad alia vitia propensior. Idem l.4.

Ut medica terra diu retinet semina propter asperitatem, ut serò emergant: ita morborum, ac dolorum cause, in hominibus aliquoties diu latet, donec voluptas in febrem erumpat. Plut.

Flosculorum odores per se parum efficaces, admixti oleo maiorem vim habent: ita morborum cause si in corpus incident, iam humoribus collectis abundant. Plut.

Qui male affecto corpore, vita ratione morbum accerunt, iij quasi cœnum commouent. Plut.

Ut nautæ nimium onerantes nauem, deinde in exhaustienda sentina laborant: ita qui corpus onerat cibis, ac deinde clysteribus inanunt. Plut.

Qui corpus ægrè affectum ad balnea ac voluptates trahit: quasi putre ac laceram nauem deducit in mare. Plut.

Si ebrij comedatores irrumpant in domum lucu funestam, non solum nihil adferent hilaritatis, sed eius latum potius excitabunt: ita voluptas

tes in corpore ægro offendunt quæque. Plut.

Ut nautæ sereno cœlo nonnihil fiant vela: cum est suspicio tempestatis, contrahunt: ita corpori recte affecto nonnihil permittendum: contrari si quid timebitur morbi, cautiū agendum. Plut.

Homines tantum pingues ac robusti durique similes sunt gymnasiorum columnis, vt dixit Arist. Plut.

Ut navibus sentinæ plenis onus detrahendum ita corporibus aggrauatis subducendus cibus ac potus. Plut.

Qui ita corpus exinanient pharmacia, ut peregrinis rebus expleant, ac magis noxiis: perinde faciunt, ac se quis expulsis è ciuitate Græcis, inducat Persas aut Scythas. Plut.

Magnus gubernator & scissio nauigat velo eis exarmavit, tamen reliquias nauigij aptat ad cursum: sic in corpore parum felici, ac deficiente, tamen fortis animus sui similis est. Senec.

* Confusis oculis profundit videntia, & quibusdam coleribus infirma acies acquiescit, quorundam splendore perstringitur: sic mentes ægras studia laxa pernulcent Senec.

* Ut vlcera ad leuem tactum, deinde etiam ad suspicionem tactus cōdolentes: ita animus affectus minimis offenditur, adeo ut quosdam salutatio, epistola, oratio & interrogatio ad item euocent. Senec.

In naui quæ sentinam trahit, vni aut alteri rimæ obstitut: sed ubi pluribus locis lazari cœperit, succurriri non potest nauigio dehiscenti: ita in senili corpore aliquatenus fulciri potest imbecillitas: verum ubi totum collabatur cœperit, nihil agitur remedius. Sen.

Ut putri & ruinam minanti ædificio nō adhibentur culturæ, sed circùspiciendū ut excusat: ita defecto corpore de migrando mè vita. Senec.

Morbi corporis pulsu & colore depre-

deprehenduntur: eorumque aduenientia
tum calor & lassitudo prænuntiata:
nimi morbos plerique non intelligunt
esse morbos. *Vide supra de animo.*

Mores.

*Vt qui variis tempestatibus huc &
illuc iactatus est, nec tamen peruenit,
non multum nauigauit, sed multum
iactatus est: sic qui diu vixit, nec pro-
ficit ad bonos mores, non diu vixit,
sed diu fuit. Senec.*

*Vt apicula per omnia circumvolvit
tans, id quod est utile, domum adducit:
ita studiosus ex unoquoque
quod ad mores confert, excerpit.
Plut.*

Morum similitudo.

*Vt succina paleas ad se trahunt,
magnes ferrum, chrysocola aurum:
ita quisque asciscit sibi suis aptum
moribus. Erasm.*

Morum diversitas & dissimilitudo.

*Vt tigrides circumstrepentibus tym-
panis aguntur in rabiem: ita que bo-
nas mentes compescunt, feras & agre-
stes irritant & effrant. Plin.*

*Bion, inquit, quemadmodum quic-
quid paxillo appenderis, id accipit su-
stinéisque: ita quibuldam quicquid
suaseris, admittunt, quicquid im-
posueris, ferunt. Plin.*

*Vt inter tot hominum millia nulla
facies sunt per omnia similes, nec vlti-
vae voces: ita suum cuique ingenium
est, suus cuique mos. Eras.*

*Ferula solis asinis gratissimum est
pabalum, cæteris animantibus præ-
sentaneum venenum: ita sèpè quod
alios offendit, aliis voluptati est. Pli.
lib. 24. c. 1.*

*Vt rem eandem diuersa specula va-
riè reddunt, pro forma speculorum
diuersa: sic idem factum, diuersi va-
riè interpretantur pro animorum va-
rietate: quod huic magnum est, illi
parvum: quod huic pulchrum, illi
fœdum erit. Eras.*

Sicut lusciosi nō cernunt nisi pro-

*ximè admota, contrà senes non nisi
longiusculè disita: ita quidā diuera-
so laborant morbo. Nam hic negli-
git amicorū res, neq. curat, nisi quod
propriè ad suum pertinet negotium,
contrà alij suarum rerum negligen-
tes in alienistantū sapiunt. Idem.*

*Aiunt ignē Chimæra montis sem-
per ardantis, aqua accendi, fæno re-
stinguita quosdam quò magis ores,
minus commoueas, si dehorteris vlti-
tro volunt. Plin. l. 2. c. 106.*

*Vt gagates aqua infusa incenditur
oleo restinguuntur: ita quidā quo ma-
gis roges, magis frigescunt: si neglia-
gis, vltro capiunt: aut sunt quos offi-
ciis alienes, neglectu prouoces ad as-
morem. Plutarchus libro 36. capi-
te 19.*

*Apud Troglodytas lacus est, qui
ter in die fit amarus aut salsus, ac rur-
sum dulcis, totiesque etiam nocte,
vnde & insanus dictus: sic quidam in-
æquales, nunc asperi, nunc sunt blan-
di, aliquando profusi, mox sordidi,
iam vehementer amant, iam supra
modum oderunt.*

Morum in melius mutatio.

*Non vt Cæneus subito è muliere
factus est vir optando tantum: sic re-
pente ex improbo viro, probus eu-
dit quispiam, vt qui cubitum abiit
stultus, surgat sapiens. Plut.*

*Vt aquæ salinæ, pluvia incidente,
dulciores sunt cæteris aquis: ita me-
liores solent esse, quos è diuersa vita
mutauerit diuinæ gratiæ influxus, ve-
luti Paulus. Eras.*

*Sicut Aminca vina senio sunt me-
liora: ita quidam in iuventa solutio-
res aut asperiores, ætate & vsu rerum
sunt mitiores. Idem.*

Morum mutatio in peius.

*Est India gens dicta Pandorum,
qua in pueritia cano sit capillitio, in
senecta nigrescunt capilli: ita nonnulli
li primis annis sobrij ac modesti, grā-
diores iam ad nugas & ineptissimas
voluptates abiiciunt se, & quasi pue-
rascunt. Plut. l. 7. c. 2.*

Hypanis fluuius, Scythicorum amnium princeps, per se purus & dulcis circa Callipodas Exampeo fonte amaro inficitur, atque ita dissimilis sui in mare conditur, de quo quidem est illud Solini elogium: Qui in principiis eum norunt praedicant: qui in fine experti sunt, non iniuria exercrantur: ita quidam initio blandi & amici, postea longè dissimiles sui reperiuntur.

Mors.

Vt nemo miratur liquefactū, quod potuit liquefcere, sectum quod erat sectile, exustum quod exustibile: ita mirandum non est mortuum esse qui erat mortalis Plut.

Quemadmodum mutuata pecunia aequo animo reddenda est: sic vita munus quod mutuo accipiemus a Deo, citra querimoniam est reponendum Plut.

Accensam lucernam nemo molestè fert, extinctam dolent omnes: ita nasci iucundum, mori inamabile. Plut.

* Quemadmodum clepsydra non extrellum stillicidium exhaustit, sed quicquid ante effluxit: sic ultima hora qua esse desinimus, non sola mortem facit, sed sola consummat. Sen.

Vt qui se meminerunt inquilinos esse, & in conducto habitare, & modestius se gerunt, & minus grauatum excunt: ita qui intelligunt domiciliū corporis ad breue tempus a natura commodatum esse, & viuunt temperantiūs, & libentiūs moriuntur. Senec.

Supradictum deditus vino faciem quoque exorbet: sic admodum vita avidus, qui ne extrema quidem senecta vult mori. Senec.

Vt felicior est, quem ventus atriō citō in portum pertulit, quam quem venti segnes, & longa tranquillitas lentissimo tādio delassarunt: ita fortunatior, quam festina mors statim his vitis malis eximit. Senec.

Ignis qui valentem materiam occupauit, aqua, & ceterum ruina extinguendus est: ille qui alimentis deficitur, sua sponte subsidit: sic facilis est mori senum. Senec.

Gladiator tota pugna timidissimus, cūm moriendum est, fortiter aduersario iugulum præstat, & errantem gladium sibi attemperat: sic mors admota etiam imperitis animum dedit, vt presentem fortiter ferant, qui cūm procul abesset, formidabant. Senec.

Mulier.

Vt nemo sentit, qua parte stringat calceus, nisi qui indutus est: ita nemo nouit ingenium mulieris, nisi qui duxit uxorem. Plut.

Muta cicada & miraculo est, quod ipsum genus sit garrulum: sunt autē huiusmodi in agro Regino: sic magis admiramur constantiam & silentium in femina, quod ipsum genus mutabile sit & loquax. Plutar. lib. 11. cap. 27.

† Quid est speciosa mulier? sepulchrum dealbatum, nisi fuerit sobria, casta, pudica. Chrys. in Psal. 50.

† Quemadmodum, cui est impositum cataplasma, & cui inuncti sunt oculi vel ipso aspectu præbet morbi suspicionē: Ita fuci tinturæ, & colores illiti animalia intrinsecus ægrotare significant. Clem. Alexan. lib. 2. Ped. c. 2.

Mundi contemptus.

Vt mare grauida, minus laborat & in gestatione, & in partu: ita si rem honestissimam animo conceperimus minore negotio consequemur quam stulta quædam oblectamenta. Et qui mundi præmia non sequuntur, minore dolore margaritum illud Evangelicum sibi parare poterint. Erasmus.

Munus.

Vt bilanx in eam vergit partem, unde plus accipit: sic quidam nunc huic, nunc illi fauent qui plurimum det, non cuius causa sit optima. Eras.

Musica.

Musica.

Vt quidam magnetes ferrum attrahunt, at theamedes qui in Aethiopia nascitur, ferrum abigit, respuitque: Ita est musices genus, quod sedet affectus: est, quod incitetur. Erasm.

N

N A T U R A.

Quemadmodum ex eodem luto licet fingere animantia, ac rursum confundere, atque continenter aliud ex alio facere: sic natura ex eadem materia genuit maiores nostros: his extinctis, nos deinde alios atque alios. Plut.

Qui de natura queritur, quodam genuerit homini noxia, disimulatis tot bonis, perinde facit ac si quis Nilum calumnietur alioqui frugiferum Aegypto, quod crocodilum habeat, aut aspidem: nec postea velit frui prognatis frugibus, sed tantum queratur de venenis, quae nutrit. Aut si quis in copiosa oratoris oratione, quae multis exuberet virtutibus, de pauculis vocalis temere illapsas cauiletur. Plut.

Bos ad ararrum adhibendus, equus ad currus, ad venatum canis, inquit Pindarus: sic quisque debet eam vitæ rationem capessere ad quam natura sit appositus. Plut.

Vt talpæ ceteræ parum aut nihil cernant, liquide audiant: Ita natura paria facit, dum quibus corporis formam negavit, his animi vigorem confert. Plut. I. 10. c. 69.

* Vt nauem & ædificium idem destruit facilissime qui construxit: sic hominem eadem optimè, quæ conglutinavit natura dissoluit. Cicer. in Catone maiore.

* Vt in ædificiis architecti auerunt ab oculis naribusque dominorum ea quæ profluentia necessariotetri essent aliquid habitura: sic natura res similes procul amandauit à sensibus. Cic. I. 2. de nat. deor.

Natura peruersa & inconstans.

Vt cameleopardalis siue nabis, colo refert equum, pedibus & cruribus bouem, capite camelum, maculis tigrim aut pardum: Ita quidam inæquales sibi varias hominum formas exprimunt: si cultum inspicias, sanctu aliquæ existimes: si orationem audiias, satrapam loqui putas: si vitam expendas, nebulonem inuenies: si scripta, bubulcum. Plin. lib. 8. c. 18.

Negotium.

Vt citius fatigatur, qui quam longum sit iter nescit: Ita minore tempore gignit, cui negotij ratio, modus, que præcognitus sit. Eras.

Vt labyrinthos non oportet ingredi sine filo, quod securus possis redire: ita non est suscipiendum negotium, nisi prius perspecta ratione quam inde possis inde rursus explicare. Idem.

Sicuti laberiosius est inanem iactare manum, quam saxo aut plumbo librata: ita molestius est, in nihil rebus operam sumere, quam in arduis versari negotii. Idem.

Vt qui locis æqualibus ambulant, magis defatigantur, quam qui inæqualibus: Ita laboriosius est semper eadem aut similia repetere, quam in variis versari negotii. Idem.

In Campania vites populos amplexæ, ipsa æquabant cacumina, adeo ut vindemiator rogam ac tumulum exciperet: Ita qui in arduis versantur negotiis, periculi meminisse debent. Idem.

Vt oscitant permulti, quod oscitatem conspiciunt: & mirariunt quod meienter viderint: Ita quidam nullo certo iudicio ad suscipienda negotia permouentur, sed quiduis in aliis intentantur, ac referunt. Idem.

Vide Labor.

Nobilitas.

Vt fugitiui ab altaribus ac templis reuulsis, nihil superest præter mortuorum sepulchra: sic qui vera suæ gloria destituti, maiorum imaginibus effuerunt fæse. Plut.

Vt lampyrides non sunt cōspicuae, nisi noctū aut in obscuro: Ita quidam non sunt illustres, nisi inter humiles & idiotas, obscurantur autem inter egregios. Erasm.

Minimi cancri, quos pinnoteras vocant, quō tutores sint inanum cōcharum testis se condunt, & cūm ac creuerint, migrant in capaciores: ita quidam maiorum suorum tituln tacentur sese, cūm suis diffidant virtutibus. Plin.

Nouitas, seu curiositas.

Vt coxi optant pecorum prouen-tum, pescatores piscium: sic curiosus malorum, nouarum rerum commo-tionem, vt habeat quod venetur. Plutarch.

Vt fele prætercurrente, tollunt ē medio obsonia: Ita apparente curio-so vertunt institutum sermonem, do-nec abierit, vt minus iam norit re-xum quām cæteri. Plut.

Nouitas vitanda.

Vt cibi potus, cœlique nouitas of-fendit, etiam si mutes in paria, aut in aliquanto meliora: Ita præstat ferre principem, aut magistratus pristinos, quām nouos asciscere, quia omnis rerum nouatio non careat perturba-tionem. Eras.

Vt plus est periculi corporib. no-stris vere & autumno, ob mutatio-nem: Ita nouitas omnis offendit ac lædit Rempublicam. Idem.

Nominum mutatio.

Vt sunt flumina quædam, quæ cūm eadem sint, diuersis locis diuersa for-tiuntur nomina: ita quædam res in alio homine, variis nominibus mutan-tur: velut fastus in principe splendor appellatur, in priuato superbia. Eras.

Notagratissima.

Vt maiore cum voluptate canta-tionem audimus notam, quām igno-rem, etiam si melior sit: Ita iis literis impensis vulgus delectatur quas di-dicit. Eras.

Nuga.

Vt Apion Homerum ab inseris e-

uocatum, nihil aliud interrogari, quām quibus parentibus genitus es-set: Sic quidam grauisimorum viro-rum concilio conuocato, de meris nugis consulunt. Plu.

Numerus.

Quo maius est animal, hoc minus est fœcundum, minuta numero fœ-tus sunt, adeò vt acanthis minima auicula duodenos paret pullos. ita quæ minus valent pondere, numero sunt pensanda.

H

OBIURGATIO.

Vt Telephi vulnus eadem hasta sanatum est, quæ vulnus inflixerat: Ita vulnus obiurgationis ab eo-dem sanabitur, qui fecit. Plut.

Vt qui sacris initiantur, perferunt primos illos insultus spe secuturæ dulcedinis, ac lucis: Idem faciendum iis, qui à philosopho obiurgantur. Plutarch.

Vt bonus medicus mauult morbo mederi somno ciboque, quām sciam-monio aut castorio: sic amicus, pater, præceptor magis studet laude corrigere, quām obiurgatione, si liceat. Plutarch.

Pharmacum non adhibitum in lo-co, dolet absque fructu: sic obiurgatio non vt debet admota. Atque idē facit amicus cum molestia, q[uod] ad adulator cum voluptate. Lædit enim vterque. Plut.

Vt austera remedia, sed necessaria, leuant quidem egrotantes, sed offendunt & inficiunt sanos: sic acris obiurgatio vitio medetur, probos offendit. Plut.

Quemadmodum medicus, vbi se-cuit carnem, non statim deserit se-ctum, sed rigat ac lenit: sic qui acrius obiurgavit, debet reliqua vita con-suetudine lenire eam molestiam. Plutarch.

Vt statuarij primū i&ibus inci-dunt

Dunt lapidem, postea poliunt atque
exquant: sic amicus obiurgationem
lenitate mitigabit. Plut.

Medici pharmacis amaris dulce
non nihil admiscent ut allicit: Ita
parentes obiurgationis asperitatem
lenitate debent mitigare. Plut.

Qui in rebus leuiculis acriter ob-
iurgat amicum, perinde facit, ac si
medicus amarum & acre pharmaco-
cum ac sumptuosum in leuissimis
morbis passim admoueat. Plut.

Quosdam gemmæ acero maceratae
nitescunt, pleraque melle decoctæ:
Ita quosdam meliores reddit acri
obiurgatio, quosdam admonitio
blandior. Eras.

Vt elleborum si parcius sumas, ma-
gis offendit, nam inhæret visceribus,
inficitque corpus: sin copiosius, ir-
rumpit celerius: Ita non est obiur-
gandus amicus, nisi ea vehementia,
quæ virtus liberet illius animum. Nam
leuior expostulatio contristat amici-
tiam nullo fructu. Plin. lib. 25. cap. §.
in fin.

* Vt elleborum, tamē si efficax, ta-
men medici vertant dari senibus, aut
pueris, aut exilibus: ita admonitio sic
est temperanda, vt ferre possit quem
velis emendare: nec solū spectan-
dum est vitium, sed natura quo-
que eius, cuius virtus studeas mederi.
Plinius.

Herbae salutares cōsuetudine per-
dunt medendi vim: Ita admonitio, si
assidua sit, non erogendat assuetum
iam obiurgationibus.

Vt pterniones & facit & tollit fri-
gus: item ignis ambusta sanat: Ita a-
mici obiurgantis oratio, dolori que
fecit, eadem medetur. Eras.

Vt qui coguntur secare, malunt æ-
re secare, quam ferro, quod hoc pa-
cto vulnus fit sanabilius: Ita qui cogi-
tur obiurgare quempiam, ita mode-
rabitur oratione, vt ipsa in se nonni-
bil admisscat occultæ medelæ. Idē.

Oblivio.

* Oblivisci quidem suorum, ac me-

moriā cum corporib⁹ efferrē, &
effusissimè flere, meminisse parcis-
simè inhumanij est animi: sic aues, si
feræ suos diligunt, quārum concita-
tus est amor, & penè rapidus, sed
cum amicis totus extinguitur.

* Lupis quo gregarios vocant, etiā
in fame surrepit obliuio cibi, si mo-
dò respexerint, ac protinus aliū que-
runt: Ita nonnullis mox excidit, quod
modò instituerant narrare, si interie-
ctis verbis aliquot animum illorū
aliò deuocari. Plin.

* Lynxes clārissimè omnium ani-
mantium cernunt, sed mira illis obli-
uio rei ob oculis semotæ: ita quidam
aci ingenio, sed obliuiosi. Erasm.

* Vt quod in maiore negotio cha-
lybi aut marmori insculperis durat
diutius: ita quod maiore studio disci-
mus nunquam obliuiscimur. Idem.

Obscenitas.

Vt celerius inebriantur qui dilutū
bibunt, quam qui merum: Ita cito
inficiunt animū quæ sobrietatis ali-
quid habent admixtū, quam quæ
simpliciter obscœna sunt. Nam à ve-
hementer obscœnis refugit animus,
contrà illa blandiuntur aliqua viti-
tis specie.

Occasio.

Morus nouissima omnium germi-
nat, & tamen parit inter primas: Ita
qui tempus idoneum opperīuntur
rei conficiendæ, etiamsi serius cœpe-
rint, tamen maturius conficiunt. Pli.
lib. 15. cap. 24.

Apes p̄eragunt opus suum non
statis diebus, sed quoties cœli com-
moditas inuitat: ita suo quæque tem-
pore rapienda est occasio. Plin. lib.
11. cap. 7. & 10.

Persica ob id ipsum pluris veni-
bant quod non durarent, nisi in tri-
duum: Ita audius rapiendum quod
citò præteruolat, vt inuenta. Eras.

Ocium.

Vt Herculē parum decebat, exuto
leonis exuvio, vestis Milesia, cùm ser-
uiret Omphalæ: sic parum decorum
f ij

ciuili viro deposita quam gessit per sona ad otiosam , ac volūptuarīā vitam se conferre. Plut.

Aptodes auiculæ, aut pēdēnt volatu, aut iacent, propterea quōd pedibus careant : Ita quidam in vtranque partem nimis vehementes , aut nimium tumultuantur negotiis, aut toti corpore otio : nihil medium est. Plin. l. 10. cap. 39.

Odium.

Ex festuca incensa, aut lucērna neglecta domi nonnunquā conflagrat vrbs tota: sic ex priuatis odiis ac disfidis publica pernicies oritur. Plut.

Subduc materiam, extinguetur ignis : subduc occasionem, conquiescat odium, siue invidia. Plut.

Vt vitis refugit brassicam, quercus abhorret ab olea , multò magis autem à nuce iuglande. (Nam vitius cū omnia complectatur . solam brassicam declinat : quercus si in scrobem oleę depacta fuerit, emoritur eadem: & iuxta nucem iuglandem inarescit) sic inter quasdam nationes naturale dissidiū est, vt nullo pacto queāt coalescere concordia: vt inter hos ferè, quos mare aut Alpes diremerūt. Eras.

Qui ex balneo calent, vehementius frigescunt, & aqua frigidior esse solent, quæ prius caluit: Ita vehementius sese oderunt, qui prius fuerunt amici, & sceleratores sunt, qui à pia via ad impiam se transtulerunt. Idē.

Iuglás crepitu prænunciat se frangi, vt fugere liceat, priusquam fiat ruina: ita quidam non lədunt, nisi prius ostendant se infenso: alij prius læserunt quā expostulent. Idem.

Vt inter animalium genera occulta quādā sunt dissidia, cùm nulla appareat dissidiū ratio, velur aranæ & serpēti, formicis ac foricibus, trochilo & aquilæ. aliisq; compluribus: Ita sunt qui illam aut illam oderint gentem, cùm nesciant, quamobrem oderint. Quidam oderē r̄hetoricen, aut Græcas literas, cùm hoc ipsum ignorent, quod oderunt. Plin. l. 10. c.

74. & Aristot. l. 9. c. de natur. animi

Vt carboni semel exusto suffocatōq; si denuò flagret, maior est visita semel sopitum odium , si rursus excandescat, acris est, Eras.

Oeconomia.

Duabus vocibus simul sonantibus grauior fit concēsus: ita quicquid sit in familia, fit quidem vtriusque consensu, sed tamē arbitrio mariti. Plue.

Qui venenī p̄scatur, facile interimit, & tollit p̄scem, sed corruptū & maleum: sic quæ philtris captant maritos, stupidos habēt & inutiles. Plut.

Vt vinum appellatur, etiam si major aquæ pars sit admixta: ita dominus mariti dicetur, etiam si mulier plus contulerit. Plut.

Offensa.

Vt medici eas febres quæ ab incertis causis paulatim collectis cœniunt, magis suspectas habent & timent, quād manifestas magnasque causas habent: sic latentes plerūque paruæque & frequentes ac quotidianæ viri atque vxoris offensæ magis eos disingunt, & vita consortiū labefactant. Plut.

Ter nouenis crabronum istibus interfici hominem existimant. Ita offensa rameti per se non capitalis, tamen s̄p̄ius iterata capitalem patit iniicitiam. Plin. l. 11 c. 21.

Officium.

Vt nec medici, nec Imperatores, nec oratores, quamvis artis præcepta percepint, quicquam magna laude dignum sine vsu & exercitatio ne consequi possunt: sic officij conservandi præcepta tradūtūr: illa quidē, vt faciamus ipsi. Cic. l. 2. Offic.

* Quemadmodum leges omnium salutem singulorum saluti anteponunt: sic vir bonus & ciuilis, officij nō ignarus, vtilitatem publicā magis quā priuatam curat. Idē l. 3. de finib.

* Quemadmodum qui iaculari dicit, destinatum locum captat, & manus format ad dirigenda quæ mittit, cùm hanc vim ex disciplina & exerci-

ercitatione percipit, quocunque vulnus illa vtritur: didicit enim non hoc aut illud ferire, sed quocunque voluerit: Ita qui se ad totam vitam instruxit, non desiderat particulariter admonebitur, doctus in totum, non quomodo cum uxore & liberis viuat. Si quid oculis oppositum moratur aciem, remouendum est, illo quidem non abiecto. Operam perdidit qui præcepit, sic ambulabis, illo manum porrigit, Eodem modo vbi aliqua res obcecat animum, & ad officiorum ordinem inspiciendum impedit, nihil agit qui præcipit, sic viues cum patre, sic cum uxore. Senec. epist. 95.

Olfactus.

Vt momus tauri opifcem Deum carpsit, quod non proposuisset oculos carnibus, ubi maximè erat opus: ita perpetram faciunt, qui coronas in vertice ponunt, cùm sub naribus magis apponi conueniat: vt plurimū yōluptatis ex odore possint haurire. Erasm.

Oratio.

Vt balnei non purgantis: Ita nec sermonis vlla est utilitas. Plut.

Vt fræno circumagit equus, vt clavo nauis: Ita oratione ducuntur homines.

Vt lumen, ita nec oratio ulli profest, nisi velentibus accipere. Idem.

Qui coronas neantur, bellissima querunt, non utilissima: At apes etiā amarissimo thymo insidūt, atque inde mellificium colligunt: Sic oportet auditorem non flosculos orationis voluptatis causa sectari, sed vim sententiarum & utilitatem. Idem.

Vt athletis amphotides adduntur contra plagas: ita pueris focalibus magis est opus aduersus pestilentem creationem. Idem.

Non conuenit, vt in tonstrina surgens, ad speculum contempleris te ipsum, num recte sis curatus: Ab oratione discedens, non expendas, num pugnior sis factus, aut deterior ex au-

ditione. Idem.

Facile est demoliri, quod alius extriue: at difficillimum, idem aut melius aliquid extruere: ita ahorum orationem reprehendere in proclī est, at eodem modo meliusve dicere, non est perinde facile. Idem.

Non sic ad audiendum est accedendum, vt velis inungi & oblini fucis, quo nitidior fias, sed gratia habeas, si velut alueare, acri fumo, sic ipse mordaci sermone purgeris animo, qui cæcutientia & lippitudinis est plenus. Eras.

Vt agrotus non querit medicum disertum, sed sanandi peritum: sic à philosopho non requirimus orationem phaleratam. Senec.

* Vt Leonum animaliumque impetus caueis coeretur: sic hominum quorū maximè in seducta orationes sunt, ita tamen delituprint vbiunque homo ocium suum absconderit, prodebet velit singulis & vniuersis, ingenio, voce, consilio. Senec.

+ Quemadmodum sapienti viro incessus modestior conuenit: Ita oratio pressa, non audax. Senec. epist. 40.

* Vt in vita, sic in oratione nihil est difficilius quam quid deceat vide re. Cic.

* Evoce agnoscimus hominem facie non conspecta, nam sua cuique vox: ita ex oratione licet hominis vitam coniectare. Eras.

Vt idem sol ceram liquefacit, & lutum indurat: ita eadem oratio alios reddet meliores, alios deteriores pro ingeniorum varietate. Eras.

Vti magnes non quiduis ad se trahit, sed ferrum duntaxat, cùm sint a lia multò leviora: ita quorumdam oratio non mouet omnes, sed iam propensos, ad id quod illi suadent, Idem.

Orationis virtutes,

* Vt mulieres ideo bene olere, quia nihil olent, videtur: ita hoc ipse f. iii

est ornatio oratio, quod ornamenta negligat. Cicer.

Qui statim orationis ornatum requirit, perinde facit, ac si quis nolit antidotū bibere, nisi vas sit adductū ex Atticæ Veneris figulina: nec in hyeme vestem induere, nisi quæ lanā habeat ouium Atticarum. Plut.

Qui bibunt, vbi iam desierint sitię, rum poculi sculpturam contemplantur: sic in oratione, primū animaduertendum, quām saturare sit quod dicitur: deinde si vacat, quid sit elegans aut nitidum, considerare licet. Plut.

Vt ridiculus sit cantor, qui rem grauem Lydiis efferaat modis: Ita ridiculus qui de iis, aut rectè viuendo verba faciens, rhetoricis lasciuat flosculis. Plut.

Vt iuxta vias asperas ac salebrosas violæ flosculique nonnunquam occurunt: Ira in oratione infacunda nonnunquam & sententia & figuræ incidunt dignæ quæ laudantur. Plutarchus.

Non idem finis sermonis, qui cursus, iuxta Sophoclem: nam illuc vincit qui præuenit, hīc qui magis ad rē dixit non qui celerius: immo vincit sæpe, qui posterioris dicit. Plut.

Sicuti sal modicè cibis aspersus condit, & gratiā saporis addit: Ita si paullū antiquitatis, aut ioci admiscueris, oratio fieri venustior: si plus satis, nihil insuauius. Eras.

Musice leui chordarum tactu demulcent, non graui pulsu: sic oratio placidè, citius quām aspera mouet populum. Plut.

In vite quicquid per amputations ad mitur materiæ, id fructibus additur: Ita qui reciderit curas supervacaneas rerum sordidarū, plus valebit in rebus seriis & grauibus: Aut quo minus est verborum, hoc grauiores sententia. Eras.

Vt laudatur in hoc Timanthes, quod in omnibus eius operibus plus semper intelligitur, quām pingitur:

Ita optimum orationis genus, in qua plurima cogitationi relinquuntur, pauca narrantur, & plus inest sensuum quām verborum. Plin. l.b. 35. cap. 10.

Orationis virtus.

* Quomodo conuiuiorum luxuria, quomodo vestium, & græ ciuitatis indicia sunt: sic orationis licentia (simo dō frequens est) ostendit animos quoque à quibus verba excunt, procidisse. Senec. epist. 115.

Quemadmodum in iis, quæ ad tibiā canūtur, multa fallunt ac suffugiant auditore errata: Ita in oratione phalerata, multa inepte dicta fallunt auditorem, ob phaleras & fucos orationis. Eras.

Qui abigit homines cesto Veneris, à Venere videtur alienus: sic qui oratione molestus est, & reddit inimicos, à musis est alienus, & viuendi ignarus. Quandoquidem oratio ad conciliandos homines est reperta, Plut.

Qui castam ac philosophicam orationem meretricis ac sophisticis laudibus prosequuntur, perinde faciunt atque ij, qui athletam liliis aut rosis coronent, non lauro aut oleastro. Plut.

Vt aves subuentaneos concepiunt fecerū: sic inutilis oratio accepta, neq; inhærens, sed protinus in auras dispergitur. Plut.

Quemadmodum medici quò doctiores videantur, diuersas rerum species ex diuersis mundi partibus petitas inter se commiscent: Ita quidam ostentatores orationem parum eruditam videri credunt, nisi ius Cesareum ac Pontificium, Poetas, Oraatores, Philosophos, Sophistas simul commiscuerint, & pluribus authoribus, ac literis cōsarcinauerint, quām Mithridaticum ferunt fuſſe concinatum. Id constat quinquaginta quatuor diuersis rerum generibus. Erasm.

Vt quod nulla vi efficiat, id aliquoties

quoties sit herba succo, si modò quem oportet, adhibeas: Ita quodam magis promoueris apta, quam violenta oratione. Idem.

Vt pharmacopola bracteis aureis tegunt remedia quidam, quò pluris vendant: Ita qui lenocinio verborum nihil ad rem pertinentium, rem commendari putant. Idem.

Tilia cum habeat corticem ac folia dulcia, tamen fructum eius nullum animal attigit: Ita quorundam oratio blanda, grataque & composita, sententiarum nullus fructus. Plin. lib 6. cap. 15.

Vt buxus semper quidam viret, sed aliqui & odore noxia, & semen habet omnibus inuisum animantibus: Ita quidam præter orationis gratiam, nihil adferunt nō fugiendum. Plin.

+ Quemadmodum per proclive currentium, non ubi visum est, gradus sistitur, sed incitato corporis pôdere, se rapit, ac longius quam voluit effertur: Sic dicendi celeritas nec in sua potestate est, nec satis decora Philosophiae, quæ ponere debet verba, non prolixcere, & pedetentim. Se nec. epist. 40.

Orator.

* Vt qui pila ludunt, etiam si non utuntur in ipsa lusione artificio proprio palæstræ, sed indicat ipse motus didicerintne palæstram, an nesciant: & qui aliquid fingunt, etsi tum pectora nihil utuntur, tamen utrum sciant pingere, an nesciant non obscurum est: Sic in dicendo facile declaratur, utrumque qui ad dicendum prodit omnibus ingenuis artibus instructus sit, necne. Cicero I.I.de Orat.

* Sicut medico diligentí priusquam conetur ægro adhibere medicinam, nō solùm morbi eius cui mederi volunt, sed consuetudo valentis & natura corporis cognoscenda est: sic equidem cum aggredimur anticipitem eausam & grauem, ad animos iudicū pectrātandos, omni mente in ea co-

gitatione curaque versari debemus, vt odorari quam sagacissime possumus, quid sentiant, quid existimant, quid expectent, quid velint, quod duci oratione facilimè posse videantur. Idem lib. 2.

* Vt nulla materies tam facilis ad exardescendum est, qua nisi admoto igne ignem concipere possit: sic nulla mens est tam ad comprehendendam vim oratoris parata, que possit incendi, nisi inflammatus ipse & ardens ad eam accesserit. Idem, eodem libro.

* Vt in Græcis artificiis aiunt eos aulædos esse qui citharædi fieri non potuerunt: sic nonnullos videmus qui oratores euadere non potuerunt, ad iuris studium deuenire. Idem pro Murena.

Vt signa quædam argillacea summo in pectio fuerunt, ob admiracionem artis: Ita nonnunquam res humiliæ ac nihil ingenium oratoris commendat. Eras.

Facilius insculpes gemmis, quæ voles, si terebra ferueat: Ita magis mouebit orator, si non solùm acriter dicat, sed ferueat, & amet id quod laudat, oderit quod vituperat. Idem,

Ostentatio.

Vt oua plena sidunt, inania fluitant: Ita qui veris virtutibus aut literis est præditus, minus ostentat se quam qui secus. Eras.

Animantia quibus longa sunt crura, insidem longum sit collum oportet: Ita qui magno strepitu student vivere, longius rapiant necesse est, vnde suppetat sumptus. Idem.

Chameleon maximum habet pulmonem, & nihil aliud intus: Ita quidam præter ostentationem, & ventosam iactantiam, nihil habent. Plin. lib. 11. c. 32.

Quemadmodum medici quo doctiores videantur, diuersas rerum species ex diversis mundi partibus petitas inter se commiscant: Ita qui-

dam ostentatores rationem parum eruditam videri credunt, nisi ius Cæsareum ac Pontificium, poetas, oratores, philosophos, sophistas simul commisceuerint, & pluribus authoribus, ac literis cōsarcinauerint, quām Mithridaticum ferunt fuisse concinatum: id constabat quinquaginta quatuor diuersis rerum generibus.

Idem.

Vt non est optima imago, quæ materia testatur opes locatoris aut artem pictoris, sed quæ rem proximè repræsentat: ita optima est eloquentia, quæ non ostentat ingenium dicentis, sed rem aptissimè ostendit.

Idem.

Sicuti terra quæ venas aquarum occultat, nebulam quandam exhalat ante solis ortum, longius intuentibus: Ita qui verè boni sunt, & erudi ti, etiam si non ostentet, tamen semper aliquid ex se produnt, vnde qui obseruet, deprehendere possit subesse vim boni.

Vt sol quo magis in alto est, hoc minores iacit umbras, quo terræ propinquior, hoc maiores, puta mane ac vesperi: Ita virtus quod maior est, & excelsior, hoc minus videri cupit minusque se se ostentat: contraria qui minus ipsa re valent, magis se dilatant ostentatione.

Vide fastu, Superbia.

P.

PARENTES.

VT scorpius non tantummodo putandus est habere aculeum, cūm ferit, sed semper est obseruan dus: Ita mali prognati, etiam si non peccent, tamen venenum habent.

Plut.

Vt pisces in mari nati, educati que nihil tamen sapiunt salis marini: Ita quidam inter barbaros geniti, & educuti, longè absunt ab omni barbarie.

Eras.

Parsimonia.

Templum Ephesia Diana rutoe reddebat obēratos à creditoribus: at multo magis frugalitas, & parsimonia præbet asylum.

Vt in conuiuis temperamus ab oppositis cibis, quo locus sit lauitis, quas expectamus: Ita quotidianâ parsimoniâ præmunieri sumus.

Plutarchus.

Plato vetat aquam à vicinis petere, nisi prius domi foderis usque ad terram, quam Ceramitidem vocant, repereris que nō esse spem venę: Ita prius excutiendum, vt parsimonia, aliave via tibi suppedites, priusquam à mēsariis pecuniam mutuam petas.

Plut.

Patientia.

* Ille magnus & nobilis est, qui more magna feræ latratus minutorum canum securus obaudit. Seneca.

* Pusilli hominis est, & miseri, repetere mordente, vt mures & formicæ, ad quas si manū admoueris, ora conuertunt. Imbecilla se lædi putat, si tanguntur.

Idem.

Patria.

* Vt tauris naturā datum est, vt protulisi contra leones summa vi impetrūque contendant: sic iij qui valent oportibus, atque id facere possunt, ad seruandum genus humanum naturā incitantur. Cic. l. 3. de fin.

* Quemadmodum aliqua vestis sapienti ac probo viro magis conuenit quam alia, nec ullum colorem ille odit, sed aliquem putat parum aptū esse frugalitatem professo: sic regio quoque est quam sapiens vir declinet, tamquam alienam bonis moribus. Senec. epist. 52.

Vt pisces in mari nati educati que nihil tamen sapiunt salis marini: Ita quidam inter barbaros geniti & educati longè absunt ab omni barbarie.

Eras.

Paupertas.

Vt qui vestes flagellant, corpus nō attin-

Stringunt: sic qui generis vitium aut paupertatem exprobrant, non propriè tangunt ipsum hominem, sed ex terna calumniantur. Plut.

E corporis morbo quidam hoc excerpunt commodi, quod vacant negotiis, quibus distingebantur, & quosdam labores obiecti reddidere validos: sic quibusdam exilium, paupertas, naufragium, occasio fuit philosophandi. Plut.

* Quemadmodum qui pedibus suis poterit iter conficere, ascendere tamen vehiculum mallet: sic pauper si poterit esse diues volet, & habebit utique opes, sed tanquam leues & auolaturas: nec vlli alij nec sibi graves patietur. Senec.

Vt vasa paria, quorum alterum plenum sit, alterum inane, pulsata concentum faciunt στά παρούση: Ita bene conuenit inter divitiam benignum & pauperem indigum. Eras.

Qui in altis sunt specubus, à fulmine non feriuntur: Ita infima fortuna tutissima est. Eras.

Dracones exugentes sanguinem elephantorum occidunt eos: & ipsi vicissim inepti opprimuntur ac commoriuntur: Ita sè penumero in bello, pars veraque & periret & periret, damnum dat & accipit. Plin.li.8. cap.12.

Pax.

Quædam remedia tristiora sunt ipso morbo, verius satius sit oppetere mortem, quam his aucupari salutem, velut suggere sanguinem è vulnere recenti gladiatorum morientium: Ita quandoque satius est ferre iniuriam quam maiore incommodo vlcisci: ferre pacem, etiam si parum commodam aut æquam, quam bellum cum immensis malis suscipere. Erasmus.

+ Vt nullum ædificium stare & sustentari potest, vincula ubi sustuleris: sic nec Ecclesia adaugeri, & ad suum fastigium perduci poterit, nisi pacis & charitatis vinculo constricta fuerit.

rit Basil. orat.i. de amore in Deum.

Peregrinatio.

Qui eos felices ducunt, qui per omnia vagantur maria, terræsq; perinde faciunt, ac si quis stellas errores iudicet fortunatores fixis, quamquam illis quoque suus orbis est, in quo voluntur, nec soli licet suos egredi finies. Plut.

Quemadmodum formicæ si semel antro, & apes si semel alvearib. eiici contingat, peregrinantur: Ita quidam si semel patriam exeat, exiles se putant. Plut.

Vt cochleæ semper dormum suam secum circumferunt: Ita quidam horrent peregrinas regiones. Plutarch.

Vt aspalacus non nisi apud Boëtios viuit ubi nascitur, alio translatus perit: Ita quidam peregrè viuere non possunt, nulla instructi arte. Eras.

Tarandus omnium arborum, & fruticum, locorumque in quibus latitat, colorem villis etiam imitatur: Ita tutior erit, qui ad quacunque gentem se contulerit, eius ritus ac mores imitetur. Idem.

Quidam fluuij per medios lacus erumpunt, vt illis non miscentur, sed hisdem eadem aquarum magnitudine post multa passuum millia exeunt, quæ fuerant inuecti: Ita si invictos incideris ciuitatem, ita ad tempus utendum hospitio, ut idem exeras, qui veneris. Idem.

Vt Aphricæ Auster serenus est, Aquilo nubilus, præter aliarum regionum natura: Ita quidam cum regione mutant ingenium ac mores. Idem.

Sorba quæ magis blandiuntur species, venenum habent: Ita blandiores amici magis cauendi, quam tristes, atque asperi. Idem.

Emperon herba, Latinè caicifraga, quod propius abest à mari hoc minus est falsa: quod longius, hoc amarior est: Ita quidam apud Gallos Ger-

maniam spirant, apud Germanos Galliam, & quod longius absunt, hoc magis referunt eam gentem. Idem.

Periculum.

Vt pueris cum terroristur personis, damus ea, in manus & versacas ostendimus inanes, vt discant non timere: Ita conueniet adhibita ratione, res specie terrificas excutere, vt cum viderimus non esse, quod apparent, ceteremnamus. Plut.

Medici vetant vi Halicaceabo, quanquam dentibus firmandis prodest, si eius succi colluantur, propter ea quod periculum est, ne si diutius id fiat delirationem gignat, & plus adferat incommodi quam commodi: Ita non est utendum his litteris, quae sic linguam expoliunt, vt mores inficiant, aut non conuenit sequi, quae sic augent rem ut famam laedat. Plin. l. 21. ca. 13.

Periculosiores sunt fontes, qui lympidis aquis blandientes oculis tamē perniciem adferunt, minus formidandi, qui ipsa specie testantur aquas esse fugiendas: Ita difficultius visitantur mala quae boni praetextu fallunt. Plin. l. 31. c. 2.

In Boeotia ad Trophoniū antrum iuxta flumen Orchomenon, duo sunt fontes quorum alter memoriam, alter oblivionem adfert. Ita ferè magnō alicui bono, mali magni periculum est vicinum. Plinius libro 31. cap. 2.

In Campania vites populos amplexi ipsa æquabant cacumina: adeò ut vindemiator̄ rogum ac tumulum exciperet. Ita qui in arduis versantur negotiis, periculi meminisse debet. Eras.

Muræna, non in capite, sed in cauda animam habet: Ita quod charissimum est, non ibi recondendum, ubi statim periculis sit obnoxium. Plin. l. 32. c. 2.

Vt sapientemero polypus dum conchæ carnem captat, ipse capitur ac

tenetur, Ita sæpius dum aliis nocere studemus, nos ipsos in periculum adducimus. Eras.

Persuasio inanis.

Sicuti quod directius nos ferit Sol radiis suis, hoc minor est umbra nostræ: quod obliquius, hoc magis incrementat umbra corporis: ita quanto plus quisque assequitur est veræ sapientiæ, hoc minus magnificè de se sentit; quod longius abest ab ea, hoc se magis dilatat stultissima persuasione sapientiæ. Eras.

Vt camelopardalis sive nabis colo refert equum, pedibus & cruribus bouem, capite camelum, maculis tigris aut pardum: Ita quidam inæquales sibi varias hominum formas exprimunt: si cultum inspicias, sanctum aliquem existimes: si orationem audias, satrapam loqui putas: si vitam expellas, nebulonem inuenies: si scripta, bubulcom. Idem.

Philosophia.

Qui adhortantur, & excitant ad philosophiam, nec docent, nec tradunt eam: perinde faciunt, ut iij qui præmungunt lucernam, nec infundunt oleum. Plut.

Quemadmodum grave est nauim ingressis cum terra discedit, quam agnoscunt, & nondum appetet ad quam nauigant: sic philosophantibus initio molestum à consuetis discedere comedis, cum nondū videant ad quam felicitatem philosophia sit perducta. Plut.

In Philosophia studio ceu per metamorphosin quandam, quidam velut aves facti conferunt se ad contemplationem naturæ, quidam ceu castellæ ad rixas & morsus sophismatum & quæstiuncularum. Plut.

Quemadmodum Anacharsis dixit Athenienses ad nihil aliud vii numeris, nisi ad numerandum: Ita quidam utitur philosophia præceptis, tantum ut ostentent. Plut.

Vt apicula ex flosculis succū melis colligit, cum alij non delectentur,

bisi

nisi colore & odore: sic philosophiz studiosus & ex poëtis inuenit, quod ad bene viuendum conduceat, cùm alij tantum voluptate deliniantur. Plut.

Aër qui est in auribus, nisi tranquillus sit, & carens propria voce, sed tinnitus fuerit ac tumultu plenus, non exactè recipit ea, quæ dicuntur: sic ea pars, quæ philosophia dicta, iudicat, si quid intus obstrepat, & obtinniat, non rectè iudicabit, quæ fortis accipiuntur. Plut.

Non fudit puteos, qui fontes habet, aut nouit: sic non petit aliunde qualemque consilium, qui ipse didicit philosophiam. Plut.

Iudex in causa nihil tribuens amori, tanum rem perpendit, ac secundum eam pronunciat: At in audiendis philosophis, multis lapsibus candidè fauendum est. Vnde veteres iuxta Mercurij statuam, Gratiarū item ponere soliti sunt.

Quemadmodum proci, cùm Penelope potiri non possent, stupravut illius ancillas: ita qui philosophiam non possunt assequi, alias literis continent. Plut.

Qui in ciuitatem adscripti sunt, & hospites, multa damnant, ac molestè ferunt: at qui in ea à pueris sunt educati, quique assueverunt, probant: sic qui philosophiam à pueris imbibierunt. Plut.

Quemadmodum agricola sylvestribus securim aut ignem admouet, ac funditus extirpat vineas verò, atque oleas amputat cauim ac circumspecte, ne forte superuacua resecans, lœdat & id quod sanum est: sic philosophus ex animo iuenum libidinem, auaritiam, inuidiam, penitus reuellet. Cæterum pudorem immodicum cautim emendabit, ne simul omnem euellat verecundiam. Plutarch.

Quemadmodum iuxta Philoxenum, suauissimæ sunt carnes, quæ nō sunt carnes, & iucundissimi pisces, qui

non sunt pisces. Ita maximè delectat admixta philosophia poësis, & poësi admixta philosophia. Plut.

Vt è vasis, cùm expletur liquore, aër expellitur: sic qui profecerunt in philosophia, veris implentur bonis, ac minus iā gloriantur barba & pallio, minúsq; seueri sunt in alios, in seipso duriores. Plut.

Vt initiantur homines clamore ac tumultu, deinde cùm sacra fiunt, taciti ac venerandi auscultant: Ita initia philosophia tumultuosa sunt træquila mysteria. Plut.

Vt in tempestate apparentibus Geminis, nautæ in spem eriguntur: Ita post primā illam in philosophia desperationem, lux veritatis oborta discutit eam dissidentiam. Plin.

Menedemus ait bat multos nauigare Athenas, qui primum essent sapientes, deinde fieri philosophos, id est sapientiae studiosos, deinde rhetores, postremò idiota: sic in philosophia quod magis profeceris, hoc minus turbabis fastu. Plin.

Qui nauem fregit, tamen spe vehitur: nam fieri potest, vt corpus natans in terram deferatur: At qui excidit à philosophia, totus periret. Plin.

Qui subinde subsistit in via, minus proficit: at in philosophia etiam relabimur in malitiam, intermisso ad honesta cursu, ceu nauis retroacta æstu. Plut.

Planetæ iuxta Mathematicos, cùm desinant procedere, figuntur: at in philosophia subsistere non licet, assidue est progrediendum. Plutarchus.

Vt statera non potest consistere, sed aut in hanc aut illam vergit partem: sic in philosophia, qui nō proficit ad bonam mentem, is reuoluitur ad malam mentem. Plut.

Quemadmodum qui expectant obfisionem, colligunt ac deponunt pecuniam, atque omnia parant sub hostium aduentum. Ita aduersus assultū iracudiz præceptis philosophia mu-

niendus, & instituendus est animus,
Plut.

Vt ad lineam applicandus est lapis,
non ad lapidem linea: sic vita ad phi-
losophorum decreta corrigenda est,
non ea sunt ad mores nostros trahen-
da. Plut.

Vt non medentur, qui vendunt
pharmaca: ita non sunt philosophi,
qui quicquid è philosophia sumpre-
rint, id transferunt ad ostentatio-
nem. Plin.

Non quemadmodum vnguentis,
cùm adsunt, deleat amorem, cùm non
adsunt non discruciamur: ita oportet
erga philosophiam esse affectum.
Plut.

Vt qui in immenso nauigant mari,
ex ipsa ventorum vi cursusque tempo-
re coniiciunt se promouisse, etiam si
nondum appareat portus: nusquam
tamen consistunt, donec portum atti-
gerint: ita non conuiescendum in
philosophia, donec ad perfectum il-
lum sapientis habitum peruenientū sit.
Plut.

Vt in euratione non sentitur mor-
bi levamen, nisi sincerus habitus in-
ducatur: sic in philosophia non pro-
ficitur, nisi paulatim aliquid decedat
de stultitia, donec in aliū mentis ha-
bitum proficiat. Plot.

Vt puerorum dū primū discunt
scribere, digitī tenentur, & aliena ma-
nu per literarum simulachra ducun-
tur, post iubentur imitari propositū:
sic primū animus ad præscriptum
adiuuetur oportet donec incipiat per
se philosophari. Senec.

Vt primū est expurganda bilis
vnde nascitur insania, deinde monen-
dus homo: alioqui qui furiosum ad-
gnoneat quomodo debet procedere,
quomodo se gerere in publico, furio-
sior sit ipse furioso: Sic primū ani-
mus est liberandus falsis opinioni-
bus, postea tradenda præcepta philo-
sophie. Senec.

Lana quosdam colores statim im-
bibit, quosdam non nisi sèpius mace-

rata & recocta: sic alias disciplinas
ingenia cùm accepere, protinus præ-
stant. Philosophia nisi altè descen-
dit, & diu sedit, non colorabit animū.
Senec.

Alia remedia cùm administrantur
tristia, post sanitatem denique dele-
ctat: Philosophia pariter salutaris est
& dulcis. Senec.

Philosophus etiam eloquens, per-
inde est quasi si bonus gubernator e-
tiam formosus sit. Senec.

Vt in corpore latet animus, vnde
vim & impetum sumant omnia: & my-
steria, quæ est sacrorum pars optima
non patent, nisi initiatis: ita philoso-
phiæ præcepta nota sunt omnibus, id
verò quod in ea est optimum, latet.
Senec.

Vt temina bona si in solum bonū
inciderint, similia origini proveniūt
eadē humus sterilis ac palustris ne-
cat: sic philosophiæ præcepta, si in bo-
num aut prauum animum incide-
rint. Senec.

* Quomodo multum inter avati-
tiam & pecuniam interest, cùm il-
la cupiat, hæc concupiscatur: sic in-
ter philosphiam & sapientiam. Se-
nec.

* Vt ignotarum verbium monstra-
tus hospiti gratus est: ita sciscitanti
cælestium causas domesticus inter-
pres: & in profunda terrarum præ-
mittere aciem iuvat. Sen.

* Vt medici toto corpore curando,
minimè etiam parti si condoluit, me-
dendiur: sic philosophia cum vniuersal-
iæ gritudinem sustulerit, si quid
error aliunde extitit, si paupertas mo-
nordit, si ignominia pupugit, si quid
tenebrarum offundit exilium, semper
ad eundem totem reuertendum est.
Cicer.

Fons in quo nitrum nascitur, nec
aliud quicquam gignit, nec alii: ita sa-
pientia studium, totum hominis ani-
mum sibi vendicat. Erasm.

Vt aqua maris in imo dulcior est,
quam in sommo: ita quò altius pe-
netres

netres in philosophiam, hoc minus habet amaritudinis.

Vt gemma minutula quædam res est, sed ingentibus tamen laxis anteponitur: sic homo pusillus, sed ingenio valens: aut sic philosophia seu virtus ostentatione minimum quiddam est, sed pretio maximum Idem.

Lauri bacca amara quidem sunt, sed saluti conferunt: Ita philosophie præcepta salutaria magis quam blanda sunt aut iucunda. Plinius libro 16. cap. 30.

Vt vino non est aliud corporis viribus vtilius, si recte utaris: nec eodem est quicquam perniciosius, si modus absit: ita Philosophia salutaris res est, si modice adhibeas: pestilentissima, si eius studio temulentus, à communis vita muniis reddaris alienus. Erasm.

Echinus præsentiens tempestatem, aut affigit iesē, aut arena faburrat: Ita cum imminet fortunæ tumultus, animus est philosophie præceptis confirmandus. Idem.

Democrats medicus Considia mulieri, omnem curationem austera recusanti, lac caprarum dedit. quas lentiseo pascebat: sic iis qui prossus à terricis philosophie præceptis abhorrent, fabellæ quædam amoeniores proponendæ, sed quæ philosophiam respiciant. Idem.

Fraxinum campestrem in tantum horrent serpentes, vt nec matutinas, nec vespertinas illius umbras quamvis longissimas, unquam attingant: & si gyro frondibus huius arboris claudatur ignis & serpens, citius in ignem fugiet serpens, quam in fraxinum: Ita nihil conuenit vitiis & studio sapientie, sub cuius umbra quisquis se continuerit, tutus erit ab iauias vitæ venenis. Idem.

Sicuti nasturtium ad Venerem quidem reddit segniorē, sed animi vim acuit: Ita philosophie studium corporis curam ac vigorem, ad animi vigorem traducit, vt hæc plus sapiat

homo in rebus æternis, quo magis stupet ad ista coporeæ, castaque. Pli. lib. 2. c. 13.

Vt quidam gemmas quasdam secum ubique circumsetunt aduersus morbos, maleficia, ebrietatem, tonitrua, ruinas, cæteraque malasita quædam philosophie decreta semper ad manum habenda aduersus incursuros animi morbos, libidine, iracundiam, ambitionem, avaritiam, & his consimiles. Idem.

Sicuti qui morbo laborant regio, iis mel cæteris dulcissimum amarum est: sic sapientie præcepta piis iucunda, tristia sunt iis, qui prauis affectibus corrupti sunt. Idem.

Vt acetum acre quidem gustu, sed aduersus serpentium ictus mirè vallet: ita præcepta philosophie austera quidem illa, minimèque blanda, sed contra pestiferas animi cupiditates remedium adferunt præsentaneum, Plut. I. 23. c. 1.

Hedera pota neruis nocet, eadem foris adhibita prodest: sic philosophiam si penitus imbibas, nocet ad pietatem: si leviter & veluti foris admoueras prodest ad eruditionem. Erasmus.

Gallus Phrygiæ flumines, si modice bibas, medetur corporis malis, si immodecē, lymphatum animum agit: ita si philosophie literas modice attingas, prosunt, sin totum te illi addideris studio, sanitatem mentis auferunt, & inanis gloriæ furore quodam præcipitem agunt. Plin.

Dicitamnum herba sagittas educit è corpore: hanc cerui monstrauere: Ita philosophie ratio, fortunæ iacula eximit animis, Plinius libro 2. capite octavo, Theophrast. libro nono, cap. 16.

Vt oleum infusum tranquillat mare & lucem addit: ita philosophia componit animi motus, & ignorantie caliginem discutit. Plinius libr. 2. cap. 106.

Vt pyrites gemma non aperit vim

igneam, nisi si atteras: tum enim digitos adurit: ita quorundam malitiam non senties nisi cum illis consuetudinem, aut commercium habueris, aut non sentias philosophiam nisi exercueris: ita succinna attritu vim attrahendi & odorem produnt. Eras.

Philosophus.

Vt Psylli in Africa, Marsi in Italia non solum ipsi non luduntur à serpentibus, verum etiam contra statu ac salua medentur aliis periclitantibus: ita Philosophi non satis esset debet, si ipsi non corrumpantur vitiiosis affectibus, verum oportet oratione aliis quoque cupiditates noxias eximerre. Plut.

Aiunt Asiaz & Graciaz balneatores cum velint turbam pellere, carbonibus iniucere semen æraz, quod id faciat vertigines: Ita Philosophi quoties volunt à suis libris submovere vulgus indebetum, Mathematicos quosdam numeros & figuras admiscerent, vt ex iis oborta vertigine capiatis librum abiiciant. Plinius libro 18. cap 17.

Vt montium proceritas minus appetat procul intuentibus, vbi accesseris, tū appetat quam sint in arduo: Ita nemo prospicit, quam excelsus sit animus philosophi, quantumque supra res omnes humanas emineat, nisi proprius contempleris & imitati oñe ad illum accesseris. Senec.

Vt tragœdia in theatris: ita philosophus in scholis est audiendus, nempe ad finem usque. Plut.

Vt auguria & auspicia non valent, nisi iis, qui querunt, & obseruant: ita præcepta philosophia non mutant nisi hos qui meliores fieri student, & hoc animo ad legendum accesserint. Erasm.

Vt medicus libentiis sanat oculū, qui pro multis videt, multoque custodit: sic philosophus libentiis principis animum instruet, qui pro multis sollicitus est. Plut.

Non quemadmodum parasitus cœ uitio tactus ab iis, à quibus alitur, ridet, ac nihil commouetur: ita à philosopho reprehensus, debet esse affetus, sed nec offendit oportet, nec impudenter negligere. Plut.

Physonomia.

Vt sunt quidam fontes, qui potu pecudum, atque etiam hominum cutem, & pilos pingunt albo, nigroves: Ita relucet in ipso hominis vultu & fronte, quod aiunt, quibus præceptis, imbutus sit, & quibus ex authoribus hauriat vitæ rationem. Eras.

Pietas.

Cedrus & iuniperus si oleo perungas, nec tinea sentiunt, nec cariem: ita semel imbutus diuini spiritus succo animus, nullam huius mundi sentit corruptelam. Plinius libro 16. capite 40.

Vt uniones tametsi in mari nascantur, tamen plus habent cognitionis cum cœlo, cuius faciem reddunt: ita pius ac generosus animus magis à cœlo pendet unde dicit originem, quam à terra, in qua viuit. Plin. lib. 9. cap. 35.

Vt Apelles pictor queri solitus est, perisse diē in quo non duxisset linea: ita Christianus dolebit, si quo die non euasit seipso melior in pietate. Erasm.

Vti ferrum aut chalybs cætera quidem duritie, rigorique superar, ab adamante vincitur: Ita res quidem potens est amor in liberos, sed hunc quoque superat pietas in Deum. Idem.

Pœna, supplicium, multa.

Vt qui diutina tabe conficiuntur, non effugiunt mortem, sed lentè moriuntur: sic qui non statim puniuntur, non effugiunt pœnam, sed longa ducuntur pœna. Plut.

Pigri remiges sereno cœlo desident in portu, deinde coguntur flantibus ventis nauigare cum périculis: sic qui non punit, cum est animo sedato,

dato, cogitur aliquando vel iratus punire. Plut.

Qui nos docuit sagittare, non ve-
tuit iaculari, sed vetuit ne aberrare
mus à scopo: Ita non est interdicta
punitione, sed in tempore & aptè faci-
enda. Plut.

Cantharides & scorpij in se cir-
cunferunt sui veneni remedium: at
ipsi peccato inest sua poena suppli-
ciumque. Plut.

Vt hiene, fel, & phocæ coagulum,
atque alia pessimarum ferarum par-
tes aduersus magnos morbos efficax
habent remedium: sic Deus pessimis
tyrannis vtitur nonnunquam ad cor-
rectionem vitiorum. Plut.

* Vt nec domus nec respubli-
ca ratione quadam & disciplina de-
signata videatur, si in ea nec rectè
factis præmia extent villa, nec sup-
plicia peccatis: sic mundi diuina in
homines moderatio profecto nulla
est, si in ea discrimen nullum est bo-
norum ac malorum. Cicer. l. 5. de na-
deorum.

Sicut ex vipera, crocodilo, cæte-
risque nocentissimis bestiis medici
remedia quædam aduersus veneno-
rum noxæ ad morbos efficacia quæ-
runt: ita animaduersio innocentes
multos vel arcet, vel reuocat à faci-
noribus. Eras.

In aspidis ietu nullum est reme-
dium, nisi vt partes contactæ ampu-
tentur: ita quædam vicia sola morte
sanari possunt. Idem.

Vt arbor excisa repullulat, euulsa
non refutatur: ita malum si peni-
tus tollitur, non tenascitur. Plin. lib.
22. cap. 3.

Ciconiæ quoties conuolant in cam-
pum, quem Pythonis comen vocant
(is est locus in Asia) quæ ultima e-
mnium aduenerit, eam lacerant, at-
que ita discedunt in vna omnium ces-
satione castigata: ita multitudinis vi-
tia, vnius insigni suppicio sunt vel
sananda, vel arcenda. Eras.

Vt magis est probanda medicina

quæ vitiosas corporis partes sanat,
quam quæ exurit: ita melior magi-
stratus, qui ciues improbos corrigit,
quam qui tollit è medio. Idem.

Poësis, poetica, & poete.

Quidam amethystum adhibent in
comportationibus aduersus ebrieta-
tem. Multò magis in audiendis poëtis
præcepta sunt adhibenda, ne quid in
ficiant animum. Plut. Plin. libro 37.
cap. 9.

Vt in his locis vbi multæ nascun-
tur herbae ad remedium efficaces, in
iisdem multæ nascuntur lethales: sic
in poëtis multa præclara, multa pe-
stifera. Plut.

Vt Simonides dixit stupidiores esse
Thessalos, quam vt à se decipi posa-
sent: ita qui feliciore sunt ingenio ci-
tius à poëtis corrumpuntur. Plut.

Non sic est parendum poëtis aut
philosophis, quemadmodum pueri
obtemperant pædagogis, sed quemad-
modum Cato puer parebat quidem
pædagogo iubenti, sed rogabat quæ
ob causam id iuberet: ita fides haben-
da autoribus, si causam idoneam redi-
diderint. Plut.

Quemadmodum in vite luxuriantib-
us foliis ac palmitibus sèpè fru-
ctus occultantur: ita in poëmatibus,
figuris ac fabulis luxuriantibus, mul-
ta cognita vtilia fallunt adolescentem
Plut.

Quemadmodum in iisdem paseuis
apis florem sequitur, capra fruticem,
suis radicem, quadrupedia fructem:
sic in poëtis alias aliud querit, hic
historiam, ille sermonis ornamenta,
ille probationes, ille præcepta viuen-
di. Plut.

Quemadmodum, iuxta Philoxe-
num, suauissimæ sunt carnes quæ nō
sunt carnes: & iucundissimi pisces, qui
nō sunt pisces: Ita maximè delectat
admixta philosophia poësis, & poësi
admixta philosophia. Plut.

Vt apis ex amarissimis floribus &
asperrimis spinis mel suauissimum
ac lenissimum colligit: sic ex turpis

bus ac sceleratis fabulis vtcunque decerpi potest aliquid vtilitatis. Plutarch.

Vt qui subito è summis tenebris in lucem educitur, magnopere perturbatur, nisi paulatim lumini assueverit: sic in poëtis prælegendis, philosophorum opiniones inspurgendæ in animos puerorum, ne postea ad tam diuersas doctrinæ rationes perturbentur. Plut.

† Quemadmodum (aiebat Cleanthes) spiritus noster clariorem sonum reddit, cum illum tuba per longi canalis angustias tractum, parentiore nouissimè exitu effudit: Sic sensus nostros clariores carminis arcta necessitas efficit. Seneca. epist. 108.

Si multi inebriantur vino, non ob id incidendæ vites, vt fecit Lycurgus, sed propius admouendi fontes: ita si multi abuentur poëticæ, non protinus abiicienda, sed adhibenda cautio, ut fiat salutaris. Plin.

Vt mandragora iuxta vites nascēs, vinum reddit lenius: ita philosophiæ ratio admota poëticæ, moderatiorem efficit eius cognitionem. Plut.

Quemadmodum in pictura plus mouet color quam lineæ, propterea quod propius hominis formam repræsentet ille, magisque fallat: ita mendacium admixta veri similitudine, magis allicit, mouetque, quam simplex oratio, quæ nihil habeat fici. Plut.

Non vt inuenire licet sacra sine tibiis & choro: ita poësim absque mendacio licet inuenire. Plut.

Venenum admixtu cibis, pestilens: sententia admixta rebus vtilibus ac iucundis. Plut.

Vt sœdis animantibus scite effictis delectamur: ita in poësi, quia est rerū adumbratio, etiam mala recte efficta delectant. Plut.

Vt in parricidio, aut incestu deplo, artem modò laudamus eius qui pinxit, rem ipsam detestatur: Itidem in poëtis elocutionem illitabi-

mur, rem execrabitnr.

Quædam per se non pulchra, quibusdam ob id bona sunt, quod apta: Ita laudantur in poetis quædā, quod congruunt personæ, tametsi aliqui feoda. Demonides claudus precabatur, vt crepidæ quas furto amiserat, quadrarent ad pedes eius, qui sustulisset. Plut.

Vt periculum sit, si omnes in idem inclinent latus nauis, sed aliis aliò inflecentibus, nauis optimè libratur: sic seditio & dissensio inter rhetores tutiorem reddit statum ciuitatis: Item dissensio poëtarū inter se facit, vt minus inficiant opinionem lectoris. Plut.

Quemadmodum Medici cantharidis, quæ lethale venenum [est], pedibus tamen & alis ad remedium utuntur: ita licet ex eadem poëfi decerpere quod medearis illius venena. Nā semper aliquid admiscent, quod significant se damnare, quod narrant. Plut.

Vt apicula ex flosculis succū melis colligit, cum alij non delectentur, nisi colore & odore: sic philologia studiosus & ex poëtis inuenitus, quod ad bene viuendum conducat, cum alij tantum voluptate deliniantur.

Quemadmodum spiritus noster clariorem sonum reddit, cum illum tuba per longi canalis angustias tractum, parenti ore nouissimè effudit: sic sensus nostros clariores arcta carminis necessitas efficit, eadem negligentiū audiuntur, minisque percussiunt, quam diu soluta oratione dicuntur. Potest trahi & huc, & si quis dicat famam virtutis clariorem existere, si diu rebus aduersis oppressa, tandem emerserit. Senec.

* Quemadmodum nomenclatori memoriæ loco audacia est, & culunque nomē non potest reddere imponit: ita poëtae non putant ad rem pertinentere, verum dicere, sed aut necessitate coacti, aut deince corupti, id quen-

quenque vocari iubent, quod bellè facit ad verum. Senec.

Qui biberint ex Clitorio lacu, iis vini tedium oboritur: Ita qui semel dustarint poëticen, abhorrent à philosophiae præceptis, aut contrà: siue qui se mundanis voluptatibus ingurgitant, abhorrent ab honestis illis, ac veris oblegamentis. Plin.

Vt scarabeum, aut viperam, aut a-reneam in gemma redditam & imitatam à natura (nam id videmus esse factum in nonnullis) noa horremus, sed amplectimur, effigie delectati: sic vitiorum erudita pictura delectamur in historicis ac poëtis. Erasm.

Sicut imitatitia, vina, quæ frugibus consciuntur apud quosdam, batetenus assequuntur vini vim, quod inebriant, non tamen perinde reficiunt cordis vigorem: ita quidā quod in poëtis est vitij, id assequuntur, nempe obsecnitatatem: ceterum eloquentiam, venustatem, eruditionem non possunt exprimere. Eras.

Potestas, Potentia.

Vt qui obtuso fræno conatur e- quem domare, excutitur, equo contemnente frænum: sic qui populum vincere conatur, non satis instrutus potentia, ab imperio deturbatur. Plutarch.

Sol cùm maximè tollitur in altum, arduus ad polum septentrionalem, tum minimum mouetur: Ita quò maior est potestas, hoc magis coercenda est animi temeritas. Plut.

Vt in malis somniis nonnulla turbat animum ægritudo, sed præterea nihil efficiunt: sic mali, sed imponentes noa admodum lœdunt. Plutar-chus.

Vt accisa pennæ tempore renascuntur: Ita nisi assiduè premas renascitur potentia. Erasm.

Vt Castoris & Pollucis faces, si solitariae appareant, dictum est ostendit: sin geminæ, salutare: Ita non oportet potentiam esse sciunctam à

sapientia, alioqui pestilentem. Plin.

Vt quædam fulmina æs ac ferrum liquefaciunt, ne cera quidem confusa: Ita diuina vis, aut regia potestæ in obstantes suavit, mollibus parcit & cedentibus. Plin.

Vt bruta fulmina montes feriunt irrito i&t;u: ita stulta potentia suas vires, in quod nihil opus est consumit. Plin.

Sicut nec Ægyptus ob calorem, nec Seythia ob rigorem sentit fulmina: ita vel ingens potentia, vel extrema fortunæ humilitas, tutum reddit à contumeliis. Plin.

Præceptores artium.

Vt quidam crebris diverticulis viæ breuem reddunt longam: sic nonnulli ducentem crebris questiunculis nihil ad rem pertinentibus interpellantes, perpetuam interrumpunt doctrinam. Plut.

Vt pulli inuolucres semper hiantes pendent de ore alieno: sic quidam molesti sunt docenti, quod necessarium sit eis omnia mansa in os inferrere, nihilque tradant ipsi sibi. Plutarchus.

Vt non satis est soli bonitas, nisi accedat & cultor idoneus, & semina: Ita non sufficit ingenij felicitas nisi accedit doctor, & institutor egregius & præcepta idonea. Plutarch.

Vt sacrificis honorem habet ciuitas, quod commune omnium bonum à diis petant: Ita multò magis honorandus principis præceptor bonus qui tales fingit, vt omnibus sit utilis futurus. Plutarch.

Vt agricolæ vallos apponunt arboreculis, quò rectè crescant: Ita qui instituit addit monita & præcepta ingenii salubria, ne diuaricent in via. Plut.

Vt maximi medici, minores quoque morbos optimè sanant: Ita doctissimi præceptores, & minima optimè docent. Erasm.

Vt boni agricolæ est nosse terram quam colit: Ita præceptor diligens in

primis studeat cuiusque indolem & ingenium cognoscere : neque enim eadem omnibus adhibenda. Idem.

Præcipitatio.

Sicuti aquilo initio vehemens, definit lenior : contrà Auster initio lenior, definit vehementior : Ita qui præcipites magno impetu rem aggrediantur, frigescunt in progressu: contrà qui cōsilio suscipit, magis acceditur operis progressu.

Vt Saturnus qui ex septem erronibus summum tenet locum tardissimè circumagit: Ita qui in summa constituti sunt potestate, quām minimè præcipites oportet esse. Plin. libro 2. cap. 16.

Vt canis properans in emittendo cæcos parit catulos: Ita præcipitata opera non possunt esse absoluta. Pli. lib. 8. cap. 40.

Vide pœnæ.

Premium.

* Eleganter Xenophon Oeconomis prodidit, cætera quæque animalia duabus rebus potissimum adduci ad obtēperandum: cibo, si quod fuerit abiectius: aut delinimento, si generosius, velut equus: & plagis, si contumacius, velut asinus. At homo, cùm sit animal omnium generosissima muta, nō tam minis ac suppliciis cogi, quām præmiis oportebit ad officium inuitari legibus. Erasm.

Vide pœna.

Præsumptio.

Vt in corporibus morbus segnitie & lassitudine prætentitur: sic infirmus animus, priusquam opprimatur malis, præsumptione quatitur. Senec.

Prætextus.

Periculosiores sunt fontes, qui lymidis aquis blandientes oculis, tamen perniciem adferunt: minus formidandi, qui ipsa specie testantur aquas esse fugiendas: Ira difficultius vitantur mala, quæ boni prætextu fallunt. Pli. lib. 31. cap. 2.

Princeps.

Vt qui non consuerunt neque cœnare, neque lauare, nisi ex præscripto medici, ij nec sanitate fruuntur: Sic qui omnia ad principis iudicium refert, reddit eos dominos plus quæ vellet ciuitas, vt nihil iā nec recte fieri possit, nisi principis arbitrio. Plut.

Vt rex mundi magna curat, parua relinquens fortunæ, quemadmodum dicit Euripides: Ita princeps non nisi in graibus & arduis negotiis exercetur. Plut.

Regula primū recta sit oportet, deinde quæ applicentur corrigat: Ita princeps, primū ipse virtus careat necesse est, stdeinde aliis leges præscribat. Plut.

Eryngium herbam, si vni capræ in os inferas, cùm ipsa fistitur, tum omnes consistunt, donec pastor herbam eximat: Ita principis mores, mira vi in populum transfonduntur. Plut.

Cybindus avis bellum interneccnum gerit cum aquila, adeò vt cohærentes sæpenumero prendantur: Ita fit aliquoties, vt dum mutuum inter se odium pertinaciter exercent principes, utrique subvertantur, tertio quoipam inuadente. Eras.

Galli sæpius in pugna commoriuntur: Ita quidam mutuis dissidiis confidunt sese. Idem.

Vt plures apparere soles prodigiū est: ita plures esse Monarchs aut principes vel imperatores. Plin. lib 2. cap. 31.

Vt sol non alius est pauperi, alias diuiti, sed omnibus communis: Ita princeps personam spectare non debet, sed rem. Eras.

Sicuti Deus cùm nihil non videat, nihil tamen videnti similis est: Ita princeps n̄ hil ignorare debet, multa dissimilare. Idem.

Vt magi prodigiosa quædam promittunt, iisq; promissis vulgus credulū alliciunt: Ita principes maximarum rerum spes ostentant, vt sibi reddant addictos. Idem.

Quem.

Quemadmodum vitis tametsi arbor omnium nobilissima , tamen a rundernum, aut vallorum, aut arborum infrugiferarum eget sustentaculis: Ita potentes & eruditi inferiorum e gent opera. Idem.

Vt vallis aliquoties frondibus suis vitem amplexam strangulat: ita nonnquam adminiculi gratia obiter asciti , subuertunt & opprimunt potentiores. Idem.

Leo cunctis formidatum animal cantum ac cristam galli formidat: ita summi principes infimorum conuicia nonnunquam timere coguntur. Idem.

* Cùm cæteri mortales artem quā profiteri parāt, prius adhbito studio discant: Quanto maiori cura principem oportet administrandi rationē perdiscere ? Ac cæteræ quidem artes quatuor rebus potissimum constant: natura, præceptis, exemplis, vsu : in principe lene ac mansuetum ingenio requirit Plato. Eras.

* Non licet dormitabundū esse qui clavo assidet : & in tantis rerum periculis stertit princeps? Nullum mare tam graues habet tempestates vñquam , quām omne régnum assiduè. Semper itaque principi vigilandum est ne quid erret, qui non nisi plurimorum pernicie delinquit. Idem.

Magnitudo nauis , aut mercium pretia, aut vectorum numerus haud facit elatiorem bonum nauclerum, sed attentiore: ita bonus rex quo pluribus imperat, hoc vigilanter esse debet non insolentior.

* Seruus seruo præstantior, vt habeat propterbiū, vt dominus domino potior: quod alia sit ars alia præclarior, alia functio alia melior. At principem in optimo sapientiae genere oportet præcellere. Ea est ratio restē administrandi Remp. Idem.

* Nullus ad Olympicū certamen accedit , nisi prius secum expenderit, quid eius certaminis lex postuleat: neque queritur sibi molestū esse solem,

aut puluerem , aut sudorem , aut si quid est aliud huius generis: quandoquidē hęc omnia cū ipsa ludi ratione coniuncta sunt: ita qui suscipit imperium prius suo cū animo debet expedere, quas res principis officium exigat. Consulēdum alienis commodis, propria negligenda: vigilandum, vt aliis dormire liceat: laborandum, vt aliis liceat otiani. Idem.

* Cùm Christianorum vñus sit dominus: cū qui huius gerūt vices, abs quo quis malunt administrandi formā petere, quām ab hoc qui solus est totus imitandus? Ab aliis decerpere licet si quid fortē viriutis admixtum habent. At in hoc absolutum est omnis virtutis ac sapientiae exemplar. Ea quidem stultitia videtur, sed infidelibus : nobis si verè fideles sumus, Dei virtus est & Dei sapientia. Idem.

* Réita tecum expēndas licebit: si quis omnes homines , quos tuos vocas, Circes arte vertat in sues , aut asinos, nōnne dices deterius factū tuū imperiū? Dices, opinor. At qui plus iuris est iti sues aut asinos, quām in homines: licet quod lubet agere , licet distrahere, licet interimere: Proinde deterius fecerit imperiū, qui liberos ciues verterit in mancipia. Quo præstatius est, in quod geris imperiū, hoc magnificētius ac splendidius régna. Cōsuluit igitur tuæ maiestati, qui ciuiū libertatē ac dignitatē tuetur. Idem.

* Deus ipse ne coactis imperaret, & angelis & hominibus liberū dedit arbitrium, quo splēdidius & augustius redderet imperium suū. Et quisquam hoc nomine sibi magnus videtur, quod metu adactis ciuibüs seu peccatis imperet? Idem.

Princeps bonū.

Vt Deus in cælo pulcherrimū ac iucundissimum sui simulachrum cōstituit solem: sic in republica principem, qui prudentia, iustitia, benignitate se erga omnes repræsentet. Plut.

Medicus multo educto sanguine corrupto, paulūm innoxij cibi minis-

strat: sic princeps sublatis multis malis ac nocētibus leni gratia & humana-
nitate molestiam eā mitigabit. Plut.

Vt canes ouium custodes excubias agunt, non sibi timentes, sed ouibus: Ita rex non tam sibi debet timere, quām populo. Plut.

Musicus chordas dissonantes non statim abiicit, atque incidit, sed sensim intendens aut remittens ad concentum adducit: Ita princeps leniter debet emendare peccantes, non pro-
tinus tollere. Plutar.

Vt in magna tempestate validissi-
mo clavo, optimo gubernatore, pluri-
mis fulturis opus est: Ita magnas &
turbulentas res administrandi summa
opus est sapientia. Plut.

Vt plus debet Neptuno, qui mer-
ces preciosissimas deportauit: sic plus
debet principi, qui tranquillitatē,
& pacem publicam non in volupta-
tibus, sed honestissimis studiis consu-
mit. Senec.

Vt sydera mundi, vel si paulū sub-
sistant, ac aberrent, summo id omni-
um malo sit: Ita principi cessare nō
licet: quod si facit, magna rerum hu-
manarum pernicie sit. Senec.

Rex apum solus aculeum non ha-
bet, aut certè non vtitur, ad hæc grā-
dior est corpore, & specie decentior:
sed aliis, quā cæteræ minoribus: Ita
principem oportet esse clementissi-
mum, & à sua ciuitate nusquam auo-
lare longius. Plin.lib.21.c.17.

Rex ipse quidem non operatur,
sed obambulans, ac circumvolans alios
velut exhortatur: Ita princeps non opera,
sed consilio & iussu pro-
delle debet suis. Idem.

Sol iucundissimus est iis, qui ipsum
possunt intueri: Ita princeps iis, qui
amant institiam. Eras.

Sicuti Leo citius sœvit in virum
quām in foemina m, pueros non nisi
summa fame coactus attingit, suppli-
cibus ac prostratis parcit: Ita poten-
tes infirmioribus debent ignoscere,
vires in alios experiri, quo vincere

pulchrum sit. Plin.lib.8.cap.16.

Vt cometes nouus apparet, aut
magnum bonum, aut ingens malum
portēdit mortalibus. Ita nouus prin-
ceps salutem adfert rebus humanis si
bonus est, maximam pestem si ma-
lus. Plin.lib.2.c.26.

Princeps malus.

Vt in scena θρυψίην tantum os-
tenditur, nec loquēs quicquam, nec
agens: sic princeps qui vestitu, & ti-
tulo tantum principem agit, nihil
autem curat eorum, quæ verè sint
principum officia. Plut.

Quemadmodum fulgor prius emi-
cat, quām audiatur tonitru, quām
sonitu auribus excipiatur, lumini vi-
sus occurrat, & sanguis prius appareat
quām vulnus: sic princeps aliquando
prius condemnat, quām redarguatur
delatus. Plut.

Vt lapsus non potest erigere la-
psum: Ita malus & stultus princeps
non potest emendare populum. Plut.

Vt canicula pestilens est omnibus
sydus: Ita principis mali potestas om-
nibus nocet. Erasm.

Cerui cùm arrexere aures, acerri-
mi auditus sunt, cùm remisere, surdi:
Ita principes si quid est, quod pla-
ceat, id procul etiam percipiunt: si
quid secus, quantumuis clamet, non
intelligunt. Eras.

Vt ranæ ultra solitū vocales tem-
pestatem significant imminētem: Ita
cùm plurimum valeat apud princi-
pes oratio malorū, bonis tacentibus,
tum instat rerum perturbatio. Idem.

Vt solis defectus, magnam mortali-
um perniciem trahit: Ita regis er-
ror, etiam leuis, magnam tamen in
rebus humanis gignit perturbatio-
nem. Plin.lib.2.cap.10.

Vt quædam fulmina æs ac ferrum
liquefaciunt, ne cera quidem cōfu-
sa: Ita diuina vis, aut regia potestas,
in obsidentes sœvit, mollibus parcit
& cedentibus. Plin.lib.2.cap.53.

Vt vitis nisi amputes, latè sece spar-
git, brachii suis omnia complectens
& im-

& implicans: Ita princeps ambitiosus semper aliquid è proximis suo adiungit imperio, nisi subinde vindicetur. Vide *Tyrannus*.

Principum educatio.

Vt grauius puniendus, qui lethiferum venenum nō in vnum calicem, sed in fontem, vnde bibunt omnes, iniicit: sic magis peccant, qui principis corrumpunt ingenium, quām qui priuati hominis. Plut.

Vt sacrificis honorem habet ciuijas, quod cōmune omnium bonum à diis petant: Ita multò magis honorādus principis præceptor qui tales fingit, vt omnibus sit utiles futurus. Plut.

Vt artifex lubentius faciat lyram, qua sciat Amphionis arte Thebanorum urbem condendam, quām eam qua Thales Lacedæmoniorum seditionem composuit: Ita philosophus lubentius formabit ingenium principis orbis profuturum. Plut.

Principum fastus.

Vt imperiti statuarij pulchrā existimat statuam, quæ sit vastissima mole: sic reges nonnulli fastu & asperitate se egregios principes videri putant. Plut.

Vt colossi loricis insignes Deum aliquem repræsentant, intus pleni luto, clavis, sordibus: Ita rex ignaus purpura, equis, auro, satellitio magnificus, in animo nihil habet præter sordidos affectus, & inscitiam. Plut.

Statuæ magnitudine molèque sua librantur, & consistunt: at reges stulti subuertuntur. Plut.

Principum inter se odia.

Cum maximè feruent apum inter se prælia, tum iactu pulueris, aut summo tota res compónitur: Ita grauissimi rerum motus inter principes, affinitate aut simili re quapiam nugacissima finiuntur. Plin. lib. ii. cap. 18. Vide *Bellum*.

Principum fauor.

Vt periculosum est, dæmones euocare, propterea quod si quid erratū

fuerit, magno conantis discrimine fiat: nam aiunt Tullum Hostilium iustum fulmine, quod ex Numæ libris Iouem deuocare conatus, quædam parum ritè fecisset: Ita periculosum est, cum principibus habere commercium, aut cum morosis potentibus, quod offensi re qualibet leui, funditus subuertant hominem. Erasm.

Prodigalitas.

Vt ager ferox, sed quem oporteat multo impendio colere, non multū iuuat colonum: si homo quæstuosus, sed idem sumptuosus, haud multum reponit hæredi profuturum. Plin. lib. 18. cap. 5.

Sorbo folia vniuersa decidūt, cùm cæteris arborib. paulatim id accidat: Ita quidā subito nudatur, aut profundūt, aut genus vitæ cōmutat, cùm sensim id fieri oporteat. Plin. lib. 16. c. 25.

Pronuntiatio.

Sicuti pieis mirum est studium imitandi verba hominis, adeò vt in cœnatu nonnunquam emoriantur: Ita nonnullis dulce ediscere preculas & psalmos, eosq. subinde sonare, cùm non intelligent. Erasm.

Taurus auscùm sit pusilla, tamē boum vocem imitatur: Ita nonnulli cùm re sint exigui, tamen loquuntur reges ac satrapas. Idem.

Bona fabula aliquando exsibilatur, virtus histrionis male agentis: ita bona oratio displicet si quis parum aptam referat. Idem.

Vt eodem halitu, sed aliter emissio calfacimus, ac refrigeramus: Ita eadem oratione aliter pronuntiata movebitur affectus, aut frigebit. Idem.

Qui nimium incitatus fertur, non vbi vult sistit se, sed longius effertur quām velit: sic nimia in dicendo celeritas temerè rapitur: Senec.

Prudentia.

Vt non debet sumere citharam, qui canendi sit imperitus: Ita non debet imperium sumere, qui nō sit prudens prædictus. Plut.

Ve cicatrix admonet cauendum esse vulnus: ita memoria præteriorum malorum reddit cautores. Plut.

Vt Cyclops exoculatus, manus quoquò versum porrigit, nullo nititur certo scopo: Ita magnus rex, cui desit prudentia, quiduis aggreditur ingenti rerum tumultu, sed nullo iudicio. Plut.

Fibri Pontici genitalia sibiipsis amputant membra in venatu, quod ob hoc se peti intelligent: Ita prudentis est aliquando abducere rem ob quam periclitatur. Plin.

Pueritia.

Vt qui è vinculis emittuntur, licetius vagantur, quam iij qui nunquam fuerunt in vinculis: sic pueritia cum à præceptoris gubernatione solvitur. Plin.

Q

QVERIMONIA.

Quidam Homeri versus acephalos, id est, capite truncatos, & pauperes, id est, cauda diminutos exterpunt, rā multa integra pulcherri- māque prætermittentes: idem faciūt, qui de paucis vitæ malis queruntur, dissimulatis tot commoditatibus. Plutarch.

Quæstus sine lucrum.

Polypus stupidum alioquin animal in captandis conchis incredibili vti- eur solertia: Ita quidā ad solum quæstum suum sapiunt, alibi pecudes mezz. Plin.lib.9.cap.29

Quæstio inutilis.

Vt qui clave yeſit secare ligna, securi aperire ostium, vtriusq. vſu sele priuat: sic qui dicentem alienis ac friuolis quæſtiunculis perturbant, nō solum nullum capiūt fructum ex his quæ dicuntur, verum etiam malis viri opinionem, atq. odium lucrifaciunt. Plut.

Vt apud Homerū Ulysses ridetur aprocis, quod panis frustula peteret, non enses, neque lebetes: Ita magis

rideendi sunt, qui differenti minutulas ac friuolas quæſtiūculas obiiciunt, Plut.

R

RABVLAE FORENSES.

Erat porticus in Olympia, quam Septiuocam vocant, quod pro vna voce multas redderet: Ita locutuleij quidam, vel uno prouocati verbo, sermonem immensum referunt. Plutarch.

Rabina.

Canis quicquid exceptip protinus deuorat, & semper ad spem futuri hiat: Ita quod expectantibus fortuna proiecit, id sine vlla voluptate dimitimus, statim ad rapinam alterius exteti. Senec.

Vt feræ mutuo laniatu viuunt: Ita quisquis potentior malo inferioris ditescit, ac crescit. Senec.

Vt fuci cùm ipsi non mellificent, tamen apum insidiantur laboribus: Ita sunt qui nihil ipsi excudunt, sed aliorum vigiliis elaborata furtâ sibi vendicant. Plin.lib.11. cap.11. & cap.7. eodem lib.

Sicuti Polypus quicquid brachiis attigerit, succu tenet & attrahit: Ita difficillime ipse est euellere de manibus quorundam. si quid naſti fuerint. Plin.lib.9.cap.29.

Qui Tigridis catulos rapit, bene secum agi potat, si vel vnum inse- quenti matri auferat impunè: Ita qui alienam inuasit possessionem, etiam si cogatur reddere, lucrum tamē facit, si vel portionē aliquam retineat. Plin.lib.8.cap.18.

Lutarium pisces semper sequitur pisces nomine Sargus, qui illo cœnu fidiente, excitatum deuorat pabulum: Ita sunt qui se misceant alienis negotiis, ut eis laborantibus fructū percipiant. Plin.lib.9.cap.17.

† **V**t cylindrus à recti tudine deerans, non firmatur ad axem circuli;

qui

Qui circunducitur , nisi gubernator sua industria regat: Sic affectiones ad deteriora rapiunt hominem, nisi restoratione gubernetur. Hierocles in aurea Pythag. carm.

Ratio.

Vt nauis cui firma est anchora , in quois portu potest coquescere: Ita animus si accedat recta ratio, quois in loco tranquillè viuet. Plut.

Vt non æquæ cernunt cicadæ , & accipitres , neque similiter volant aquila & perdix: Ita non omnia , quæ rationis participia sunt, æquæ valent ratiocinandi acumine. Plut.

Vt custos assidens pueru , cauet & admonet , ne quid peccet : sic ratio semper animo præsens non sinit ut quam labi aut peccare. Plut.

Non satis est habere corpus sanu , verùm & bonę habitudinis, ac robustum sit, oportet: sic ratio non solùm pura debet esse & à vitiis immunis, nisi sit & robusta. Plut.

Qui dimissi à paedagogis , suo relinquentur arbitrio , non abiiciunt imperium , sed mutant principem: nam pro paedagogo iam rationi parent. Plut.

Nauis deserta recipit gubernatorem , si quis velit in portum reducere, at animus ira percitus non admittit gubernatricem rationem aliudē, nisi intus ratio clauum arripiat. Plu.

Vt non satis est clausus, neque frænum , nisi adsit qui arte moderetur: Ita non sufficit eloquentia ad moderandum populum, nisi accesserit sermonis moderatrix ratio. Plut.

Gubernator etiam si multum conductit, tamen non potest sedare ventos & vndas: at ratio ac mētis habitus non solùm animi motus componit, verùm & corporis mērbos sēpē leuat. Plut.

Vt quemadmodum si sol non sit, per reliqua astra noctem ageremus: Ita quantum ad reliquos attinet sensus, nihil differemus à brutis, nisi ratio adsit. Plut.

In magno fluctu non sistitur nauis, nisi pondus anchoræ retineat alto infixa vado: sic in magnis rerum procellis, summa debet ratiō animum cohibere ne ab affectibus auferatur. Plut.

Cupressi semina adeò minuta sunt ut quædam oculis cerni non possint, & tamen in eo tanta est arbor, tam procera: Ita ratio minimum quidam est & occultum, sed eadem maxima est, si prodeat, & vim suam explicet. Plin. lib 17 cap. 10.

Vt ingentia pondera, quæ nullis hominum viribus tolli possunt, machinis facilè tolluntur: Ita quod vi nequeas efficere, ratione & arte facile efficias. Eras.

Reconciliatio.

Crassiteris, id est, stannū aut plumbum album, æs, ruptum ferruminat, vt eunque contingens propter affinitatem quam habet cum vtroque: Ita amicus amicitiam ac benevolentiam disruptam reconciliare debet, vtique se accommodans ex æquo. Plutarchus.

Ignis facilè accenditur in paleis, & pilis leporinis, sed idem mox extinguitur, si nihil addas: sic iræ amantium, aut nuper coniugatorum, si nemō se admiscuerit. Plut.

Vt crystalli fragmenta sarciri nullo modo possunt: Ita difficillimum eos reconciliare, qui ex artissima familiaritate in mutuum odium venerint.

Recreatio, Relaxatio.

Vt sunt vices somni & vigiliae, noctis & diei, tempestatis & serenitatis, belli & pacis: Ita labores leuandi ocio & lusibus. Plut.

Lyram & arcum remittimus , quod melius possint rendi: Ita recreandus ocio animus , vt ad labores reddatur vegetior. Plut.

Ariaga non semper adducit habendas, sed aliquando remittit: Ita pueris non nihil indulgendum. Plut.

Vt arcus tensus rumpitur: sic anig
h iiiij

mus remissus frangitor. Plot.

Vt nauales licet alternis inter quiescant annis, tamen eam cessationem libertate compensant: Ita relatio ingeniorum mediocris facit ut ad studia reuersi plus efficiamus vigore animi, licet breuiore temporis spatio. Plin. li. 18. c. 16.

Regnandi libido.

Vt vitis nisi amputes, latè fese spargit, brachiis suis omnia complectens & implicans: Ita princeps ambitiosus semper aliquid è proximis suo adiungit imperio, nisi subinde vindicetur. Vide *Ambitus, Avaritia.*

Religio.

Qui diuos colunt metu alicuius mali, perinde faciunt, vt si qui tyranos venerantur, ne noceant, quos oderunt animo. Plut. Vide *Pietas.*

Regnum & reges.

Vt quibusdam cùm foris, in foro, aut in curia conspicui sint ac splendidi, domi morosa vxor contrastat omnem vitam: sic regno ac diuitiis multa adsunt occulta mala. Plut.

Vt quædam fulmina æs ac ferrum liquefaciunt, ne cera quidem confusa: Ita diuina vis, aut regia potestas in obssistentes sœvit, mollibus parcit & cedentibus. Vide *Principes.*

Républica.

Sicut ex contrariis elementis mira harmonia temperatus est mundus: Ita diuersis hominum studiis constat respub. Eras.

Vt nauis multis iactibus compingitur, clavis, paxillis: deinde ad tempus aliquantum relinquitur, donec cohærescant clavi commissuraque: deinde tutò sulcat maria: sic ciuitas multis sudoribus conditur, donec aucta tempore, tutam ac tranquillam vitam præbeat ciuibus. Plut.

Ex aluearium strepitu ac tumultu colligunt apes recte valere: contra ex quiete Repub. Plut.

Reipublica administratio.

Gubernator quædam suis manibus facit, quædam per alios: & ali-

quando aliis ad clavum admissis, ipse in proratum demigrat: sic in Republ. nō debet unus occupare omnia munia, sed aliis vicissim dare locum. Recius enim fiunt, quæ multorum manibus peraguntur. Plut.

Qui simul & Rempublicā tractat, & artem exercet sedentariam, petin-de facit, atque ille, qui mulierem ingenuam ac probam, detracta stola, datóque præcinctorio, in officina detinet. Plut.

Qui nauem gubernant, aliena voce iussuque vtuntur: sed qui Rempublican, in seipsis sapientiam habent oportet, vt non sit opus aliena voce. Plut.

Vestalibus tempus erat præstitum: primum, in quo discerent: alterum, in quo exercent: tertium, in quo docerent: Idem fiebat in sacerdotibus Ephesiæ Diana: Icidem faciendum iis, qui Rempubl. gerunt. Plut.

Vt difficilimum ac pericolosum est annosas arbores, quæ iā latè sparsere radices, reuellere loco, & aliò transplantare: Ita Rempublica longo tempore suis inueteratam institutis, ad aliam vitæ rationem traducere non licet citra maximos rerum motus. Plut.

Gubernator optimos querit nauitas: architectus doctissimos querit ministros: Ita princeps eos asciscet amicos, qui ad Rempubl. administrandam maximè sint idonei. Plut.

Qui sensim ac volentes descendunt in puteum, nihil lèduntur: qui casu incidunt, valde turbantur: sic qui certo consilio accedunt ad Rempubl. moderatè ferunt: qui feso temere iniiciunt, eos pœnitent. Plut.

Vt vinum primum servit, ac paret bibenti: at paulatim admixtum venis, rapit hominem, ac traducit in suos mores: ita qui Rempublicam administrat, initio se populi moribus accōmodat, post sensim eum ad sua trahit instituta Plin.

Non est infirmior manus, quod in digi-

digites sit dissesta, sed ad operadum agilior: Ita negotia multis communica, in Rempub. plenius conficiuntur. Plut.

Vt qui personatus in theatru procedit histrio, sic qui ad Rempub. administrandam accedit, non ut ciuius proposit, sed sibi gloriam comparat. Plut.

Vt qui animi causa nauim ingreditur, ut spectet aut in ea inambulet: deinde repente soluta, atque in altu reuulsa nauis ac uomens frustra foras prospexit: sic qui leuiter, & quasi lusus gratia attungunt Remp. sed a semel suscepta non possunt se se explicare, negotiorum vndis sacrum hominem & inuitum trahentibus. Plin.

Vt quibus domi nihil est boni, in foro plerique versantur, & obambulant: sic quidam, quia nihil habeant, quod priuatim agant, ad publica administranda conferunt: sese. Plut.

Vt equus strigosus imputatur non equi culpae, sed equonibus: Ita populus male moratus episcopis aut principibus. Eras.

Cum bruta solitum naturae momentum relinquunt, tempestatis indicium est: hoc est, cum mergi fugient maria aut flagna, cum absconduntur formice, aut oua progerunt: lumbrici è terra fugiunt, tempestatis praesagium est: Ita cum audent facinorosi, tacent integri, sapit vulgus, desipiunt principes, sacerdotes pro terrenis digladiantur, id perniciem humanae vitae significat. Eras.

* In corpore si quid est quod reliquo corpori noceat, viri ac secari quod nocet patimur, ut membrorum aliquod potius quam totum corpus intereat: sic in Reip. corpore, ut totum saluum sit, quicquid est pestiferum amputetur Cic. Philip. 8.

* Vt contemnendus est qui in nauigando se mauult esse incoludem quam nauim: ita vituperandus est qui in Reip. discriminé, suæ plus quam

comuni saluti consulit. Idem libro 4 ad Herennium.

* Ut leges omnium salutem singulorum saluti anteponunt: sic vir bonus & sapiens, & legibus parés, & ciuilis officij non ignarus, utilitati omnium plus quam vnius alicuius saluti consulit. Idem l.3. de finib.

* Ut medici membrum sèptè putrefactum incident atque in totum eradicant, ne aliam corporis partem labefactare aut corrumpere possit: sic necesse est si Remp. saluā esse volamus, ut perdi illissimos homines ex urbe penitus extirpemus, ne corruptus integrō, violatus casto labem interfingat. Idem, act. in Verrem.

* Ut tutela, sic procuratio Reip. ad utilitatem eorum qui commissi sunt, non ad eorum quibus commissa, gerenda est. Idem l.1. de Officiis.

* Ut in nauigando tempestati obsequi artis est, etiam si cursum teneare nequeas: cù verò portū possis mutata velificatione assequi, stultum est eum teneare cum periculo cursu quem cœperis, potius quam eo commutato quò velis tandem peruenire: sic omnibus in administranda Remp. propositum idem esse debet cù dignitate ocium: non idem semper dicere, sed idem semper spectare debent. Idem l.1. epist.

* Quemadmodum chorus est res elegans, si quidem ordine constet & harmonia: contrà ridiculum spectaculum, si gesticulationes vna cum vocibus confundantur: ita præclara quedam res est ciuitas, aut regnum, si suis cuiq; datur locus, si suo quisque fungitur officio: hoc est, si Princeps quod se dignum est, agit, si magistratus suas obeunt partes, si plebs item bonis legibus & integris magistratis obtemperat. Eras.

Mutationes & nouationes in Rep. perniciissimæ.

Vt plus est periculi corporibus nostris vere & autumno qd mutationes

Ita nouitas omnis offendit ac ludit
Remp. Eras.

Vt cibi, potus, cælique nouitas of-
fendit, etiam si mites in paria, aut in
aliquanto meliora: Ita præstat ferre
principē, aut magistratus pristinos,
quām nouos asciscere, quod omnis
serum nouatio non careat perturba-
tione. Idem.

Reprehensio.

Qui de natura queritur, quod que-
dam generit homini noxia dissimu-
latis tot bonis: perinde facit ac si quis
Nilum calumnietur alioqui frugiferum
Ægypto, quod crocodilum ha-
beat, aut aspidem: nec postea velit
frui prognatis frugibus, sed tantum
queratur de venenis, quæ nutrit. Aut
si quis in copiosa oratoris oratione,
quæ multis exuberet virtutibus, de
pauculis vocalis temerè elapsis ca-
villetur. Plut.

Vt lapias fabulæ narrant foris
oculatas esse, domi oculis in vase re-
conditis, nihil videre: Ita quidam in
alienis perspicaces sunt, ad sua cœcu-
tiunt. Plut.

Vt quibus domi multum est ma-
lorum, gaudent apud alios versari:
Ita animus sibi male conscius, sua
horrens de alienis agit, & malitiam
suam apud alios pascit. Plut.

Facile est demoliri, quod alius ex-
truit: at difficultissimum, idem aut me-
lius aliquid extruere: Ita aliorum ora-
tionem reprehendere in proclivi est,
at eodem modo meliusve dicere, nō
est perinde facile. Plut.

Non quemadmodum parasitus cō-
victio tactus ab iis, à quibus alitur ri-
det, ac nihil commouetur: Ita à phi-
losopho reprehensus, debet esse affe-
ctus, sed nec offendit oportet, nec im-
pudenter negligere. Plut.

* Vt oculus, sic animus se non vi-
dens, aliena cernit. Cic. lib. i. Tusc.
qvest.

Cum æstate vehementius tonue-
rit, quām fulserit, vt inquit Plinius, vē-
tos denūtiat: Ita ubique vehementer

inclamat in aliorū vitia, ipse non per
inde lucens morum integritate: indicium
est animi magis ambitionis vē-
to tumescens, quām solidè pij. Eras.
Vide Castigatio.

Responso.
Vt pauperiores aliquando donant
munuscula dñioribus, quod plus reci-
piant: sic indoctiores provocant nō-
nulos, vt eruditiora vicissim illi re-
pondeant. Plut. *Vide Sermo.*

Reuerentia.

Apud Thessalos capitale est occi-
dere ciconiā, non ob aliud nisi quod
serpentes interficit: parcitur apud Bri-
tannos miluis, quod urbem raptis ex-
tis pecudum repurgent: ita quibusdā
honos habendus, nō quod ipsi digni-
sint, sed quod illorum opera nobis
fit vsui. Eras.

Rhetorica.

Vt periculum sit, si omnes in idem
inclinent latus nauis, sed aliis aliò
inflecentibus nauis optimè libratur:
sic seditio, & dissensio inter Rheto-
res tutiorem reddit statum ciuitatis.
Plut.

Vt ridiculus sit cantor, qui rem
grauem Lydiis effera modis: Ita ri-
diculus qui de pietate & iustitia ver-
ba faciens, Rhetoricis lasciuat flos-
culis. Plut.

Robur.

Arbores infœcundæ firmiores sunt
fœcundis: Ita robustus est corpus his
qui nihil parvunt in literis, quām qui
sese laboribus exhausti. Eras.

S.

SACERDOS.

Vt vitrum copiâ viluit, alioqui
nec auro nec argento cessurum:
Ita sacerdotes ob turbā minoris fiūt,
magno in pretio futuri, si singulæ ci-
uitates singulos haberēt sacerdotes,
violim. Eras.

Sacramenta.

Vt optima remedia maximè per-
niciem adferunt, nisi aptè sumantur;

Ita

Ita Christi sacramenta salutaria sunt recte sumētibus, lethalia indignè accipientibus. Eras.

Sanitas.

Olim in capitolio vbi certabant quadrigæ Latinis feriis, viator absinthium bibebat: Ita salubria magis quærenda sunt quam iucunda.

Vide & aletudo.

Sapientia.

† Sapientia moro arbori comparatur, quæ dicitur sapientissima arborum: nam ultima flores producit, prima verò fructus: Ita nō est diu antea ostendandum, quod possimus vel velimus: Tardè promittendum, & matrè præstandum. Peraldus in summa virtutum.

Vt paulatim umbra remissa sentimus nō magis esse in lumine: Ita sensim immunita stultitia, in sapientia proficimus. Plut.

Vt qui vehementer esurit aut sitit, nulla re potest auelli, donec sedauerit appetitiam: sic omnia posthabet la sitiens sapientiam. Plut.

Semen licet exiguum, tamen locum natum idoneum, vices suas explicat, & ex minimo in maximos aetus diffundit: Sic ratio sapientiae paup. et constat verbis, in opere crescit. Senec.

Sunt qui proprius admota non carent, quæ longius absunt vident: Ita ionnulli plus sapiunt in rebus alienis, quam in his quæ ad se pertinent. Eras.

Vt ingentes obelisci magno quidem negotio statuuntur & collocantur omnem molis pondus, sed collati lemeli, infinitis durant seculis: Ita irandum est virtutis aut sapientiae patere famam, sed parata nunquam intermoritur. Idem.

Sicut timarœnum viñum, cuius meninat Homerus, vicies tanto aquæ mixtum, tamē vigorem suum seruat: Ita sapiens nullis solvitur voluptatis. Plin. li. 24. c. 4.

Vt Castoris & Pollucis faces si so-

litariæ appareant, dirum est ostendum: sin geminæ, salutare: Ita non oportet potentiam esse sciuntam à sapientia, alioqui pestilentem. Plin.

Vt magnes occulta quadam & incognita vi ferrum ad se trahit: ita sapientia secreta quadam ratione trahit ad se animos hominum. Plin. l. 35. cap. 16.

Sicuti aquilo initio vehemens, desinit lenior, contrà Auster initio lenior, desinit vehemētior: ita qui præcipites magno impetu aggrediuntur, frigescunt in processu. Contrà qui cōfilio suscipit, magis ac magis accendit operis progressu. Eras

Sicuti quo directius nos ferit Sol radiis suis, hoc minor est umbra nostræ: quo obliquius, hoc magis increasit umbra corporis: ita quanto plus quisque assequutus est veræ sapientiæ, hoc minus magnificè de se sentit: quo longius ab ea, hoc se magis dilatat stultissima persuasione sapientiæ. Idem.

Arundinis radix contrita & impensa silicis stirpem corpore extrahit, item arundinem silicis radix: ita vicissim, & pecunia studiū eximit animis amore sapientiæ, & sapientia studium pecunia. Idem.

Sapiens.

Vt verus amor erga mulierem nō desiderat testē, sed sat habet, si clām ea potiatur: ita vir sapiens recti conscientia cōtentus. At qui fidè amant, ostentant & iactant. Plut.

* Vt cœlestia humanas manus effugiunt, & ab his qui templo diruunt, aut simulachra constant nihil diuinitati nocetur: ita quicquid sit in sapientiæ protervè, petulanter, superbè, frustra tentatur. Senec. li. quod in sapient. non cadit iniuria. c. 3.

* Quemadmodum erga ægrotos suos medicus, sic erga alios homines vir sapiens affectus est: eorum phrenesin, maledicta scurrilia dicta, petulantiam paciente fert animo. Senec.

* Quomodo querundum lapidum inexpugnabilis est durities: alij nec igni nec aquis cedunt: ita sapientis animus solidus est, & id roboris collegit, vt tam tutus sit ab iniuria quam firmissimi lapides. Senec.

Vt sydera contrarium mundo iter intendunt: ita sapiens aduersus opinionem omnium vadit. Senec.

Cum potentes imperio editi, & cō sensu seruientium validi nocere intentent: tā citra sapientē omnes eorum impetus deficiunt, quam quæ neruo, tormentisve in altum exprimuntur, cum extra vi sum exierunt, citra cœlum ramen flectuntur. Sen.

Vt nec mundus crescit, nec sol, nec Luna, nec mare: ita pares sunt omnes sapientes. Senec.

Vt grando illisa tectis dissulat, magno quidem fragore, verū nulla nixia: sic insultus fortunæ nihil potest in sapientem. Senec.

Vt egregius artifex, non in vna materia artifex est: sic sapiens in quavis fortuna se bene gerit. Senec.

Vt pumilio, etiam si in monte cōsistat, pusillus est, colossus etiam in puteo magnus: ita sapiens in quacunque fortuna suis bonis magnus est, stultus & in summa fortuna humilis. Senec.

Vt bonus artifex è quavis materia simulachrum fingit: ita sapiens quavis fortunam sapienter administrabit. Senec.

Vt imperit tempestatem non sentiunt, nisi serò suóque malo, contrà prudentes agricultæ prospiciunt, cauēntque: ita vulgus hominum improvidus suo malo discit, cum ioterim vir sapiens procul præuisum malū viet: vt Democritus, merente fratre ardentissimo æstu monuit, vt reliquæ segeti parceret, raperitque delecta sub tectum, paucis mox horis sanguine imbre vaticinatione approbata. Senec.

Sicuti mundus vndique teres, ac totundus sibi cōstat: ita sapiens nihil

extra se querit, scipso contentus. Plin. lib.2.c.2.

Sicut Mercurius quam minimo spatio discedit à Sole, licet alioqui vagus & errabundus: ita non oportet longius ab honesto discedere sapientem. Plin. l.2.c.17.

Vt cochleæ lentè ingrediuntur, nec quicquam attingunt, aut vsquam se mouent, nisi cornibus prætentariunt: ita sapientem oportet esse contabundum, minimèque præcipitem, & pedetentim aggredi gustu quodā prius sumpto. Plin. l.9.c.32.

Tradunt Physici veteres, Solem marinis aquis pasci, Lunam dulcibus: Ita sapientes amara querunt, modò vtilia: stulti quæ delectant modò, seellantur. Eras.

Vt in culice non minus admiranda naturæ vis est, quam in elephante: ita sapiens in maximis pariter ac minimis negotiis, magnum virū ostendit. At ingenij vis etiam in iudicio atque humili argumento eluet. Plin. l.11. cap.2.

Vt fulmen quodcumque animal protinus occidit excepto homine: ita fortunæ procellæ indoctos, ac brutos protinus animo deiiciunt, sapientem non item. Erasm.

Sicut animantia quædam etiā corporis partes amputant, ob quæ periclitari se sciunt, veluti fiber: ita sapientis est aliquando facultatum iatura vitæ consolere. Plin. l.8.c.30. & l.36.c.16.

Vt indomita vis adamanti, vnde & nomen additum gemmæ, adeò vt nec calefaciat igni, nec ferro cedar: quin magis iactum ita respuens, ut ferrum simili & incudes dissiliant: sic sapientis animus aduersus omnem fortunæ sequentis impetum inuictus. Plin. l.37. cap.4.

Vt Deus plurimum sapiens & intelligentis, minimum loquitur: ita sapiens non nisi necessaria loquetur. Eras.

Vt halcyones etiam media hyeme mare

mare tranquillum præstant, non sibi solùm, sed aliis quoque: ira sapiens turbatissimis rebus non solùm ipse tuebitur animi tranquillitatem, sed alios concitatos componet ac sedabit Plin.l.10.c.2.3.

Rhododendri frondes, iumentis, capris, & ouibus venenū est, idem homini contra serpentū venena remedio: ita quod stultis perniciem adfert, ut res aduersa, aut eruditio, id sapiens vertit in suum bonum. Pli.l.16. cap.21.

Scientia.

Vt agricolæ libentius vident spicas inclinatas, quam̄ erectas in altū, nam illas onustas fructu intelligunt, has inanes: sic adolescentes, priuilegiā profecerunt in philosophia tument: ubi doctrinæ fructum percepérint, submittrunt sese. Plut.

Quærimus nonnunquam eos, quibuscum stamus: Ita quidam quod sciunt, se scire nesciunt. Seneca. Vide titulos de *Artibus*, *Eruditione* & *Darina*.

Seditio.

* Vt mare quod natura sua tranquillum est, ventorum vi agitari videamus ac turbari: sic populus sua sponte pacatus, hominum seditionis orum vocibus & violentissimis tempestatibus concitari solet. Cicero, pro Cluentio.

* Vt tempestates s̄pē certō aliquo cœli signo cōmonentur, s̄pē improviso, nulla ex certa ratione, obscura aliqua ex causa cōcitantur: sic in conitiorum tempestate populari, s̄pē intelligas quo signa cōmota sit, s̄pē ita obscura est, vt casu excitata videatur. Cic pro Muræna.

Salamandra non nisi magnis imbris prouenit, serenitate deficit: ita quidam non apparent, nisi statu ciuitatis bello aut seditione turbato, illud rebus pace compositis emoriuntur. Plin.l.10.c.67.

Sicuti vulgo dicunt Aquilonem noſtu exortum nunquā ad tertium du-

rare diem: Ita rerum motus qui non ex altis initiis, sed facili causa subitāque proficiscuntur, facile sedantur, & cōquiescent in repu. Vide *Discordia*. *Senectus*.

* Vt non omne vinum: sic non omnis ætas vetustate coalescit. Cic.

* Vt adolescentem in quo senile est aliiquid: sic senem in quo adolescentis probi est aliiquid, laudamus. Idem.

* Vt petulantia & libido magis est adolescentum, quam̄ senū, nec tamē omnium adolescentū, sed non proborum: sic ista senilis stultitia, quæ deliratio appellari solet, senum est leuium, non omnium. Idem.

* Vt adolescentibus bona indole præditis sapientes senes delectantur, leuiorque fit eorum senectus, qui à iuventute coluntur & diliguntur: sic adolescentes senum præceptis gaudet quib.ad virtutū studia ducuntur. Itē.

* Vt gaudent, qui à furiosis dominis aufugerūt: sic gaudere debent senes, qui ætatis beneficio libidine non infestantur. Plut.

Ibin aiunt, vbi cōsenuit, iāq; quod erat turbidum expirauit, magis aromaticè olere: sic gloria senum trans̄quillior, & consilia sedatiora. Plut.

Vt aqua vino admixta reddit llud moderatius, & sobriæ nymphæ Bachum tumultum compescunt: sic in Rep. senes admixti, iuuenum temeritatem & ambitionem reuerentia sui reddunt moderatiorem. Plut.

Vt cantor senex non admittit artē, nec abiicit lyram, sed leuiores sequitur harmonias, & vocis regit contentionē, iuuenibus aptiore: sic in senectute non oportet à Rep. proorsus desistere, sed eligere negotia remissiora quæ conueniant ætati. Plut.

* Quemadmodū in naue quæ sentinā trahit, vni rimæ aut alteri obstitutur, vbi plurimis locis laxari cœpit & cedere, succurrī nō potest nauigio dehiscenti: ita in senili corpore aliquatenus imbecillitas sustineri & fulciri potest, vbi tanquā in putri ædifi-

gio omnis iunctura dilabitur: & dum alia excipitur, alia discinditur, circumspiciendum est quomodo exeras. Senec.

* Quemadmodum nouem mensib. nos tenet maternus uterus, & præparat non sibi, sed illi loco in quem viderem emitti, iam idonei spiritu trahere, & in aperto durare: sic per hoc spaciū quod ab infantia patet in senectutem, in aliud naturæ sumimur partum. Senec.

Adiice illos, qui nō aliter, quām se, & hoc atque illo modo componunt, donec quietem laetitudine inueniant statum vitæ suæ formando, subinde in eo nouissimè manent: in quo illos non mutandi odium, sed senectus ad neuandum pigra deprehendit. Sen.

Vt orbium diuersus in contraria nisus, motum omnium temperat: ita senum contatio, iuuenum in Repub. seruorem ac præcipitantiam moderatur. Erasm.

Vt ciconias nemo aduenire sentit, sed aduenisse, nemo discedere, sed discessisse, quod no[n] clanculumq; faciant utrumq; ita iuuentutem nemo intelligit discedere, sed discessisse: & senectutem non sentimus aduenire, sed aduenisse. Plin. l. 10. c. 25.

Nouella vitis copiosius gignit vi-num, sed vetustior melius: ita plura loquuntur iuuenes, sed vtiliora senes. Erasm.

Vt à currentu flumine tantum habet, quantum hauris: ita ex annis semper euntibus nihil accipis, nisi quod in res duraturas collocaris. Erasm.

Sermo.

+ Qui docet, nec id efficit, quod docet, cotis usurpat officium, quæ ferrum reddit acutum, cùm ipsa inutilis sit ad secundum. Et vt pictor pulchrā atque elegantem pingit imaginem, cùm ipse sit turpi quadam fœditate insignitus: sic est, qui virtutē verborū colorib. exornat, cùm ipse nullo virtutis colore sit decoratus. Pintus in cap. 1. Elsa,

+ Sicut is, qui fert aromata, etiam si nolit, ex odore proditur: ita & qui Dei spiritum habet, ex verbis suis agnoscitur. Climacus grad. 26.

Vt in calamitatibus firmissimi, atque optimi amici adsunt vtiliter, sic & sermones optimi. Plut.

Vt adiutum ostio carentium, & crumenarum absque vinculis nulla est vtilitas: ita multo magis oris claustrō carentis nullus est usus. Plut.

Qui in Platone & Demosthene nihil querunt, nisi puritatem Attici sermonis, quid aliud agunt, quām ij, qui in pharmacis nihil amant, nisi fragrantiam & ni[on]orem, vim purgandis seruandisque negligunt? Plut.

Quemadmodum Protogenes pictor Apellem ex vnicâ linea cognovit nunquam aliqui visum: ita ex vnicâ responso ingenium & prudentiam viri deprehender, qui sit ipse sagiens. Plinius.

E voce agnoscimus hominem, facie non conspecta, nam sua cuique vox: ita ex oratione licet hominis vitam coniccare. Eras.

Taurus avis cùm sit pusilla, tamen boum vocem imitatur: ita nonnulli, cùm re sint exigui, tamen loquuntur reges ac satrapas. Vide Oratio.

Seruitur.

Si miserum est seruire, multo miserissimum est seruire iis, quos non possis effugere. Plut.

Vt attagen alias vocalis, captus obmutescit: ita quibusdam seruitus adimit vocem, qui liberi loquebantur. Aut sponte loquuntur, aut canunt nonnulli, si cogas, reticescunt. Erasmus.

Formicæ triticum arrodunt ea parte qua germinare incipit, ne sibi redditur inutile: sic potentes quo ministris perpetuò utrantur premunt, ne si emerse inceps, tædio seruitutis reliquent aulam. Eras.

Seueritas.

Vt echinus semper in spinis ingreditur, quod spinas secū circumferat:

ferat: ita quibusdam in omni negotio acerbitas est, propterea quod animo secum adferant asperitatem, etiam si res ipsa nihil habeat incommodi.

Vt Euripus in Eubœa septies in die defluit, ac toties refluxit mira celeritate: at idem tribus diebus uno quoque mense stat immotus, septima, octaua, nonaque luna: Ita quidam, inæquales sibi aut nimium præcipites sunt, aut nimium lenti, in utramque partem plus satis vehementes Eras.

Silencium & taciturnitas.

Grues cum ex Cilicia deuolant lapillos in os sumunt, atque ita Taurum montem aquilis plenum tutò transvolant, idque noctu ne vox prodat: Ita totissimum ubique silentium. Plut. Plin. lib. 10. c. 23. Aristot. de nat. lib. 1. cap. 10.

Vt egregius artifex iaculandi statim scopum petit: ita sapit, qui pauca loquitur, sed ad rem. Plut.

Vt mysteria cum silentio spectantur: ita quædam melius laudantur silentio, quam oratione. Plut.

Vt vas experiamur, aquam non vinum infundimus: Ita friuolum quidam aliquando committendum amicis quo silentij fidem experiamur, vt si effutiant, nihil sit periculi. Plutarch.

Fucata facies, nec diu nec multis imponit: ita simulatio, non nisi ad tempus, & paucos decipit. Sen.

Quemadmodum onerati mero, non continent cibum: ita nec arcanum redundantem vino. Senec.

Muta cicada & miraculo est, quod ipsum genus sit garrulum: sunt autem iuuiusmodi in agro Regino: sic magis admiramus constantiam & silentium in foemina, quod ipsum genus notabile sit & loquax. Plinius lib. 11. ap. 27.

Simulatio & dissimulatio.

Vt vitrum quia pellucidum, nihil elat: ita quidam nihil tegere, nihil dissimulare nō runt: quicquid in ani-

mo est, id protinus omnibus palam est. *Vide Hypocrita.*

Similitas.

Vt inueterata consuetudo etiam si lèdat, tamen haud facile propelliatur: Ita similitas inuidiam, Zelotypia malæ memoriam in animo relinquit. Plut. *Vide Odium.*

Solitudo.

Vt in aperto posita & exposita negliguntur ac prætereuntur, abstrusa petuntur insidiis: ita qui valde latet, & à vulgo semotus est, in huius vita inquirunt homines. Senec.

*Vbi complures vna faciunt iter, si quis fuerit lentior, ab aliis pergentibus vtcunque protrahitur: si quis æquo properantior, à cæteris retardatur. Contrà, qui solus facit iter, aut studio perueniendi nimium festinat, aut tædio itineris residet & obdormiscit alicubi. Rursum qui solus ambulat, nonnunquam aberrat. Inter multos si quis aberrat, non deest qui commonstret viam. Idem accedit in vita solitaria & gregaria. Eras.

Somnus.

Comicus venustè dixit de iis, qui lectos inaurant ac deargentant, cum dij nihil nobis gratis dederint, nisi somnum, cur id sibi magno volunc constare? At cum dij somnum nobis dederint, curarum & laborum delinimentum, supersticiosus sibi illum reddit carnificinam. Plut.

Heraclitus dixit, vigilantibus unum communem esse mundum, sompitos in suum quenque discedere: at supersticiosus, ne vigilans quidem communi cum aliis mundo fruatur. Semper somnante cogitatione. Plutarchus.

Sophiste.

Vt præstigiatorum fraudes fallunt & cum voluptate: sic sophisticis argutiis capi ridiculum est, non periculosem. Senec.

Vt eibi male olentes, non videntur male olere his qui edent: Ita spurce scotistarū & sophistarum lite.

ræ, cùm alios melioribus imbutos li-
teris vehementer offendant, ac nau-
seam moueant, eos qui nugas istius-
modi imbibent, nihil offendunt, i-
mò belle videntur & elegantes. Eras.

Vt panthera bene olet, sed nō nisi
bestiis, quas ad se trahit, hominibus
item non olet: ita Scotus bonis inge-
niis grauis est, stupidis istis & bardis
quouis arromate grauior. Idem.

Vt bona so cornua oneri sunt tan-
tum, nulli autem usui, adeò sunt in se
reflexa: Ita sophistæ dialecticen ha-
bent, sed qua neminem reuincere pos-
sint, adeò est intacta. Plin. l. 8. c. 15.

Sors.

Vt in democratis, cui sorte conti-
git imperium, eum oportet impera-
re: cui non contigit, eum oportet &
quo animo ferre: sic in vita hominū
quod sors dederit, boni consulendum
est. Plut.

Vt suus cuique meritus videtur a-
trociissimus: ita suum cuique incom-
modum maximè dolet. Eras.

Spectacula & iudi.

Vt admonuit Socrates caudendum
ab iis eduliis, quæ illicerent ad eden-
dum etiam non esurientes, & à potu
qui ad bibendum inuitaret etiam nō
sistentes: sic fugienda sunt spectacu-
la, sermonesque qui pelliciunt sui de-
siderio eos, ad quos nihil attinent.
Plut.

Spes

Quemadmodum Ægyptij lege iu-
bebantur expectare donec peperisset,
si qua grauida morbo fuisse corre-
pta: ita non facile abiicienda spes in
hominum erratis. Plut.

+ Quemadmodum de navi, quæ in
anchoris est, rectè dicimus quod iam
in terra sit, adhuc tamen fluctuat, sed
in terra quodammodo educta est, cō-
tra ventos & tempestates: Sic contra
tentationes huius peregrinationis no-
stræ, ipes nostra fundata in illa ciu-
itate Hierusalem, facit nos modò
non abripi in saxa. Augustinus in
Psalm. 64.

Splendor.

* Vt citharæ dæs cùm prodierit &
ptimè vestitus, palla inaurata indu-
tus, chlamyde purpurea variis colo-
rib. intexta, & cù corona aurea, ma-
gnis fulgentib gemmis illuminata,
citharam teneñ exornatissimā, auro
& ebore distinctam: ipse præterea
formâ sit & specie, staturâque appo-
sita ad dignitatem: si tum magnam
populi commoueat his rebus expe-
ctationem, & repente silentio facta
vocem emittat acerbissimam, cum
turpissimo corporis motu: quo me-
lius ornatus est & magis fuit expe-
ctatus, eò magis derisus & contem-
ptus eiicietur: Ita si quis in excelsô
loco & in magnis ac locupletibus co-
piis collocatus fortunæ muneribus &
naturæ commodis omnibus abunda-
bit, si virtutis & artium quæ virtutis
magistræ sunt egebit, quo magis cæ-
teris rebus erat copiosus & illustris, &
expectatus, eò vehementius derisus
& contemptus ex omni conuentu bo-
norum eiicietur. Cicer. lib. 4. ad Her-
enn.

Studium.

* Vt quod maiore negotio chalybi
aut marmori insculperis, durat diu-
tius: ita quod maiore studio discimus
nunquam obliuiscimur. Eras.

Vt qui leuiter amant, gaudent qui-
dem amico præsente, absens facilè
obliuiscuntur: at qui penitus amant,
nō sinunt abesse quod amant: sic qui-
dam facilè avocantur à studio philo-
sophia: negotiis: at qui verè amant, o-
mnium præ illa obliuiscuntur, nihil-
que illis sine illa dulce esse potest.
Plut.

Vide diligentia, labor.

Studio diuersitas.

Vt feris aliis aliunde vietus: sic ho-
minibus aliis aliunde viuendi ratio
alius philosophatur, alius militat.
Plut.

Vt Androgini sic utrosque imitan-
tur, vt neutrum sint, nec mares, nec
feminae: ita quidam dum & theolo-

gi volunt esse & rhetores, à neutris agnoscuntur. Idem.

Vt à Seribus mollissima vellera, & ab iisdem durissimum ferrum mittitur: Sic à quibusdam diuersa proficiuntur. Idem.

Crocodilus anceps animal nunc in terris agit, nunc in aquis: in terra ponit oua, in aqua prædatur, & insidiat: Ita quidam simili & aulici sunt & ecclesiastici, & utrobique pestilentes.

Vide ingenuorum diuersitas.

Studium immodicum.

Vino modico nerui, & oculi iuuantur, eodem copioiore lacerantur: sic literis modice gustatis adiuuatur vita, eadem laceratur, si quis immodice incumbat Erasmo.

Vitis nisi subinde amputetur, ipsa sua fœcunditate gracilescit & perit: Ita cib. bendum est immoderatum studium felicibus ingeniis, ne parum moderato labore consumatur. Idem.

Notatus Protogenes, alioqui summus in pictura artifex, quod nesciret manum tollere de tabula: Ita quidam scriptores immodica diligentia peccant, quibus nihil unquam satis emendatum videtur. Idem.

Lusciniis tantum est canendi studium, ut certantes emoriatur, spiritu citius deficiente quam cantu: Ita non nulli literarum immodico amore valetudinem extinguiunt, & dum à nullis vinci volunt eruditione, pereunt in ipso conatu. Plin. I. 10. c. 29.

Vide Diligentia, Assiduitas, ac Labor. Stultitia.

Vt Apion Homerum ab inferis evocatum nihil aliud interrogavit, quam quibus parentibus genitus esset: sic quidam, grauissimorum viorum concilio conuocato, de meritis nūgīs consulunt. Plin. I. 30. c. 2.

Vt Cyclops exoculatus, manus quoquā versum porrigebat, nullo certo scopo: Ita magnus rex cui desit prudētia, quiduis aggreditur ingenti rerum tumultu, sed nullo iudicio. Egasmo.

Sol, Luna, Stella, Mare, Terra, arbores, herbæ, bruta, & in his apes, formicæ, conchæ, denique lucernæ tempestatem præsentient: solus homo sua mala non præsentit neque prospicit. Plin. I. 18 c. vlt.

Vt conchylia crescente luna augeantur, decrecente marcescant: Ita stultus à fortuna pendens, nunc magnus est, nunc pusillus; nunc elatus, nunc supplex, ut conque Rhamnusia mutauerit se: Plin. I. 11. c. 102.

Mugiles si caput considerint, putant se totos occultari: Ita quidam si sua vitia dissimularint ipsis, putant ab aliis non animaduerti, qui mos idem & pueris est. Plin. I. 9. c. 71.

Struthiocamelus, avium maxima, sed stolidissima, nam ubi collum occultauerit frutice, latere se existimat: Ita quidam ingenti mole corporis onusti, minimum habent ingenij. Plin. I. 10. c. 1.

Si foemina inter aues saliat foemina, nascuntur quidem oua, sed ex quibus nihil nascatur: Ita consilium quod animo conceperis, non accidente oratione friuolum est & inutilie. Oua sic nata Hyponenica, hoc est, subuentanea vocant, dicuntur & Zephyria, quæ vento concipiuntur. Sic euanidum est, quicquid imaginatione, non cereo iudicio instituitur. Aristot. I. 6. ca. 2. de nat. anim. Plin. I. 10. cap. 58.

Stupiditas.

Quemadmodum gemma Chalazias, etiam si in ignem coniiciatur, tamen natuum frigus suum retinet: Ita quidam sic frigent ad literas ac virtutem, ut nullis exemplis, aut hortatibus inflammare possis. Plin. I. 37. cap. 11.

Vt tarandi cutis ferro impenetrabilis: Ita quosdam nihil queas dicas lacerere. Plin. I. 8. c. 4:

Stylus.

Quemadmodum in superioris Libyæ populis, quoniam mulieres communis sunt, ut in Politicus testatur

Aristoteles, filios iuxta similitudinem fortunarum partiuntur: Ita confusis operum titulis, stylis similitudinem, & orationis phrasim oportet spectare. Erasm.

Successus rerum.

Vt si quis varia spargat, necesse est vt aliqua prouenant: sin omnia tentanti quædam succedunt. Senec.

Superbia.

† Quod in corporibus tumor, hoc in animalibus superbia est. Sicut enim illuc quod immodicè turget, sanguinem non esse, ita & tumidos carere sanitatem dicimus. Chrysost. hom. 17. in 1. ad Timoth.

Vt Deus irascitur, qui fulmen a tonitu imitantur, eosque in tartara præcipitat, vt Salmoneum: sic superbis & elatis indignatur, qui magnitudinem emulantur, non exprimunt bonitatem. Plut.

Si quid in utres velis infundere boni, ventum atque aërem remoueas oportet: sic fastum ac tumorem eximas oportet ab animo eius, quem velis docere. Plutarch.

Vt membrum turgidum ac tumidum vitiosum se habet: ita inflatus animus & tumens in vicio est. Cicero.

Supersticio.

Si fieri potest, lippitudinem auferrimus ab oculis: sin id non licet, non tamen eruimus oculum: Ita si supersticio tolli prorsus non potest, non tamen protinus credendum, nullos esse deos. Plut.

Licet seruis, quibus spes non est libertatis, ad principis statuam confugere, venditionem postulare, mutare dominum, si durius habiti sunt quam ferre possint: superstiosis nec hoc licet. Plutarch.

Polycrates tyranus non erat formidabilis, nisi Sami, Periander Corinthi. Desinebat metuere, qui illinc in liberam ciuitatem emigrasset: at superstiosus non haber quod confugiari, vt metu liberetur. Plut.

Gubernator videt insurgere tempe-

statem, deorum auxilium implorat, nō hilo segnius inter claram modera-ans, & antennam detrahens, at superstitiosus despondet animum. Plut.

Quidam dum stulte fugiunt latrones aut feras, in aua incident, & in barathra, aut præcipitia: sic quidam superstitionem ita fugiunt, vt incident in impietatem, cum in medio sit pietas. Plutarch.

Sunt aræ seruis, sunt status, sunt a-syla latronibus, ad quæ configunt, & ubi tutò sint: at hic maximè timer superstiosus Plut.

Licet seruis postulare distractio-nem, & mutare dominum: idem non datur superstiosis, cum omnes deos metuant. Plut.

Non timer mare qui non nauigat, non bellum, qui non bellat, nō latrones domi manens, nō calumniatorem pauper, non inuidiam priuatus: non terræ motū, qui est in Galatia: nō fulmen, qui est in Aethiopia: at superstiosus omaia timer, terram, mare, aërem, cœlum, tenebras, lumen, strepitum, silentium, somnium. Plut.

Serui cum dormiunt, non timent heros, vincit obliuiscuntur compe-dum in somno: vlcera, carcinomata, & grauissimi etiam cruciatus con-quiescunt: Sola supersticio etiam dor-mientem infestat. Plut.

Latrones aut fugitiui, si aram, aut statuam apprehendunt, in tuto sunt: at hic maximè trepidat superstiosus. Plut.

Vt tremunt, qui vrsorum aut draconum lustra adeunt: sic superstiosi cum tractant diuina, existimantes deos semper paratos ad nocendum. Plutarch.

Carbunculi ignis & nomen & spe-ciem habent, cum ignem non sentiant, unde & apyrustæ dicti: Ita quidam pietatis opinionem & imaginem obtinent, cum à re sint alienissimi. Erasm. Vide somnu.

Suspicio.

Vt morbus in corpore non admitt-

tente

tem quod proutum eit, multarum noxiarum & absurdarum rerum gignit appetentiam: Ita calumnias suspicioque aduersus cognatos & domesticos malas & noxias aliorum necessitudines inducit. Plut.

T

TACITURNITAS.

VT monas non exit suum finem, sed semper in uno manet, unde & nomen habet: dyas autem initium differentia infinitum, protinus enim per se dupliciter ad multitudinem: Ita sermo donec apud unum manet, verè arcanus est & secretus: quod si ad alterum transierit, iam spargitur in famam. Plotarch.

Vide silentium.

TARDITAS.

Ut in inferendo calamus aliis depresso, tardius ferr, sed durat fortius: Ita præstat sic re aggressi, ut firmiter sit ac durabilior, potius quam ut præsens species lucellum. Eras.

TEMERITAS.

Sol cum maximè tollitur in altum arduus ad polum septentrionalem, tum minimum mouetur: Ita quo maior est potestas, hoc magis coercenda est animi temeritas. Plut.

Columbo in volatu pernitas, sed dum plaudit in aere sibi placens implicatis strepitu pennis capit ab insidiante alicubi accipitre: Ita multi dum ostentant suas vires magis quam virtutum, oblieti sui, præda fiunt inimicis. Erasm.

TEMPERANTIA.

Ut Athenienses nunquam de pace consultabant nisi pullati, quemadmodum dicebat Demades: Ita nobis non venit in mentem moderatior visus, nisi iam febri astuantibus & admotis pharmacis. Plut.

Vt nautæ sereno cœlo non nihil lassant vela, cum est suspicio tempestatis, contrahunt: Ita corpori recte affecto non nihil permittendum: con-

trari si quid timebitur morbi, cautius agendum. Plut.

Vt in tranquillitate corpus expeditum redditur aduersus imminentem tempestatem: Ita tenui victu, parcaque, ut medici loquuntur, diæta uterum, ut si incidas in opiparum conuiuum possis enatare. Plut.

Homines tantum pingues ac robusti durisque similes sunt gymnasiorum columnis, ut dixit Ariston. Plu.

Vt nauibus sentinæ plenis onus detrahendum: Ita corporibus aggravatis subducendus cibus ac potus. Plutarchus.

Vide Frugalitas.

TEMPUS.

Sicut vnda vndam perpetuò propellit: Ita dies diem trudit. Eras.

Vt à currente flumine tantum habebes quantum hauris: Ita ex annis semper euntibus nihil accipis, nisi quod in res duraturas collocaris. Idem.

Vti ciconiae nemo aduenire sentit, sed aduenisse: nemo discedere, sed discessisse, quod noctu clanculumque faciant utrumque: Ita iuuentum nemo intelligit discedere, sed discessisse, & senectutem non sentimus aduenire, sed aduenisse. Idem.

Tempore inferiendum.

Non ut polypusse quibusvis locis: Ita nos debemus quorumlibet moribus accommodare. Plut.

Non ut Proteus præstigiis fese in omnes vertebat formas, nec ullam habebat certam ac propriam: sic oportet nullo certo ritore instituto, cum studio legere, cum palæstrita colluctari, cum venandi studiosis venari, cum bibosis simul ineptiari, cum ambitioso ambire magistratum. Plotarch.

Vt cancri in metu utroque vorsum pari celeritate ingrediuntur: Ita cum res exigit, vertendi sunt in diuersum mores. Plin. lib. 9. c. 31.

Vt natura non est eadem omnibus locis, neque flatuum, nec maris, nec pluviae, nec arborum, nec animalium:

Ita non oportet hominem ybius eundem esse, sed cum loco ac tempore variari. Eras.

Vt arborum aliæ gaudent montibus, aliæ vallibus, aliæ siccis locis, aliæ riguis & aquosis: Ita non omne vitæ genus omni homini conuenit. Sunt quæ quoquis proueniunt loco: Ita sunt horarum omnium homines, accommodati ad mores omniū. Idem.

Tenacitas.

In Chio Diana facies est in sublimi posita, cuius vultus intrantibus tristis, exuentibus exhilarata videatur. Ita sordidi quidam adeuntem amicum tristes excipiunt, timentes ne quid petat, aut ne sumptum adferat conuiua: ac alacres dimittunt abeuntem. Erasm.

Testamenum.

* Quisquis gravi morbo correptus tabulas testamenti conscribit, similis est iis qui marinis fluctibus vehementer agitari tum primum incipiunt nautica instrumenta debito ordine tractare. Aristot.

Timor.

Crocodilus terribilis est in fugaces, fugax cōtra insequentes: Ita quidam si concedas ac metuas, tum fereociunt: si strenue contemnas & obfistas, statim concedunt. Plin. libro 8. cap. 25

Vt Chamæleon, quia pauidissimum animal subinde colorem mutat: Ita qui viribus non polent, ad varias artes confugiant necesse est. Plin. libro 8. cap. 33. & l. 28. c 8.

Vt qui mortem in malis ponit, non potest eam non timere: sic nemō illa in re potest id quod malum decernit non curare idque timere. Cicero.

Tristitia.

Vt vertues plurimi innasci solent tenerioribus lignis: hanc secus angor ipse dejectoris animi in eos homines se insinuat, qui molliore sunt, nec constanti ingenio. Basil.

hom. de grat. act.

+ Sicut arborum radices ipsæ quidem sunt amaræ, iucundissimum autem nobis fructum ferunt: Sic profectò & secundum Deum tristitia nobis multam assert voluptatem. Chrysost. hom. 18. ad pop. Antioch.

Quæ natura sunt amara, his admixtis quibusdam dulcibus gratiam addimus: Ita res per se tristes ratione sunt alleviandæ. Plut.

Vt musæ à levibus locis veluti speculis dilabuntur, asperis & cauis insident: sic quidam bonorum oblieti, tristium memoriam vrgent ac premunt. Plut.

Vt rosa, flos unus omnium longè gratissimus, de spinis nascitur: sic è tristibus & asperis laboribus fructus capitul iucundissimus Erasm.

Turpitude.

Vt apud Iurisconsultos etiam qui frigidam suffundunt, simili notantur infamia: Ita culpandus, qui ad turpia hortatur, nō solum qui turpia facit. Erasm.

Tyrannus.

* Vt si gladium paruo puer, aut si imbelli seni aut debili dederis, ipse impetu suo nemini noceat: sin admodum vel fortissimi viri corpus accesserit, possit acie ipsa vel ferri viribus vulnerare: ita cum hominibus eneruatis atque exanguibus magistratus canquam gladius est datus, qui per se pungere hominem nunquam potuissent, hi magistratus nomine armati, Reipub. trucidaverunt. Cicerio pro Sext.

Quemadmodum agricola non incidit spinam priusquam asparagum inde ceperit, & Libycæ non ante incidunt farmentum quam thus collegerit: Ita Deus non excidit genus regum pestilens, priusquam hinc frustas aliquais bonus contigerit. Plut. Plin. l. 28. c. 8.

Vt hyeme fel, & phoca coagulum, atque aliæ pessimarum ferarum partes aduersus magnos morbos efficax habent

habent remedium. *C. D.* cus pessimis tyrannis vicitur nonnunquam ad correctionem vitiorum. Plut.

Catoblepas & basiliscus solo asperetu necat, maximè si oculos intueare: Ita tyranni nonnulli solo oculorum conieatu nonnullos ad laqueum adiungunt. Plin. 1.8.c.21.

Aspis pestilentissimum malum nō vagatur, nisi cum compare, ea interfectorum pertinacissimè persequitur: Ita tyranni filium aut alium tyrranidis successorem adiungunt, ne desit uxor, si quid acciderit. Plin. lib. 8 cap. 23.

Crocodilus patitur trochilum aui-
culam carpere escam è fauibus suis,
non illius amore, sed sui ipsius causa:
repurgat enim rostro suo os illius: Ita
tyranni etiam si quid alicui concedunt,
semper ad suum referunt commodū.
Plin. 1.8.c.25.

Aquilarum pennæ quoq. aliarum
auium pennis admixtæ, eas deuo-
rant: Ita tyrannis penitus insita vis
est spoliandæ plebis, vt mortui quo-
que aliquid auferant. Plin. libro 10.
cap. 3.

Crocodilus, inuidum alioqui &
perniciōsum animal, tamen Tenty-
ritas adeò metuit, vt ad vocem e-
tiam expauescat: Ita tyranni cum o-
mnes contemnant, tamen eruditorum
literas timent. Plin. libro 8.
cap. 15.

Cerui cùm arrexere aures, acerri-
mi auditus sunt, cum remiserit, surdi:
Ita principes si quid est quod placeat,
id procul etiam percipiunt: si quid se-
cūs, quantumvis clamēs non intelligunt.
Plin. 1.8.c.33.

Formicæ triticum arrodunt ex par-
te, qua germinare incipit, ne sibi red-
datur inutile: Sic potentes quo minis-
tris perpetuè utrantur premunt, ne si
emerserint, tēdīo seruitutis relinquāt
aulam. Plin. 1.13.c.30.

* Si tyranni quæris imaginem, leo-
nem, v̄sum, lupum, aut aquilam co-
gita, quæ lanjatu viuent ac præda: vt

quoniam intelligunt sese omnium
odiis obnoxia, omnium insidiis peti,
præruptiis locis se continent, aut so-
litudinibus & specubus abdunt sese.
Nisi quod horum quoque fænitiam
superat tyrranus. Dracones, pardi,
leones, cætera quoque immanitatis
damnata criminē animantia, à suo
genere temperant, & tutu est inter
feras similitudo morum. At tyrran-
nus homo in homines, civis in ciues
potissimum feritatem suam exercet.
Erasm.

V

VARIETAS.

VT qui locis æqualibus ambulat,
magis defatigantur quām qui
inæqualibus: Ita laboriosius est sem-
per eadem aut similia repetere, qnā
in variis versari negotiis. Eras.

Verbum Dei.

Draconites nec politi potest, nec
artē admittit, alioqui elegas ac trāsl-
lucēs: Ita diuersa scriptura suum ha-
bet nitorem, nec artificium philoso-
phiæ aut rhetorices admittit. Eras.

Cedrus & iuniperus si oleo per-
ungas, nec tinea sentiunt, nec cariem:
Ita semel imbutus diuini spiritus suc-
co animus, nullam huius mundi sen-
tit corruptelam. Idem.

Rhododaphnes arboris folia, qua-
drupedibus venena sunt, hominibus
præsidia aduersus serpentēs: Ita diu-
na literæ sobriis ac prudentibus sa-
lutarem præbent alimoniam, stultis
autem & impiis hæreſeos, & maioriſ
impietatis ministrant occasiōne. Idē.

Vt hominis semper adest remedium
aduersus serpentēum virus, nempe
salica, qua contacti ces feruēti per-
fusæ aquas, fugiunt, ac emoriumur, si
in fauces penetraverit: sic aduersus
omnes pestiferas cupiditates præ-
sens remedium semper nobiscum
circumserimus, si modò nouerimus
k. iiij

vti, id ab animo petatur oportet.

Idem.

Sicut Alexander Magnus vetus, ne quis se pingeret præter vnum Appellem, aut ne quis se fingeret ære præter Lysippum, aut gemma sculperet præter Pyrgotelem, summos videlicet artifices: Ita non conuenit Christum à quo quis prædicari, aut virtutem à quo quis laudari. *Idem.*

Vt stultum sit reliquias fontibus cōfēctari riulos: Ita ineptum est, reliquias Euangeliis, Lyrae, & similiū lo-
mnia. *Idem.*

Veritas.

Vt speculum nō reddit imaginem, nisi substernas vitro stannum, aut æs, aut aurum, aut simile quippiam solidum, quod imaginem non sinat perfluere: Ita non nisi in animis so-
lidis, & vera virtute nixis, relucet i-
magio veri. *Eras.*

† Quemadmodum qui studio tene-
etur venationis, postquam quæsivit,
investigavit, indagavit, canes, qui
eiusmodi persequerentur, emisit, feram
capit: Ita etiam apparet verum, dulce
dine quæsitum & labore paratum.
Clem. Alex. lib. 1. Strom.

† Incomparabiliter pulchrior est
veritas Christianorum, quam Helena
Græcorū. Pro illa enim fortius nostri
martyres aduersus hanc Sodomam,
quam pro ista Heroes aduersus Troiā
dimicauerunt. *Aug. Epist. 9.*

Vestitus.

* Quemadmodum stultus est, qui
equum empturus non ipsum inspi-
citur, sed stratum eius ac frēna: sic stu-
tissimus est, qui hominem aut ex ve-
ste, aut ex conditione, quæ vestis mo-
dus nobis circumdata est, estimat, Se-
nec.

† Vt signa, quæ ad causas proximè
accedunt, si adsint ipsum rei affectū
significant, vel potius indicant: vt
fumus ignem, bonus color, bonū: que
pulsus sanitatem: Ita amictus noster
indicit qualis sit morum nostrorum
constitutio. *Clemens Alexand. lib.*

3. Pæd. cap. 111.

† Vestimentum putato esse anime
corpus tuum: mundum igitur id con-
serua. *Xystus Philos. in Enchir.*

Victoria.

Iniequo in oculos sagi leo sine vi-
lo negotio capit, alioqui inexpug-
nabilis: Ita facillimum est poten-
tissimum etiam domare, modò cogni-
tum sit illius ingenium. *Erasm.*

Sicuti Leo citius sauit in virum
quam in fœminam, pueros non nisi
summa fame coactus attingit, sim-
plicibus ac prostratis parcit: ita po-
tentest infirmioribus debent igno-
scere, vires in alios experiri, quos
vincere pulchrum sit. *Erasm.*

Vicinitas.

Luna præcipue moget inferiora,
non quod efficacior, sed quia pro-
pior: Ira multum habet momenti ad
res conficiendas vicinitas. *Eras.*

Vt in re rustica nō satis est, teipsū
bonum esse colonum, sed magni re-
fert cuiusmodi habeas & vicinum:
sic in vita non satis est, si teipsum
integrū virum prætestes, sed refert cū
quibus habeas consuetudinem. *Plin.*
lib. 10. c. 5.

Vicissitudo verum.

Vt in rerū natura, quæ spectatil-
sime florent celerrimè marcescant,
veluti, rosæ, lilia, violæ, cum alia du-
rent: Ita in hominum vita, quæ flo-
rentissima sunt citissimè vertuntur
in diuersum. *Erasm.* *Vide Fortune in-
constantia.*

Vindicta.

Vt patēr videns puerum volentem
incidere quippiam, ipse arrepto fer-
ro id facit: Ita ratio vindictam eri-
piens iræ, utiliter castigat. *Plut.*

Qui nos docuit sagittare, non ve-
tuit iaculari, sed vetus, ne aberrare-
mus à scopo: Ita non est interdicta
prænitio, sed in tempore & aptè fa-
cienda. *Plut.*

Cibo iuxta naturam vtitur is, qui
esurit: At vindicta debet vti, qui neg-
sunt eam, nec esurit. *Plut.*

Quem-

Quamvis paribus sententis absolvitur: sic sapiens vbi patria maleficiis merita sunt, magis meminit beneficiorum, quam iniuriarum. Senec.

A ipsi pestilentissimum malum non vagatur, nisi cum compare, ea interfectorem pertinacissime persequitur: ira Tyrannus filium, aut alium tyrannidis successorem adiungit, ne desit ultor si quid acciderit. Plin. lib. 3. cap. 23.

Quædam remedia tristiora sunt ipso morbo, vt satius sit oppetere mortem, quam his aucupari salutem, velut sugere sanguinem è vulnere recenti gladiatorum morietum: Ita quandoque satius est ferre iniuriam, quam maiore incommodo vesciri: ferre pacem, etiam si parum commoda, aut æquam, quam bellum cum imminentis malis suscipere. Eras.

Vindicta diuina.

Vt amnes quidam repente se conluti sub terram, nihilominus eò perferuntur, quò tendunt: Ita numinis ra licet occulta, tamen in extremas calamitates aufert aliquando nocentes. Plut.

Vt Medici quibusdam morbis occurunt priusquam appareant: Ita Deus quædam punit, ne fiant. Plutarchus.

Quemadmodum ischiacis medici pollicem injurunt, & cum alibi doceant, alibi admouent remedium: sic Deus nonnunquam vt patres sanet, saeuit in filios. Plut.

Tyrannum mutato solo licet effugere: qui Deum timet non est quò fugiat, quandoquidem nusquam non est Deus. Plut.

Vt principem simul & metuimus, & amamus, vt infestum malis, bonis placidum: sic & Deum. Plut.

Vt Deus irascitur eis qui fulmen ac tronitu imitantur, eò que in tartara præcipitat, vt Salmoneum: sic superbis & elatis indignatur qui magnitudinem grauluntur, non expri-

munt bonitatem. Plut.

Vinum.

Muli calcitratus vino crebro inhibetur: mulieris petulantia vino provocatur. Vide ebrietas.

Virtus.

* Vt equus indomitus, quamvis natura bene compositus sit, idoneus non potest esse ad eas utilitates, & aptus ab ea quæ desiderātur ab equo: sic homo indomitus quamvis ingeniosus, ad virtutem non potest peruenire. Cic. 1.4. ad Herennium.

* Vt obscuratur & offenditur luce solis lumine lucernæ: sic rerum corporarum estimatio splendore virtutis & magnitudine obseuretur & obruiatur atque intereat necesse est. Idem, lib. 2. de Orat.

* Vt gemmæ quamvis abiiciantur in lutum, fulgorem tamen & proprietatem non amittunt: sic multis qui quævis in tenebris inuoluti fuerint, non tamen optimam naturam, quam non ab homine, sed ab ipso Deo genitam putamus, amiserunt. Idem, act. in Verrem.

* Sicut quædam in contactos è corpore vita transiliunt, ita animus malæ sua proximis tradit. Ebriosus conuictores in amorem vini trahit. Impudicorum cœtus fortem virum emollit. Avaritia in proximos virus suum transfert: Eadē ex diverso ratio virtutum est, vt omne quod secum habent mitigent. Seneca libro 3. de ira, cap. 1.

* Vt salutaria citra gustum tactum, que odore proficiunt: ita virtus utilitatem etiam ex longinquo & latens fundit, siue potitur & fruitur suo iure, siue precarios habet accessus, cōgitūque vela contrahere, siue ociosa mutaque est & angulo circumscripta, siue adaperta, in quounque habitus sit prodest. Idem 1.1. de tranquill. vitz, cap. 3.

* Leuum metallorum fructus in summo est: illa opu lentissima sunt, quorū in alto latet vena, assidue ple-

nius responsura fodienti. Hęc quibus delectatur vulgus tenuem habent ac perfusoriam voluptatem, & quodcunque inuenticium gaudiū est, fundamento caret. Virtus aliquid solidū est, & quod plus pateat introrsus. Idem, ep. 23.

* Nō ex ebore tātū Phidias sciebat facere simulachra, faciebat ex ære: si marmor illi, si adhuc viliorem materiam obtulisset fecisset quale ex illa optimum fieri posset: Sic sapiens virtutem, si licet in diuinis explicabit, sin minus, in paupertate: si poterit, in patria, sin minus in exilio: si poterit, imperator, sin minus miles: si poterit, æger, sin minus debilis: quancunque fortunā acceperit, ali quid ex illa memorabile efficiet. Idem ep. 86.

* Vt Solis lux integra est, etiam si aliquid interiaceat: eodē modo virtuti opposita nihil detrahunt. Nō est minor, sed minus fulget: nobis forsitan non æquè apparet, ac nitet: sibi eadem est, & mōre Solis obscuri in occulto vim suam exēret. Idem epist. 93.

* Quemadmodum primum militiæ vinculū est religio, & signorū amor, & deserendi nefas: nunc deinde facile cætera exiguntur, mandanturque ad iusirādum adactis: ita in his quos velis ad beatam vitam perducere, prima fundamenta iacienda sunt, & insinuanda virtus. Idem, ep 96.

* Quemadmodum visus oculorum quibusdam medicamentis acui solet & repurgari: sic & nos, si aciem animi liberare impedimentis voluerimus, poterimus perspicere virtutem, etiam obrutam corpore, etiam paupertate opposita & humilitate, & infamia obiacentibus. Idem epistola 116.

* Quemadmodum vnguentum odoriferum fragrantiam suam in se ipso nō derinet occlusam, sed protinus illā emittit, & aérē odore penetrans vicinorum quoque sensus occu-

pat: Ita generosam virtutem suam in seip̄is clausam nō habent, sed famā sua multos iuvant & meliores redditant. Chrysost. hom. 2. in Th. 8.

+ Sicut in cythara non vnius tantum fidis melodiā excitasse satis est, sed omnes pari quodam numero percurrent: sic in virtutib⁹ omnes æquæ sunt obieruandæ. Idem ser. de virtutib⁹ & virtutib⁹.

Vt aromata pannos, ac laceras vestes, odoratas reddunt contra byssus sudore infecta male olet: sic quævis vita iucunda, si virtus accesserit: contraria, malitia etiam quæ splendida vindentur, molesta reddit & intoleranda. Plut.

Vt acer equus suapte sponte faciliè currit: Ita qui ardet amore virtutis, non eget admonitore. Plut.

Vt amanti omnia placent in amo-
to: sic in eo, in quo virtutē amamus, etiam gestum, incessum, & aspectum imitari gaudemus. Plut.

Vt qui verè amant, etiam balbutiē ac paillorem adamant in amatis: sic admirator virtutis, nō horret Aristidis exilium, nec Socratis paupertatem, nec Phocionis condemnationem. Plut.

Vt non est verus amor qui caret zelotypia: Ita non amat vehementer virtutem, nisi qui ardet æmulatione recte factorum ab aliis. Plut.

Vt ex igni & terra, veluti necessariis, compositus est mundus, iuxta Platonem, terra soliditatem conserente, igni calorem ac formam: Ita magna imperia non parantur, nisi misceatur cum fortuna virtus, & altera alteri sic auxilio. Plut.

Alibi diligenter expenditur, non quid habeat quisque, sed quid habeat suum: Itidem hominem suis propriis bonis oportet æstimare. Senec.

Qui spem aut aggerem cōstrūit, quævis congerunt, lignum, saxum, aut columnā à sepulchro delapsam: at qui regiam ædificat, nihil temerè compo-

partem neglegit incompositam. Plutarch.

Vt ingentes obelisci magno quidem negotio statuuntur & collocantur ob immensum molis pondus, sed collectati semel, infinitis durant seculis: Ita arduum est virtutis aut sapientiae iter. Plin.

Vt Sol quo magis in alto est, hoc minores iacit umbras, quo terrae propinquior, hoc maiores, puta mane ac vesperi: Ita virtus quo maior est, & excelsior, hoc minus videri cupit, minusque sese ostentat: contra qui minus ipsa revalent, magis sese dilatant ostentatione. Eras.

Cum ad omnia aduolent apes, tamen nullis nocet floribus: Ita virtus, & literae sic ab aliis sumuntur, vt nihil deterior sit is, qui communicavit. Idem.

Asinae per omnem gignunt vitam, cum homo tam mature desinat parere: Ita facilior ac perpetuus prouentus rerum filium, egregia raro contingunt. Idem.

Lotos, quam Latini fabam Graecam vocant, ramenta ligni habet amarissima, fructum dulcissimum: Ita conatus ad summam virtutem durus est, fructu nihil suauius. Plinius libro 24. capite 2. & libro 13. capite 37.

Sicut primum pictura coepit ab umbris & lineis, deinde monochromata, mox accessit lumen & umbrae vna cum colorum varietate, donec ad summam artificij peruenit admirationem: Ita virtus in nobis non statim absoluta nascitur, sed paulatim quotidianis auctoribus ad summum perdicit. Eras.

Raro auri & argenti vena reperitur, nisi alia non procul sit, unde & Graeci nomen indidere: Ita nulla virtus solitaria est, sed alia alium adiungit. Idem.

Iris gemma non nisi in opaco reddit colores arcus celestis, nec ita ut

ipsa habeat in se, sed parietibus illidat, in Sole coloribus caret: Ita quidam varia virtutum simulachra praese ferunt, sed in obscuro, & quod in se non habent, tamen in aliorum animis veluti representant ac lignunt. Idem.

Quemadmodum in opalo gemma multarum gemmarum doces eminent, nepe carbunculi renuior ignis, amethysti fulgens purpura, smaragdi vires mare, constaq; haec pariter incredibili mixtura lucentia: Ita multorum virtutes in uno hoc eminunt, aut in sacris literis simul inueniuntur, quicquid apud ullos ethnicos scriptores placere potest. Idem.

Crocus gaudet calcari, premendoque melius prouenit: vnde iuxta semitas & fontes laetissimus est: Ita virtus aduersis exercita rebus, latius emicat. Plin. li 21. cap. 6. Theoph. li. 6. cap. 6.

Vt palma quia cortice sit cultellato, difficilis quidem est ascensu, sed frumentum habet dulcissimum: Itidem eruditio & virtus adiutum habet difficilem, sed fructum dulcissimum. Plin.

Sicut mundus vnde teres ac rotundus sibi constat: Ita sapiens nihil extra se querit, se ipso contentus. Idem.

Vt speculum non reddit imaginem nisi substernas vitro stannum, aut aës, aut aurum, aut simile quipiam solidum, quod imaginem non sinat perfluere: Ita non nisi in animis solidis & vera virtute nixis, reluet imago reverti. Eras.

Viium.

Viator qui semel in saxum impegerit, aut gubernator in rupem, non solùm horret eadem, verum etiam similia: sic qui vitium agnoscit suum, etiam à confinibus cauebit. Plut.

Si miseri sunt, qui duros nacti sunt dominos: quanto infeliores, qui dominis seruiti vitiis, à quibus non possunt aufugere. Plut.

In bello nunquam remittendæ sunt

excubiz: Ita semper aduersum vitia nobis dimicandum. Plut.

Vt qui desperat se fore diuitem, largius impendit: at qui iam spe vicinus est opulento, is nec pusillum contemnit lucellum, & minimis parcit: Ita qui confidit se fore bonum virum, & minima vitia studet corrigere, & nihil negligit, quod aliquo modo conductat ad bonam mentem. Plut.

Qui lignum ob imperitiam rectum facere nesciunt, distorquent in diversam partem: sic quidam fuga vitij in aliud vitium incident grauius. Plutarch.

A praua vxore facilè diuortium feceris: malitia viscerib. insider, nec potes illi repudium scribere. Plut.

Vt corporis vitia grauiora sunt quæ faciunt vlcus: Ita quædam animi vitia ob id sunt grauiora, quod vehementius perturbant: minus enim cruciat, si quis non credat esse deos, quam si quis superstitione timeat deos. Plutarch.

Vt mendum quod induruit ac diutius inhæsit difficile tollitur: Ita vitia inueterata non facilè corriguntur. Plut.

Vt oculi diutino morbo difficiles facti, quovis Solis radio offenduntur: sic vitia, multa & assida cōtracta te mulentia, durant & sobrii. Sen.

Vt quædam feræ etiam domitæ, tamen subito ad feritatem natuam recurunt: Ita nunquam bona fide vitia mansuescunt. Sen.

+ Vt corporum, ita animorū molliet vitia tractanda sunt. Senec. li. 7. de Benef. ca. 30.

Vt Sol minora obscurat lumina: Ita ad virtutem relata quæ commoda nihil habent momenti. Senec.

Vt scarabeum, aut viperā, aut araneum in gemma redditas à natura (nam id videmus esse factum in non nullis) non horremus, sed amplectimur, effigie delectati: sic vitiorum erudita pictura delestamur in histricis ac poetis. Eras.

Lyncestis aqua, quæ vnde dulca, non secus ac vinum temulentos reddit. Ita quædam etiam sua paupertas & incititia reddit feroce & improbos. Eadem enim vitia à diuersis nascentur causis, vt ex scientia arrogancia eadem ex ignorantia. Plin.li. 31. c. 2 & 106.

In nassam facilis illapsus est, sed exitus difficultis: sic declive iter in vita, reditus ad meliorem frugem non perinde facilis. Eras.

Vt est quædam venenorū contraria natura, sic vt sæpumero venenum veneno pellatur: sic vitium viatio pellitur, & malus malo obiicitur, Idem.

Cum æstate vehementius tonuerit, quam fulserit, vt inquit Plinii, ventos denuntiat: Ita ubi quis vehementer inclamat in aliorū vitia, ipse non perinde lueens morum integritate, indicium est animi magis ambitionis vento tumescens, quam solidè pij. Eras.

In aspidis ita nullum est remedium, nisi vt partes contactæ amputetur: Ita quædam vitia sola morte sanari possunt. Plin.lib.8.c.23.

Vide malitia.

Virtutum & vitiorum cognatio.

Opalum geminam in discreta similitudine adulterant Indi, experimentum in sole tantum: Ita virtutes quædam vitia sic imitantur, ut difficultimum sit dignoscere, nisi ad summam lucem proferantur. Plin.li.37. cap 6.

Carbunculi ignis & nomen & speciem habent, cum ignem non sentiunt, vnde & apyrustæ dicti: Ita quædam pietatis opinionem & imaginem obtinent, cum à re sint alienissimi. Plin.l.57 c 7.

- Vt celerius inebriantur, qui dilutum bibunt, quam qui merum: Ita citius inficiunt animum, quæ sobrietatis aliquid habent admixtum, quam quæ simpliciter obscenæ sunt. Nam à vehementer obscenis refugit animus;

~~mus: contrà illa h[ab]entur aliqua virtutis specie. Erat.~~

Vt Sol hominē tingit nigrore, cum linum candefaciat: Ita factum idem huic infamiam conciliabit, illi gloriā & laudem pariet.

Vifus.

Vt venatores non sinunt canes quidvis olfacere, aut mordere, sed integrō eōs seruant feræ: Sic oportet aures & oculos non sinere quo quis vagari, sed rebus necessariis reseruare. Plut.

+ Quod sol mundo, hoc oculus corpori. Extincto sole omnia perduntur & perturbantur: Ita amissis oculis pedes inutiles sunt, & manus & animus: Ita oculus animæ. Quare vt in regio quodam loco, altiore corporis parte, sedem sortitus est, & cæteris præferatur sensibus. Oculus lucerna omnium membrorum. Chrysost. homil. 35. in Ioann.

Vita hominū.

Plato confert hominis vitam ludo tesseraum: quid iactu cadat, non est in nobis situm: at quod cecidit, recte disponere in nobis est: sic euentus in nobis non est: quod obuenit, id in bonum vertere nostri muneris est. Plut.

+ Vita fortunæ coniuncta terrenti similis est; Turbulenta enim, & plena cœno ingressusque difficultis, violenta & obstrepera est, & breve tempus durat. Epictetus apud Stob. serm. de temperantia.

* Vt in fidibus ac tibiis, quamvis pauculum discrepant, tamen id à sciente animaduerti solet: sic etiam viendum est in vita, ne forte quid discrepet, vel multò etiam magis, quæ major & melior actionum quam sonorū accentus est. Cic. l. 1. Offic.

* Histrio si paulò se mouit extra numerum, aut si versus pronuntiatus est syllaba vna breuior, aut longior, exhibilatur & exploditur: vita autem omni gestu moderatior, animique versu aptior esse debet. Idem, Par. ad. 3.

* Vt ad cursum equus, ad arandum bos, ad indagandum canis: sic homo ad duas res, intelligendum scilicet & agendum natus est, quasi mortalis Deus. Idem, l. 2. de finibus.

* Vt histrioni actio, saltatori motus, nō quiuis, sed certus quidam est datus: sic vita agenda, certo genere quodam non quolibet. Idem, l. 3 de finib.

* Quemadmodum serenitas cœli non recipit maiorem adhuc celeritatem in sincerissimum nitorem reputata: sic hominis corpus animumque curantis, & bonum suum ex utroque nectentis, perfectus est status, & summum voti sui inuenit, si nec æstus ani mo est, nec dolor corpori. Sen. ep. 67.

* Quemadmodum per frequentia urbis loca properanti in multis incurvantur est, & alicubi labi necesse est, alicubi retineri, alicubi respurgi: Ita in hoc vitæ actu dissipato & vago multa impedimenta, multæ querelæ incident. Idem, l. 3. de ira.

* Non eadem h[ab]et quæ in cæteris peregrinationibus conditio est. In illis comprehensus aliquis limes, & interrogari incolæ non patiuntur errare. At h[ab]et tristissima quæque via & celeberrima decipit. Idem, l. 1. de vita beata c. 1.

Vt qui variis tempestatibus huc & illuc iactatus est, nec tamè peruenit, non multum nauigauit, sed multum iactatus est: sic qui diu vixit, nec profecit ad bonos mores, non diu vixit, sed diu fuit. Senec.

Quomodo fabula, sic vita: non quam diu, sed quam bene acta sit, refert Senec.

Vt in eundem amanem nemo bis descendit: sic ob rapidum cursum vitæ homo ad singula momenta alijs est Senec.

Supra modum deditus vino fæcem quoque exorbet: sic admodum vita auidus, qui ne extrema quidem senecta vult mori. Senec.

Vide Senectu.

Vita eterna.

Vt athletæ non ferunt coronam, nisi vicerint: sic bonis viris præmia felicitatis nō antè contingunt, quām peracto huius viræ certamine. Eras.

† Sicut testa ouorum, quamuis pulchrè facta & diligenter formata videatur, necesse tamen est eam frangi & resoluī, vt inde pullus procedat: & illud, pro quo totius oī forma expresa videtur, appareat: Ita ergò & huius mundi necesse est transire statum, vt status ille sublimior regni cœlestis effulgeat. Clem.li.3. recogn.

Vituperatio.

Palæstritæ corpus humiliant, vt alios deiciant: ita quidam seipso vi tuperant, vt videantur admirari familiares. *Vtio.*

Cibo vtitur iuxta naturam is qui esurit: ac vindicta debet vti, qui nec sinit eam, nec esurit. Plut.

* Vt pater videns puerum volentem incidere quidpiam, arrepto ferro id facit: ita ratio vindictam eripiēs ira utiliter castigat. Idem.

* Quædam remedia tristiora sunt ipso morbo, vt satius sit oppetere mortem, quām his aucupari salutem: velut fugere sanguinem è vulnere recenti gladiatorum morientium: ita quādoque satius est ferre iniuriam, quām maiore incommodo vlcisci: ferre pacem, etiam si parum commodam aut æquam, quām bellum cum immeisis malis suscipere. Eras.

Voluptas.

† Pacifica res est concupiscentie fructus: sed super iram dolosa cogitant: sicut in hamo esca dulcis appetitu, lethalis in gustu. Arnob. in Ps 34.

† Canis similis est voluptas, si pellas fugit: si nutrias permanet. Propterea dicit Apost. Resistite diabolo, & fugiet à vobis. Chrys hom 22. ad pop. Antioch.

† Quemadmodum sues, qui in cœno voluntur, continuo sibilatum auget: Sic lu(id est voluptas) iij) foedatem ex voluptate singulis diebus

africat sibi, &c. n. cl. 1. de finib.

* Nos est necesse tanquam mercetricem in matronarum cœtu: sic voluptatem in virtutum concilium adducere. Cic.l.2. de finib.

* Sicut in arvo, quod segeti proscissum est, aliqui flores internascuntur, non tamen huic herbae quamuis delectet oculos tantum operis insumptum est, aliud fuit serenti propositū, hoc superuenit. Sic voluptas non est merces, nec causa virtutis, sed accessio. Nec quia delectat placet: sed quia placet, delectat. Senec. lib. de beata vita.

* Sicut nauigatio in mari Syrtico periculosa est, & captarum ferarum solita possessio, sàpè enim laniant dominos: ita habentis magnæ voluptates in magnum malum euasere. captae ceperunt. Quæ quò plores maiorésque, èd ille minor ac pluriū seruus est, quem felicem vulgus appellat. Idem, eod. l.

* Vt vlcera quædam nocitura manus appetunt, & tactu gaudent, & foedam corporum scabiem delectat quicquid exasperat: non aliter dixerim his mentibus, in quas voluptates velut mala vlcera erumpunt, voluptati esse laborem vexationemque. Idem, lib. 1. de tranquil. vitæ, c. 2.

* Quemadmodum scelerata, etiam si non sint deprehensa cum fierent, solitudo non cum ipsis abiit: ita improbarum voluptatum etiam post ipsas penitentia est. Idem, ep. 27.

* Quemadmodum qui bestiarum cubicula indagat, & laqueo captare feras magno astimat, & magnis canibus circundare saltus, vt illarum vestigia premat, potiora deserit multisq; officiis renunciari: ita qui sektatur voluptatem omnia postponit, & primâ libertatem neglit, ac pro ventre dependit: nec voluptates sibi emit, sed de voluptatibus vendit. Idem ib.

Vt maior dolor obscurat minorē, sic animi voluptas corporis delectationem. Plut.

Vt qui in carcere detinentur unde non sit effugium, tamen aliquando tradunt tesseris: sic qui in vita voluptatibus vntuntur cum sint scelerati. Plut.

Qui rogant quid simus facturi, si non edamus, hibamus, & huiusmodi rebus vtamur, perinde faciunt quasi Danaides essent solicitae, quid facturæ sint si dolium impleatur. Plut.

Si ebrij comedatores irrumptant in domum luctu funestam, non solùm nihil adferent hilaritatis, sed eiulatum potius excitabunt: ita voluptates in corpore ægro offendunt quoque. Plu.

Lysimachus ob fidem coactus est se dedere Scythis: deinde cum frigidâ habuisse aquam, dix boni, inquit, quæ breuis voluptatis causa quantam depositi felicitatem: ita nobis cogitamus postquam ob potationem in tempstiua aut Venerem, in longum morbum incurrimus. Plut.

Qui corpus ægræ affectum ad balnea, ac voluptates trahit: quasi puzem, ac laceram nauem deducit in nare. Plut.

Vt latronum genus, quod Ægyptij philistas vocant, in hoc amplectuntur, vt strangulent: sic voluptates dum blandiuntur, necant Senec.

Vt æquè mortuus est, qui conditus est in odoribus, & qui trahitur uno: ita æquè sunt infelices, & qui voluptatibus indulget, & qui ambitionis negotiis vacant. Senec.

Qui biberint ex Clitorio lacu, iis initædium oboritur: ita qui semet ustarint poëticen, abhorcent à philosophia præceptis, aut contrâ: siue si mundanis voluptatibus inguritant, abhorrent ab honestis illis actionis oblectamentis. Erasm.

Sicut Maroneum vinum, cuius minuit Homerus, vicies tanto aquæ uitum, tamè vigorem suum seruat: a sapiens nullis soluitur voluptatis. Plin. I. 14. c. 4.

Tradunt physici veteres, solem arinis aquis pasci, lunam dulcibus;

ita sapientes amara querunt, modò virilia: stulti quæ delectant modò, sectantur. Vide intemperantia & Luxuria.

Vox.

Taurus avis cum sit pusilla, tamen boum vocem imitatur: ita nonnulli cum re sint exigui, tamen loquuntur reges ac satrapas. Plin libro 10. cap. 42. lib. 9. cap. 41. & c. 31. eod. lib.

Vsura.

+ Canes accipientes mansuescunt, fœnator vero accipiens irritatur, non enim conquiescit adlatrans, sed plura expedit. Basil. in Ps. 14.

+ Cum es & aurum, quæ natura infœcunda sunt, fœnus suum, hoc est fœtus edant, quæ ex natura infœcunda est, sterilis facta est, & in pœnam eorum, qui ipsam incolunt sterilitatis damnata est. Chrysost. hom. in fame & siccitate habita.

+ Ut ignis inualescens alia post alia corripit, sic vsura. Plut. in Moral.

Vide Fœnus.

Vsus rerum legitimus.

Nihil projectius excrementis animalium, & tamen stercorandis agris præcipuum habent usum: ita nulla res est tam nihili, quæ non aliqua proposit, si noris vti.

Sicuti scorpius si post istum admoveatur vulneri, venenum ad se retrahit: ita nihil est tam noxiun, quin secum adferat remedium sui mali, si quis modò vti nouerit.

Vide Abusus.

Vulgus.

Qui captat aues, earum voces imitatur vt alliceat in laqueos: sic, vt multitudinem in tuam adducas sententiam, illius ingenio obsecundes & obseruias oportet. Plut.

Inter agathallos & acanthylides tantum est odium, vt sanguis eorum si misceatur, continuo separere se rursus, ac dissiliat: sic inter patricios & plebem, etiam si quando pro teru vsu coniunguntur, durat tamen usq; odium naturale. Plut.

Nihil magis præstandum est, quām ne pecorum ritu sequamur antecedentium gregem, p̄gentes, nō quō eundum est, sed quō itur. Senec.

Vt qui in ludo versantur gladiatōrio, cū iisdē viuunt ac pugnāt: ita vulgus hominū inter se dimicat, & aliis aliū spoliat vel amicissimū. Sen.

Vt maiore cū voluptate cantionē audimus notā, quām ignotā, etiam si melior sit: ita iis literis impensis vulgus delectatur, quas didicit. Erasm.

Vt imperiti tempestatē nō sentiunt nisi serō, sūoq̄ malo: contrā prudentes agricolæ prospiciunt, cauēntque: ita vulgus hominū improvidum suo malo discit, cūm interim vir sapiens procul præuisum malū vitet. Vt Democritus metēte fratre ardentissimo astu monuit, vt reliquæ segeti parceret, raperēque desecta sub testū: paucis mox horis sēuo imbre vaticinatione approbata. Eras.

Sunt arbores aliquot, quæ post solstictium inuertunt sua folia, vt ulmus, tilia, olea, populus alba, salix: ita vulgus procerum, simulatque princeps. Vitæ genus diuersum commutarit, vertunt & ipsi vultum, cultum orationem, & omnia Idem.

Vxor bona.

Luna, cūm Soli coniungitur, tum obscuratur & occultatur: cūm abeat, lucet: Contrā, proba vxor præsente marito maximē conspici debet, eodem absente maximē condī ac latere. Plut.

Vt orator negle&tis fucis ac theatraclis cultibus, rebus ipfis magis mouet auditorem: sic vxor non mere tristio corporis cultu, sed moribus commendatur viro. Plut.

Vt tibicen per alienam vocem sonat: ita mulier quædam non grauabitur per virum loqui. Plut.

Vt philosophi loquentes principem, se reddunt nobiliores, non illu-

sic vxores, subdentes se viro laudat, consequuntur: conantes autem imperare, deterius audiunt, quām quæ subiiciuntur, Plut.

Cūm spirat Boreas, conatur vi vestem reuellere, at homo magis astrinxit pallium: quod si sol tepido vento demulserit, iam sponte & tunica abiliicit: sic vxor quæ conatur conuiuiis maritum à luxu reuocare, magis irritat: si placidē ferat & roget, magis efficit. Plut.

Vt geometræ negant moueri lineas & superficies sine corpore, led vñā cū corporibus moueri: sic vxori & in seriis, & ludicris, fletu & risu, lātis & tristibus accōmodabit se maritō. Plut.

Qui ministrant elephantis, non sumunt lucidā vestem: qui tauris, purpuream non induunt: nam his coloribus efferantur: tigrides tympanoru strepitum non fertunt: ita vxor ab iis debet abstinere, quibus senserit maritū vehementer offendit. Plat.

Quæ videtur ridere apud virū, ne videatur lasciva, nec agere quicquā, ne audax: perinde facit, quasi nec vngeneretur, ne videatur vnguētis vti: nec lauaret faciem, ne fucis vti putetur. Plut.

Vxor mala.

Vt glurus vnguētis efferatur, & in rabiē agitur: ita quædā vxores insaniūt, si senserint in viris vnguenta. Plut.

Sponsæ quæ statim offendit meribus virorum, eos deserunt, perinde faciunt, ac si quis iectus ab apibus, mœl relinquat. Plut.

Vt inutile speculum est, auro gemisq. adornatū, n̄ si repræsentet similem imaginem: ita inutilis vxor, quantumvis opulenta, si viro mœsto sit hilaris, bilari mœsta. Plut.

Vt nemo sentit, qua parte stringat calceus, nisi qui indurus est: ita nemo nouit ingenium mulieris, nisi qui duxit vxorem. Plut.

